Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X
D
29
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

TOMVS POSTERIOR.

CONTINENS

Hiſtoricam & Chronicam Synopſim cum Geminâ Diſſertatione & Pacificâ Operis Coronide.

AVCTORE

GILBERTO MAVGVIN, Regi à Conſiliis & in ſupremâ Monetarum Curiâ Præſide.

VITTORIO EMANUELE III BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud IOANNEM BILLAINE, viâ Iacobæâ, ſub ſigno S. Auguſtini.

M. DC. L.

Cum Doctorum Sacræ Facultatis Approbatione.

Digitized by Google

Digitized by Google

Elenchus eorum quæ hoc II. Tomo Continentur.

Parte Prima.

Gotteſchalcanæ Controuerſiæ Hiſtorica & Chronica Synopſis. p. 1
Eiuſdem Hiſtorica & Chronica Diſſertatio L. Capitibus diſtributa. p. 41
Altera Diſſertatio in quà accurata Hiſtoriæ ſeù Fabulæ Prædeſtinatianæ R. P. Sirmondi Confutatio exhibetur. p. 443

Parte Altera.

Vindiciarum Prædeſtinationis & Gratiæ Pacifica Coronis; cùm Deus dederit euulganda.

S. Remigij & Eccleſiæ Lugdunenſis, de Tenenda veritate Scripturæ. Cap. IX.

CAueamus in quantum Deo auxiliante poſſumus mendacia aduerſus fidem & veritatem ſurgentia: Et maximè hoc tempore, quando terribili Dei iudicio, & ignorantia major in hominibus cœpit ſuccreſcere, & multiplex error liberiùs pullulare. Sed & ſi quis in ratione fidei, vel errat, vel errare putatur, vtique non mendacio vincendus eſt ſed veritate; Sicut & Beatus Avgustinvs ad quemdam ſcriptorem improuidum Vincentium Victorem dicit. Nos te ita volumus eſſe victorem, vt veritas vincat errorem, non error errorem, & quod eſt pejus major minorem.

Digitized by Google

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS ſubſignati Theologiæ Facultatis Pariſienſis Doctores, qui perlegimus Geminam Vindiciarum Prædeſtinationis & Gratiæ Diſſertationem: Priorem quidem in Chronica Gotteſchalcanæ Controuerſiæ Hiſtoriâ, alteram verò, in qua accurata Hiſtoriæ ſeù Fabulæ Prædeſtinatianæ R. P. Sirmondi Confutatio continetur, vnà cum Chronicâ & Hiſtorica Prioris Diſſertationis Synopſi, Auctore Gilberto Mauguin Regi à Conſiliis, & in ſupremâ Monetarum Curia Præſidi. Teſtamur nihil in eis reperiſſe fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ contrarium, nec bonis moribus diſſonum. Datum Pariſiis Anno Domini 1649. Die 15. Septembris.

CHASTELLAIN. P. COPPIN.

H. BACHELIER. BROVSSE.

VINDICIARVM

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

SEV

Gotteſchalcanæ Controuerſiæ HISTORICA ET CHRONICA SYNOPSIS.

Veritas, Charitas, Humilitas.

DIVISO inter filios Ludouici Pij, Lotharium, Ludouicum, & Karolum Caluum Reges, Galliarum Imperio: *Eccleſia in pace, quam ei reliquit Saluator cum eà futurus vſque ad conſummationem ſæculi perſeuerante: Contigit (* teſte Lupo Seruato in libello de Tribus Quæſtionibus in principio *) primùm in Italia, deinde in Gallia* Orientali & Occidentali *, ſi non concuti fidem, turbari certè quorundam intentionem; Quod de Libero arbitrio, & de Prædeſtinatione Bonorum & Malorum, ac de Sanguinis Domini taxatione vulgò quædam inaudita iactarentur: Harum rerum qui per ſe non poſſent (* vt inquit ille *) Optaui vt per me (* dum hæc apud nos in lucem, ſed fabuloſè redeunt *) fierent certiores.* Lupus Seruatus in Libro de Tribus quæſt.

" *Hinc in auxilium inuocato Deo*, Contentionis illius ori-
" ginem, ſeriem, & exitum ab illius ſæculi auctoribus, do-
" nec pleniſſimè pandatur, hîc breuiter, ſed veraciter,
" & in vinculo pacis enotabo. *Itaque mihi nihil, Deo plu-*
" *rimum confiſus quod propoſui ſic expedire conabor.*]

Vvalafridus Strabo carmine ad Gotteſchalcũ.

Lupus Ferrar. Epiſtola 30.

GOTTESCHALCVS Monachus Ordinis Sancti Benedicti, & notatione nominis, & re ipſa Dei ſeruus, ex Germaniâ oriundus, humanioribus litteris apprimè eruditus, cœnobium Orbacenſe in Belgica ſecunda Diœceſis Sueſſionenſis ingreſſus, ordini ſe eidem addixit. Ibique pacificus vixit, & ſine querela, Sacrarum Litterarum intelligentiæ non impigram nauauit operam, & Sanctorum Patrum: Maximè verò Beati Auguſtini Libros diligenti ſeduláque lectione reuoluit: ita tamen vt in abſtruſioribus difficultatibus, expoſitionem à celeberrimis tum pietate, tum eruditione in Eccleſia viris requireret.

ANNO 847.

Rabani Epiſtola ad Nothing.

Sacris ordinibus initiatus, ac tandem euectus per Rigboldum Remorum Chorepiſcopum ad ſacrum Preſbyteratus honorem quadragenarius, circa annum 847. Sanctam ad Principum Apoſtolorum limina peregrinationem ſuſcepit: Peractiſque religioſis votis in monaſterium reuerſurus in locuples pauperum peregrinantium hoſpitium domum nempe religioſiſſimi Comitis Eberardi in Galliâ Ciſalpinâ ſe recepit.

Ibidémque pro ſingulari eruditione in pretio habitus, diutiùs in eo commorari compulſus eſt: inter moras autem contigit illi cum Nothingo Veronenſi, vel Vercellenſi, vel Brixienſi Epiſcopo vicino collationem ſeu diſputationem habere, in qua iuxta doctrinam Sancti Auguſtini de Dei Prædeſtinatione diſſerens, eam quam expoſuit de gemina Prædeſtinatione ſententiam multis teſtimoniis eiuſdem ſanctiſſimi patris comprobauit.

Ibidem in Præfat.

Cum autem paulo poſt Nothingus *ad Ludouicum* Iuniorem *Imperatorem in pagum Loganæ veniſſet*, cum Rabano Vixdum Archiepiſcopo Moguntino collocu-

tus retulit, Gotteſchalcum de Geminâ Prædeſtinatione ſiue Electorum ad requiem, ſiue Reproborum ad mortem *iniquè contendere, & inter ipſos conuenit, vt Rabanus è diuinis Scripturis & de Orthodoxorum Patrum ſententiis, aliquod opuſculum conficeret ad eius conuincendum errorem.*

Quod eodem ipſo anno 847. Vtcumque præſtitit Rabanus Epiſtolâ ad Nothingum: Vtcumque (inquam) *Aſſumpſit* ſiquidem (vt obſeruauit Eccleſia Lugdunenſis) *non neceſſariam, nec vllatenus ad rem de qua quæritur pertinentem diſputationem: Vtrum impios Deus & iniquos prædeſtinauerit ad ipſam impietatem & iniquitatem, ideſt vt impij & iniqui eſſent, & alij eſſe non poſſent, quod nullus omnino moderno tempore dicere vel dixiſſe inuenitur &c.*] Et alterâ Epiſtolâ ad Eberardum Comitem, Rabanus idem ipſum inculcauit, quo Monachum illum domo ſuâ expelleret, vel ab hæreſi illâ ceſſare compelleret. Eccleſiæ Lugd. lib. de 3. Epiſtolis ad tertiam.

Hoc vbi notum habuit Gotteſchalcus, nihil ſibi conſcius hæreſeos cuius inſimularetur, Italiâ relictâ in Germaniam natale ſolum initio ſequentis anni 848. ſe recepit: Et quoniam Rabanus ſcriptâ illâ ad Nothingum Epiſtolâ, malos ad pœnam præſcitos tantùm, non prædeſtinatos, certâ fide credendum affirmaret, De Voluntate Dei, & Morte Chriſti pro omnibus indiſtinctè etiam pro infidelibus, & de Libero arbitrio iuxta Gennadij Maſſilienſis ſententiam locutus eſſet, Gotteſchalcus de Tribus illis quæſtionibus peritiſſimos totius Germaniæ Theologos conſuluit, & tribus ex eorum numero non minùs pietate quàm doctrinâ celeberrimis quid ſentiret aperuit, Lupo Seruato Moguntinenſi Præſbytero, Ionæ, & Marcuuado Abbati Prumienſi, eorum conſilium ſecuturus.

A. 848. Rabani Epiſtola ad Nothing. in fine.

In fragmẽto Epiſtolæ Gotteſch. ad Ratramnum.

Tandem circa Kalendas Octobres, Cùm Moguntiæ celebraretur placitum à Ludouico Germaniæ Rege indictum, profeſſionem ſuam de geminâ Prædeſtinatione tantùm, vnâ cum libello, quo Rabani ipſius

Epiſtolam ad Nothingum impugnauit, & in ſupradictis quæſtionibus erroris arguit, ipſi Rabano obtulit.
Hincmarus in opere de Præd. cap. 1. Ex vtroque ſeu Profeſſione ſeu Libello hæc quæ ſequuntur excerpſit Hincmarus fragmenta, quæ *quaſi omnium penè peruerſitatum fœtidas & coenulentas fæces* (vt dicebat) impugnanda ſuſcepit in opere ſuo de Prædeſtinatione.

EX PROFESSIONE.

De Prædeſtinatione. „ CAp. 5. pag. 26. *Inde & (Gotteſchalcus) in Chartula ſuæ Profeſſionis ad eundem Rabanum Archiepiſcopum ita dicit:* Ego Gotteſchalcus credo & confiteor, „ profiteor & teſtificor ex Deo Patre, per Deum Filium, „ in Deo Spiritu Sancto, & affirmo, atque approbo coram Deo, & Sanctis eius: quod Gemina eſt Prædeſtinatio, ſiue Electorum ad requiem, ſiue Reproborum „ ad mortem, quia ſicut Deus incommutabilis ante „ mundi conſtitutionem omnes electos ſuos incommutabiliter per gratuitam gratiam ſuam prædeſtinauit ad „ vitam æternam: ſimiliter omninò omnes reprobos, qui „ in die Iudicij damnabuntur, propter ipſorum mala merita, idem ipſe incommutabilis Deus per iuſtum Iudicium ſuum incommutabiliter prædeſtinauit ad mortem merito ſempiternam.

Hoc ſolùm ex illa Gotteſchalci Profeſſione habetur.

EX EIVS LIBELLO.

De Prædeſtinatione. „ IBidem pag. 25. *Ponamus* (inquit Hincmarus) *quæ Gotteſchalcus ſignifer, & præuius, atque huius prauæ „ doctrinæ reſuſcitator. De primo Capitulo vnde verſatur „ quæſtio in libro ſuæ viroſæ conſcriptionis Archiepiſcopo „ Rabano porrecto ſcribat dicens.* Tandem (*inquit*) legi „ librum venerande Pontifex tuum, in quo poſitum reperi, quod impij quoque ſiue reprobi non ſunt diuinitus ad damnationem prædeſtinati: *Et poſt aliquanta:* „ Præſciuit (inquam) illos peſſimum habituros ortum,

pejorem obitum, prædeſtinauit autem eos ad luendum perenne tormentum, & ſempiternum interitum : *Et iterùm poſt aliquanta* : Quia reuera ſicut electos omnes prædeſtinauit ad vitam, per gratuitum ſolius gratiæ ſuæ beneficium, quemadmodum Veteris & Noui Teſtamenti paginæ manifeſtiſſimum præbent, ſolerter ac ſobriè conſiderantibus indicium : Sic omninò & Reprobos quoſque ad æternæ mortis prædeſtinauit ſupplicium, per iuſtiſſimum videlicet incommutabilis iuſtitiæ ſuæ iudicium.]

Cap. 21. pag. 118. *Inde & Gotteſchalcus Modernus Prædeſtinatianus in libello ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum, dicit ad locum* : De quo videlicet Libero arbitrio quid Eccleſiæ Chriſti tenendum ſit atque credendum, cùm à cæteris Catholicis Patribus euidenter ſit, Deo gratias, diſputatum, tùm præcipuè contra Pelagianos & Cœleſtianos à Beato Auguſtino pleniùs & vberiùs diuerſis in opuſculis & maximè in * hypomneſticon eſſe cognoſcitur inculcatum : vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis aſſertionibus, incomparabiliter inde quoque malueram niti, quam erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque preſumpſit in locis, tam fidei Catholicę, quàm beatorum etiam Patrum inuictiſſimis auctoritatibus, infœlicis Caſſiani pernicioſum nimis dogma ſequens, reniti.]

De libero arbitrio.

* al. *hypognoſticon*

Cap. 24. pag. 149. *Et Gotteſchalcus Modernus Prædeſtinatianus in libro ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum.* Omnes (*inquit*) quos vult Deus ſaluos fieri, ſine dubitatione ſaluantur, nec poſſunt ſaluari, niſi quos Deus vult ſaluos fieri : nec eſt quiſquam quem Deus ſaluari velit, & non ſaluetur, quia Deus noſter omnia quęcumque voluit fecit.]

De voluntate Dei.

Pag. ſeq. *Gotteſchalcus Nouorum Prædeſtinatianorum Primicerius, in Præfato ſuo libello ad Rabanum ſcripſerat* : Omnes & omnes debere intelligi, id eſt omnes qui ſaluantur, de quibus dicit Apoſtolus : Qui vult

" omnes homines ſaluos fieri, & omnes qui non ſaluan-
" tur, quos non vult Deus ſaluari.]

De Morte Chriſti. " Cap. 27. pag. 211. *Et Gotteſchalcus Nouorum Præde-*
" *ſtinatianorum ſignifer, in libello ad Rabanum Archiepiſ-*
" *copum Mognutinum ita dicit ad locum:* Illos omnes im-
" pios & peccatores, quos proprio fuſo ſanguine filius
" Dei redimere venit, hos omnipotens Dei bonitas ad
" vitam prædeſtinatos irretractabiliter ſaluari tantum-
" modo velit: *Et rurſum*: Illos omnes impios & pecca-
" tores, pro quibus idem filius Dei nec corpus aſſum-
" pſit, nec orationem, nec, dico, ſanguinem fudit; Quip-
" pequos peſſimos futuros eſſe præſciuit, quoſque iuſtiſ-
" ſimè in æterna præcipitandos tormenta præfiniuit, ip-
" ſos omninò perpetim ſaluari penitus nolit.]

" Cap. 29. pag. 226. *Gotteſchalcus in ſæpefato ſuo libello*
" *ad Rabanum Archiepiſcopum ſcripſit.* Proinde quod fi-
" deliſſimè credo, fidentiſſimè loquor, & certiſſimè
" pariter ac fructuoſiſſimè confiteor, atque veraciſſi-
" mè profiteor. Quod Deus noſter omnipotens omnium
" creaturarum conditor & factor, Electorum tantum-
" modò cunctorum gratuitus eſſe reparator dignatus
" eſt & refector: Nullius autem reproborum perpetua-
" liter eſſe voluit ſaluator, nullius redemptor, & nul-
" lius coronator.]

Hæc pauca ſola ſuperſunt tam libelli quam profeſ-ſionis illius fragmenta.

L. Vnica C. Ne quis in ſua cauſa iudicet & Can. interquerelas 23. quæſt. 4. Rabani ſynodicâ ad Hincmarum.

Rabanus verò hocce libello erroris notatus, iudicis officio fungi legibus tam Eccleſiaſticis quàm ciuilibus prohibebatur. Sed quò iudex iudiciíque præſes remaneret, de Gotteſchalci libello reticet, eúmque ſynodo ſeu verius placito regio fidei ſuæ rationem redditurum exhibet, inſimulans eum aſſerere. *Quoſdam eſſe in hoc mundo qui propter prædeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore & peccato ſe corrigere.* Quod cùm veriſimiliter pernegaſſet ille, & (iuxta chartulam profeſſionis & libellum ſuum) in aſſertione geminæ prædeſtinationis perſiſteret: Rabanus

verò ex hac illud neceſſariò ſequi contenderet; ideoque prædeſtinationem Dei de reprobis dici horreret (teſte Lupo ſeruato venerabili eius preſbytero) Gotteſchalcus in conuentu illo non omnium iudicio, ſed vt plurimis viſum eſt, quaſi *conuictus*, non damnatus, vel etiam *repulſus*, non iudicatus *ad proprium Epiſcopum* * *Ingumarum Regis Ludouici iuſſu, Remos tranſmiſſus eſt, priùs tamen iuramento confirmans, ne in regnum Ludouici vltra rediret.*]

Lupus Seruatus de tribus Epiſtolis. Annal. Fuldeus anno 848.

* Hincmarum.

Verùm exacto placito Rabanus Gotteſchalcum ad Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum remittens, Epiſtolâ ſuâ (quam ſynodicam vocant) illum infamat quaſi diceret: *Quòd prædeſtinatio Dei ſicut in bono ſit, ita & in malo, & tales ſint in hoc mundo quidam, qui propter prædeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore & peccato ſe corrigere, quaſi Deus eos feciſſet ab initio incorrigibiles eſſe, & pœnæ obnoxios in interitum ire.*] Eum itaque auditum in Synodo, & inemendabilem vt loquebatur, repertum, regióque iuſſu damnatum mittit, vt recludatur in eius parochia, vnde primùm inordinatè receſſit. *Vos etiam* (inquit) *Videbitis de ore eius pleniùs audire, & quid agendum ſit iuſtè decernere.*]

Rabani ſynodica ad Hincmarum.

Hincmarus ſuſcepto Gotteſchalco, eóque priuatim ſæpiùs audito (vt ipſe reſcripſit ad Rabanum) iunior Epiſcopus, vt erat gloriæ auidiſſimus, non minimam eius conſequendę occaſionem nactum ſe arbitratus eſt, ſi in cauſa, quæ plures totius Germaniæ & pietate & doctrinâ celeberrimos viros ſollicitos habuerat & penè dubios, ipſe iudex conſideret: Regi etiam & Aulicis omnibus, quibus plus æquo adhærebat, rem ſe gratam facturum ſi Monachum damnaret, cuius veram quidem ſed remotam à ſæculi ſuperbiâ ſententiam *intelligentes pauci caperent, licet audacter multi ventilarent.*]

Lupus Ferrar. Epiſtola ad reg. Karol.

Hincmarus igitur, cùm ad initium anni proximi 849. mandatum eſſet à Rege Karolo Caluo placitum in Pa- A. 849.

Digitized by Google

latium Cariſcacum in ſua diœceſi, in quo ab ipſa Regis, qui rem non ignoraret præſentiâ, totius huius molitionis felix ſucceſſus ſperaretur, ad hoc tribunal ſiſtendum cenſuit Gotteſchalcum: Et quoniam Orbacenſis Monachus erat, eiuſdem diœceſis Rothado Epiſcopo ſcripſit, vt ad placitum eum adduceret, qui nihilominus in manu & poteſtate ipſius Hincmari remanſit: Eóque adductus, auditúſque ſuper Rabani Synodica (iuxta Hincmarum.) *Nihil dignum ratione vel dixit, vel interrogatus reſpondit, ſed vt abreptitius* (hoc quis credat) *cùm quid rationabiliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum prorupit, & propter imprudentiſsimam inſolentiam ſuam, per regulam ſancti Benedicti à Monachorum Abbatibus vel cæteris Monachis, dignus flagello adiudicatus eſt: Et quia contra Canonicam inſtitutionem, ciuilia & Eccleſiaſtica negotia perturbare ſtuduit indefeſſus, & ſe noluit recognoſcere, vel aliquo modo humiliare profuſus, ab Epiſcopis ſecundùm Eccleſiaſtica iura damnatus eſt*] & in ergaſtulum retruſus.

Epiſtola Hincmari in lib. de tribus Epiſtolis.

Sententia in Gotteſchalcum.

Sententia quam à 12. Epiſcopis latam dicunt, hæc fuit.

„ FRATER Gotteſchalce Sacroſanctum ſacerdotalis myſterij officium, quod irregulariter vſurpaſti, & in cunctis moribus ac prauis actibus, atque peruerſis doctrinis eò hactenus abuti non pertimuiſti, iudicio Spiritus ſancti, cuius gratiæ munus eſt ſacerdotale officium per virtutem ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, noueris tibi eſſe, ſi quomodo ſuſcepiſti, ſublatum; Et ne vlterius eo fungi præſumas, penitus interdictum. Inſuper quia & Eccleſiaſtica, & ciuilia negotia, contra propoſitum & nomen Monachi conturbare contemnens, iura Eccleſiaſtica præſumpſiſti, duriſſimis verberibus te caſtigari, & ſecundùm Eccleſiaſticas regulas ergaſtulo retrudi auctoritate Epiſcopali decernimus: Et vt de cætero doctrinale tibi officium vſurpare non præſumas, perpetuum ſilentium ori tuo virtute æterni verbi imponimus]

Itaque non vt hæreticus damnatus eſt Gotteſchalcus,

cus, alioquin etiam excommunicatus extitiſſet: & de doctrinâ quidem aliquo modo actum eſt, ſed de quâ vel quò vſque vel quomodò, penitus incertum eſt. Verum certo certiùs nihil eſſe de eâdem definitum, nullos ſancitos canones, nec eſſe in hoc placito edita 4. illa capitula, quæ nomine Concilij Cariſiaci recens in publicum prodierunt. Quid ergo? iudicatum quidem obſtruſiores illas totius Theologiæ quæſtiones in placito regio, à paucis ad negotia ciuilia euocatis & electis ad id Epiſcopis, & in tumultu curiæ, & ex improuiſo ſine examine, & nullis prolatis codicibus, non eſſe tunc definiendas, ſed altiorem requiri indaginem, ampliorem diſcuſſionem, plures etiam & in plenario & liberiore concilio adhibendos iudices, vt poſt decennium ab Epiſcopis 12. Prouinciarum videbimus definitum. A. 849.

Conc. Tullenſi apud Sapon. Can. 10.

Sed nihilominus ſententia illa Cariſiaci placiti, Eccleſiaſtico (vt aiunt) rigore prolata, inhumanâ crudelitate (verba ſunt Eccleſiæ Lugdunenſis) executioni demandata fuit: *inaudito* (inquit illa) *irreligioſitatis & crudelitatis exemplo, tamdiu ille flagris & cædibus trucidatus eſt, donec* (*ſicut narrauerunt nobis qui præſentes aderant*) *accenſo coram ſe igne, libellum in quo ſententias ſcripturarum, ſiue ſanctorum Patrum ſibi collegerat, quas in concilio offerret, coactus eſt iam penè emoriens, ſuis manibus in flammam proiicere, atque incendio concremare.*] Deinde in ergaſtulum cellæ Altumuillarenſis Remenſis diœceſis, ſub cuſtodiâ fidelium Hincmari retruſus & recluſus per annos 20. vbi etiam moriens in eâdem ſententiâ perſeuerauit.

In libello de tribus Epiſtolis ad primã.

Singulari Epiſtolâ ſtatim poſt retruſionem, conatus eſt Hincmarus ab aſſertione geminæ Prædeſtinationis eum reuocare, ſed fruſtrà. Deinde paucis ante paſcha diebus ſcripſit Prudentio Tricaſſino eximię pietatis, & ſingularis doctrinę prçſuli, *ſignificans ſe ab eo conſilium quærere velle de ſtatu & compreſſione Gotteſchalci, intimans quod de ipſo actum vel iudicatum fuerat in ſynodo,*

Flodoard. Hiſt. Rem. lib. 3. cap. 28.

Ibid. c. 21.

A. 849. *quo eum recluſum tenebat iudicio, & quia multis modis eum conuerti tentauerit: Et de moribus ac ſuperbia ipſius: Et ſi in cœna Domini vel in paſcha debeat eum admittere ad audiendum ſacrum officium, vel accipiendam communionem.*]

Rabani Epiſtola ad Hincmar.

Mitius cum afflicto Monacho agendum, nec denegandam communionem reſcripſiſſe Prudentium, quæ conſecuta ſunt demonſtrant, ferijſque illis Paſchalibus & alijs ad ſacram Communionem admiſſum Gotteſchalcum donec ſub anni ſequentis finem conſilio Rabani ab omni Communione fuit reſciſus, quod ex Rabani Epiſtola conſtat.

2. Confeſſ. Gotteſc.

Epiſtola Rabani ad Hincmarũ, in principio & pag. 10.

INTERIM. Gotteſchalcus duplicem de gemina Dei Prędeſtinatione ſcriptis edidit Confeſſionem, alteram Breuiorem, alteram prolixiorem, vtrámque varijs ſacrę ſcripturę & ſanctorum Patrum teſtimonijs obfirmatam, quę ab ipſius cuſtodibus Hincmaro tradita non niſi eius & ſequacium manibus apparuit: Sed ne plures eius ſententiam ſequerentur, contra eam Hincmarus libellum edidit ad recluſos & ſimplices in ſua parochia conſiſtentes, quem Ratramnus Corberenſis Monachus ad amicum emiſsâ Epiſtolâ refellere non timuit.

Ille autem ipſe Prudentius libellum compoſuit ſeu collectaneum ex ſacris ſcripturis & ex multis ſanctorum Patrum & maximè ſancti Auguſtini teſtimonijs, quibus docet veritatem geminę prędeſtinationis, Chriſtum pro ſolis fidelibus paſſum, eoſque ſolos Deum velle ſaluos fieri: Nec de libero arbitrio cum Gennadio Maſſilienſi ſentiendum: Huícque libello Epiſtolam pręfixit ad Hincmarum Remenſem & Pardulum Laudunenſem Epiſcopos in cuius prętatione.

Prudentij Epiſt. ad Hincm. & Pard.

Hoc primùm (inquit) *veſtram ſinceritatem monens & poſtulans, vt doctrinam beatiſsimi patris Auguſtini, abſque vlla dubitatione vndequaque doctiſsimi, ſanctarum ſcripturarum auctoritati in omnibus concordiſsimam, quippè nullus Doctorum abſtruſa earum ſcrupuloſiùs rimatus, diligentiùs ex-*

quiſierit, veriùs inuenerit, veraciùs protulerit, luculentiùs enodauerit, fideliùs tenuerit, robuſtiùs defenderit, effuſiùs diſſeminauerit, veſtri Pontificatus tempore commento quolibet impugnari non permittatis: Quanto magis cœleſtis gratiæ munere donata exiſtit, vt nullo cuiuſquam conamine vllatenus auelli poſſit &c.] A. 849.

Cúmque ſub Autumnum, non Auguſtę Turonum, ſed Pariſijs haberetur Synodus generalis quatuor prouinciarum, contra Nomenoium abſente rege & in expeditione Tholoſana degente, librum ſuum non niſi *conſenſu Synodi* Prudentius *mittere curauit.* Et reuerſo Biturigas menſe Decembri, Lupus abbas Ferrarię Regi exponens quid in illa Synodo actum fuiſſet, de libro illo non tacuit, & à Rege quid de tribus illis quęſtionibus ipſe ſentiret rogatus, ſententiam Prudentij in omnibus comprobauit; vt patet ex eius Epiſtola ad Karolum Regem, in principio.

Chronicon Fontanell. an. 849.

Lupi Ferrar. Epiſtola ad Karol. Regem.

Anno ſequenti 850. menſe martio, Hincmarus ad Rabanum ſcripſit quicquid in Gotteſchalcum actum eſſet, illius Confeſſiones & librum ſuum ad recluſos, vna cum Epiſtola Ratramni & libro Prudentij ad eum miſit, quò iudicium de libro ſuo ederet, & reliqua refelleret. Reſcripſit Rabanus librum illum ſibi placere, reliqua verò improbare, & quò minus illa refelleret, ex infirmitate corporis & ſenectutis ægritudine impediri. Apographum Epiſtolarum ſuarum ad Nothingum Epiſcopum & Eberardum comitem mittit, pauca in eandem ſententiam addit, Communionem, & ſcribendi & colloquendi libertatem, Gotteſchalco tanquam hæretico denegandam cenſet, eiúſque Confeſſionem prolixiorem, ſuperbiæ notat.

A. 850. Rabani Epiſtola ad Hincmarum in principio.

Sed Lupus Seruatus venerabilis eiuſdem Eccleſiæ preſbyter, qui placito Moguntino interfuerat, eodem tempore, paulò ante mortem, aureum de tribus illis quæſtionibus libellum edidit, quô in omnibus Gotteſchalci ſententiam, ſicut Prudentius confirmauit. Nec minùs fideliter Lupus alter Abbas Ferrarienſis,

Libelli Lupi ſeruati de tribus quæſt.

A. 850. ſcriptâ ad regem Karolum Epiſtolâ ſeu libello, vnà cum collectaneo ex pluribus ſanctorum Patrum voluminibus, ſuam de eiſdem quæſtionibus ſententiam, iam regi Biturigis expoſitam, confirmando, propter quam ab Hincmaro & ſimilibus aulicis aſſentatoribus, de Deo non piè fideliterque ſentire fuerat diffamatus, veritatem Catholicæ doctrinæ ſtrenuè tutatus eſt. Tum etiam Ratramnus, quod à rege Karolo acceperat mandatum, ſententias ſanctorum Patrum in quæſtione de geminâ prædeſtinatione in vnum volumen colligendi, gemino libello eandem veritatem confirmans, plenè & optimè executus eſt. Quos libros tam Lupi Ferrarienſis, quam Ratramni regi oblatos, rex ipſe Hincmaro ſuo expendendos tradidit.

Lupi Collectaneum & Epiſtola ad regem Karol. Ratramni de prædeſt. lib. 2.

A. 851. Anno 851. Hincmarus vnâ cum Pardulo Laudunenſi factionis ſuæ coryphæo, Amalarium Metenſem, vel Treuirenſem Diaconum, & Ioannem Scotum Erigenam aulicum, Philoſophiæ quidem, & græcæ linguæ peritum, ſed ſacrarum Scripturarum penitus ignarum, in Gotteſchalcum ſcribere compulit: Amalarij, Stercoraniſtarum hæreſeos iam tunc in concilio damnati liber non extat. Illud verò Ioannis Scoti opus, *hæreſes plurimas, ineptas quæſtiunculas, & aniles penè fabulas pluribus ſyllogiſmis concluſas, Scotorúmque pultes puritati fidei nauſeam inferentes* continens, duobus concilijs damnatum fuit; immo ex quo apparuit, piorum omnium iudicio anathematizatum.

Conc. Cariſiac. ann. 838. Conc. Valent. 3. Cann. 4. & 6.

Siquidem excerptas ex illo centum ferè propoſitiones ſeu definitiones, ſub XIX. capitulis, vt in libro illo editæ fuerant, Vvenilo Archiepiſcopus Senonenſis, ſibi traditas Prudentio Tricaſſino refutandas commiſit.

In præfat. Prudentij ad Vvenilonem.

A. 852. Prudentius verò anno ſequenti 852. aſſecutus Ioannis Scoti librum integrum *deprehendit* (vt ipſe teſtis eſt in præfatione ad Vvenilonem) *Pelagij, Cæleſtij, eorúmque ſequacis ac defenſoris acerrimi Iuliani per omnia ſectatorem, Ioannem videlicet Scotum, tantâ impudentiâ ortho-*

In eadem præfat.

doxæ fidei, patribúſque Catholicis oblatrantem, ac ſi vnus ſpiritus Iulianum Ioannémque docuerit, vnus idémque ſpiritus in eis fuerit, nec diſpar ſpiritus per eorum linguas tot tantáſque blaſphemiarum nauſeas euomuerit. Nam & gratuitam Dei gratiam pariliter impugnant, & Dei iuſtitiam ſimiliter denegant, & originale peccatum, quod naſcentes trahimus, quòque non niſi cœleſti gratiâ per myſterium baptiſmatis ſoluimur, in diſsimili garrulitate diſſuadent, argutiiſque Dialecticis ſimillimâ vanitate deſipiunt &c.] *Ideoque* Prudentius *reuolutis Patrum conſonis per omnia paginis, quid quiſque eorum antidoti contra eadem venena confecerit, decerpere fideliter curauit, præfixo cuiuſque Doctoris nomine, libróque pariter intimato, verba quoque eiuſdem Ioannis, vt ab eo digeſta ſunt, pluribus locis inſeruit.*] Idcirco libro illi titulus præfixus eſt: *Liber Ioannis Scoti correctus à Prudentio, ſiue à cæteris patribus, videlicet à Gregorio, Hieronymo, Fulgentio atque Auguſtino.*] A. 852.

Iiſdem excerptis propoſitionibus, ſeu definitionibus ad Eccleſiam Lugdunenſem delatis, nullâ aliâ habitâ libri illius notitiâ, Eccleſia Lugdunenſis per Florum Magiſtrum Diaconum doctiſſimum, *ſtudio charitatis & debito loci, atque ordinis, inſolentiæ illius Scoti reſpondere neceſſarium duxit: ne illius lectores inani verboſitate & ventoſâ loquacitate pernicioſiſsimè occupati, non ſe diuinis ſcripturis, & auctoritatibus paternis, humiliter ſubmittant, ſed eius potius fantaſtica deliramenta ſequantur.*] Libell. Eccleſ. Lugd. cõtra Ioan. Scotum in principio.

Eodem anno, cùm ſub arctiſſima Hincmari miniſtrorũ cuſtodia, omniũ cõmunione interdictus, ergaſtulo recluſus detineretur Gotteſchalc⁹, Hincmarus ipſius nomine (vt veroſimile eſt) ſuppoſititia ſcripta per fratrem quemdã Amoloni Archiepiſcopo Lugdunenſi trãſmiſit, quaſi ſolatium ærũnis eius eſſet, ſi tanto præſuli ſenſa ſua innoteſcerent. Amolo verò fraudis inſcius, ſaluberrimâ Epiſtolâ ad Gotteſchalcum errores aliquot fictitijs illis ſcriptis expreſſos, ſed qui (vt patet ex in-

A. 852. ſecuta Hincmari Epiſtola) non eſſent ab ipſo aſſerti, reprehendit: Eúmque ſuppoſitæ ibidem contumaciæ & ſuperbiæ notat: Verùm germanam ſancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ de gemina prædeſtinatione doctrinam, de qua ſolùm in Gotteſchalcum actum eſſet, pleniſſimè adſtruit, & fideliter confirmat. Alterã etiam (vt probabile eſt) præſul ille digniſſimus ad Hincmarũ ipſum Epiſtolã (eam ſcilicet, quæ in manuſcripto codice Treuirenſi ſine inſcriptione & principio, vt notat Sirmondus, priori ſubijcitur) in qua *de gratia & præſcientia Dei, deque prædeſtinatione & libero arbitrio, de ſpe item ac fiducia ſalutis, & de ſententia ſancti* AVGVSTINI, tanquam *poſt Apoſtolum præcipui prædeſtinationis & gratiæ prædicatoris*, breuiter quidem & dilucidè, ac ſaluberrimè diſſeruit, paucis ante mortem diebus, quaſi ſaluciferum Cygni cantum emiſit.

Amolon. Epiſt. ad Hincm.

A. 853. Illinc occaſione ortã Anno 853. Hincmarus Epiſtola ad Amulum Lugdunenſem Archiepiſcopum, *expoſuit qualiter in duobus concilijs Gotteſchalcus auditus iudicatus & damnatus fuerit*, eiúſque doctrinam ſic recenſuit: *Cœpit prædicare.*

Flodoard. hiſt. lib. 3. cap. 21. Libell. de trib. Epiſtolis, in principio.

1. *Quod ante omnia ſæcula Deus, quos voluit prædeſtinauit ad regnum, & quos voluit prædeſtinauit ad interitum.*

2. *Et qui prædeſtinati ſunt ad interitum, ſaluari non poſſunt; Et qui prædeſtinati ſunt ad regnum, perire non poſſunt.*

3. *Et Deus non vult omnes homines ſaluos fieri, ſed eos tantùm qui ſaluantur, & quod dicit Apoſtolus* : qui vult omnes homines ſaluos fieri: *illos dici* omnes, *qui tantummodò ſaluantur.*

4. *Et Chriſtus non venit vt omnes ſaluaret, nec paſſus eſt pro omnibus, niſi ſolummodò pro his, qui paſſionis eius ſaluantur myſteriò.*

5. *Et poſtquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed tatummodò ad malè agendum libero poteſt vti arbitrio.*]

Digitized by Google

Tum quid vel à ſe ipſo, vel à cœteris objectum fuerit, pariter executus eſt. A. 853.

De his ſimiliter & eodem ſcopo vnâ ſimul ſcripſit Pardulus Laudunenſis : Et adjuncta eſt etiam 3. ſcilicet Rabani illa ad Nothingum Epiſtola. *Vt quid Eccleſia Lugdunenſis* (inquiunt) *de eâdem re ſentiret, verè & fideliter reſponderet.* Sed veriùs nihil fraudulentæ dexteritatis obmiſſum, quò eandem Eccleſiam, vt Remenſem in ſua ſenſa pertraherent. Ibidem.

Tribus illis Epiſtolis in Conuentu Eccleſiæ Lugdunenſis expoſitis, S. Remigius, Amuli in Cathedra Lugdunenſi ſucceſſor, nomine Eccleſiæ Lugdunenſis reſpondens, reſcripſit Libello de Tribus Epiſtolis, in quo quatuor priores propoſitiones licet minùs æquis verbis expoſitas Catholicas cenſuit, quintâ ſolâ rejectâ, quæ gratìs & falsò Gotteſchalco ab Hincmaro adſcripta, Hincmaro ipſo teſte probatur.

Hunc libellum paulò poſt ſecutus eſt alter eiuſdem auctoris quaſi appendix, cui titulus, *Abſolutio quæſtionis de generali per Adam damnatione &c.*]

Interim menſe Maio, eo tractu temporis quod effluxit à Concilio Sueſſionenſi Epiſcoporum quinque Prouinciarum, ad Vermerienſe, ab iiſdem Epiſcopis Rege ipſo præſente paulò poſt celebratum (in quo etiam lecta & confirmata fuerunt capitula promulgata in Concilio illo Sueſſionenſi) Rex Carolus factione Hincmari ab illo concilio in Palatium ſuum Cariſiacum reuerſurus, Hincmarum & paucos alios ſecum adduxit Epiſcopos & Abbates, vbi Hincmarus mirâ præcipitatione nullis adhibitis, vel ſacræ Scripturæ, vel ſanctorum Patrum voluminibus, quatuor illa famoſa edidit capitula, quibus Rex ipſe cum reliquis etiam aliquibus inuitis ſubſcripſit. Huius Conuenticuli & capitulorum quatuor ſolus meminit auctor Annalium Bertinianorum, coætaneus & in omnibus Hincmaro ſuo obſecundans, his verbis ad hunc annum 853. *Karolus inde* (ſcilicet à Concilio Sueſſionenſi) *ad* A. 853.

De Pſeudoſynodo Cariſiacâ eiuſq; Capitulis 4.

Annales Bertiniani.

A. 853. *Cariſiacum veniens, cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus Monaſticis, quatuor Capitula edidit, & propriâ ſubſcriptione roborauit. Quorum primum eſt à Deo neminem prædeſtinatum ad pœnam, vnámque eſſe Dei prædeſtinationem, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ. Secundùm, Liberum arbitrium, quod in primo homine perdidimus, nobis præueniente, & adjuuante Chriſti gratia redditum: Tertium, velle Deum generaliter omnes homines ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur. Quartum, Chriſti Sanguinem pro omnibus fuſum, licet non omnes Paſſionis myſterio rediman-tur.*]

Hincmar. de Prædeſt. cap. 23. 30. & 34. In præfat. eiuſdem operis ſub finem.

Hincmarum verò hæc Capitula præcipitanter, & nullis inſpectis voluminibus edidiſſe, & nonnullos qui Rege exigente ſubſcripſerant, poſtmodum ab ijs reſiliiſſe, ipſe non ſuſpectus teſtis eſt. Prudentium autem non illis ſubſcripſiſſe (licet Hincmarus reclamet) & quæ præceſſerunt, & quæ ſubſecuta ſunt validiſſimo ſunt argumento.

Prudentij Tractoria.

Immo eodem anno cùm nequitiam illam perſpectam habuiſſet Prudentius, aduersùs venena Capitulorum illorum ſaluberrimam parauit Theriacam: ſiquidem ad Concilium Senonenſe euocatus ad Ordinationem Æneæ in Epiſcopum Pariſienſem, *Infirmitatibus pænè omnibus notis depreſſus* adeſſe prohibitus Tractoriam per Vicarium miſit, quâ *ita demum ſui conſenſus præſentiam exhibere* profeſſus eſt, *ſi is qui ordinandus eſſet, Apoſtolicæ ſedis omnibus inſtitutis, & Beatorum Patrum ſcriptis ac dictis, & ſpecialiter Capitulis quatuor, quibus Eccleſia Catholica aduerſus Pelagium, eiúſque Hæreſeos ſequaces pugnauit ac vicit, confitendo ſubſcriberet: ſcilicet I. Liberum arbitrium ita per Chriſtum redditum, vt ſemper ad omne opus bonum Dei omnipotentis gratiâ indigeamus &c. II. Quoſdam impenetrabili Dei iuſtitiâ prædeſtinatos ad pœnam &c. III. Chriſti Sanguinē pro ſolis credentibus fuſum &c. IV. Deum omnes quoſcumque vult ſaluare, & quicumque non ſaluantur,*

nantur, penitùs non eſſe voluntatis illius vt ſaluentur.] A. 854.

Quam Tractoriam in Concilio Senonenſi reuerenter ſubſceptam, omnium iudicio comprobatam plurima argumenta clariſſimè teſtantur, immò Regi per Æneam Epiſcopum ordinatum Metropolitani iuſſu exhibitam, & deinde Hincmaro expendendam à Rege ipſo pro more ſuo traditam ille ipſe teſtatur. Hincmar. de Prædeſt. cap. 5.

ANNO ſequenti 854. Capitula illa Hincmariana ad Eccleſiam Lugdunenſem delata ſunt, vt eodem zelo contra ea, quo contra Ioannis Scoti ineptias, & tres Hincmari, Parduli, & Rabani Epiſtolas, Orthodoxæ fidei veritatem tueretur: Quale verò fuerit Remigij Præſulis, & totius Eccleſiæ Lugdunenſis de his Capitulis iudicium, ſequentibus verbis exprimitur: *Hæc cùm legiſſemus* (inquit Remigius) *& adiuuante nobis fratrum noſtrorum, Deo donante benè ſtudentium, & rectè intelligentium collegio, pià & fideli attentione ſingula pertractaſſemus, grauiter perculſi & confuſi animo, vidimus in eis & Scripturæ Sanctæ certiſſimam veritatem, & Beatiſſimorum Patrum, & præcipuè Sancti Auguſtini reuerendam, & in omni Eccleſià Catholicà receptiſſimam auctoritatem, nouo conatu, & auſu temerario impugnari, & quantùm in ipſis fuit improuidè atque inſolenter labefactari &c.*] A. 854. Libello de Tenendâ verit. ſcript. in principio.

Quâ verò ratione, quibus argumentis, & quo fine Capitula illa libello ſuo refutare & graui cenſurâ notare compulſus ſit Præſul ille vt doctiſſimus ſic & Sanctiſſimus, his verbis expreſſit: *Hâc* (inquit) *Charitatis affectione viſum eſt nobis atque complacuit, vt hæc qualiacumque ſunt, & ad cõmonitionem noſtram, & ad eorum qui legere voluerunt ædificationem & confirmationem, compendioſo & lucido, pro vt Dominus aſpirare dignatur, ſermone ſcriberemus: quicquid in eo dicendum putauimus non noſtro ſenſu, aut præſumptione, ſed manifeſtiſſimis Scripturarum teſtimoniis, & præfatorum Sanctorum Patrum venerabili auctoritate firmantes, à quorum veſtigiis & vnitate abſit, vt vel nos vel illi quorum charitate* Ibidem.

compulſi hæc dicimus, vllatenùs recedamus, ne ab ipſis diuiſi, etiam à Domino diuidamur.]

A. 855. Hâc eâdem charitate ineunte Anno ſequenti 855. Idem ipſe Remigius Concilio Valentino tertio trium Prouinciarum, Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis hæc Hincmari Capitula quatuor vnà cum XIX. Capitulis Ioannis Scoti propoſuit dijudicanda. *Quæ quatuor Capitula quaſi minùs proſpectè ſuſcepta propter inutilitatem, vel etiam noxietatem & errorem contrarium veritati. Et XIX.* Ioannis Scoti *Capitula, in quibus commentum diaboli potiùs quàm argumentum aliquod fidei deprehenſum eſt*, à Concilio damnata, & penitùs interdicta ſunt. Et Canones illis Capitulis oppoſiti inter alios conſtituti.

Concil. Valent. 3.

Can. 4.

Can. 3. Can. 3. Fidenter fatemur prædeſtinationem Electorũ ad vitam, & prædeſtinationem impiorũ ad mortẽ, &c.

4. Chriſti Sanguinem pro ſolis in eum credentibus effuſum &c.

5. Omnibus baptizatis factam Chriſti Sanguine regenerationem, & veram Redemptionem.

6. De Gratia & Libero arbitrio tenendum quicquid Africana & Arauſica Synodi profeſſæ ſunt, & quod beatiſſimi Pontifices Apoſtolicæ ſedis Catholicâ fide tenuerunt.

Hincmar. in præfat. vtriúſque operis de Prædeſt.

Porrò definitiones huiuſce Concilij vnà cum libellis Eccleſiæ Lugdunenſis & excerptis illis Ioannis Scoti Capitulis, Imperatori Lothario exhibitæ ſunt, vt per eaſdem tùm aliis Gallici Regni Præſulibus, tùm maximè Karolo Regi fratri ſuo tranſmiſſas, Hincmari & ſectatorum illa nequitia reprimeretur. Imperator verò cùm Prumienſe Monaſterium ſub Monachi habitu mox eſſet ingreſſurus, vt in eo reliquum vitæ in pœnitentia perageret, hanc Ebboni Gratianopolitano Epiſcopo Prouinciam commiſit, quæ vel ſequenti anno 856. ſuſceptâ ad Karolum Caluum legatione, illa omnia ſcripta Regi in manus traderet, quam Imperatorij mandati fidem ipſe apud Vermeriam Pala-

tium exoluit,. Rex verò menſe Septembri anno prædicto 856. cùm in Neolpha villa Rothomagenſis Epiſcopij in excubiis contra Normanos degeret, ea omnia (quod ante non ſemel fecerat) Hincmari ſui Prudentiæ & conſcientiæ *ob ſtudium cognoſcendæ veritatis* (vt inquit ille) *legenda & ventilanda commiſit.* A 856. In priori præfat. in principio.

Anno 857. & 858. Hincmarus Flodoardo teſte libro 3. cap. 15. *Collegit atque compoſuit volumen ingens, plures continens libros de Prædiſtinatione Dei, & Libero arbitrio*, contra quoſdam reprehenſores ſuos Epiſcopos, maximéque contra Gotteſchalcum atque Ratramnum Monachum Corbeienſem ad Karolum Regem. Ipſe verò de eodem opere in præfatione poſterioris, *Multiplicibus* (inquit) *multiplicium in rationibus, multiplicibúſque conlationibus non ſine* (*ſicut ſcimus & confitemur*) *Lectoris tædio, ſenſu ſed tamen Catholico, in tribus libris laſciniosè ſermone reſpondere ſategimus*: Illius operis ſola ſupereſt præfatio apud Flodoardum, in qua eius diſpoſitionem & ordinem cum aliqua modeſtiæ & humilitatis ſpecie expreſſit: *Si talium*, inquiens, *ſententiis concordare Capitula, quæ excerpſimus demonſtrare non potuerimus, parati ſumus doctioribus & Catholicis aurem accommodare, ſenſum ſubdere, & ſine contentione nos doctrinæ illorum ſubijcere.* Illius eiuſdem operis ipſe ſolus, & ab illo mutuatus Flodoardus meminit. Nec falſa eſt conjectura illud in aduerſantium ſibi, & eorum maximè qui in Eccleſiæ Lugdunenſis communione viuerent, non perueniſſe notitiam. A. 857. & 858. Flodoard. Hiſt. 3. cap. 15. Hincmar. præfat. poſt. Flodoard. dicto c. 15

Anno 859. Iidem paucis exceptis Epiſcopi, Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis Prouinciæ, qui ad Concilium Valentinum tertium, in ſuburbium Lingonicæ vrbis, præſente Karolo domino ac Rege ſuo Lotharij Imperatoris filio, rurſus conuenerunt & ibidem XVI. Canones ediderunt, inter quos, ſex priores Concilij Valentini tertij Canones repetiti, ſecundâ ſanctione confirmati fuerunt ad inſtructionem dominici populi. Et XV. poſt diebus, conuenientibus A. 859. Tom. 3. Conc. Galliæ.

Digitized by Google

A. 859. ad Concilium Tullenſe apud Saponarias 12. Prouinciarum Epiſcopis, adſidentibus Carolo Caluo eiuſque nepotibus Lothario & Carolo Regibus. *Illa ipſa Capitula* Valentini & Lingonenſis Concilij *proferente & deponente eâ Synodo, domino Remigio Lugdunenſi Archiepiſcopo recitata fuerunt: ſuper quibus commotis* Hincmaro & fidelibus ſuis, *motus illi à Remigio fuere modeſtè compoſiti, eo venerabiliter perorante*, inquit Hincmarus, *vt ſi quorumcumque noſtrorum ſenſus ab eiſdem prolatis capitulis in aliquo diſſentiendo ſe commoueret, ad proximè futuram Synodum Catholicorum libros Doctorum quique deferre curemus, & ſicut melius ſecundùm Catholicam & Apoſtolicam doctrinam in commune inuenerimus, de cætero omnes vnanimiter teneamus.* Et ibidem ante exactam Synodum illi ipſi Canones ſeu Capitula vnà cum epigrammate, à Remigio ipſo Regi Carolo Caluo fuerunt exhibita, ſed illa vti reliqua fidei Hincmari ſui Karolus Caluus mox commiſit expendenda.

Hincmar. in præfat. poſter.

In eadem præfat.

Illos verò Canones Lingonenſis Concilij Romam, ad Nicolaum Papam eodem anno delatos, ab ipſo fuiſſe comprobatos, auctor eſt Prudentius in Annalibus ſuis apud Hincmarum Epiſtola 24. ad Egilonem; & Annales Bertiniani ad hunc annum 859. his verbis. *Nicolaus Pontifex Romanus de Gratiâ Dei, & Libero arbitrio, de veritate geminæ Prædeſtinationis, & Sanguine Chriſti, vt pro credentibus omnibus fuſus ſit fideliter confirmat, & Catholicè decernit.*] Et Concilium illud Lingonenſe ex Codice Bibliothecæ Vaticanæ, inter antiqua Galliæ Concilia hoc ſæculo primùm in lucem prodiit.

Hincmar. Epiſtola 24 ad Egilon. Annales Bertiniani A. 859.

A. 860. Anno ſequenti 860. celebratum eſt II. Tullenſe Concilium 14. Prouinciarum, ad quod illi ferè omnes, qui præcedenti affuerant conuenerunt, præcipuè Remigius & Hincmarus cum ſuis comprouincialibus Epiſcopis: nihil tamen hîc proferre auſus eſt Hincmarus de ſuis Cariſienſibus Capitulis, neque in reliquis quibuſlibet, quæ poſteà intercefferunt Synodis.

Digitized by Google

Quin contrà hâc eâdem Synodo præcipua Sancti Auguſtini de Gratia & Libero arbitrio doctrina, per LVII. Epiſcoporum ſynodicam fuit ſpecialiter comprobata: ſed hoc & duobus vel tribus ſequentibus annis opus ſuum poſtremum de Prædeſtinatione, quod hodie ſolum extat concinnauit Hincmarus contrà præfatos præſertim Synodi Valentinæ & Lingonſicæ Canones, reſponſiones, ſeu verius obtrectationes continens, quibus eos non minùs quàm Gotteſchalci ſenſa infamat, & hæreſis inſimulat, licet ab vniuerſa Eccleſia vt orthodoxæ fidei ſuſcipiantur, & ſemper fuerint ſuſcepti: *Quáſque reſponſiones* (inquit ille ad Karolum Regem) *furatis horulis & diuerſis occupationum diſtentionibus, qui cogitationum ferias non habemus, ſicut de ſententiis Sanctorum Patrum excepimus, ne torpore, vel inobedientiâ à veſtrâ denotaremur Chriſtianâ deuotione, committere ſchedulis tumultuario ſermone ſtuduimus.*] A. 860. Præfat. poſt operis de Prædeſt.

INTERIM anno 861. Prudentius epiſcopus Tricaſſinus, Orthodoxæ fidei contrà hæreſis Pelagianæ reliquias aſſertor & vindex acerrimus, non minùs morum ſanctitate quàm doctrinâ eximius, migrauit ad Dominum, in Sanctorum ſuæ Diœceſis album relatus. *Eius reliquiæ ligneâ capſulâ inſitæ in primariâ Tricaſſium æde ſeruantur, in qua feſtum eius VI. Aprilis peragitur IX. lectionibus, & officium fit de communi Confeſſorum.* Itaque nequiſſimè auctor Annalium Bertinianorum Hincmari cui fauebat, & cauſæ quam pertinaci fouebat ſtudio ad hunc annum falsò notat. Eum *ante aliquot annos Gotteſchalco Praedeſtinatiano reſtitiſſe, poſt felle commotum contrà quoſdam Epiſcopos vnà ſecum haeretico reſiſtentes, ipſius haereſeos defenſorem fuiſſe acerrimum. Indéque* (inquit) *non modica inter ſe diuerſa, & fidei aduerſa ſcriptitans moritur; ſicque licet diutino languore fatigaretur, vt viuendi ita & ſcribendi finem fecit.*] A. 861. Antiquitatum Tricaſſin. in Catalogo Epiſcop. pag. 160. Annales Bertiniani A. 861.

Anno 862. ſub finẽ Hincmarus, dũ operi illi poſtremo de Prædeſtinatione operã daret, admonitus ſummum A. 862.

A. 863. Pontificem de origine & ſeriè totius Gotteſchalcanæ controuerſiæ fuiſſe ſollicitum. Ipſemet *ſcripſit* (iuxta Flodoardum) *Nicolao Papæ, fidei ſuæ depromendo tenorem, & ſuam contrà Praenotati Gotteſchalci errorem, quam fidei Catholicæ dependere ſatagebat defenſionem.*] Et vt ipſe teſtis eſt Epiſtolâ ad Nicolaum Papam. *Quoniam per alios iam audieram ad ſanctitatem veſtram verba veniſſe, de damnatione & recluſione Gotteſchalci, miſi auctoritati veſtrae quaedam ex verbis & Catholicorum ſenſibus in rotula, qualiter contrà ipſius peſtiferi hominis ſenſum ſentiam, per Odonem Epiſcopum, & nihil inde reſponſionis accipere merui.*] Quod notandum: Licet ipſi per eundem Odonem Papa de aliis rebus reſcripſerit Epiſtola 22. Sic enim ſummus Pontifex & ſententiam Hincmari, & quam pararet defenſionem contempſit.

Flodoard. hiſt. 3. c. 15.

Ibid. c. 14.

Nicolai Epiſtola 22. Tom. 3. Conc. Gal.

A. 863. Immo verò anno ſequenti 863. Nicolai Papæ iuſſione, per Legatorum pontificiorum mandatum programmatis publicatâ Hincmarus cum Gotteſchalco euocatus eſt ad Metenſem Synodum (quæ in regno Lotharij ideò, quod dimiſſa vxore legitimâ alteram duxiſſet, celebrata eſt) vt damnationis & recluſionis miſerabilis illius Monachi (ita enim vulgo appellabatur) & qualiter contra illius ſenſum ſentiret, redderet rationem; ſed Hincmarus ſolitâ præſumptione parere contempſit, vt ipſius conſtat teſtimonio: verùm ſynodus iſta, quia corrupti à Lothario Rege Legati & Epiſcopi fuiſſe crederentur, à ſummo Pontifice reprobata & damnata eſt.

dicto c. 14.

Ibidem.

Per illa annorum eorum interualla audiens Gotteſchalcus, ex contentione inter aliquos orta, vtrum Trina Deitas dici poſſet: Hincmarum in Eccleſia Remenſi cantare prohibuiſſe vetuſtiſſimam Hymni clauſulam.

Hincmar. de non Trina Deitate in princip.

Te Trina Deitas Vnáque poſcimus.

Schedulam ſcripſit, quâ Trinam Deitatem dici poſſe comprobauit, quam ob cauſam alterius hæreſis

Gotteſchalcum idem Hincmarus infamauit, & ſequentibus annis ſchedulam eandem confutauit libro integro quem inſcripſit, *De non Trina Deitate*, & notandum obiter hunc eundem Hymni verſiculum. A. 863.

Te Trina Deitas Vnaque poſcimus.

A ſancto Thoma Hymno de Sacroſancto Altaris Sacramento inſertum, quotannis per Octauam illius ſacræ feſtiuitatis ad Matutinum, ex hoc nunc vſque in vniuerſa Eccleſia cantari eſſe ſolitum.

Anno 864. Hincmarus monitus à Luidone Laudunenſi Archidiacono, quòd cum Romæ eſſet hoc ipſo anno, illùc à Rege & Hincmaro delegatus iterum ſummus Pontifex, *cum eo rationem de damnatione & recluſione Gotteſchalci habuiſſet*, per Vicarios prolixiorem ad eum ſcripſit Epiſtolam illam, quæ apud Flodoardum extat integra, in qua poſt diſcuſſionem Rothadi Sueſſonenſis Epiſcopi) quem *vt animi belluini &c. maniaticum, ſacrilegum & plurimorum ſcelerum reum* infamat) præmiſſorum meminit, & iterum damnationis & recluſionis Monachi Gotteſchalci ſuo more rationem reddit, eiúſque has eſſe hæreſes quæ ſequuntur, ſignificat. *Dicit Gotteſchalcus* (verba ſunt Hincmari) *quod & veteres Praedeſtinatiani dixerant.* A. 864. Flodoard. hiſt. 3. cap. 12. 13. & 14. Hincmar. Epiſt. 17. ad Nicol. PP.

I. Quoniam ſicut Deus quoſdam ad vitam æternam, ita quoſdam praedeſtinauit ad mortem æternam.

II. Quoniam non vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſed tantùm eos qui ſaluantur &c.

III. Quòd non pro totius mundi redemptione, id eſt, non pro omnium hominum ſalute & redemptione Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus ſit crucifixus & mortuus, ſed tantùm pro his qui ſaluantur.

2. Pet 2 v. 1. *IV. Exponens ſententiam Apoſtoli Petri:* Eum qui emit eos Dominum negantes: *Baptiſmi* (*inquit*) *Sacramento eos emit; non tamen pro eis Crucem ſubiit, neque mortem pertulit, neque Sanguinem fudit.*

V. Quod prædeſtinatiani veteres non dixerunt, iſte vt audaciùs ita pernicioſius dicit, Deitatem ſanctæ Trinitatis trinam eſſe.

A. 864. Notandum nihil hîc de gratia & libero arbitrio, vt ſupra in Epiſtola ad Eccleſiam Lugdunenſem fuit impoſitum. Tum addidit Hincmarus. *Sunt & alia, quæ ipſe & alij plures in iſtis partibus dicunt, quæ nobis ſanæ fidei aduerſari videntur, quæ dùm per alium, quàm per vilitatem meæ perſonæ auctoritas veſtra cognouerit, fortè attendet ſolertiùs, & quæ inde tenenda ſunt, docere ſtudebit quantociùs.*]

A. 865. Nicolai Papæ Epiſtola ad Hincmarum. ANNO 865. Rothado Epiſcopo Sueſſonenſi non obſtante Hincmari calumniâ, per Apoſtolicæ ſedis auctoritatem & concilium Romanum priſtino gradui, priſtinis officijs, ac priſtino Epiſcopatui reſtituto, & à violentiſſima Hincmari oppreſſione liberato, Nicolaus Papa reſcripſit Hincmaro, oppreſſionem illam quâ Rothodum vexarat, & plurimas eius fraudes improperauit, & manifeſto neglectu inſuper habuit ea, quæ ille de Gotteſchalco, quæue (vt putabat) ſanæ fidei aduerſari ſcripſerat: Sed & reſcripſit Pontifex regi Karolo, æquum non eſſe principem, vel ipſum ſummum Pontificem, iniquitatis alienæ & ſpecialiter Hincmarianæ nequitiæ patrocinium ſuſcipere, quem nequiret in futurum ſemper tueri. *Quia* (verba ſunt ipſius Hincmari hoc ipſum referentis) *ſemper me tegere non debet à talibus, nec ualet; vt prouiderem, ne pro eis tandem aliquando incurram quæ non opto.*]

Hincmari Epiſt. 24. ad Egilon.

Dicta Epiſtola 24. Et iterum eodem anno ſummi Pontificis iuſſu, ab Arſenio ſedis Apoſtolicæ legato Hincmarus de Gotteſchalco ſcriptis interrogatus, ſcriptis rationem reddidit, Monachum, *illum à duabus ſynodis damnatum cuſtodiæ ſuæ, iubentibus Epiſcopis mancipatum ne aliis ſuâ peruersâ doctrinâ noceret, qui ſibi prodeſſe nolebat*, inquit Hincmarus: ſed Gotteſchalcus ſub Seueriſſima Hincmari fidelium cuſtodia in ergaſtulo reclusus horum omnium ignarus, quæ fuit infœlicitas eius, nec fuit auditus, nec ab Arſenio requiſitus.

A. 866. Dicta Epiſtola 24. Verùm anno 866. Vbi didiciſſet ex ijs quæ ad ſe clam relata fuiſſent de cauſa Rothadi Epiſcopi ſui, & altera

Vulfadi

Digitized by Google

Vulfadi & ſociorum eius Romæ diſceptanda, ſummo Pontifici ſummæ curæ eſſe oppreſſis ab Hincmaro ſubuenire, de ſua reclamatione literas ad domnum Apoſtolicum perferendas curauit, per amicum cellæ Altumuillarenſis (in qua detinebatur) nomine *Guntbertum, qui fuga elapſus cũ libris, veſtimentis, caballis literiſque ab illo ſuſceptis Romam pergebat*, ſed ab Hincmari fidelibus (vt vero ſimillimum eſt) interceptus, non amplius apparuit: incertus tamen Hincmarus an ab illis requiſitus Guntbertus reperiri, & reclamatio illa ſupprimi poſſet, Egiloni Senonenſi Archiepiſcopo à concilio Sueſſonenſi 3. in cauſa Vvlfadi & ſociorum Romam delegato, Epiſtola ſingulari ſub ſecreti ſigillo cuſtodienda retinendaque hoc omne expoſuit, in qua illius Monachi doctrinam, vt in præcedenti Epiſtola ad Nicolaum Papam explicauit. Monétque Egilonem, vt meminerit Prudentium eam ſummi Pontificis, quam anno 859. vidimus, ſententiam in Annalibus ſuis palam feciſſe. *Vnde* (inquit) *quoniam ipſa geſta quibus hæc conſcripta ſunt, iam in plurimorum manus deuenerunt. Neceſſe eſt vt taliter de hoc Domno Apoſtolico ſuggeratis, ne ſcandalum inde in Eccleſia veniat, quaſi ipſe* (*quod abſit*) *talia ſicut Gotteſchalcus ſentiat*: *Et precor vt de meà parte nihil ei dicatur, quia commotum dicitur habere ſuum animum erga me*] & ſub finem: *Et ſciatis quia maxima nauſea in iſta Eccleſià commouebitur, ſi ad ſynodum venire iuſſus fuerit* (Gotteſchalcus) *aut de ipſa cuſtodia abſolutus fuerit.*] A. 866.

Item altera Epiſtolâ ad eundem Egilonem eiuſdem doctrinæ expoſitionem, quam præcedenti Epiſtolâ promittebat, tradidit: *Si fortè* (inquit) *iſdem peſtifer* (ſcilicet Guntbertus qui in Italiam aufugit) *in illis partibus de zizania magiſtri ſui aliqua ſeminauerit, & à quibuſdam inde interrogati fueritis, habeatis quæ illis de doctrina eius certa reſpondere poſſitis &c.* Sed vt diximus, Guntberto inimici hominis malis artibus intercepto, ſupplex Gotteſchalci monachi reclamatio euanuit, nec ad Hincmari Epiſt. 25. ad Egilon.

Digitized by Google

A. 867. aures tanti pontificis potuit peruenire.

Hincmari Epiſt. 26. ad Nicol. P. P.

ANNO 867. ijs quæ ab HINCMARO in vtroque concilio Sueſſonenſi 2. & 3. perperam acta fuerant reſciſis, Vulfado ipſo & reliquis in gradus ſuos reſtitutis per eundem Egilonem legatum, ſummus Pontifex Nicolaus Epiſtolâ ſuâ ad Epiſcopos, qui concilio illi poſtremo interfuerant, coram rege & HINCMARO ipſo legenda, & lecta, & alterâ ſingulari ad HINCMARUM, ipſum SVPERBIÆ, DOLOSITATIS, & CRVDELITATIS HINCmarum palam & publicè notauit. Quod eodem anno Epiſtola ſua ad ſummum pontificem HINCMARUS ipſe aliquantulum, ſed verbo tenus, modeſtior peccatorum ſuorũ meritis debitum hoc profeſſus eſt *tantas* (inquit) *ac tales increpationes indignitati meæ à dignitate veſtra illatas inueni, ſicut peccata mea merentur &c.* Et paulo poſt. *Etmodò,* CVM TVMORE, *quem quantũ potui ab ineũte ætate vitaui*, DOLOSITATE *atque* CRVDELITATE *apud Sanctam & prudentiſsimam ſimplicitatem veſtram videor denotari.*]

Hincmar. Epiſt. 23. ad Egilon.

Alterâ EPIſtola ſummus Pontifex ſcripſit illi DE DVRITIA PHARAONIS. Quod ſi eam quam HINCMARUS per XX. annos in miſerabilem illum (dum viueret) Monachum plurimam exercuit, habuiſſet notam tantus Pontifex, nec diſſimulata ei fuiſſet per Odonem, Luidonem, & EGILONEM, cæteróſque HINCMARI fideles, vel ſuſcepta per Guntbertum appellatio inſidiis HINCMARI non fuiſſet intercepta & ſuppreſſa, non dubium quin in HINCMARUM Catholicæ veritatis & Eccleſiaſticæ libertatis oppreſſorem, ſolito iuſtitiæ zelo exarſiſſet. Quid verò ſi poſtrema HINCMARI in Gotteſchalcum in vltimo vitæ periculo conſtitutum nequitia, ipſi non fuiſſet ignota? Ea ſiquidem inhumanitate in illum deſæuijt Hincmarus, vt cum parùm illi eſſet, Cariſiacenſis ſæuitia, tamque diuturni Carceris crudelitas, etiam morituro communionis & ſepulturæ Eccleſiaſticæ beneficium, tanquam hæretico denegauerit: licet ipſius doctrinam à ſummo Pontifice non improbatam, immò ſicut & à duobus concilijs, Eccleſia Lugdu-

Digitized by Google

nenſi, iudicio & ſcriptis celeberrimorum illo ſæculo tam pietate quàm doctrina virorum, laudatam & confirmatam ipſemet agnouerit. Barbara quidem ferináque Hincmari crudelitas extitit, quam poſt mortem Nicolai Papæ in proprium nepotem Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, vſque ad excæcationem, & oculorum euulſionem exercuit, quam concilio generali, præſente ſummo Pontifice Ioanne 8. Trecis habito poſt Decennium, repræſentatam ac reuictam ſæculum illud exhorruit. At longè major atrociórque ea eſſe videbitur, quâ in morientem Monachum ſæuiſſimus inſaniuit. A. 868. Conc. Gener. Trecenſi. A. 878.

Hoc ſiquidem vel ſequenti anno 868. monitus à cuſtodibus, quorum fidei ſeu veriùs perfidiæ cuſtodiendum illum commiſerat, quòd iam morte proximus videretur, omnem & ſpiritalem & corporalem humanitatem, & reconciliationem, & viatium, & ſepulturam Eccleſiaſticam denegandam eſſe decreuit, niſi ſententiam ſuam in ſupradictis capitulis reuocaret, & contrariæ ſubſcriberet: cúmque ille imperatam abiurationem detrectaret, nec cederet fides ſupplicio, immo ipſa augeret crudelitas fidei conſtantiam, quam furoris, inſaniæ, deteſtationis, & blaſphemiarum nominibus infamauit Hincmarus, *Recogitans* (vt ipſemet ait in ſcripta ſchedula) *duritiam illius & cor impœnitens*, eodem illi negans animo ſacramenta Eccleſię, duritiam & impœnitentiam propriam ipſe prodidit: *Deinde cum iam* (inquit) *finis eius appropinquaret, fratribus, qui aderant, vt à prauo ſuo ſenſu, & peruerſa ſententia ſe reuocaret, & communionem ſacram perciperet, ſuadentibus reſpondit, à ſuo ſe ſenſu & ſententia reuocare, & communionem per auctoritatem non poſſe accipere: Sicque indignam vitam dignâ morte finiuit, & abijt in locum ſuum.* Hæc Hincmarus in tractatu de non trina deïtate ſub finem. A. 868. Hincmar. de non trina deitate in fine. Ibidem.

Verùm vt in doctrina, quam toties etiam in tormentis Gotteſchalcus Monachus profeſſus eſt, & quam fuiſſe non ſolùm ſancti Auguſtini, ſed & totius Eccle-

A. 868. ſiæ Catholicæ, etiam ex his quæ ſupra nudè, ſinceréque recenſuimus, quiuis facillimè iudicabit, conſtans perſeuerauit, ſi in charitate, humilitate, inimicorum dilectione, patientiæ, & gratiarum actione, quæ poſt ſuperata illa Moguntiæ & Cariſiaci certamina, degens in ergaſtulo in confeſſione ſua maiore exhibuit, in interiore corde (quod ſoli Deo patet) vt par eſt credere, abſque querela perſtitit, dolorem hunc vnum palam profeſſus, *quod propter ſui nominis vilitatem, vilem hominibus eſſe videret veritatem, & quod erga Deum vt debuerant, non ſeruarent charitatem:* Quis Catholicus dubitare poſſit *locum* illum, non obſtante Hincmari excommunicatione, eiuſque Pharaonicâ induratione, miſerabili illi dum viueret Monacho, eſſe per miſericordiam Dei conceſſum locum refugij lucis & pacis, quem Eccleſia in iugi fidelium ſacrificio, ſolis in Chriſto requieſcentibus deprecatur.

In maiore Confeſſ. Gotteſch.

Quamquam longè aliter ſenſerint quotquot ab illo ſæculo hùc vſque de Gotteſchalco, ab Hincmari Flodoardi & ſimilium commentarijs ſcripſerunt. Quod minimè mirum videatur, cùm à Rabano in Germania & ab Hincmaro in Gallia, ex quibus poſteri hauſerunt, vt hæreticus habitus ſit, & cum illo tanquam hęretico ſummo iure ſit actum. Et à Rabano quidem *quòd horruerit Prædeſtinationem Dei dici de reprobis: Ne crederetur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe, & iniuſtè damnare eos, qui non valuerunt peccatum, ac per hoc nec ſupplicium declinare:* Vt obſeruauit Lupus Seruatus eius venerabilis presbyter: Ab Hincmaro verò, vt hoc eodem prętextu illius Monachi calamitas eſſet illi gradus ad gloriam: Et ab illis fontibus ſcilicet à Rabano Annales Fuldenſes, & cæteri Germanię ſcriptores: ab Hincmaro Annales Bertiniani & Flodoardus, & ab his, quod dixi, reliqui: Tam cautè verò in monachum illum actum eſt, tantúmque eius ergaſtuli ſeu carnificinæ ſilentium fuit, vt nec de ſcriptis eius confeſſionibus, ſchedulis ſeu libris, nec de eius in ergaſtulo per

Lupus Seruatus de tribus qu.

Digitized by Google

annos XX. & corporali vexatione, & ſpirituali exercitatione, vel minimum cuiquam innotuerit, niſi in quantum Hincmaro expedire viſum eſt. Ità vt qui illo ſæculo oppreſſæ veritatis patrocinium ſuſceperunt, Prudentius, Lupus Ferrarienſis & Ratramnus in regno Karoli: Remigius, Florus Magiſter, & tota Lugdunenſis Eccleſia ſub Lothario imperatore, cauſam illius Monachi ne minimum attigerint; ſoli orthodoxæ fidei protegendæ & vindicandæ intenti. A. 868.

Neque verò nos de perſonis laborandum crederemus, aut de Gotteſchalco omninò loqueremur, niſi quidam Pelagiano magìs ingenio quàm fide, fantaſtica illa Hincmari & Ioannis Scoti deliramenta renouantes, 4. aut quinque ſynodis, in Gotteſchalco ſub nomine Prædeſtinatianorum (quos fingunt) germanam ſancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam damnatam fuiſſe, pro comperto exponerent, & Prædeſtinatianam non tam hiſtoriam quàm fabulam, hac fallaciarum coronide exornarent: ideoque neceſſarium non iam tot ſæculis ſopitos & Hincmari & Gotteſchalci cineres excitare, *ſed veritatis indagine fallaciæ reſiſtere, ne non ſolùm veritate fraudentur plurimi, verùm etiam falſitate capiantur. Alia enim eſt ratio verum tacendi, alia verum dicendi neceſſitas.*] Iuxtà diuum Auguſtinum de dono: Perſeu: Cap. 16. Illudque eo faciliùs & fœliciùs peragitur, quo ſecreto Dei iudicio, & ſingulari eius prouidentiâ, ex illis ipſis libris, qui obſtruendæ & obruēdę veritati recens in lucē prodierunt, excitata ipſa veritas ſole clarior eruitur, immo ipſa per ſe prodit: ità vt ſi libri illi plurimis eorum, qui de illo monacho iniquiùs ſcripſerunt, non fuiſſent ignoti, eum certiſſimè ab hæreſis nota, quam impoſuerunt, liberaſſent: Et maximè illuſtriſſimus Cardinalis Baronius eximium Eccleſiæ lumen, qui ex Annalibus Fuldenſibus, Trithemio & Flodoardo etiam adulterato, quos ſolos notos habuit, de Gotteſchalco non niſi tanquam hæretico ſcribere potuit. Quem ex iiſdem auctoribus principem Sco-

Digitized by Google

A. 868. torum illorum ſuſpicatus eſt, quorum pultes concilio Valentino 3. damnatæ ſunt: Cùm certo certiùs ex Hincmari & aliorum illius ſæculi ſcriptis, hodie conſtet ibi agi de Ioanne Scoto Erigena, Gotteſchalcum ipſum impugnante: Et ex Hincmaro ipſo in præfatione prioris operis, in principio, in præambulis poſterioris operis, & in ipſo poſteriore opere de Prædeſtinatione paſſim, pateat illo concilio Doctrinam illius Monachi penitus confirmatam: Hincmarum verò ipſum, *deſpectum, & velut non Catholicum reprehenſum, & eius quatuor Cariſienſia capitula velut inutilia immò noxia, repulſa & abominata.* Atqui Doctrinam eiuſdem concilij Valentini, in omnibus abſolutè & canonibus & definitionibus, vnà cum vniuerſa Eccleſia Catholica, ex omnium conſenſu ſuſcipit, veneratur & laudat illuſtriſſimus Cardinalis: & ſic ipſum Gotteſchalcum, etiam dum inſcius vt hæreticum notat, ibidem tacito nomine prudens Catholicum confirmat, Annalium Eccleſiaſt. tom. 10. anno 855. num. 1. Cariſienſium verò Hincmari 4. Capitulorum, quaſi adulterini ſeminis, nullo modo, nec vllibi meminit.

In præfat. prioris operis in principio.

Hæc aſſerendæ veritatis ſtudio, quæ in pluribus auctoribus, maximè in ipſo Hincmaro Deo inſpirante deprehendi, exemplo Lupi Ferrarienſis, *volentibus abſque inuidia oſtendo, nolentibus meæ mediocritatis conſcius non ingero, ſed quærentibus abſque contentione manifeſto, ſolicitus ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Omnium ego etiam inter laïcos vltimus, omnes Catholicos, Domini maximè gregis cuſtodes, & concionatores canes non mutos, ipſos etiam Magiſtros noſtros ſacræ facultatis Doctores obteſtor, dignam Paſtoribus diligentiam & charitatem adhibeant, vt in his & aliis huiuſcemodi, quæ noſtro ſæculo nimiâ contentione, inter eiuſdem matris filios agitantur quæſtionibus, & *quæ* (vt ait Valentina Synodus) *perículoſiſſimus & grauiſſimus his temporibus vſque ad ſciſſionem charitatis miſerabiliter & lachrymabiliter ſuccreuerunt*: donec à ſummo

Lupus Ferrat. Epiſt. ad Kat. Reg.

Conc. Valent. 3. Can. 6.

Digitized by Google

pontifice, vel vniuerſa Eccleſia legitimè fuerint definitæ, eâ moderatione verſentur, quæ ab Eccleſia Lugdunenſi, & ſanctiſſimo eius præſule Remigio, in libello de Tenenda Veritate Scripturæ fuit præſcripta. *Legamus* (inquit) *pacificè; & quantùm Dominus donat, intelligamus dogmata Eccleſiaſticorum Virorum, nec pro aliis Doctoribus aduerſus alios litigemus: quia & ipſi inter ſe pacifici vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundauerunt: alius quidem ſic, alius verò ſic, expectantes fideliter atque humiliter, quod Apoſtolus promittit dicens:* Et ſi quid aliter ſapitis, hæc quoque Deus vobis reuelabit: *nam qui non tranquillè, & pacificè moderatur quod ſentit, ſed ſtatim paratus eſt ad contentiones, diſſentiones & ſcandala, etiamſi non habeat hæreticum ſenſum, habet hæreticum animum.*] Lugdun. de tenend. verit. ſcript.

PAX DEI, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda noſtra, & intelligentias noſtras in Chriſto Ieſu.
Phil. 14. v. 7.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

Hiſtoricæ & Chronicæ Diſſertationis.

PRÆFATIO.

DIſſertationis occaſio, ratio, propoſitum, vnà cum eiuſdem reiiciendæ vel publicandæ cauſis exhibetur. pag. 41

Cap. I. *Gotteſchalci Patria, vitæ inſtitutio, eruditio, mores, ingenium, doctrina Lupi Ferrarienſis & Vualafridi Strabonis teſtimonio ab Hincmari calumniis vindicata.* p. 45

Cap. II. *Gotteſchalci religioſa peregrinatio ad limina Apoſtolorum. Triplex in illum Hincmari calumnia refutata. Prima quod inſcio ſuæ ciuitatis Epiſcopo Presbyter factus. Secunda quod ſine Abbatis conſenſu Monaſterio egreſſus. Tertia quod ad plurimas barbaras Gentes profectus ſit vt Prædeſtinationem illis prædicaret. Gotteſchalcus Romà rediens apud Eberardum Comitem diuertit. Cum Nothingo Epiſcopo de gemina Prædeſtinatione diſputat, An. 848. Hinc cum Rabano litis occaſio. Iudicium de Rabani opuſculo aduerſus eum ſcripto.* p. 51

Cap. III. *Gotteſchalcus à Rabano laceſſitus de gemina Prædeſtinatione, de qua ſola primum lis mota fuerat, amicos conſulit, duas inſuper addens quæſtiones de Libero Arbitrio, & de pretio Sanguinis Chriſti. Fragmentum Epiſtolæ Gotteſc. ad Ratramnum Corbeienſem, ex quo multa eruuntur. Integram cùm lubebit edet R. P. Sirmondus. Gotteſchalci literis reſpondet Vualafridus Strabo.* p. 58

Cap. IV. *Anno 848. in placito regio Moguntiæ habito, Gotteſch. profeſſionem ſuam edidit de gemina Prædeſtinatione, quam Rabano ipſi offert vnà cum libello in quo ipſum erroris arguit: Profeſſionis & libelli fragmenta ex Hincmari aduerſus Gotteſchalcum opere collecta, & ad quatuor Capita reuocata, de Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, de voluntate Dei ergà ſalutem hominum, de pretio Sanguinis Chriſti.* p. 62

Cap. V. *Gotteſchalcus à Rabano in Synodo Moguntinà minùs iuſtè*

E

vel damnatus, vel repulſus; plerique Annalium ſcriptores Götteſchalco parum æqui. Trithemij ea de re narratio multis falſitatibus admixta. p. 65

Cap. VI. *Remittitur ad Hincmarum Remenſem Gotteſchalcus, cum Rabani Epiſtola, in quam multa annotantur. Oſtenditúrque Gotteſchalci doctrinam de gemina Prædeſtinatione, de qua ſola tunc actum, calumnioſè à Rabano expoſitam.* p. 70

Cap. VII. *Hincmarus in Placito Regio apud Cariſiacum Anno 849. habito, de Gotteſchalci cauſa cognoſcit. De præuiis huius cognitionis, & qui auctores de hoc placito ſeù conuentu Cariſiaco meminerint.* p. 74

Cap. VIII. *Sententia Hincmari in Gotteſchalcum, qualis à R. P. Sirmondo ter edita eſt: multa circa hanc ſententiam annotata, Gotteſchalcum non damnatum fuiſſe vt hæreticum, neque eius doctrinam iuſto examine diſcuſſam.* p. 78

Cap. IX. *Triplex Gotteſchalco inflicta pœna, depoſitionis, verberum, & carceris expenditur, & manifeſtæ iniquitatis arguitur.* p. 82

Cap. X. *Multis, iiſque perſpicuis rationibus oſtenditur, quatuor Hincmari capitula quæ Pater Sirmondus ad conuentum illum Cariſiacum in quo damnatus eſt Gotteſchalcus, retulit, non in illo conuentu, ſed in alio ibidem multis poſt annis, anno nimirum 853. habito, ab Hincmaro fuiſſe concinnata.* p. 86

Cap. XI. *Gotteſchalco damnato multi pietate, doctrinà & auctoritate præſtantes viri, doctrinam eius tutati ſunt, maximè Sanctus Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus ab Hincmaro conſultus, ipſe verò in ſententia firmus permanſit, geminámque in carcere confeſſionem edidit, quarum breuior hic refertur, & ex vtraque multa colliguntur. De examine feruentis aquæ igniſque ardentis, cui ſe ipſe ſubiecit.* p. 91

Cap. XII. *Scribit Hincmarus aduersùs Gotteſchalcum ad recluſos & ſimplices ſuæ Diœceſis opuſculum, quod cum Ratramnus Corbeienſis in Epiſtola ad Gotteſchalcum liberrimà cenſurà notaſſet, ſuper ea re Rabanum Hincmarus conſulit; Putida eius ratio ad infringendam Sancti Fulgentij auctoritatem, obiter de variis Conuentibus & Synodis hoc tempore habitis.* p. 99

Cap. XIII. *Quo tempore B. Prudentius geminum opus ſuum emi-*

Digitized by Google

ſerit; prius ſcilicet Anno 849. poſterius 852. De priori opuſculo, quod ad Hincmarum ipſum & Pardulum Laudunenſem Epiſcopum, fidum Hincmari aſſeclam, ex conſenſu generalis Synodi Cariſiacæ miſit: Eiuſque opuſculi præfatio & nonnulla fragmenta, donec totum opus R. P. Sirmondus publici iuris faciat. p.104

Cap. XIV. *Lupus Abbas Ferrarienſis à Rege Karolo Caluo ſuper iis quæſtionibus ſententiam rogatus, ex ſancti Prudentij mente reſpondet, & ab eodem Rege Ratramnus mandatum accepit, vt Sanctorum Patrum in hac quæſtione ſententias in vnum colligeret. Hincmarus tertiò ad Rabanum ſcribit. Rabani reſponſio breuiter expenditur.* p. 110

Cap. XV. *Lupus Seruatus Presbyter Moguntinus Anno 850. Libello aureo de tribus quæſtionibus edito, hoc eſt de Libero Arbitrio, geminâ Prædeſtinatione, & taxatione Sanguinis Chriſti Gotteſchalci ſententiam confirmat.* p. 114

Cap. XVI. *Lupus alter Abbas Ferrarienſis de iiſdem Tribus quæſtionibus ad Regem Karolum Caluum libellum mittit, & cum libello collectaneum ex Sanctis Patribus: duo illa opuſcula non Lupo Seruato, ſed Lupo Ferrarienſi adſcribenda eſſe, eoſque falli qui duos iſtos Lupos vnum eundémque hominem eſſe arbitrati ſunt.* p.127

Cap. XVII. *Eodem Anno Ratramnus Regij mandati fidem exoluens, duos de Prædeſtinatione libros edidit, qui nunc primum in lucem prodeunt. Liber eiuſdem Ratramni de Corpore & Sanguine Domini, non aduerſus Catholicam Eccleſiæ doctrinam, ſed contra Stercoratiſtarum hæreſim ſcriptus oſtenditur. Quo animo Rex ſcripta illa Lupi Ferrarienſis & Ratramni exceperit.* p.133

Cap. XVIII. *Anno 851. Hincmarus & Pardulus tot tantiſque viris ſibi aduerſantibus primo Amalarium, deinde Ioannem Scotum contra Gotteſchalcum ſcribere compellunt. Quis ille Amalarius, & quàm malè de fide ſentiret: quis item Ioannes Scotus, cuius liber nunc primum editur, & quantâ cum perfidia Gotteſchalci de gemina Prædeſtinatione doctrinam recenſuerit.* p. 139

Cap. XIX. *Selecta ex libro Ioannis Scoti Capitula, à Venilone Archiepiſcopo Senonenſi ad Beatũ Prudentium Epiſcopum Trecenſem miſſa, vt eorum peruerſitates detegeret, confutarétque, quod à ſancto Prudentio anno 852. egregiè præſtitum in libro qui*

nunc primùm in lucem emittitur, & ex quo nonnulla delibantur. Obiter de fictitia Prædeſtinatianorum hæreſi. p. 146

Cap. XX. *Eadem Capitula ex libro Ioannis Scoti ſelecta, ab Eccleſiâ Lugdunenſi per Florum Diaconum confutata. Quis ille Florus, & quo tempore ſcripti ſint libelli quatuor Eccleſiæ Lugdunenſis, quorum primus eſt hicce aduerſus Ioannem Scotum. Secundus, de tribus Epiſtolis. Tertius, Abſolutio quæſtionis de generali per Adam damnatione &c. Quartus, de tenenda immobiliter Scripturæ Sanctæ veritate.* p. 155

Cap. XXI. *De eiuſdem Flori Diaconi ſermone, quem de gemina Prædeſtinatione antea ediderat. Libri verò ipſius aduerſùs Ioannem Scotum præcipua quædam capita recenſentur, ex quibus Prædeſtinatianæ hæreſeos figmentum euertitur, nec non & falſa recentiorum Liberi Arbitrij notio.* p. 160

Cap. XXII. *Amolonis Lugdunenſis Archiepiſcopi Epiſtola ad Gotteſchalcum expenditur: non contra Germana eius ſcripta, ſed aduerſus fictitios illi falsò adſcriptos libellos, hoc ipſo anno edita probatur. Ipsique Gotteſchalco in ſpeciem tantùm aduerſa, doctrinæ verò, quam profeſſus eſt etiam in omnibus articulis eidem obiectis & impoſitis, conſona demonſtratur.* p. 169

Cap. XXIII. *Amolonis Archiepiſcopi Lugdunenſis ad Gotteſchalcum Epiſtola ſectionibus & notis aliquot illuſtrata, nullo modo à Sancti Auguſtini, Eccleſiæ Lugdunenſis & Auguſtinianeorum omnium doctrinâ, aliena; immò in omnibus conformis eſſe comprobatur: nec non expenditur ei præfixa ad lectorem Epiſtola.* p. 194

Cap. XXIV. *Amolonis opuſculum de gratia & præſcientia Dei déque Prædeſtinatione & Libero Arbitrio, de ſpe item ac fiducia ſalutis, & de ſententia Sancti Auguſtini, quod eius Epiſtolæ ſubſequitur, hic refertur; nec non expenditur vtrique præfixa ad lectorem Epiſtola.*

Cap. XXV. *Anno 853. Hincmarus & Pardulus ad Eccleſiam Lugdunenſem totius controuerſiæ iudicium deferunt, eam in ſuam partem trahere molientes. Vnuſquiſque ſeorſim ad Amulum tunc Archiepiſcopum Lugdunenſem ſcribit. Duabus verò illis epiſtolis tertiam Rabani ad Notingum iam olim ſcriptam adiungunt. De prima Epiſtola, quæ Hincmari, fraudes eius in reticenda Gotteſchalci doctrina, ac præſertim in affingenda illi erro-*

Digitized by Google

nea de Libero Arbitrio ſententia. p. 223

Cap. XXVI. *De Reliquis duabus Epiſtolis ac præſertim ſecundâ, quæ Parduli. Quinam ſint ſex illi quos hac de re ſcripſiſſe memorat. Liber de induratione cordis Pharaonis falsò Hieronymo adſcriptus; ſicut & liber Hypognoſticon vel Hypomneſticon Auguſtino, cauſa erroris fuere Hincmaro & ſequacibus: ſumma verò etiam tum apud omnes Sancti Auguſtini auctoritas.*

Cap. XXVII. *Eccleſia Lugdunenſis per Remigiū Archiepiſcopum Amuli ſucceſſorem, tribus illis Epiſtolis reſpondet. Ac primum de propoſitionibus quæ Gotteſchalci eſſe dicebantur iudicium ferens; duas priores in quibus de Prædeſtinatione agitur ab Hincmari cenſura vindicat, ſeptémque ea de re certiſſimas regulas tradit, quas tamen poſtea Hincmarus pari temeritate ac inſcitiâ acerbiſſimè proſcindere auſus eſt.* p. 234

Cap. XXVIII. *Tertiam item propoſitionem, quod Deus eos tantum ſaluos fieri velit qui ſaluantur, minimè damnandum eſſe contendit Eccleſia Lugdunenſis: Quot modis intelligi poſſit ſententia Apoſtoli: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, &c.* p. 240

Cap. XXIX. *Quartam Propoſitionem de Chriſti Redemptoris Morte Eccleſia Lugdunenſis explicat, Chriſtúmque pro impiis, & infidelibus in impietate mortuis aut morituris Crucifixum negat.* p. 244.

Cap. XXX. *Quintam de Libero Arbitrio ſententiam ab Hincmaro Gotteſchalco falsò impoſitam reiicit, Liberum Arbitrium per peccatum emortuum eſſe docet. Vnde opera omnia Infidelium vitioſa: Bona autem opera Fidelium non ex ſeipſis, ſed ex gratia. Reſponſio ad duas obiectiones: vnam de prædeſtinatis ad interitum: alteram de Libero Arbitrio. Rursùm aliqua de Prædeſtinatione in reſpõſione ad tertiam Epiſtolam, quæ Rabani.* p. 248

Cap. XXXI. *De libello Eccleſiæ Lugdunenſis, qui ſecundi velut appendix eſt: de generali per Adam damnatione omnium, & ſpeciali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum.* p. 259

Cap. XXXII *Hincmarus & Pardulus vt cauſam ſuam collabeſcentem quoquo modo fulcirent, euitata Synodo celeberrima Sueſſionenſi, furtiuo conuentu apud Cariſiacum habito hoc ipſo anno 853. in ſuæ cauſæ patrocinium abutuntur. Interim refertur quibus artibus & fraudibus Synodum Sueſtionenſem Hincmarus cir-*

cumuenerit, & quale à Summo Pontifice Nicolao primo iudicium tulerit. p. 263

Cap. XXXIII. *Capitula quatuor Cariſiaca aduerſus* Gotteſchal-*cum non vllius legitimæ Synodi eſſe, ſed ab Hincmaro præcipitanter concinnata, eiúſque impulſu à Rege Karolo Caluo & paucis Epiſcopis, etiam aliquibus inuitis, qui poſtea reclamauerunt, ſubſcripta. Quinam verò illi Epiſcopi, ignotum. Cæterum inter eos B. Prudentium Trecenſem fuiſſe (licet aſſerat Hincmarus) ab omni veriſimilitudine alienum eſſe oſtenditur.* p. 270

Cap. XXXIV. *Beati Prudentij Trecenſis Tractoria ad Prouinciæ ſuæ Coëpiſcopos, in qua Catholicam veritatem Capitulis quatuor Hincmarianis labefactatam, totidem aliis propugnat. 1. De Libero Arbitrio & Gratia. 2. De gemina Prædeſtinatione. 3. De Sanguine Chriſti pro ſolis credentibus effuſo. 4. Non alios Deum velle ſaluari, quàm qui ſaluantur. Ab Epiſcopis Epiſtolam illam reuerenter ſuſceptam & comprobatam pluribus coniecturis euincitur.* p. 278

Cap. XXXV. *Cariſiaca Capitula ad Eccleſiam Lugdunenſem delata, vt de iis iudicium ferret, Anno 854. libello per ſanctum Remigium Præſulem ſuum edito, cui titulus eſt de tenenda immobiliter Scripturæ veritate, reijciuntur & exploduntur. Quid in vnoquoque reprehendat, & quæ pacis via tenenda ſit, ipſis libelli verbis indicatur.* p. 283

I. Hincmari Capitulum de Prædeſtinatione refutatur. p. 284

II. Hincmari Cap. de Libero Arbitrio & gratiâ reijcitur. p. 287

III. Hincmari Capitulum de voluntate Dei erga ſalutem omnium hominum expenditur, ſed ad illud reſponſio maxima ex parte deſideratur. p. 291

IV. Hincmari Capit. de omnibus & ſingulis hominibus per Chriſtum redemptis improbatur. p. 294

Cap. XXXVI. *Concilium Valentinum tertium, Anno 855. à trium Prouinciarum Epiſcopis congregatum, Præſide Remigio Lugdunenſi, è ſedecim Canonibus quos edidit, ſex prioribus doctrinam Catholicam ab Hincmaro & aliis Gotteſchalci aduerſariis impugnatam, ſtudioſè fortitérque propugnat. Cariſiaca verò quatuor & 19. Ioannis Scoti quibus ſcilicet conſtat liber eius, ab auditu fidelium penitùs explodit.* p. 299

Cap. XXXVII. *Quàm præſtantes Epiſcopi, Hincmari ipſius iu-*

dicio, qui ad hanc Synodum Valentinam conuenerunt, præſertim Remigius Synodi Præſes, Canonúmque (vt credere par eſt) conditor, quod tamen Hincmarus agnoſcere detrectat propter inſignem viri auctoritatem : quid in ſingulis ſex illis Canonibus Synodus ſpectarit, breuiter indicatur. Quantoperè hallucinentur qui Gotteſchalcum hoc Concilio damnatum fuiſſe exiſtimauerunt. p. 304

Cap. XXXVIII. *Valentini Canones cum aliis eadem de re ſcriptis Lothario Imperatori oblati, ab eoque (qui paulò poſt hoc ipſo anno 855. cùm prius Monaſterium Prumienſe ingreſſus ſæculo renuntiaſſet, è viuis exceſſit) Eboni Gratianopolitano cura demandata, vt ad fratrem Karolum Caluum cuncta deferret, quod cùm Ebo præſtitiſſet, anno ſequenti Rex pro more Hincmaro omnia tradidit.* p. 310

Cap. XXXIX. *Hincmarus quo ſe, ſuáque capitula tueretur, prius opus ſuum de Prædeſtinatione annis 857. & 858. conſcripſit, cuius nunc ſola extat præfatio, tres in ea contentæ Hincmari querelæ exploduntur. Prima quod ſua Capitula Valentinis Canonibus inſerta non fuerint. Secunda quod 19. Capitula in illis damnentur quaſi ea ad ſe pertinerent, cum de iis nihil penitùs inaudierit, quod impudens mendacium eſſe demonſtratur. Tertia de Valentinis Canouibns quaſi ab aliquo confictis, quod ineptiſsimis argutiis contra propriã mentem aliis perſuadere contendit. Obiter oſtenditur Prædeſtinatianos hæreticos nondum notos Hincmaro fuiſſe.* p. 314

Cap. XL. *Anno 859. Valentini Canones in Lingonenſi Synodo confirmati, & 15. poſt diebus in Concilio Tullenſi 12. prouinciarum coram tribus, Regibus Karolo Caluo duobuſque eius nepotibus publicè relecti : Tumultuante verò Hincmaro eiuſque ſequacibus excitatus motus per Remigium compoſitus, & alteri Synodo plenior totius controuerſiæ diſcuſſio reſeruata. Interim tamen inſerti actis Concilij Tullenſis Canones Lingonenſes & ab hinc vſque Concilium Valent. tertium & Lingonenſe apud omnes Catholicos legitimarum Synodorum robur & auctoritatem obtinuere.* p. 324

Cap. XLI. *Doctrina Concilij Lingonenſis à Nicolao Papa confirmata teſte B. Prudentio Trecenſi & Annalibus Bert. Adriani primi ipſiuſque Nicolai, nec non & auctorũ qui hoc ſæculo ante motã illam contentionem ſcripſerunt de quæſtionibus in controuerſiam vocatis ſenſus : Hincmari calumnia aduerſus Lupum Ferrarienſem in cauſa Venilonis Archiepiſcopi Senonenſis.* p. 328

Digitized by Google

Cap. XLII. *Concilium Tullenſe ſecundum 57. Epiſcopor. ex tribus Regnis & 14. Prouinciis, anno 860. habitum, cuius ſententia circà veram de Gratia & Libero Arbitrio doctrinam ex præfatione Synodicæ expenditur, licet ex profeſſo ea de re nihil ageretur.* p. 334

Cap. XLIII. *De poſteriori Hincmari opere aduersùs Gotteſchalcum, quod hoc anno 860. cæptum, ſed non ante 863. perfectum & editum fuiſſe demõſtratur: poſt editionem ab Auctore ipſo correctum & interpolatum, vt cùm B. Prudentio iam in cælum recepto falsò exprobrat quòd Cariſiacis Capitulis ſubſcripſerit. Cauſa repetiti operis. Prædeſtinatianorum fabula, quam in medium adducere nunc primum illi in mentem venit.* p. 338

Cap. XLIV. *De Sancto Prudentio, celeberrima eius memoria à calumniis Annalium Bertinianorum & ſimilibus vindicata, & ſanctitas comprobata.* p. 344

Cap. XLV. *De hymni verſiculo: Te trina Deitas vnáque poſcimus, ab Hincmaro cantari prohibito, Ratramni libro, & Gotteſchalci ſchedulà (quod Trina Deitas dici poſſit) Hincmari libro confutatà.* p. 355

Cap. XLVI. *De Rothado Sueſſionenſi Epiſcopo: iniuſta & violenta eius per Hincmarum in Concilio Sueſſionenſi depoſitione, & in Monaſterialem cuſtodiam detruſione, cum eiuſdem per Nicolaum Papam abſolutione & reſtitutione.* p. 366

Cap. XLVII. *Nicolaum Papam cognoſcendæ Gotteſchalci cauſæ ſæpiùs fuiſſe ſollicitum, ſed toties Hincmari fraudibus eluſũ.* p. 397

Cap. XLVIII. *De Vulfado & ſociis ab Ebone ordinatis, ab Hincmaro in Conc. Sueſſion. primo deſtitutis, & à Nicolao Papà, detectà Hincmari nequitià reſtitutis.* p. 408

Cap. XLIX. *De appellatione à Gotteſchalco ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, Hincmari artibus intercepta eiúſue in eam præcautione.* p. 420

Cap. L. *Poſtrema Hincmari in Gotteſchalcum calumnia, eiúſue induratio, in deneganda miſerabili illi Monacho in extremis degenti, ſpiritali & corporali humanitate, viatico ſcilicet & Eccleſiaſtica ſepultura.* p. 428

Epilogvs *in quo Hincmari in nepotẽ Laudunenſem Epiſcopum, ex huius proclamatione, & ſolemni in Concilio generali à Summo Pontifice Ioanne 8. factà reſtitutione, crudelitas ſubijcitur.* p. 439

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

SEV

Gotteſchalcanæ Controuerſiæ HISTORICA ET CHRONICA DISSERTATIO.

PRÆFATIO.

Diſſertationis occaſio, ratio, propoſitum, vnà cum eiuſdem reticendæ vel publicandæ cauſis, exhibetur.

QVO ſpiritu, quibúſque rationibus ducti fuimus, vt aurea illa ſancti Prudentij, vtriuſque Lupi, & Ratramni opera è puluere erueremus, & vnà cum aliis eiuſdem ſæculi de diuinâ Prædeſtinatione, & vera Chriſti gratia, ſancti Remigij ſcilicet, Flori Magiſtri, & Eccleſiæ Lugdunenſis doctiſſimis ſcriptis, ad maiorem Dei gloriam, & vtilitatem publicam, in lucem emitteremus: Eodem acti ſpiritu, iiſdémque compulſi rationibus, ad inquirendam motæ de iiſdem quæſtionibus eodem ſæculo controuerſiæ veritatem, animum

Digitized by Google

appulimus, eumdémque è veris fontibus auctoribus, ſcilicet Synchronis, Annalibus Bertinianis, Fuldenſibus, Chronico Fontanellenſi, Flodoardo; Ipſiſque Hincmaro, Rabano & aliis, non ſine iugi meditatione hauſtam, habitâ cum eruditioribus venerandæ antiquitatis indagatoribus collatione, ventilare, & expendere nobis curæ fuit, priuſquam in mentem veniret, vt publici iuris fieret.

Quo in argumento cùm neminem ex orthodoxis ſcriptoribus, qui præluxerit nobis nanciſci potuiſſemus, vnúmque inter heterodoxos reperiſſemus Vſſerium, qui obſcuritate quæſtionis abutens, doctores doctoribus, patres patribus, & concilia conciliis, in ſummum Eccleſiæ contemptum oppoſuiſſet, placuit in inquirenda totius rei veritate, verſari diligentiùs, quidque per viginti annorum ſpatium circa eam geſtum fuerit, Hiſtoricâ & Chronica diſſertatione ſyncerè & abſque fuco, è veteribus illis monumentis pro ingenioli noſtri modulo aperire atque exponere.

Quæ cùm oculis plurium non minùs doctrinâ quàm pietate inſignium virorum ſubiecta fuiſſet, vnanimi voto cenſuerunt, vtilitati publicæ non parum conſultum fore, ſi in publicum vnà cum Patrum illorum ſcriptis proferretur, ſicque palàm conſtaret longè aliter, quàm huc vſque expoſitum fuit, peractam fuiſſe controuerſiam illam: Nempe Hincmarum ſuo more fucum feciſſe, Gotteſchalcum calumniam, & diuturnum ac duriſſimum carcerem paſſum, veritatis Catholicæ plurimos extitiſſe animi imperterriti Athletas, Hincmari capitula quatuor, non in legitimo concilio, ſed in Cariſienſi conuenticulo furtim edita: cumque tandem fuiſſe illius controuerſiæ exitum, vt in legitimis duobus conciliis contra Hincmarum diuinæ prædeſtinationis & perfectæ Chriſti gratiæ veritas ſancita, & à Nicolao Papa comprobata fuerit. Eóque magis publicandæ huius hiſtoriæ neceſſitas hiſce temporibus incumbere viſa eſt, quo paucis ab hinc annis etiam è Theologis aliqui (vt nihil modo de famoſo M. F. V. libello) Ianſenij Gotteſchalcum quinque conciliis damnatum vt hæreticum; Proindéque in eo Germanam ſancti Auguſtini doctrinam proſcriptam fuiſſe, auditi ſunt pertinaciter aſſeuerantes.

Solius ergo tuendæ veritatis, adſtruendæque veræ Chriſti gratiæ intuitu (Deus nouit) nec etiam ex voto quantulacunque hæc operula noſtra in publicam cenſuram emittitur: imprimis autem æquum lectorem monitum velim, non niſi reluctanti excidiſſe, & omnes reticentiæ cauſas tandem ſubiectis rationibus ſuperatas.

Prima. Tot ſæculis ſopitos damnati Monachi cineres (iuſtè vel iniuſtè damnatus ſit) reuoluere inutile, necnon ingratum videtur. Sed & optarent omnes veræ Chriſti gratiæ defenſores de

Gotteſchalco ne verbum quidem proferre, vt ſolius doctrinæ cauſa ageretur: Verùm iuſtæ defenſionis neceſſitas vrget obiecta refellere, emiſſa tela reiicere, inde laceſſiti (quaſi in perſona miſerabilis illius Monachi vera ſancti Auguſtini doctrina damnata ſit) eius diſcipuli veritatis indagine, fallaciæ reſiſtere coguntur: Nec immeritò inſiſtunt: *Alia eſt enim ratio verum tacendi, alia* " *verum dicendi neceſſitas*] inquit magiſter ille veritatis, & præci- " puus poſt Apoſtolum prædeſtinationis & gratiæ prædicator, de dono Perſu: cap. 16. Nec etiam damnati patrocinium ſuſcipimus, ſed cum Eccleſia Lugdunenſi in libello de tribus Epiſtolis: *Dolemus* (nequitiâ Hincmari) *non illum miſerabilem Mona-* " *chum, ſed Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam.*] Nec non obi- " ter obſeruandum ſæpiùs in hac diſſertatione, veſtigiis eiuſdem Eccleſiæ inſiſtendo, verbum illud (miſerabilis Monachi) vſurpatum, licet reuerà vt moniti ſumus & ingenuè fatemur, abuſiuè: quoniam miſeros non facit iniuſta vexatio.

Auguſt. de dono Perſes: cap. 16.

Eccl. Lugdun. de tribus Epiſt.

II. Durum nobis viſum eſt Hincmari, tum in regni tũ in Eccleſiæ regimine magni viri turpitudinẽ reuelare: Ii ſiquidem ſumus, qui non modo regi & ſublimioribus poteſtatibus, tam Eccleſiaſticis quàm politicis, verùm & minoribus, tanquam omnibus à Deo conſtitutis, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, iuxta Apoſtolum ſubditi & reuerentes ſimus & eſſe velimus, & iis qui nobis ſubſunt, verbis, præcepto, & exemplo eſſe præſtemus: Verùm de Hincmaro poſt cenſuras Apoſtolicæ ſedis à Nicolao Papa æquiſſimo iudice in eum latas, quibus Phariſaïcæ indurationis, crudelitatis, fraudulentiæ, ſuperbiæ, & falſitatis notatur, poſt excœcationem proprij nepotis, & alia quibus Annales Eccleſiaſtici illuſtriſſimi Cardinalis Baronij & alij vndique ſcatent: Et quæ paucis collegit Magiſter noſter Andræas du Vallius Regius in Sorbona Theologiæ profeſſor in libello de Eccleſiaſt. & Polit. poteſt: Reliqua fraudulentæ nequitiæ capita, quæ ex rerum geſtarum circunſtantiis, & ex eius etiam ſcriptis eruimus, vix alicuius videntur eſſe ponderis. Vt vno verbo dicam, vir fuit omnium iudicio conclamatæ fraudis & omnimodæ nequitiæ: Nec non ipſe R.P. Iac. Sirmondus * in Differt. de 2. Dionyſiis cap. 4. fatetur Hincmaro ſuo falli & fallere procliue fuiſſe. Quamuis etiam (vt docet ſanctus Gregorius, homil. 7. in Ezechielem) *Proximorum ſcandala in quantum ſine peccato poſſumus,*

Epiſt. Nicolai PP. 46. & Hincmari 26. & aliis.

Andr. du Vallius de Eccleſiaſt. & Pol. pot. pag. 94. in cuius rei confirmationem, nõ aliud quam ſchiſmatici & verſipellis teſtimonium potuit excogitare, HINCMARI nempe Remenſis, cuius etſi principia laudabilia fuerint non reſponderunt tamen vltima primis: fuit enim Apoſtolicarum litterarum falſarius, ſubreptione priuilegia quædam à ſede Apoſtolica impetrauit, contumax, & rebellis mandatis Apoſtolicis, excœcationis nepotis ſui viri laudatiſſimi, & Epiſcopi Laudunenſis reus, ad modum Arrij decretalibus & Canonibus ſe obediturum fraudulenter promiſit.]

* Iac. Sirmondus diſſertat. de 2. Dionyſ. cap. 4. vt hoc exemplo liqueat falli & fallere Hincmarum quàm procliue ſit.

Digitized by Google

vitare debemus: Si tamen de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur.]

III. Longè aliter quotquot huc vſq; de Gotteſchalco ſcripſere, & præcipuè illuſtriſſimus Cardinalis Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, ſed pleniſſimè in fine Synopſis huic obiectioni ſatisfactũ.

IV. Aliquantulùm Lutheranis & Caluiniſtis fauere videtur, hæc quæ è veteribus monumentis adſtruitur de Gotteſchalci doctrina & pſeudo ſynodi Cariſiacæ capitulis quatuor ſententia. Immo verò plurimum nocet. Sic ſiquidem ceſſat, vt cap. 37. euicimus, quam intendunt Patrum patribus, conciliorum conciliis oppoſitio: Eóque magìs deteſtanda eorum de fatali prædeſtinatione, & ſeruo arbitrio hæreſis, quo primi omnium eius aſſertores reperiuntur: ſed ingenua veritatis, vbi innotuit, aſſertio & comprobatio, eius amplectendæ etiam in reliquis erit documento: Neque enim Catholica veritas, ſed hæretica perfidia latebras apperit: Vnde Iob. 3. v. 17. dicitur: *Nunquid indiget Deus ve-*

Grегor. Moral. lib. 11. cap. 13. — Iob. 3. v. 17.

» *ſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?* Quam ſententiam ex- » ponens Beatus Gregorius Moral: lib. 11. cap. 13. *Deus* (inquit) » *mendacio non eget, quia veritas fulciri non quærit auxilio falſita-* » *tis: Hæretici autem, quia ea quæ praue de Deo intelligunt, ex ve-* » *ritate tueri non poſſunt, quaſi ad approbandum radium luminis, vmbras falſitatis requirunt.*]

Denique maxima ſupereſt quæ noſtram tenuitatem reſpicit difficultas, in qua diù multúmque hæſimus, & nunc etiam aliquo modo verſamur; licet optimorum æquè ac doctiſſimorum virorum iudicio vtilitati publicæ cedere compulſi fuerimus; ingenuè fatemur: hæc noſtra diſſertatio exercitationis gratiâ & ſubleuandæ memoriæ noſtræ fragilitati imprimis cœpta, deinde etiam vt aliis hiſtoriæ condendæ vice memorialis eſſet, parata fuit. Huiuſce veritatis, & magis exquiſita plurium circumſtantiarum diſquiſitio, & prolixior, quàm par eſſet ſententiarum ſeu auctoritatum relatio, & ſtyli noſtri aſperitas, necnon exilitas indubio cuilibet erunt argumento: Sed ijs etiam omnibus nonnulla ſubeſt reſponſio: neque enim vbi de veritate è tenebris eruenda agitur, nimia exquiſitio vitio verti ſolet, & Catholicæ veritatis confirmationem, qui hiſtoriâ delectantur, ſenſim imbibiſſe iniuſtè quererentur: etiam difficilioribus ſatisfactum, præmiſsâ huic noſtræ diſſertationi eiuſdem hiſtoricâ & Chronicâ Synopſi. Poſtremo grauiorem rudis & ineruditi ſtyli noſtri auerſionem

Avgvst.

» nobis abrupit, & lectorum benignitatem pollicitus eſt Auguſti- » nus noſter, dum alicubi inquit: *Bonorum ingeniorum inſignis eſt* » *indoles, in verbis verum amare non verba: Quid enim prodeſt clauis* » *aurea, ſi aperire quod volumus non poteſt; aut quid obeſt lignea, ſi* *hoc poteſt; quando nihil quærimus, niſi pateſcere quod clauſum eſt.*]

CAPVT PRIMVM.

GOTTESCHALCI PATRIA, VITÆ Inſtitutio, Eruditio, Mores, Ingenium, Doctrina, Lupi Ferrarienſis, & VValafridi Strabonis teſtimonio ab Hincmari calumniis vindicata.

GOTTESCHALCVS miſerabilis Monachus (ſi miſeros faceret injuſta vexatio) & notatione nominis, & re ipsâ Dei ſeruus, ex Germaniâ oriundus, in Monaſterio Augiæ diutis ſub Tatone humanioribus litteris apprimè eruditus, ita vt Fulgentij cognomen adeptus ſit, Monaſticæ vitæ, quæ temporibus illis tam in Germaniâ, quam in Galliâ egregiis tum doctrinâ, tum virtute præcellentibus viris fulgebat, propoſitum ſuſcepit, Cœnobium Orbacenſe in Gálliâ Belgicâ diœceſis Sueſſionenſis ingreſſus votum emiſit: ſub Epiſcopo Rothado & Abbate Bauone in Monaſticâ diſciplinâ educatus: ibidem dum vixit, fuit ſine querela, ſacrarum Litterarum intelligentiæ non impigram nauauit operam, ſanctorum Patrum, maximè beatiſſimi AVGVSTINI acerrimus & ſtudioſiſſimus fuit indagator: itavt in abſtruſioribus difficultatibus expoſitionem à celeberrimis, tam pietate quàm eruditione præpoſitis requireret. CAPVT I.

Longè alium delineauit Gotteſchalcum Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, in opere ſuo de Prædeſtinatione cap. 2. his Hincmar. de Prædeſt.
verbis: In hoc autem tempore quidam Gotteſcalcus ex Metro- “ cap. 2.
polis Eccleſiæ Remorum Monaſterio, quod Orbacis dicitur, ha- “
bitu Monachus, mente ferinus, quietis impatiens, & inter ſuos “
mobilitate noxiâ ſingularis, de omnibus, quæ peruersè tunc tem- “
poris ſenſa cognouerat quatuor ſibi elegit Capitula, omnium pe- “
nè peruerſitatum illarum fœtidas & cœnulentas fæces in ſe con- “
tinentia, quibus ſimplicium & deuotorum ſenſus peruertere, & “
magiſtri ſibi nomen vſurpando, poſt ſe diſcipulos trahere, illiſ- “
que, qui ad ſua vota auribus prurientes magiſtros ſibi coaceruare “
decertant, valeret indebitè, quoniam legitimè non poterat, vitâ “
religioſâ & Catholicâ doctrinâ præeſſe, &c.] “

Item Epiſtolâ ad Nicolaum Papam apud Flodoardum Hiſtoriæ Remenſis lib. 3. cap. 14. Vt condemnationis & recluſionis Flodoard. lib. 3. c. 14.

per octodecim annos miſerabilis illius Monachi rationem redde-
» ret,his verbis præfatus eſt: Antequam ad Epiſcopatus ordinē per-
» uenirem,ſicut Abbas ſuus & Monachi, inter quos fuerat conuerſa-
» tus ei teſtimonium perhibent, in metropolis Eccleſiæ Remorum
» monaſterio, in Sueſſonica parrochiâ, quod orbacis dicitur, habitu
» Monachus, mente ferinus, quietis impatiens, & vocum nouita-
» te delectans, ac inter ſuos mobilitate noxiâ ſingularis, de omni-
» bus quæ in his regionibus peruersè tunc temporis ſenſa cogno-
» uerat, quædam ſibi elegit Capitula, vt nouitate vocum innoteſci
» valeret, vtque ſimplicium & deuotorum ſenſus peruertere, &
» magiſtri nomen vſurpando, poſt ſe diſcipulos trahere, illiſque
» qui ad ſua vota auribus prurientes magiſtros ſibi coaceruare de-
» certant, quærere indebitè, quoniam legitimè non poterat, ſimu-
» latione vitæ religioſæ & doctrinâ præeſſe.]

» Sed hæc & alia plurima (vt inferiùs videbitur) in Gotteſchal-
cum gratìs & diffusè ſcripta, colore quæſito ad longiſſimam il-
lius oppreſſionem, quæ ſæpiùs Galliarum Epiſcopos, ſed & ip-
ſum ſummum Pontificem perculit, cooperiendam negaſſe ſuffice-
ret: & notatu dignum quod in dicta Epiſtola Abbatem & Mo-
nachos teſtes finxit, de quibus nec in prædicto opere, nec alibi
cogitatum. Nihil ſimile in ſententia, licet Abbate præſente, &
ab ipſo Hincmaro lata; nec quis vnquam de miſerabili illo Mo-
nacho ſiniſtrè locutus reperitur: immo verò duo, quæ ſola extant
vitæ morum & doctrinæ eius monumenta à præſtantiſſimis non
minus pietate, quàm doctrinâ, ſæculo illo Eccleſiæ luminaribus,
Lupo videlicet Abbate Ferrarienſi; & VValafrido Strabo Augiæ
diuitis Abbate contrarium teſtantur. Ille Epiſtolâ 30. ad ipſum
Lupi Ferrar. Epiſtola 30. Gotteſchalcum in Monaſterio ſuo Orbacenſi degentem conſul-
tus de abſtruſioribus ex ſcriptis ſancti Auguſtini quibuſdam quæ-
» ſtionibus reſpondens ſic præfatur. Ni veritus fuiſſem, vt me ab
» obſeruatione charitatis aduerſum nullius flecti poſſe precibus
» putando, eandem charitatem offenderes, etiam nunc ſilentij la-
» tebram fouens, nihil ad ea quæ conſuluiſti reſpondiſſem, duabus
» videlicet ex cauſis: altera vt habitâ conſideratione illorum, quos
» ſuper eadem quæſtione te ſollicitaſſe olim cognoui, mediocrita-
» tem meam non præiudicare quorumdam excellentiæ æſtimatio-
» ne propriâ comprobarem: verùm autem illorum colloquio &
» reſcripto potitus, quid ego hinc ſentiam deſideras experiri, quo-
» niam de iiſdem quæſtionibus diuerſa ſentire, quò vſque contra
» fidem non eſt, aut nulla, aut parua culpa eſt.]

Alter verò, ſcilicet VValafridus à Gotteſchalco coætaneo, &
ſtudiorum ſodali poſt reditum ex Italia in Germaniam, anno ſci-
licet 848, vbi ſe Rabano Archiepiſcopo Moguntino ſuæ doctri-

Digitized by Google

næ rationem redditurus ſiſtit, ſalutatus gratulatorium carmen ipſi Gotteſchalco quaſi alteri Fulgentio inſcripſit, in quo doctrinam, mores, & ingenium ipſius deſcribens, ipſius calumniæ aditum præcludere viſus eſt: ideoque etiam per anticipationem ex bibliotheca Patrum editionis Colonienſis anni 1618. Tomo 9. col. 999. hic integrum reponere, non inutile nec ingratum fore duximus.

VValafrid. Strabo gratul. carm. ad Gotteſch.

VValafridi Strabo Augiæ diuitis Abbatis Gratulatorium carmen inſcriptum GOTTESCHALCO MONACHO, *qui &* FVLGENTIVS.

Velox Calliope viam frequenta, «
Qua Fulgentius inuenitur illum «
Poſt cunabula longiùs meantem «
Quæſiſti dubiam ſecuta famam: «
Interdum vaga perſtrebat illum «
Romanâ poſitum ferens in vrbe «
Deuoto extra cogitare corde, «
Gratis exilij adire rura: «
Tandem quære ſuo loco reductum, «
Et hic ſemper Aue, valéque multum, «
Cui quondam dederas honore nomen. «
Ductum, dirigit hic tibi ſalutem. «
«
Dulcia cùm noſtros Sancti natalis amores «
Iam propiùs tactis complerent gaudia votis, «
Addita ſunt faſti Fulgentia dona ſecundi: «
Quod tua ſuſpenſis ingeſſit Epiſtola nobis: «
Vt requies laſſo, ſitienti vt dulcis aquæ fons, «
Lac maternum agnis, pluuia vt ſqualentibus aruis, «
Carcere conſtrictis vt lucis vena diurnæ: «
Sic optata Palatinas mihi metra, tuapte «
Scripta manu nebulas vero pepulere nitore. «
Sed quia luciſluo ſuccedunt ſæpe ſereno «
Nebula; non aliter turbant mea gaudia Cauri, «
Dum tua ſcripta ſonant, benè me te poſſe carere «
Ad faciem quantùm, cùm ſit mihi teſtis in imo «
Pectore, ſpes ardens à te me plurima velle «
Lucrari, lucíſque tuæ conſortia ferre. «
Te quoque ſit certum multis teſtantibus, & me «
Atque alios exemplorum, verbique lucernâ «
Inſtruere, & ſapidis infundere poſſe ſaliuis. «
Et aliud majore mihi mœrore gemendum, «
Quod cùm vita tibi potior ſit lege Lycurgi, «

» Solus in accepto recubes non prodigus auro,
» Commiſſúnıque prɐmant ſudaria nexa talentum:
» Atqui in pauperie, paſſa eſt quam noſtra Iuuentus,
» Non talem te (Chare) habui, minùs atque benignum
» Expertus non ſum, fuerat quàm cura petentum:
» Cur modò diutiùs mordax teſtetur in amplis
» Fama tuam miror celare peculia dextram,
» Quæ pater vſuris clemens augenda reliquit,
» Sol radios, ſed Luna ſuos cœco inuidet orbi;
» Imber in arua cadit ſubjecta, fluuntqúe volentes
» More ſuo fluuij, partum trahit aëre mundus,
» Gramina fert tellus, foliis & fructibus arbor
» Sponte reueſtitur, lac manat ab vbere matrum,
» Ipſe Deus ſine dat cunctis diſcrimine lucem,
» Et pluuias, operíſque ſui ſubit eſſe ſequaces.
» Quis mihi perſuaſit ſacra munera corde tenaci
» Obſtruere, auctori niſi qui contraria ſentit:
» Quin potiùs monuit ſancti quod Pagina Pauli
» Seruemus bona quæ ſubſunt, operemur ad omnes,
» Sed magìs in Sanctos, quos vita domeſtica nutrit.
» Ergò Pater fratérque, meæ pars vnica mentis,
» Noluerim mea dicta putes lacerare volentis,
» Sed tua nolentis reticere pericula, ſi quid
» Mens mea ſcit, poterítque fidem ſeruare fideli.
» Non tibi, talis ero, qualem meminere Philippum
» Fraudè in amicitiæ per priſca volumina faſti,
» Sis mihi quàm merui, longè rogo maior amicus.
» Quantus ſum tibi tantus ero, reſcribe per iſtum
» Pacis amatorem noſtræ, fidúmque ſequeſtrum,
» Próque rogante ora : nè turbine raptus iniquo
» Non meminiſſe tui queat : hinc in ſecla valeto.

Ex hoc carmine patet Gotteſchalcum patriâ Germanum fuiſſe, (licet Trithemius lib. 3. vitæ Rabani eum natione Gallum vocet) vbi dicitur dum in Germaniâ degeret ſuo loco reductum, ſicut & deſignat notatio nominis : *Gott*. Siquidem Deus, & *ſchalc* ſeruus, linguâ Germanicâ dicitur. Coætaneum vel etiam ætate prouectiorem VValafrido, quem patrem & fratrem vocat: Et ſic anno 848. quo carmen hoc ſcriptum proximo morti ipſius VValafridi, maiorem quadragenario : ſiquidem VValafridus plures annos ſtudiis omnibus inſumpſit Monachus, poſteâ decanus ſancti Galli apud Heluetios factus eſt, poſtremò Abbas in Augia diuite, vbi multa ſcripſit, & 8. annis præfuit & Hermanno

manno contracto, & Trithemio. Patet etiam in illo monaſterio Augiæ diuitis ſub Tatone (ibi ſiquidem poſt auctores illos Henricus Caniſius VValafridum in præfatione operum eius, in humanioribus litteris eruditum refert) doctrinis illis, maximè in poëſi Gotteſchalcum floruiſſe, doctrinæ, probitatis, & conitatis ſpecimen ſemper edidiſſe: ſed maximè tunc, anno ſcilicet 848. omnium iudicio, multis teſtantibus vitam eius potiorem fuiſſe lege Lycurgi, & certum habitum, & peritiores & maiore pietate præcellentes, exemplorum, verbique lucerna inſtruere, & ſapidis iufundere potuiſſe ſaliuis.

En veraciſſimum & genuinum exercitationum, ſtudiorum, & vitæ miſerabilis illius Monachi, ante conflictum illum quem habuit cum Rabano teſtimonium: en mentis illius ferinæ, quietis impatientiſſimæ, & mobilitate noxiâ ſingularis ſecundùm Hincmarum; ſed longè diſſimile ex VValafrido & Lupo Ferrarienſi veſtigium. Quantum verò in ſtudiis profecerit ſatis patet, tùm ex gemina ipſius confeſſione, tùm ex tractatu de Trinitate, & fragmentis quæ ſuperſunt ex ipſius lucubrationibus, tum ex ſupraſcripto carmine, tum denique ex Hincmari relatione Epiſtolâ prædictâ ad Nicolaum Papam, dum aſſerit ſub finem: « Gotteſchalcum ita peritum, vt non ſolum ſcripturas ad ſuum ſenſum « violenter inflexas, ſed & Catholicorũ dicta detruncata, per totum diem ſine reſpiratione aliquâ præualeret memoriter decantare.

Sed quod addidit Hincmarus: « De omnibus, quæ peruersè « tunc temporis ſenſa cognouerat, quatuor ſibi elegit Capitula, om- « nium penè peruerſitatum illarum fœtidas & cœnulentas fæces in « ſe continentia, quibus ſimplicium & deuotorum ſenſus peruer- « teret &c.] Triplici animaduerſione notandum circa electionem Capitulorum, aſſumptum magiſterium, & qualitatem doctrinæ.

Quantum ad primum, quòd in prædicto opere de Prædeſtinatione cap. 2. dicitur, quatuor ſibi delegiſſe capitula, videlicet, vt ſequentibus capitibus exprimitur de gemina Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, de Voluntate Dei, & de Morte Chriſti, ſupradictâ Epiſtolâ ad Nicolaum Papam indefinitè habetur, quædam ſibi elegit Capitula, & quintum nominatur, etiam omiſſo eo quod eſt de Libero Arbitrio. Sed reuera neutrum verum: patet ſiquidem vt videbitur inferiùs, ex geminis Rabani Epiſtolis ad Nothingum Epiſcopum, & Eberardum Comitem, ob ſolam doctrinam geminæ Prædeſtinationis diffamatum eſſe Gotteſchalcum cùm in Italia degeret, & in omnibus Gotteſchalci confeſſionibus, immò etiam in ſynodo Moguntina (vt patet ex ipſa Rabani ad Hincmarum ſynodica) de ſola Prædeſtinatione actum. Veriſſimum tamen (vt ſuo loco videbitur) Gotteſchalcum in

Digitized by Google

Germaniam reuerſum duas alteras in libello ſuo, quem Rabano obtulit, ſuperaddidiſſe quæſtiones, occaſione ortâ ex prædicta Rabani Epiſtola ad Nottingum, cúmque libello ſuo arguiſſe, quòd Prædeſtinationem Reproborum ad pœnam penitùs reiicere, de Libero Arbitrio, Morte Chriſti & Voluntate Dei non rectè cum Diuo Auguſtino ſentiret: quæ ratio fuit famoſarum illarum trium quæſtionum, quæ in Germania ventilatæ, & alterâ ab Hincmaro primùm bipertitâ, quatuor Capitulorum, quæ in Gallia maximè Belgica & Lugdunenſi, tum Epiſcoporum tum aliorum doctiſſimorum virorum ingenia illo ſæculo plurimùm exercuerunt.

Et ſic non ſatìs cautè aſſeruit Hincmarus de quatuor Capitulis
» aſſumptis à Gotteſchalco: Quibus ſimplicium ac deuotorum ſen-
» ſus peruertere, & magiſtri ſibi nomen vſurpando poſt ſe diſcipu-
» los trahere poſſet &c.] Cum ne tunc quidem in Italiam progreſſus cogitare potuerit, quid ſibi negotij futurum eſſet cum Rabano Archiepiſcopo Moguntino. Sed nec de Prædeſtinatione quidem dogma ſuum in publicum in Italia edidiſſe conſtat, quin imò ex priuata tantùm contentione, vt verba ipſa Rabani in præfatione ad Nottingum, præ ſe ferunt, vel ex ſimplici collatione vt veriſimilius eſt, cum ipſo Nottingo Epiſcopo, in domo Comitis Eberardi diffamata illa Gotteſchalcana hæreſeos ſententia ſeu veriùs fabula originem ſumpſit. Quicquid ſit, nullos ſibi vnquam coaceruaſſe diſcipulos, ſicut nec ad Barbaras & Paganas Gentes velut euangelizaturum perrexiſſe, vt infrà videbitur, immò ex ſupraſcripto VValafridi Carmine, & fragmento Epiſtolæ Gotteſchalci ad Ratramnum, quod mox ſubjicietur, luce clarius patet, cum etiamſi doctiores & pietate celeberrimos totius Germaniæ viros conſuluerit ſuper doctrina Capitum illorum, proprium ſenſum ſolis, Marcuuado, Ionæ & Lupo expoſuiſſe, & VValafridum ipſum licet doctiſſimum & amiciſſimum celaſſe, quoniam veriſimiliter in doctrina Diui Auguſtini minùs verſatum crederet. Quanto minùs ſimplicium & deuotorum ſenſus capaces erant, vt in diſciplinam illam redigerentur, quam etiam plurimi ſuo ipſorum iudicio magiſtri optimi, capere cùm minùs valeant, auerſantur nec ferre poſſunt.

Sed quis æquâ mente ferat Capitula illa quatuor quæ (vt inferiùs videbitur) Germanam & ſanctiſſimam non tantum D. Auguſtini, ſed & ſacrorum Conciliorum, ſummorum Pontificum, & totius Eccleſiæ doctrinam de gemina Prædeſtinatione, & vera Chriſti gratia continent, ab Hincmaro vocari: *omnium pœnè peruerſitatum fœtidas & cænulentas faces*, maximè poſt edita in publicum & ſibi notiſſima ſancti Prudentij, vtriuſque Lupi &

Eccleſiæ Lugdunenſis ſcripta, immo & poſt ſancitos Canones A. 847.
Conciliorum Valentini tertij, & Lingonenſis, quibus vel ipſo teſte, tota Gotteſchalci doctrina fuit confirmata. Sed & ipſe verborum iſtorum erubuit: ſiquidem in præfata ad Nicolaum Papam Epiſtola, quam ad elogium miſerabilis illius Monachi verbo ad verbum ex prædicto opere mutuatus eſt, licet ipſius doctrinam quam hæreſim vocat, iniquis verbis & peruerſo ſenſu adulteratam enuntiet, omnium tamen pœnè peruerſitatum fœtidas & cœnulentas fœces, non auſus eſt appellare, verba illa conſultò prætermiſit. Sed de his ſatis, iam procedendum ad reliqua.

CAPVT II. Cap. II.

Gotteſchalci religioſa peregrinatio ad limina Apoſtolorum. Triplex in illum Hincmari calumnia refutata, I. Quod inſcio ſuæ ciuitatis Epiſcopo Presbyter factus. II. Quod ſine Abbatis conſenſu monaſterio egreſſus. III. Quod ad plurimas Barbaras Gentes profectus ſit, vt Prædeſtinationem illis prædicaret. Gotteſchalcus Romà rediens apud Eberardum Comitem diuertit. Cum Nottingo Epiſcopo de geminà Prædeſtinatione diſputat, an. 848. Hinc cum Rabano litis occaſio. Iudicium de Rabani opuſculo aduerſus eum ſcripto.

GOtteſchalcus igitur probis imbutus moribus, doctrinâ conſpicuus, ſacris ordinibus initiatus, ſuſcepta ex conſenſu proprij Epiſcopi, per Rigboldum Remorum Corepiſcopum ſacro Presbyterali honore tandem circa annum 847. petitâ & obtentâ A. 847.
ab Abbate ſuo veniâ, diuino vt credendum eſt inſtinctu, ſtatuit ſacratiſſima Principum Apoſtolorum limina inuiſere pietatis & Religionis ſtudio, ipſo VValafrido teſte in ſupraſcripto Carmine, vt tunc plurimis religioſiſſimis viris in Gallia moris fuiſſe notát, plurimi ſæculi illius auctores, inter alios Lupus Ferrar. in Epiſtolis ſuis 101. 102. 103. 106. & 107. ſicque peregrinationem pietatis causâ ſuſcepit, peractiſque Religioſis votis regreſſurus, in ſolitum pauperum peregrinantium hoſpitium domum Religioſiſſimi Comitis Eberardi in Gallia Ciſalpina ſe recepit. Pietatis eiuſdem Comitis teſtes ſunt Rabanus Epiſtola ad eum emiſſa & Hincmarus apud Flodoardum hiſt. 3. cap. 26. &c.

Sed antequam vlteriùs progrediamur expendenda triplex Hinc. in Gott. cenſura 1. d. cap. 2. de Prædeſt. cum notat honorē Presbyteralē inſcio ciuitatis ſuæ Epiſcopo vſurpaſſe. Quod nec in ſentē-

A. 847. tia præſēte ipſo illius ciuitatis Epiſcopo, Rothado ſcilicet Sueſſionenſi lata, nec etiam in prædicta Epiſt. ad Nicolaum Papā habetur, ſed tantū dicitur à Remorū Chorepiſcopo contra Regulas Preſbyter ordinatus, & ſic hoc gratis dictum nemo non videt.

2. Et d. cap. 2. & in prædicta Epiſtola notat eum ex Monaſterio irregulariter egreſſum, id eſt, inſcio Abbate & ſine ipſius permiſſione, ſed in ſententia in illum lata præſente Bauone ipſius Abbate, ne verbum quidem illius irregularitatis, quæ tamen Regulis omnibus tam monaſticis quam Canonicis graui pœnâ mulctatur, & ſic non fuiſſet omiſſa: hæc igitur poſt duodecim aut quindecim annos nouæ criminationis acceſſio, quid niſi quæſitus color?

3. Denique cenſura, quem diximus ſolum in Italiam limina inuiſurum Apoſtolica perrexiſſe, iuxta VValafridum, ex qua poſtea conſtat recta Moguntiam reuerſum, Hincmarus vtrobiquè, & dicto capite & prędicta Epiſtola nullo teſte, etiam contra fidem ſententiæ in eum latæ, vult à Monaſterio irregulariter egreſſum, non niſi peragratis regionibus plurimis Moguntiam reuerſum, quaſi Gyrouagum Monachum: verùm vt quanta fides adhibenda ſit iſtiuſmodi verſutis coloribus magis eluceſcat, non ingratum erit hic referre ex libro Eccleſiæ Lugdunenſis de Tribus Epiſtolis in principio, quò excurrerit ſubtilitas inuentionis & dexteritas ingenij ipſius Hincmari in recenſenda fabuloſa hac Gotteſchalci peregrinatione Epiſtola ſua ad Amulum Lugdunenſum.

Libello Eccleſ. Lugd. de Tribus Epiſtolis.

» Primus (id » eſt Hincmarus, inquit Eccleſia Lugdunenſis) qui miſerabilis illius » Monachi & actum deſcribit, & doctrinam redarguit, & damna- » tionem exponit, poſtquam eum dixit vltrò ſibi prædicatoris no- » men aſſumpſiſſe, atque ad Barbaras & Paganas Gentes velut » euangelizaturum perrexiſſe, his verbis ſeriem prædicationis eius » exequitur dicens: alio prædicationem ſuam orſus initio, quàm » Ioannes, qui dixit: *Pœnitentiam agite appropinquauit enim re-* » *gnum cælorum*, & quàm Paulus, qui docuit per viſibilia viſibi- » lium & inuiſibilium cognoſcere Creatorem, cœpit prædicare » quia ante omnia ſæcula, & antequam quicquam faceret, à princi- » pio Deus, quos voluit prædeſtinauit ad regnum, & quos voluit » prædeſtinauit ad interitum &c.]

Annal. Bertiniani an. 849.

Sed & hic aduertendum auctorem Annalium ſancti Bertini, Hincmari fideliſſimum aſſeclam, profectionē illam ad Barbaras & » Paganas Gentes ad an. 849. ſic expoſuiſſe. Italiam ſpecie religio- » nis aggreſſus, inde turpiter eiectus, Dalmaciam, Pannoniā, Nore- » iamq; adorſus, quędā noſtrę ſaluti valde cōtraria, pręcipuè ſub no- » mine prædeſtinationis, peſtiferis dictis & ſcriptis adſtruens &c.

d. Lib. de Tribus Epiſtolis.

» Nec hic ingrata erit reſponſio ipſius Eccleſiæ Lugdunenſis: » Hoc itaque (inquit) nobis licet ex parte incredibile videatur,

Digitized by Google

quod videlicet Gentibus ignorantibus Dominum prædicans, prę- “ A. 847.
termittere potuerit, vt non eos primò omnium ad pœnitentiam “
prouocaret, nec eis inter creaturam & Creatorem rationabiliter “
diſcernere perſuaderet, vt iam non colerent, neque ſeruirent crea- “
turæ per Idololatriæ errorem, ſed potiùs Creatori, qui eſt bene- “
dictus in ſæcula: Sed quæſtiones eis etiam fidelibus & doctis “
difficillimas de diuinis iudiciis & Prædeſtinationis ac Redem- “
ptionis myſterio propoſuerit: tamen prætermittentes huius rei “
tam abſurdam & incongruam obiectionem, magìs cum credimus “
inter fideles, vel etiam Sacerdotes illarum partium talia moue- “
re & proponere potuiſſe, quibus magnarum & nouarum rerum “
velut nouus atque admirandus prædicator exiſtimaretur, quàm “
tantæ eum fatuitatis & ſtultitiæ extitiſſe, vt imputetur omnium “
rerum diuinarum pœnitùs ignaris tam importunè & præpoſte- “
rè talia ingeſſiſſe, quibus apud eos non audiendus ſed pœnitùs “
ridendus, & ab omnium auribus arcendus iudicaretur.] “

Hâc cenſurâ notatus Hincmarus, dehinc abſtinuit à tam ridicu-
la objectione, non tamen ab aliis ſibi & ſociis quaſi naturalibus
verſutiis: Sed miſſo iam Hincmaro ad Gotteſchalcum, quem ; oſt
peracta vota in Gallia Ciſalpina apud Religioſiſſimum Comitem
Eberardum reliquimus, reuertamur: à quo non ſolùm vt peregri-
nus benigniſſimè ſuſceptus, ſed virtutis ergò & beneuolentiæ,
quam ſingularis eius eruditio conciliauerat, diutiùs ibi morari
compulſus eſt: interim verò accidit vt ſiue apud Comitem ipſum
Eberardum, ſiue alio quouis in loco cum Nottingo (vel Veronenſi
iuxta Rudolphum in vita Rabani, vel Vercellenſi iuxta Chroni-
con Hirſangienſis Monaſterij, vel Brixienſi qui Concilio Roma-
no interfuit anno 846.) Epiſcopo, quicquid ſit, vicino collationem
haberet, in qua iuxta doctrinam S. Auguſtini de Dei Prædeſtina-
tione diſſeruit, eámque quam expoſuit de gemina Prædeſtinatio-
ne ſententiam, multis teſtimoniis eiuſdem ſanctiſſimi Patris com-
probauit, vt refert ipſe Rabanus Epiſtolâ ad Comitem Eberardū.

Huius collationis aliquatenùs memor Nottingus, cùm ad Lu-
douicum iuniorem Imperatorem filium Lotaharii in Pagum Loga-
næ veniſſet, cum Rabano Mauro vixdum Archiepiſcopo Mogun-
tino ibidem reperto collocutus, retulit Gotteſchalcum apud Co-
mitem Eberardum commorantem de gemina prædeſtinatione,
ſiue Electorum ad requiem, ſiue Reproborum ad mortem vel ini-
què contendere, ita vt inter ipſos conuenerit, vt Rabanus è diuinis
Scripturis & de Orthodoxorum Patrum ſententiis, aliquod opuſ-
culum conficeret, ad conuincendum errorem eius, quod eodem
ipſo anno 847. vtcúmque executus eſt Rabanus, opuſculo, quod
de Prædeſtinatione inſcripſit ad Nottingum.

A. 847. De tempore patet ex Epiſtolâ eiuſdem ad Eberardum comitem vnà ſimul ſcripta, in cuius principio meminit beneficentiæ eius in presbyteros, qui prçterito tempore Romam perrexerunt, quod ab eis Eberardus & expetierit Rabani opuſculum in laudem crucis Chriſti, & quod anno præterito per nuntium Eberardi, hoc idem opus expetitum miſerit: ſiquidem in annalibus Fuldenſibus illi ipſi ſacerdotes anno 844. referuntur Romam miſſi, & ſic eodem anno ab Eberardo comite ſuſcepti,& rogati de opuſculo, quod fruſtrà anno ſequenti expectatum, per nuncium anno 846. petitum & acceptum refertur anno præterito: & ſic annus in quo ſcriptæ ſunt illæ Epiſtolæ, eſt 847. nec malè conjicitur opus illud fruſtrà expectatum anno integro; ſiquidem & ipſa verba, prçterito tempore, ſaltem triennium inducere videntur, alioquin vt de nuncio dicitur anno prçterito, dictum fuiſſet de peregrinantium ſuſceptione à duobus annis: ſed Epiſtolam hanc à Rabano iam Archiepiſcopo editam conſtat ex eo quod in fine, Nothingum Epiſcopum dilectiſſimum fratrem vocat,& ex annalibus Fuldenſibus hoc anno 847. Menſe Maio, Epiſcopatum morte Otgarij adeptus eſt, & ſic hçc Epiſtola non ante hunc annum ſcripta fuit.

Diximvs *vtcumque* quod pollicitus erat executum fuiſſe Rabanum; ſiquidem (vt notauit Eccleſia Lugdunenſis prædicto opuſculo reſpondens, in libro de tribus Epiſtolis ad Epiſtolam tertiam) aſſumpſit ille non neceſſariam, nec vllatenus ad rem de qua quçritur pertinentem diſputationem.] Sed antequam reliquum referamus, & vt liberum ſit lectori iudicium hìc prçmittenda eſt eius opuſculi præfatio, quæ his verbis concepta eſt.

Præfatio Epiſtolæ Rabani ad Nothingum.

» Nuper quando ad Sereniſſimum Imperatorem Ludouicum in » tranſitu expeditionis hoſtilis in pago Loganæ veniſti, & ibidem » mecum locutus de hæreſi, quam quidam de prçdeſtinatione Dei » iniquè contendunt errantes, & alios in errorem mittentes, ſermo» nem habuiſti: Conuenit inter nos vt è diuinis ſcripturis, & de » orthodoxorum patrum ſententiis aliquod opuſculum conficerem, ad conuincendum errorem, qui de Deo bono & iuſto tam » nequiter ſentiunt, vt dicant eius prædeſtinationem facere, quòd » nec homo ad vitam prçdeſtinatus poſſit in mortem incidere: nec » ad mortem prædeſtinatus vllo modo ſe poſsit ad vitam recuperare. Cùm auctor omnium rerum,& conditor naturarum, Deus, nullius ruinę, atque interitus cauſa ſit, ſed multorum origo ſalutis » proinde accipe nunc opuſculum, &c.]

» Notanda prima ſcribendi occaſio, non quod Gotteſchalcus » prçdicaſſet, vel magiſtri nomen vſurpando diſcipulos poſt ſe traheret, ſed contenderet iniquè iuxtà Rabanum, & ſic de priuata

Digitized by Google

contentione in verbis *quidam iniquè contendunt.* Huius autem
opuſculi videamus apud Eccleſiam Lugdunenſem quam cœpi-
mus cenſuram, aſſumpſit ille non neceſſariam, nec vllatenus ad «
rem de qua quęritur, pertinentem diſputationem. Quæritur «
namque in pręſenti diſceptatione, non illud, vtrum impios Deus «
& iniquos prędeſtinauerit ad ipſam impietatem & iniquitatem, «
id eſt vt impij & iniqui eſſent, & aliud eſſe non poſſent, quod nul- «
lus omninò moderno tempore dicere vel dixiſse inuenitur: Quod «
eſt vtiquè immanis & deteſtabilis blaſphemia, vt Deus ſuá præ- «
deſtinatione quaſi auctor ſit impietatum & iniquitatum, ali- «
quos impios & iniquos eſse coëgerit: ſed illud potiùs quęritur: «
vtrum eos, quos veraciter omnino pręſciuit proprio vitio impios «
& iniquos futuros, & in ſuis impietatibus atque iniquitatibus «
vſque ad mortem perſeueraturos; iuſto iudicio prædeſtinauerit, «
æterno ſupplicio puniendos: Auctor verò ipſius Epiſtolæ relictâ «
hac ſecundâ quæſtione, quæ in præſenti apud multos verſatur, «
contra priorem potiùs impiam opinionem laborat, & totum diſ- «
putationis ſuæ ſermonem ad hoc dirigit: quod Deus bonus & «
iuſtus nunquam alicui eſſe potuerit cauſa, vel origo, vel auctor «
peccati & iniquitatis, quod omnes (vt dictum eſt) fideles fideli- «
ter & indubitanter fatentur: Nullam tamen eſſe diuinam præde- «
ſtinationem erga iuſtam damnationem eorumdem impiorũ & ini- «
quorum, & tantúmodò in parte electorum eſſe credendam, ver- «
bis præfatili belli, qui hypomneſticon dicitur, affirmare conten- «
dit, &c.] Quòd quàm certum ſit de hoc opuſculo Eccleſiæ Lugdu- «
nenſis iudicium, ex ipſa præfatione, quam retulimus, ſatìs apparet.
Sed perlecto toto opuſculo & totâ Eccleſiæ Lugdunenſis cenſu-
râ, quæ ſuo loco expendetur, aſſertionis noſtræ veritas pleniùs
eluceſcet. Et interim notandum in hoc opuſculo pag. 56. inter
reatus eorum, qui prædeſtinationem in non probatum Rabano
ſenſum vertunt eum dixiſſe: quartò quod redemptorem mundi «
fruſtrâ ſanguinem ſuum fudiſſe non timet per errorem ſuum fin- «
gere, qui in ſe credentibus & ſperantibus, propter predeſtinatio- «
nis neceſſitatem non poſſit ſubuenire.] Item pag. 71. quædam de «
libertate arbitrij ex cap. 20. opuſculi Gennadij de Eccleſiaſticis
dogmatibus interſeruiſſe, ſicque opuſculum ſuum concluſiſſe. Ec- «
ce habes dilectiſſime frater quod petiſti ſenſum orthodoxorum «
atque Catholicorum patrum, breuiter in vno libello cõſtructum, «
de præſcientia & prædeſtinatione, de gratia & libero arbitrio. «
Reſtat vt credas & confitearis, immò firmâ fide & ſanâ doctrinâ «
aliis prædices, quod credant & intelligant. Deum præſciſſe bo- «
nos, & malos futuros: Bonos autem tantùm, vt vitam æternam «
accipiant prædeſtinaſſe, &c.] Hęc poſtrema verba eo magis no- «

A. 847.

Eccl. Lugdun. de 3. Epiſt. cap. 41.

In Epiſtola Rabani ad Notingum.

A. 847. tanda, quia contra doctrinam quam profitebatur Gotteſchalcus edita ille impugnanda ſuſcepit, libello ſuo in Rabanum in quo & alias quæſtiones addidit expendens ſuo ſenſu, quæ retulimus de morte Chriſti, & libero arbitrio, vt ſuo loco videbimus.

Epiſtola Rabani ad Eberarum. Edidit & ipſo eodem tempore Rabanus alteram de eadem re " Epiſtolam ad Eberardum comitem his verbis. Quia diuulgatum " in iſtis partibus conſtat quemdam ſciolum nomine Gotteſchal- " cum, apud vos manere, qui dogmatizat, quod prędeſtinatio Dei " omnem hominem ita conſtringat, vt etiamſi quis velit ſaluus fie- " ri, & pro hoc fide rectâ & bonis operibus certet, vt ad vitam " æternam per Dei gratiam veniat, fruſtrà & in caſſum laboret, ſi " non eſt prædeſtinatus ad vitam: quaſi Deus prædeſtinatione ſuâ " cogat hominem interire, qui auctor eſt ſalutis noſtræ non perdi- " tionis: Et iam hinc multos in deſperationem ſuimet hęc ſecta " perduxit: ita vt dicant, quid mihi neceſſe eſt pro ſalute mea & vi- " ta ęterna laborare? quia ſi bonum fecero, & prædeſtinatus ad " vitam non ſum, nihil mihi prodeſt: ſi autem malum egero, nihil " mihi obeſt, quia prædeſtinatio Dei me facit ad vitam æternam " peruenire. Hæc traditio multis in iſtis partibus ſcandalum eſt, & " prędicatoribus Eangelij homines inobedientes facit, quia iam " deſperantes de ſemetipſis eos reddidit: Dicitur enim ipſe doctor " veſter multa teſtimonia excerpſiſſe de opuſculis Beatiſſimi & do- " ctiſſimi patris Auguſtini, quibus nititur ſuam ſententiam affir- " mare. Cùm memoratus pater & doctor Catholicus contra Pe- " lagianos ſcribens, qui gratię Dei contrarij prædicatores fue- " runt, defenſor eiuſdem gratiæ, non deſtructor rectæ fidei fue- " rit &c.]

Et poſt allatas contra peruerſum illum ſenſum aliquot Sancto- rum patrum auctoritates, maximè ex reſponſionibus Proſperi ad obiectiones Vincentianas & Gallorum, ſic Epiſtolam concludit.

Ibidem. " Hæc ergo amice chariſſime ideo tibi ſcripſi, vt cognoſceres qua- " le ſcandalum de illis partibus opinio veniens in hoc populo gene- " rauerit: Et ſi quis manens apud te docet, quę rectæ fidei ſunt con- " traria, prohibeas eum vt ceſſet ab hac ſecta, dicáſque ei, vide fra- " ter, ne hęc licentia tua in prędicando offendiculum fiat infir- " mis, & tuo dogmate ne perdas eum, pro quo Chriſtus mortuus " eſt, quia ſanguis eius requiretur de manu tua.]

Ex his Rabani verbis nemo eſt, qui non iudicet Gotteſchal- cum longè exceſſiſſe metas doctrinæ Catholicę, de gemina præ- deſtinatione electorum ad vitam & reproborum ad interitum, paſsìm & conſtantiſſimè à Diuo Auguſtino traditam, & libro in- tegro à ſancto Fulgentio confirmatam: verumtamen inferiùs contrarium luce clariùs apparebit, etiam ipſis Rabano & Hinc- maro

A. 847.

maro teſtibus, & ex ipſis huiuſce miſerabilis monachi ſcriptis, quibus oneratus, condemnatus, & opreſsus eſt. Interim [præter-quam quod dici poſset de Nothingo, quod dixit Beatus Au- « guſtinus de Floro Epiſtola 46. ad Valentium; aut non intellexit, « aut intellectus non fuit in difficillima quæſtione proponenda] ob- « ſeruaſse non erit inutile, Rabano & aliis ſimilibus illo ſæculo contigiſse, quod Hilario Arelatenſi & aliis præcipuæ auctoritatis, & ſpiritualium ſtudiorum viris accidiſse memorat Proſper Epiſtola ad Sanctum Auguſtinum, & quod hoc ſeculo fermè ad tyrannidem inualuiſse, pij omnes doctrinæ Diui Auguſtini profeſsores & aſsecle dolent & lugent, vt videlicet ſaniſſimam illam & diuinam doctrinam, non minùs quam hæreſim & peſtem auerſarentur: huiuſce odij quod ad Rabanum ſpectat, teſtem habemus omni exceptione maiorem Lupum Seruatum, ipſi Rabano familiarem & amiciſſimum, eiuſdem Eccleſiæ venerabilem presbyterum, & qui cum illo affuit ſynodo Moguntinæ, in qua primum agitata fuit hęc controuerſia; ille ſiquidem in libello quem de hac edidit, inſcripto de tribus quæſtionibus, dum prædeſtinationi etiam reproborum ſubſcribit, propter Rabanum maximè pręſulem ſuum his vtitur verbis: De his (ſcilicet reprobis) prædeſti- « nationem Dei dici horrent plerique atque refugiunt, in quibus « & quædam præclara pręſulum lumina: ſcilicet ne credatur Deus, « libidine puniendi aliquos condidiſſe, & iniuſtè damnare eos, qui « non valuerint peccatum, ac per hoc ſupplicium declinare:] Eo « animo (vt par eſt credere) Rabanus ſententiam illam Gotteſchalci de gemina prædeſtinatione, cui contrariam in fine prædicti opuſculi firmâ fide tenendam docet, tam inuidioſis verbis in præfatione & alibi paſſim expreſſit: ibidémque errorem plurium vocat, quem in Epiſtola ad Eberardum dicit eſſe ſolius Gotteſchalci; quod ortum ex ſimplici contentione, ipſemet refert in prædicto opuſculo, Epiſtolâ ad Eberardum illum miſerabilem Monachum quaſi aſſumpto magiſterio dogmatizare, infamat; & quod ſibi ſoli & à paucis diebus in pago Loganæ apud Heluetios relatum erat à Notingo, in præfatâ Epiſtola diuulgatum ait in Germania, ibidémque multis ſcandalum eſſe, & prædicatoribus Euangelij homines inobedientes facere, quia iam deſperantes de ſemetipſis eos reddidit: quod iterum inculcat ſub finem Epiſtolę, quò magìs vrgeat comitem Eberardum, vt Gotteſchalcum domo ſuâ expellat: vnde patet non ex illis oratoriis amplificationibus requirendum quænam reuera fuerit miſerabilis illius Monachi doctrina, ſed & hoc patet (vt ſupra obſeruatum eſt) fuiſſe tunc ſolâ geminæ prędeſtinationis opinione diffamatum.

AVGVST. Epiſt. 46.

Lupus Seruatus libell. de 3. quæſt.

Rabanus in Epiſtolis ad Nott. & ad Eberard.

H

A. 848.

Cap. III.

CAPVT III.

Gotteſchalcus à Rabano laceſſitus de gemina prædeſtinatione, de qua ſola primum lis mota fuerat, amicos conſulit, duas inſuper addens quæſtiones de libero arbitrio & de pretio ſanguinis Chriſti. Fragmentum Epiſtolæ Gotteſc. ad Ratramnum Corbeienſem, ex quo multa eruuntur. Integram cùm lubebit edet R. P. Sirmondus. Gotteſchalci literis reſpondet Vualafridus Strabo.

CVM igitur grauiſſima illa Rabani in Gotteſchalcum cenſura ad notitiam ipſius perueniſſet communicatis ſibi geminis illis & ad Notingum & ad Eberardum Epiſtolis, nullius prauæ doctrinæ, ciuſque præcipuè, cuius inſimilaretur, ſibi conſcius Rabanum ipſum petere aggreditur: Anno ſequenti 848. (A. 848.) Italiâ relictâ in Germaniam natale ſolum ſe recipit; ibique primùm doctiores magiſtros, quos plurimos fuiſſe Epiſtolâ ad Ratramnum Monachum Corbeienſem inuenit, propoſitâ ſancti Auguſtini ſententiâ, vnà cum obiectionibus conſulit: Et tribus ſolis quibus ſingularem fidem habuit Matcaudo ſcilicet ſeu Marcuuado abbati Prumienſi, Ionæ, & Lupo Seruato proprium ſenſum aperuit, non ſolùm quo ad quæſtionem de gemina prædeſtinatione, ſed inſuper occaſione ortâ (vt ſupra tetigimus) ex opuſculo illo ad Notingum duas alteras addidit, ſcilicet de libero arbitrio, & de redemptione ſanguinis Chriſti: Et quoniam fragmentum Epiſtolæ illius ad Ratramnum, quod publici iuris fecit R.P. Sirmondus ad calcem tractatus Hincmari de non trina deitate, lucem non minimam affert præludiis illius concertationis Gotteſchalci in Rabanum, hìc reponere neceſſariũ duximus.

Ex Epiſtola Gotteſchalci, quam ex Germania ſcripſit ad Ratramnum monachum Corbeienſem.

Concluſio Epiſtolæ Gotteſch. ad Ratramnum.

Denique ſunt multi Domino donante Magiſtri
Hâc regione ſiti, ingenio locuplete periti:
Vnde palatina plerique morantur in aula:
» Ad hos, atque alios per barbara regna locatos
» Cernua his auidus direxi ſcripta diebus.
» Orans magnopere dignentur, vt ocyus inde
» Reſpondere mihi, ſeu ſcis vehementer egenti.
» Eſtque Auguſtini his ſententia miſſa beati,
» Quam liquido exponi auctori quadrando popoſci:

Nempe tribus horum ſtudui proprium indere ſenſum, A. 848.
Marcaudo, Ionæ, atque Lupo rutilantibus oro
Poſcens obnixè ſatagant, vt vera referre:
Propoſita eſt reliquis tantummodo quæſtio cunctis:
Oppoſui ſanè obiicitur, quod parte ab vtraque.
Nemo, ſed excepto quid adhuc mihi reddidit vno,
Qui cum ſit cautus ſimul & catus, eſt moderatus:
Sic iam terna ſui librans reſponſa libelli,
Vt dempto neutri pleno diſcrimine parti
Congruat. Vnde tibi recitanda hæc vtraque duxi;
Reſpondere alij properant dum mente ſagaci,
Quo magis his, mihi quàm repures (chariſſime) quicquam
Si videas aliquid concordans quod tibi non ſit.
At licet uſque rogo mecum duo perpete voto,
Pectore quin toto ſupplex orare memento,
Donetur habilis, quo ſermo videlicet illis
Cúmque vigore ſalis pia nobis pignora pacis.

Hoc fragmentum Epiſtolæ Gotteſchalci ad Ratramnum poſtremam eius partem ſeu concluſionem ſolam continet, quod diligentiæ & ſtudioſis laboribus R.P. Sirmondi debetur: ſed ſicut eius præfationem in notis ad Ennodium Ticinenſem lib. 5. Epiſt. 7. edidit, & hîc concluſionem ad probandum intentum (Gotteſchalcum ſcilicet verſutum fuiſſe, non omnibus ſenſa ſua expoſuiſſe) publici iuris fecit: ſi totam Epiſtolam publicæ vtilitati non inuidiſſet, maiores certè ipſi deberētur gratiæ; nec crederetur ideo cætera tacuiſſe, quod ſuſceptæ cauſæ contraria viderentur. Vt qui Gotteſchalcum immeritò verſutiæ & calliditatis inſimulat, eidem crimini ſe obnoxium præbeat. Certè ſi veritatis quā cauſæ fuiſſet amantior, editā hâc integrā Epiſtolā maximam lucem huius diſputationis præludijs attuliſſet: Sed quanta ſit ad totius rei pondus fragmenti huiuſce auctoritas expendamus. Quod Gotteſchalcus propria ſenſa non omnibus aperiret, non verſutiæ fraudulentæ ſed prudentis viri modeſtiæ adſcribendum plurimi iudicabunt. Nec ſiquidem qui alios cum reuerentia conſulit, proprium ſenſum, ſi ſapit ingerit, ſed æquā lance quod in vtramque partem dici & obiici poſſit proponere ſatagit; idque religioſe obſeruatum hoc verſu notatur.

Oppoſui ſanè obiicitur, quod parte ab vtróque.]

Ipſa verò quæſtionum ratio, iactáque aſſumpti magiſterij ſectæque exprobatio, tum Rabani auctoritas, quem impugnare aggrederetur, neceſſariò cautelam illam requirebant. Sed & conſultatio illa, non pertinacis, qui ſententiæ ſuæ præſidium & fautores tantùm quæreret; ſed dubitantis, & quid tenendum quid agen-

Digitized by Google

A. 848. dum inquirentis fuit, vt quod ſibi conſultum fuiſſet ſequeretur: Eam fuiſſe mentẽ Gotteſchalci probant illi verſus:

» Reſpondere alij properant dum mente ſagaci.
» Quo magis his, mihi quàm repures (chariſſimè) quicquam;
» Si videas aliquid concordans, quod tibi non ſit.

Et ſic patet illum miſerabilem Monachum ab illa pertinacia, quæ errantes hæreticos facit, toto cœlo abſfuiſſe. Sed vt fragmentum illud diligentiùs expendamus, aſſerendæ illius innocentiæ non minimum confert: ſiquidem ex illo conſtat.

I. Gotteſchalcum Ratramno (quem vt doctrinâ celeberrimũ & ab imperatore Ludouico Pio, & à Karolo rege eius filio ſæpius cõſultum ſcripta eius demonſtrant, & antiqui auctores tradunt) plurimùm confiſum, ipſi hâc vel alterâ Epiſtolâ ſtatum, in quo verſaretur liberrimè expoſuiſſe, quid ſibi agendum eſſet, eius conſilio expetiiſſe, exequi paratum, quod ab illo ſibi præceptum eſſet, niſi à Marcaudo, Iona, & Lupo fuiſset improbatum.

II. Plurimos quos audierat tam in Germania, quã in vicinis prouinciis peritiſſimos magiſtros, conſuluiſse de interpretatione ſententiæ D. Auguſtini omnibus ſimpliciter propoſitę, cũ obiectionibus contrariis, non quęſtionẽ generaliter & abſolutè ab eo propoſitã, ſed ſententiam D. Auguſtini, & iuxta mentẽ illius exponendã.

» Eſtque Auguſtini his ſententia miſsa beati,
» Quam liquido exponi auctore quadrando popoſci
» Oppoſui ſanè obiicitur quod parte ab vtraque &c.

Siue de ſola quæſtione geminę prædeſtinationis, vt ſingulari numero verba præ ſe ferunt, ſiue de duabus etiam reliquis intelligatur, nihil refert. Nemo (vt par eſt credere) tam iniquus iudex, vt velit illos omnes conſultos, vtrum prędeſtinatione ſuâ Deus ſit auctor peccati, immo ad peccandum cogat: & vt verbis ipſius

In Epiſtola Rabani ad Hincm. » Rabani in Synodica ſua ad Hincmarum vtamur: vtrum tales ſint » in hoc mundo quidam, qui propter prædeſtinationem Dei, quæ » eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore & peccato ſe cor- » rigere, quaſi Deus eos feciſset ab initio incorrigibiles eſse, & » pœnæ obnoxios in interitum ire.]

III. Gotteſchalcum eâ vſum modeſtiâ, vt quid ſentiret ipſe non expoſuerit, quò magis libera eſsent eorum, quos conſuleret reſponſa, famæque Rabani & exiſtimationi magis conſuleretur, adde vt ſibi eſset liberum ſequi magiſtrorum illorum ſententiam: tantùm abeſt vt diſcipulos poſt ſe traxerit, in publicum palam omnibus dogma ſuum ediderit, aut etiam in barbaras & paganas gentes illud Euangelizaturus perrexerit.

IV. Tribus celeberrimis pietate & doctrinâ totius Germaniæ viris, proprium ſenſum ſuum liberè expoſuiſse: Marcaudo ſcilicet ſeu Marcuuado abbati Prumienſi, Ionæ, quem quis

fuerit ignotamus; & Lupo Seruato Moguntinenſis Eccleſiæ Præſbytero meritiſſimo, qui Synodo illi Moguntinæ interfuit, & præclariſſimum de his tribus quæſtionibus libellum edidit: & ſic omnem hæreticæ prauitatis ſuſpicionem à ſenſu proprio Gotteſchalci, quem aliis non indiderat, procul abfuiſſe. A. 848.

5. Obſeruandum tribus illis tres propoſitas quæſtiones celeberrimas illas apud antiquos Auctores, de gemina Prædeſtinatione, de Gratia Chriſti, & Libero Arbitrio, & de ſuperflua Sanguinis Chriſti taxatione, & ex tribus illis vnum ſolum reſcripſiſſe eâ moderatione.

> « Sic iam terna ſui librans reſponſa libelli;
> « Vt dempto neutri pleno diſcrimine patti
> « Congruat.

Igitur ne leuiſſima quidem ſuſpicio ſubeſſe poteſt ſiniſtræ & prauæ doctrinæ in proprio ſenſu Gotteſchalci, in nulla trium illarum quæſtionum. Alioquin nulla æquilibrij ratio.

5. Illum expectaſſe aliorum duorum reſponſum (vtrum receperit nec ne, non liquet) eâ mente, vt conſilium eorum exequeretur: itavt Ratramno ſignificet ſe non ab eius ſententia receſſurum, niſi in quantum illi aliter cenſuerint.

> « Reſpondere alij properant dum mente ſagaci
> « Quò magis his, mihi quàm reputet (chariſſime) quicquam,
> « Si videas aliquid concordans quod tibi non ſit.

In quo eius docilitas hæreticæ pertinaciæ maximè contraria clariùs apparet.

Poſtremo illum Ratramni (quem in præfatione amicum Dominum, Patrem & Magiſtrum ſalutauerat) preces imploraſſe, vt vnâ ſimul à Deo per conſultores illos ſalubre conſilium reciperet, & poſt conflictum illum cum Rabano ſuſtinendum, pia pignora pacis obtineret.

In hoc fragmento (quamuis ex inimicorum officina) nihil eſſe prorſus, quod vel ſiniſtræ conjecturæ locum dare poſſit, quilibet non iniquus rerum æſtimator facillimè conijciet. Quid ſi Epiſtolam integram, quam zelus ſententiæ propriæ reticuit, veritatis amor expreſſiſſet?

Hoc eodem tempore alteram Gotteſchalcus ſcripſit Epiſtolam ad VValafridum Strabo Augię diuitis Abbatem amicũ & quondã ſtudiorum ſodalem, cui ille reſpondens congratulatorio carmine quod ſuprà integrum repoſuimus, hoc ipſo tempore inſcripſit Gotteſchalco, quaſi alteri Fulgentio: ex quo apparet quibus moribus, quàm ſalutari ſcientià imbutus, & in quo pretio habitus fuerit omnium teſtimonio Gotteſchalcus, quámque doctrinæ ſuæ parcus fuerit etiam erga ipſum VValafridum.

Cap. IV.

CAPVT IV.

Anno 848. in placito regio Moguntiæ habito, Gotteſch. profeſſionem ſuam edit de gemina Prædeſtinatione, quam Rabano ipſi offert vnà cum libello in quo ipſum erroris arguit: Profeſſionis & libelli fragmenta ex Hincmari aduerſus Gotteſchalcum opere collecta, & ad quatuor Capita reuocata: de Prædeſtinatione: de Libero Arbitrio: de Voluntate Dei erga ſalutem hominum: de pretio Sanguinis Chriſti.

A. 848. POSTREMO circa Kalendas Octobres hoc ipſo anno 848. cùm in Moguntina ciuitate haberetur Synodus, ſeu veriùs placitum regium, Gotteſchalcus profeſſionem ſuam edidit de Prædeſtinatione tantùm: videlicet ipſam eſſe geminam, Electorum ad gloriam, & Reproborum ad pœnam aſſerens. Quam profeſſionem Synodo & Rabano ipſi obtulit vnà cum libello, in quo ipſum erroris arguit, quod in opuſculo ſuo ad Nottingum, Prædeſtinationem Reproborum tanquam fidei Catholicæ inimicam reijceret, de Voluntate Dei & Redemptione Sanguinis Chriſti ad omnium hominum ſalutem, & de Libero Arbitrio malè cum Gennadio ſentiret, hujuſce rei teſtem habemus irrefragabilem ipſum Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum, qui in opere ſuo de Prædeſtinatione aduerſus Gotteſchalcum, quem » cap. 2. (vt ſupra obſeruatum eſt) notat quatuor ſibi elegiſſe » Capitula omnium penè peruerſitatum fœtidas & cœnulentas » fæces in ſe continentia quibus ſimplicium & deuotorum ſen- » ſus peruerteret.] Nihilominus vbi ſigillatim de ſingulis illis capitibus agitur, ex præfata fidei profeſſione nihil aliud profert quod impugnare poſſit, quam quod habetur cap. 5. pag. 26. his » verbis: Inde & in Chartula illa ſuæ profeſſionis ad eundem Ra- » banum Epiſcopum ita dicit. *Ego Gotteſchalcus credo & confi-* » *teor, profiteor, teſtificor ex Deo Patre, per Deum Filium, in* » *Deo Spiritu Sancto, & affirmo atque approbo coram Deo & San-* » *ctis eius, quod gemina eſt Prædeſtinatio, ſiue Electorum ad re-* » *quiem, ſiue Reproborum ad mortem: quia ſicut Deus incom-* » *mutabilis, ante mundi conſtitutionem omnes Electos ſuos incom-* » *mutabiliter, per gratuitam gratiam ſuam Prædeſtinauit ad vi-* » *tam æternam: ſimiliter omninò omnes Reprobos, qui in die in-*

Hincmar. de Prædeſt. cap. 5. De Profeſſione fidei Gotteſchalci.

dicij damnabuntur propter ipſorum mala merita, idem ipſe incommutabilis Deus, per iuſtum iudicium ſuum incommutabiliter prædeſtinauit ad mortem merito ſempiternam.] Ecce quidquid habemus ex illa profeſſione apud Hincmarum; nec alibi quicquam quod viderim reperitur: de libello verò plura referuntur ad ſingulas quæſtiones, quæ quia continent quaſi accuſationis capita hic ſubijcere neceſſarium, licet vt videbitur de ſola prædeſtinatione in Synodo Moguntina actum ſit.] A. 848.

Sic igitur in præfato cap. 5. pag. 25. vbi de Prædeſtinatione agitur Hincmarus inquit. Ponamus quæ Gotteſchalcus ſignifer & præuius, atque huius prauæ doctrinæ modernus reſuſcitator de primo Capitulo (vnde verſatur quæſtio) in libro ſuæ veroſæ conſcriptionis Archiepiſcopo Rabano porrecto, ſcribat dicens. *Tandem*, inquit, *legi librum (venerande Pontifex) tuum, in quo poſitum reperi, quòd impij quoque ſiue Reprobi non ſint diuinitus ad damnationem prædeſtinati*: Et poſt aliquanta, *Praſciuit, inquam, illos peſſimum habituros ortum, pejorem obitum, prædeſtinauit autem eos ad luendum perenne tormentum, & ſempiternum interitum.* Et iterùm poſt aliquanta: *Quia reuera ſicut Electos omnes prædeſtinauit ad vitam, per gratuitum ſolius gratiæ ſuæ beneficium, quemadmodum veteris & noui Teſtamenti paginæ manifeſtiſſimum præbent, ſolerter ac ſobriè conſiderantibus iudicium: ſic omninò & Reprobos quoſque ad æternæ mortis Prædeſtinauit ſimplicium, per iuſtiſſimum videlicet incommutabilis iuſticiæ ſuæ iudicium.*] Hincmar. d. cap. 5. De Prædeſtinatione.

Item cap. 21. pag. 118. vbi de Libero Arbitrio. Inde & Gotteſchalcus modernus prædeſtinatianus in libello ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum, dicit ad locum: *de quo videlicet Libero Arbitrio quid Eccleſiæ Chriſti tenendum ſit atque credendum, cùm à cæteris Catholicis Patribus euidenter ſit Deo gratias diſputatum, tum præcipuè contra Pelagianos & Cœleſtianos à Beato Auguſtino, plenius & veriùs diuerſis in opuſculis, & maximè in Hypomneſticon eſſe cognoſcitur inculcatum: vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis aſſertionibus incomparabiliter, inde quoque maluerim niti, quàm erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque præſumpſit in locis tamfidei Catholicæ quàm beatorum etiam Patrum inuictiſſimis auctoritatibus: infœlicis Caſſiani pernicioſum nimis dogma ſequens, reniti.*] Ibid. cap. 21. De Libero Arbitrio.

Item ibidem cap. 24. pag. 149. vbi de Voluntate Dei: Et Gotteſchalcus modernus Prædeſtinatianus in libro ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum. *Omnes*, inquit, *quos vult Deus ſaluos fieri ſine dubitatione ſaluantur: nec poſſunt ſaluari, niſi* Ibid. c. 24. De Voluntate Dei.

A. 848. „ *quos vult Deus ſaluos fieri: nec eſt quiſquam quem Deus ſalua-* „ *ri velit & non ſaluetur, quia Deus noſter Omnia quæcumque vo-* „ *luit fecit. Ipſi omnes itaque ſalui fiunt, quos omnes vult ſaluos* „ *fieri.*] Iterùm ibidem pag. ſequenti, primo ſatisfaciamus Le- „ ctoribus, quoniam ideo Apoſtoli & Proſperi verbis (ſine exce- „ ptione) interpoſuimus: Quia Gotteſchalcus nouorum Prædeſti- „ natianorum primicerius in præfato ſuo libello ad Rabanum ſcri- „ pſerat *omnes & omnes debere intelligi, id eſt omnes qui ſaluantur,* „ *de quibus dicit Apoſtolus, Qui vult omnes homines ſaluos fieri, &* 1. Tim. 2. v. 4. „ *omnes qui non ſaluantur, quos non vult Deus ſaluari.*]

Idid. c. 27. De Morte Chriſti. „ Denique cap. 27. pag. 211. vbi de Morte Chriſti: Et Got- „ teſchalcum, inquit, nouorum Prædeſtinatianorum Signifer, in „ libello ad Rabanum Archiepiſcopũ Moguntinum ita dicit ad lo- „ cum: *Illos omnes impios & peccatores, quos proprio fuſo San-* „ *guine Filius Dei redimere venit, hos omnipotens Dei bonitas ad* „ *vitam Prædeſtinatos irretractabiliter ſaluari tantummodo velit:* „ & rursùm: *Illos omnes impios & peccatores, pro quibus idem* „ *Filius Dei nec corpus aſſumpſit, nec orationem, nec dico Sangui-* „ *nem fudit: neque pro eis vllo modo Crucifixus fuit; quippè quos* „ *peſſimos futuros eſſe præſciuit, quoſque iuſtiſſimè in æterna præci-* „ *pitandos tormenta præfiniuit, ipſos omninò perpetim ſaluari penitùs* „ *nolit.*]

Ibid. c. 29. „ Et iterùm cap. 29. pag. 226. Superaddidimus autem verbis „ Proſperi, ad non credentium, eâ fide quæ per dilectionem opera- „ tur, quod ideò ſuperaddidimus, quia Gotteſchalcus in præfato „ ſuo libello ad Rabanum Archiepiſcopum ſcripſit: *Proinde quod* „ *fideliſſimè credo, fidentiſſimè loquor, & certiſſimè pariter, ac fru-* „ *ctuoſiſſimè confiteor, atque veraciſſimè profiteor, quòd Deus noſter* „ *omnipotens omnium creaturarum conditor & factor electorum tan-* „ *tummodo cunctorum gratuitus eſſe reparator dignatus & refector,* „ *nullius autem reproborum perpetualiter eſſe voluit ſaluator, nullius* „ *redemptor, & nullius coronator.*]

Ecce omnia, quæ ſuperſunt & apud ſolum Hincmarum tam prædictæ profeſſionis, quam libelli illius fragmenta, quæ Hincmarus ipſe ſelegit impugnanda: quaſi omnium pœnè peruerſitatum fœtidas & cœnulentas fæces: ita vt aliquid aliud, vel in libello, vel in profeſſione illâ deterius contineri, ne leuiſſimæ quidem ſuſpicioni locus eſſe poſſit: Quin imò in iſtorum apud Hincmarum relatione deprauationem aliquam ſubeſſe, ſaltem in omiſſione aliquorum, quæ Catholicam fragmentorum doctrinam magis explicare & aſperitatem ſi qua eſſet lenire poſſent, valde probabile eſt. Nec vllus eſt tam iniquus iudex, qui aduerſarij & inimiciſſimi & fraudulentiſſimi (vt ſuo loco probabitur) relatio-

nem

Digitized by Google

nem & depoſitionem non ſuſpectam habeat, in iis maximè quæ reum grauare poſſint: contrà verò quis de rei innocentiâ non benè opinetur, qui ex ore etiam talis aduerſarij & ſcriptis in ipſum editis iudicium non recuſet. *Prendre droict par les charges.* A. 848.

CAPVT V. Cap. V.

1. Tim. 2. v. 4.

Gotteſchalcus à Rabano in Synodo Moguntinà minùs iuſtè vel damnatus, vel repulſus plerique Annalium ſcriptores Gotteſchalco parum æqui. Trithemij ea de re narratio multis falſitatibus admixta.

VERVM miſſo iam Hincmaro regrediamur ad Rabanum, apud quem altiſſimum de hoc libello ſilentium, in quo ipſum Rabanum Gotteſchalcus erroris in fide notauerat, nempe quod malè ſentiret de Prædeſtinatione Dei erga Reprobos, de Libero Arbitrio, & de ſuperflua taxatione Sanguinis Chriſti. Certè vt recto & iudiciorum ordine cognitio, & definitio quæſtionum libello illo propoſitarum & de ipſo Gotteſchalco legitimè procederet, Rabanus ipſe iudex eſſe non poterat, *l. Vnica, C. Ne quis in ſua cauſa iudicet, & Can. inter querelas 23. quæſt. 4.* vel ſaltem à cauſæ cognitione abſtinere decebat. Sed quo iudex & iudicij præſes remaneret, Gotteſchalci ſcripta ſibi exhibita reticet, ipſum verò exhibet Synodo ſeu placito fidei ſuæ de gemina Prædeſtinatione rationem redditurum, eum inſimulans aſſerere quoſdam eſſe in hoc mundo, qui propter Prædeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore, & peccato ſe corrigere. Quod cum veriſſimiliter pernegaſſet Gotteſchalcus, & iuxta Chartulam profeſſionis, & libellum ſuum, in aſſertione geminæ Prædeſtinationis perſeueraret: Rabanus verò in ſententiis ſuis tenaciſſimus perſiſteret, maximè in illa quam iam conceperat de Reproborum Prædeſtinatione reijciendâ, ac ſi Deum malorum omnium auctorem redderet, vim & neceſſitatem peccandi inferret: Superadditis (ſi veræ ſunt) quæ à Trithemio referuntur, tam Rabani declamatione, quam Lupi Seruati fortiſſimâ diſputatione, Gotteſchalcus in opinione perſiſtens (quaſi conuictus potiùs, quam damnatus, iuxta Annales Fuldenſes, & Sigeberti Chronicon; vel etiam repulſus potiùs quàm iudicarus, iuxta Flodoardum: nec omnium quidem iudicio, ſed vt plurimis viſum eſt, iuxta prædictos annales; vel vt multis viſum eſt, ex prædicto Chronico: & Regis Ludouici Iuſſu, qui præſens

Digitized by Google

A. 848. in placito aderat, potiùs quàm Epiſcoporum iudicio, vt refertur in Rabani Synodica) remiſſus eſt ad Hincmarum, quaſi proprium Epiſcopum, priùs tamen iuramento præſtito, ne in Regnum Ludouici vltrà rediret: iuxta prædictos Annales Fuldenſes: ita vt ſummaria illa inquiſitio, & minùs integra cognitio, ſynodalis condemnatio dici nullomodo poſſit. Non ſolùm ſcriptorum ipſius Gotteſchalci, quorum examen nullum habitum eſt: ſed nec doctrinæ, immò nec perſonæ ipſius: licet notatus fuerit, in eo quod prohibitus in regnum Ludouici redire. Verùm ne minùs æqui cenſores habeamur in relatione eorum, quæ in Synodo illâ acta ſunt in cauſâ miſerabilis illius Monachi, quem Epiſtolâ ad Nicolaum Papam Hincmarus dicit ab omnibus Germaniæ Epiſcopis damnatum fuiſſe, & vt integrum ſit Lectori iudicium, hic referenda ſunt ipſa omnium Annalium vel Auctorum antiquorum verba, qui huiuſce Synodi meminere.

Præcipui certè cuilibet in hoc videbuntur Annales Francorum vulgò Fuldenſes, ſeu incerti Auctoris dicti, quippè in hac ipſa vrbe Moguntiæ, & ipſis Rabani temporibus, iudicio doctiſſimi viri P. Pithoei, qui eos publici iuris fecit, & ex quibus reliqui omnes mutuati ſunt ea, quæ de hoc placito ſcripſerunt. In illis igitur ad annum 848. vbi de Ludouico Germaniæ Rege agitur, hæc habentur.

Annales Fuldenſes ad an. 848.

» Circa Kalendas Octobres generale placitum habuit apud Mo» guntiam in quo legatos fratrum ſuorum & Normanorum Sclauorumque ſuſcepit, audiuit, & abſoluit: homines etiam Rabani » Epiſcopi aduerſus Dominum ſuum conſpirantes publicè conui» ctos, cum eo pacificauit. Legatos ſuos ad fratrem ſuum Hlutha» rium in Theotonis villâ placitum habentem pro Giſlaberto qui » eodem anno ad fidem venerat, reconciliationis gratiâ direxit. » GOTTESCHALCVS quoque quidam Presbyter de Prædeſtinatione » Dei prauè ſentiens, & tam bonos ad vitam, quàm malos ad mor» tem perpetuam ineuitabiliter à Deo prędeſtinatos eſſe affirmans, » in conuentu Epiſcoporum rationabiliter (vt plurimis viſum eſt) » conuictus & ad proprium Epiſcopum Ingumarum ręmis tranſmiſ» ſus eſt; priùs tamen iuramento confirmans, ne in regnum Ludo» uici vltra rediret.]

In Chronico Trithemij Hirſaugienſi confecto ex Annalibus Fuldenſibus & vetuſtis illius Monaſterij documentis, cuius primus Abbas Linbertus Synodo illi interfuiſſe memoratur, hæc ha-

Chronicon Hirſaug. anno 848.

» bentur. Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus iuſſu Lotharij Im» peratoris Synodum, apud Moguntiam Epiſcoporum & Abbatum » conuocauit Anno Domini 848. Indictione 11. In qua hæreticum » quendam nomine Godſcalcum Presbyterum condemnauit, &

multa ad decorem & vtilitatem Eccleſiaſticam conſtituit, fue- " A. 848.
runt inter alios ibi præſentes celeberrimi viri Epiſcopi, Hecti Ar- "
chiepiſcopus Treuirenſis, Hildeboldus Archiepiſcopus Colo- "
nienſis, Alfridus Epiſcopus Hildeſemienſis, Haymo Epiſcopus "
Halberſtatenſis, Ludericus Epiſcopus Bremenſis, Linbertus "
primus iſte Abbas Sancti Aurelij Hirſaugienſis, VValdo Abbas "
Fuldenſis, Einardus Abbas Selgeniſtetenſis, Brunuuart Abbas "
Hiſfeldenſis, Bertholphus Abbas Mediolacenſis, Aduentitius "
Abbas Metenſis, poſteà ibidem Epiſcopus, Radulphus Abbas S. "
Medardi Sueſſonenſis, poſteà Bituricenſis Archiepiſcopus, & alij "
multi Epiſcopi, Abbates & Monachi inter quos complures erant "
vitâ & doctrinâ famoſi.] "

Item ex Chronico Hildeshemenſi cuius Eccleſiæ Epiſcopus Alfridus inter eos qui Synodo illi affuerunt numeratur ad annum 848. hæc habentur. Ludouicus apud Moguntiam habito Concilio " Synodali ibi Gotteſchalcus hæreticus conuictus & damnatus eſt.] "

Annal. Bertiniani an. 849.

In Annalibus Bertinianis eodem tempore, quo Fuldenſes confectis, quippè qui ad eundem annum 883. perueniunt & deſinunt, ſed ab aliquo qui Hincmari Archiepiſcopi ſui partes in omnibus, maximè in his quæ controuerſiam de qua agitur attingunt religioſiſſimè tuetur, ad annum 849. hæc habentur: Gotteſchal- "
cus Gallus quidam Monaſterij Orbacenſis, parrochiæ Sueſſio- "
nicæ Monachus & Presbyter ſcientiâ tumidus, quibuſdam ſuper- "
ſtitionibus deditus, Italiam ſpecie Religionis aggreſſus, inde "
turpiter ejectus Dalmaciam, Pannoniam, Norejamque adorſus, "
quædam noſtræ ſaluti valdè contraria, præcipuè ſub nomine Prę- "
deſtinationis peſtiferis dictis & ſcriptis adſtruens in præſentia "
Ludouici Germanorum Regis, Epiſcopali Concilio detectus, at- "
que conuictus, tandem ad Diœceſeos ſuæ vrbem Metropolim "
Remorum, Durocortorum nomine, cui Ingumarus vir venera- "
bilis Præſidet, redire compellitur, quatenùs illic dignum ſuæ "
perfidiæ * * * ſtrenuiſſimus cultor Karolus, Aduocato San- " ** deſunt aliqua*
ctorum memoratæ Diœceſeos Epiſcoporum Conuentu ſuis aſpe- "
ctibus pręſentari decreuit, quo perductus publicè flagellatus, "
libróſque ſuos ſuarum aſſertionum igni cremare compulſus eſt.] "

Annal. Auentini lib. 4.

In Annalibus Bojorum Auentini lib. 4. Eodem (nempè " Moguntino) Concilio Godeſchalcus genere Belga, profeſſione " Sacerdos, qui docebat homines quoſuis ineuitabili lège & ne- " ceſſitate Prouidentiæ diuinæ, ſiue inferis ſiue ſuperis deſtinatos " eſſe, à decuriis Pontificum noſtrorum exploſus ad Hincmarum " Remorum, vnde oriundus erat, Epiſcopum traducitur, priùs Sa- " cramento dicto, vt vltra Franciam Orientalem vnquam, regnum- " que Ludouici adeat.] "

A. 848. Chronic. Sigebertus An. 849.

" Item in Sigeberti Chronico ad annum 849. Gotteſchalcus hæ-
" reticus à Rabano Archiepiſcopo rationabiliter, vt multis viſum
" eſt, conuincitur, ſed tamen in ſuo perſeuerauit errore,]

Non prætermittenda quæ à Trithemio ex vetuſtiſſimis Monaſterii Hirſaugienſis documentis, de Rabani declamatione & Lupi Seruati diſputatione in Gotteſchalcum referuntur. Antequam huic Moguntinæ conteſtationi per Rabani ſynodicam, finem imponamus. Trithemius igitur in vita Rabani lib. 3. conflictum illius cum Gotteſchalco refert his verbis. Gotteſchalcus Presbyter natione Gallus ex Remorum Diœceſi aduenieus, de Prædeſtinatione Dei nouum & pernicioſum ſeminabat errorem; dicebat enim tam bonos ad vitam æternæ fœlicitatis, quàm malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter à Deo prædeſtinatos eſſe, & nec illis nocere ſi peccent, nec malis & præſcitis prodeſſe, ſi ad melioris vitæ propoſitum conuertantur: Eo quòd prouidentia Dei omnino ſit infallibilis: contra quem beatiſſimus Archiepiſcopus Rabanus campum Prædicationis latum ingrediens, tam Scripturarum auctoritate, quàm euidentiâ rationis, eum coram omnibus Deo auxiliante ſuperauit, & vi argumentationis vſque adeò reddidit mutum, quòd nihil pro ſua opinione amplius potuit inferre. Benedictus per omnia Deus, qui pernicioſiſſimum dogma erroris per os famuli ſui Rabani confutauit. Rationabiliter itaque à ſancto Rabano conuictus, ſuperatus, & confuſus in conſpectu Epiſcoporum Abbatum, & cæterorum omnium, qui fuere præſentes correctionem aſſumpſit, erroremque ſuum publicè reuocauit: de ſententia verò Synodi ad Epiſcopum proprium Hincmarum Remis tranſmiſſus eſt, dato priùs iuramento confirmationis, ne in regnum Ludouici, hoc eſt Germaniam, ampliùs rediret.]

Trithem. in vita Rabani lib. 3.

Idem in prædicto Hirſaugienſi Chronico ad annum 851. de Lupo Seruato hæc refert. Lupus Seruatus Presbyter vir doctiſſimus, ad quem Rabanus adhuc Abbas ſcripſit olim octo libros in Epiſtolam Pauli ad Romanos, migrauit ad Dominum. Is ante Biennium præſens in ſynodo Moguntinenſi, Presbyterum illum Gotteſchalcum, de Libero Arbitrio, Prædeſtinatione, & Sanguine Chriſti malè ſentientem, & multos conturbantem, fortiſſimâ diſputatione, coram omnibus qui aderant manifeſtè vicit, & confutauit, qui etiam ad euidentiorem declarationem veritatis inter alia quæ ſcripſit, de his quoque rebus tractatum pulcherrimum compoſuit.]

Chronic. Hirſaug. anno 851.

Hic obiter notandum non talem eſſe Trithemii, qui poſtremo ſæculo ſcripſit, auctoritatem, in conflictus illius Rabani & Lupi Seruati, cum Gotteſchalco relatione: vt errorem prætenſum pu-

blicè in prędicta Synodo reuocaſſe credendus ſit Gotteſchalcus, contra fidem non ſolum Sigeberti qui 400. annis ante Trithemium ſcripſerat. Sed & Annalium Fuldenſium, quos in Chronico Hirſaugienſi ad annum 847. non paruum in editione illius operis iuuamen illi præſtitiſſe fatetur, & maximè contra fidem ipſius Rabani, non ſolùm in eius ſynodica, quam mox referemus: ſed & in poſtrema eius Epiſtola ad Hincmarum, in qua pag. 28. contrarium ipſe fatetur his verbis: de Gotteſchalci autem pertinaciſſimo, & incorrigiribi errore aliquid contra ſcribere ſuperfluum iudico; quia nec præſentem eum à ſua nequitia auellere potui; nec modo poſt veſtram ſanam correptionem, aliquid ſanum in eius ſenſu reperi, ſed ſuperbiam tantùm &c.] Quid magìs aduerſum reuocationi & palinodiæ fingi poteſt?

A. 848.

Rabanus Epiſtola ad Hincm.

Erroris tamen cauſam Trithemio prębere potuit, conflictus ille Rabani incuſantis Gotteſchalcum ſynodicâ ſuâ quaſi docuiſſet quod tales ſint in hoc mundo quidam qui propter prędeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſunt ab errore & peccato ſe corrigere: quaſi Deus eos fecerit ab initio incorrigibiles eſſe, & pœnæ obnoxios in interitum ire: Gotteſchalci verò pernegantis & ſolam geminam prędeſtinationem aſſerentis, bonorum ad vitam, malorum ad mortem ſempiternam, iuxta chatulam profeſſionis & libellum oblata Rabano. Idem etiam de fortiſſima illa diſputatione Lupi Seruati, vt ſic aſſereretur gemina prędeſtinatio, vt Deus nullomodo Auctor peccati crederetur: qualem fuiſſe ſententiam ipſius Lupi Seruati patet ex libello eiuſdem de Tribus quæſtionibus, & qualem etiam fuiſſe nec aliam Gotteſchalci ſententiam ipſe apprimè nouerat ex conſultatione, de qua ſupra ſatìs ſuperque actum eſt. Sed quod additur ibidem ab eodem tractatum de Libero Arbitrio & Gratia Chriſti; hoc gratìs poſitum contra fidem reliquorum omnium, & ipſius Rabani (vt ſuprà probatum & mox adhuc videbitur) ex præfato Lupi Seruati libello de Tribus quęſtionibus, qui liber non niſi biennio poſt conflictum illum ſcilicet anno 850. ſcriptus eſt vt ſuo loco apparebit.

Digitized by Google

Cap. 6.

CAPVT VI.

Remittitur ad Hincmarum Remenſem Gotteſchalcus, cum Rabani Epiſtolà, in quam multa annotantur. Oſtenditùrque Gotteſchalci doctrinam de geminà prædeſtinatione, de qua ſola tunc actum, calumnioſè à Rabano expoſitam.

SED quicquid ſit de latiſſima illa Rabani prædicatione, & Lupi Seruati diſputatione, conſtat paulo poſt Synodum iuxta regis Ludouici mandatum, remiſſum fuiſſe Gotteſchalcum ad Hincmarum Remenſem cum Rabani Synodica, quæ extat apud Hincmarum in opere de prædeſtinatione cap. 2. his verbis concepta.

Rabani Synodica ad Hincmarum.

» Reuerentiſſimo fratri & conſacerdoti Hincmaro Archiepiſcopo, Rabanus ſeruus Chriſti & ſeruorum eius, in Domino ſalutem.

» Notum ſit dilectioni veſtræ, quòd quidam Gyrouagus monachus nomine Gotteſchalc; qui ſe aſſerit ſacerdotem in veſtra parrochia ordinatum, de Italia venit ad nos Moguntiam, nouas ſuperſtitiones & noxiam doctrinam de prædeſtinatione Dei introducens, & populos in errorem mittens: Dicens quòd prædeſtinatio Dei ſicut in bono ſit, ita & in malo; & tales ſint in hoc mundo quidam, qui propter prædeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore & peccato ſe corrigere, quaſi Deus eos feciſſet ab initio incorrigibiles eſſe, & pœnæ obnoxios in interitum ire. Hanc ergo opinionem nuper in Synodo apud Moguntiam habitâ, ab eo audientes, & incorrigibilem eum reperientes, annuente atque iubente piiſſimo rege noſtro Ludouico, decreuimus eum cum pernicioſa ſua doctrina damnatum mittere ad vos, quatenus eum recludatis in veſtra parrochia, vnde primùm inordinatè receſſit, & non ſinatis eum ampliùs errorem docere, & ſeducere populum Chriſtianum; quia iam multos ſeductos (vt audiui) habet, & minùs deuotos erga ſuam ſalutem, qui dicunt; quid mihi proderit laborare in ſeruitio Dei: Quia ſi prædeſtinatus ſum ad mortem, nunquam illam euadam: ſi autem malè egero & prædeſtinatus ſum ad vitam, ſine vlla dubitatione, ad æternam requiem vado. Hæc ergo paucis vobis ſcripſimus, intimantes qualem eius doctrinam reperimus: vos etiam valebitis de ore eius quid ſentit pleniùs audire, & quid inde agendum ſit, iuſtè decernere. Dominus omnipotens ſancti-

Digitized by Google

tatem veſtram benè valentem, & pro nobis orantem, in æternum « A. 848.
conſeruare dignetur.] «

Circa hanc Rabani Epiſtolam, quam Synodicam ibidem vocat Hincmarus, quædam notanda: primò non eſſe verè & propriè Synodicam, quippe quæ non à Synodo nomine Epiſcoporum, vel Synodi, ſed ſolius Rabani, & peractâ Synodo ab eodem ex propria ſententia ſcripta ſit, vt ex ipſis verbis patet. Secundò Goteſchalcum rectà ex Italia veniſſe Moguntiam non peragratis regionibus plurimis, vt ibidem & Epiſtolâ ad Nicolaum Papam vult Hincmarus, quem Epiſtolâ ad Amulum Lugdunenſem ſcripſerat, ad barbaras & paganas gentes velut Euangelizaturum perrexiſſe, nec ex Italia turpiter eiectum Dalmaciam, Pannoniam, noricamque adorſum, vt ex Hincmaro commentatus eſt auctor annalium Bertinianorum.

III. In illa Synodo actum tantùm de ſola quæſtione geminæ prædeſtinationis, non etiam de gratia & libero arbitrio, nec de morte Chriſti, & voluntate Dei pro ſalute infidelium: Licet Gotteſchalcus (vt ſupra relatum eſt) de his ex occaſione, libello ſuo, qui ibi non apparuit, Rabanum inſecutus ſit: ita vt gratis & falſo colore quæſito prædicto cap. 2. dictum ſit ab Hincmaro, « Gotteſchalcum de omnibus quæ peruerſè tunc temporis ſenſa « cognouerat. 4. ſibi elegiſſe capitula, omnium penè peruerſitatum « illarum fœtidas & cœnulentas feces in ſe continentia, quibus ſimplicium & deuotorum ſenſus peruertere poſſet &c.]

IV. Opinionem, cuius hic notatur Gotteſchalcus, non tantùm hæreſim ſed horrendam blaſphemiam eſſe (vt ſuprà notatum eſt) nemo eſt qui non videat; qualis fuit à Gallis & Vincentio falsò obiecta, in Auguſtinum Proſperum, & alios ſancti Auguſtini diſcipulos, vt patet ex obiectionibus Gallorum 1. 3. 11. & 14. & obiectionibus Vincentianis 5. 10. & 11. Et neminem eſſe Catholicum, qui non ore & toto corde profiteatur, cum Proſpero ad prædictam obiectionem 10. deteſtanda & abominanda opinio, quæ « Proſper ad obiect. Vincent. 10.
Deum cuiuſquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit au- «
ctorem, cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nun- «
quam extra iuſtitiam eſt.] Item cum Arauſicana Synodo Can. «
vlt. cum Valentina 3. Can. 3. & Lingonenſi etiam Can. 3. Aliquos « Arauſica Syn. 2. Can. vlt.
verò ad malum diuinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe non ſolùm «
non credimus, ſed etiam ſi ſint, qui tantum malum credere ve- «
lint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus.] «

V. Hanc ipſam cum Arauſica, Valentina, & Lingonenſi Synodis fuiſſe Gotteſchalci ſententiam, non qualem hîc refert Rabanus, (vt ſuprà probatum eſt) non tantùm ex eo quod nullus ſic eius errorem retulit, ſed & ex ipſius libello & profeſſione fidei

A. 848. apud Hincmarum ipſum nihil tale appareat. Probatur etiam ex eo quòd ſuprà relatum eſt de libello ipſo, in quo præcisè diſtin-

Ex libell. Gotteſcho. „ xit, quo ad reprobos inter præſcientiam Dei, ad vitam eorum „ malam, & prædeſtinationem ad pœnam tantùm: præſciuit in- „ quam illos peſſimum habituros ortum, peiorem obitum; præ- „ deſtinauit autem eos ad luendum perenne tormentum & ſempi- „ ternum interitum.] Hæc ſunt ipſa libelli eius verba apud Hincmarum de prædeſt. cap. 2. pag. 25. item cap. 27. vbi de morte Chriſti quò ad reprobos, hæc inter reliqua ex eodem libello referuntur. Neque pro eis vllomodo crucifixus fuit, quippe quos peſſimos futuros eſſe præſciuit, quóſque iuſtiſſimè in æterna præcipitandos tormenta præfiniuit:] Ex his verbis inimicâ manu excerptis, quis dubitare poſsit miſerabilem illum Monachum ab illa nefanda hæreſi alieniſsimum fuiſſe? immo verò quis non facilè coniiciat, cum libello illo in repellenda blaſphemia quæ ſibi à Rabano imponeretur plurimum fuiſſe.

IDEM ipſum probatur etiam ex aliis eiuſdem confeſsionibus, quas in ergaſtulum recluſus poſteà edidit, de quibus ſuo loco: Item ex Hincmaro ipſo in præfatione operis de prædeſtinatione ſub finem, vbi poſt inſertos integros canones prædictorum conciliorum Valentini & Lingonenſis, vnà cum Prudentij Tricaſsini Epiſcopi tractoria de quatuor capitulis, præponere pariter multiplices (quas vocat tortuoſas & venenatas) Gotteſchalci ſententias & complicium eius agones peſtiferos neceſſarium non

Hincm. de prædeſt. in Præfat. „ fuiſſe aſſerit, quia eorum doctrina in vnum conſpirare noſcitur, „ his verbis; Ceterum multiplices ac tortuoſas ac venenatas ſen- „ tentias Gotteſchalci (cuius debitâ cum execratione in ſequenti „ opere ſæpius facimus mentionem) ſed & complicium eius ago- „ nes peſtiferos hic præponere, non neceſſarium duximus, quia li- „ cet peſtilens eorum doctrina ea aliquantis ſe in diuerſa ſcindat „ itinera, de prædeſtinatione tamen reproborum ad interitum, & „ quòd Deus non omnes homines vult ſaluos fieri, ſed eos tantum- „ modo qui ſaluantur, & quia non pro omnibus paſſus ſit, vnde „ opuſculum ſubſequens Catholicorum doctrinam ſufficienter „ oſtendit, conſpirare noſcuntur, &c.]

IMMO & toto illo opere Hincmarus multoties refert & probat, doctrinam conciliorum illorum non aliam fuiſſe, quàm Prudentij, Ratramni, aliorum & ipſiuſmet Gotteſchalci, & conciliorum illorum doctrinam, quam tota ſemper ſuſcepit & venerata eſt, ſuſcipit & veneratur Eccleſia, non minùs infamat & impugnat, quàm Gotteſchalci ipſius, & aliorum quos eius complices vocat. Sed & ipſe Rabanus Epiſtolâ ſuâ poſteriori ad Hincmarum in principio, etiamſi diuerſitatem inter ſententiam Prudentij,

dentij, qui ex profeſſo multis auctoritatibus probauerat Deum peccati auctorem non eſſe, & Gotteſchalci errorem eſſe velit, nihilominùs in traditionem ipſius Gotteſchalci de gemina prædeſtinatione, Prudentium recidere notat & deteſtatur. Hæc ſunt ipſius verba: Veſter nuncius ad me veniens portauit veſtram Epiſtolam, ſimul & opuſculum quod feciſtis ad recluſos & ſimplices qui in veſtra parrochia conſiſtunt contra Gotteſchalci errorem: afferebat etiam ſecum aliorum ſcripta qui propemodum memorati hæretici dogma ſequuntur: ſed non vſquequaque: nam Prudentius Tricaſſinæ ciuitatis Epiſcopus ad vos & ad Pardulum ſcribens, plura teſtimonia præteritorum Patrum in quaternionibus ſuis collegit, in quibus aliquando noſtro ſenſui concordat, hoc eſt vbi dicit peccati auctorem Deum non eſſe, nec aliquem ad peccandum compellere; præmium verò iuſtis immenſâ gratiâ miſericorditer tribuere: pœnam autem condignam iniquis, pro malis eorum operibus iuſtè reddere, quia iuſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis. Sed quando dicit quòd Deus ſicut electos prædeſtinatione ſuâ ad præmium æternum perducit; ita prædeſtinatione ſuâ cogat peccatores in interitum ire, hoc mihi videtur in congregatione teſtimoniorum ſuorum facere velle, vt credamus & confiteamur, iuxta traditionem Gotteſchalci, geminam eſſe prædeſtinationem. Scilicet quod ſicut electos præſciendo & prædeſtinando Deus ducit ad vitam, ita reprobos præſciendo & prædeſtinando ducat ad pœnam. Sed quia hoc nuſquam in ſcripturis ſacris ita mixtim poſitum inueni, eius traditionibus aſſentire non acquieſco.] Ex his quis non videat in Rabano certiſſimam eſſe, quam ſupra Lupi Seruati retulimus ſententiam (ne quid peius dicere cogamur) dum inquit de reprobis, prædeſtinationem Dei dici horrent plerique atque refugiunt, inquibus & quædam præclara Præſulum lumina: ſcilicet ne credatur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe, & iniuſtè damnare eos, qui non valuerunt peccatum ac per hoc ſupplicium declinare.]

Lupus Seruatus de tribus qu.

Poſtremò licet hîc damnatus dicatur Gotteſchalcus, veroſimilius, immò certiſſimum eſt iuxta annales Fuldenſes ab ipſius Rabani Amanuenſi monacho collectos, & iuxta Flodoardum (vt infra) repulſum veriùs quam iudicatum, remiſſum ad proprium Epiſcopum, vt quid inde agendum eſſet iuſtè decerneret, ſicut in hac Synodica habetur: Alioquin contra ius omne diuinũ & humanum miſerabilis ille Monachus duplici ſententiâ & pœnâ mulctatus reperiretur. Quod prohibitum apud Prophetam Nahum cap. 1. iuxta lxx. interpretes ὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ Can. Apoſt. 25. D. Baſilius Epiſt. ad Amphilochium Can. 3. & 32.

A. 848. Photius in Nomocanone tit. 9. cap. 17. Οτι ὐ δεῖ δὶς ἐκδικεῖν ἐπὶ τὸ ἀυτὸ quod non oportet bis vindicare in id ipſum. Idem apud Iulianum Paulum receptarum ſententiarum lib. 1. tit. 6. quod confirmatum celeberrimo Parlamenti placito refert Mornacius, ad l. 51. ita vulneratus §. æſtimatio ff. ad legem aquiliam.

Cap. 7.

CAPVT VII.

Hincmarus in placito regio apud Cariſiacum Anno 849. habito, de Gotteſchalci cauſa cognoſcit. De præuiis cognitionis. Et qui auctores de hoc placito ſeu conuentu Cariſiaco meminerint.

NVNC remiſſo ad Hincmarum Gotteſchalco quid actum ſit videndum: primùm ex Flodeardo hiſtoriæ Remenſis lib. 3. cap. 21. in quo refert quæ quibuſdam Archiepiſcopis vel Epiſcopis Hincmarus ſcripſerit, patet per eundem nuntium, per quem Synodicam illam vnà cum Gotteſchalco ſuſceperat, ad Rabanum reſcripſiſſe, cuius Epiſtolæ in hoc capite habetur Epitome his verbis concepta: Rabano Moguntiæ præſuli ſuper eiuſdem Gotteſchalci, quem idem Pontifex à parrochia ſua ob hæreſum ſemina quæ ſpargebat repulſum, ad eundem cum quibuſdam complicibus ipſius direxerat, ſuſceptione vel diſcuſſione.] Vbi notandum, repulſum dici Gotteſchalcum non condemnatum. Sed quod addit Flodoardus de quibuſdam complicibus miſſis à Rabano, deluſus fuit ex eo quod Hincmarus ſæpius complicium ipſius meminit, intelligens de Prudentio, Ratramno, Lupo Ferrarienſi & aliis, qui poſt eius condemnationem, eandem doctrinam publicis ſcriptis profeſſi & tutati ſunt. Quid deinde egerit Hincmarus ſecunda ad Rabanum Epiſtola, ipſe teſtatur, cuius ibidem meminit Floardus his verbis. Item de hac eadem re, & quid poſt ſuſceptionem ipſius de eodem egerit, qualémue inuenerit ipſius veſaniam, conſilium ab eo rationabilius, quid ſibi aduerſus eum agendum ſit expetens.]

Flodoard. hiſt. lib. 3. cap. 21.

Ibidem.

INTERIM curæ fuit Hincmaro quomodo de Gotteſchalco cognoſceret, qui ſibi remiſſus quia in parrochia remenſi ordinatus, à Rothado Sueſſonenſi Epiſcopo nihilominus iudicandus erat, eo quod Monachus eſſet Orbacenſis Sueſſonicæ diœceſis. Hincmarus verò ab eo tempore infenſus erat Rothado, vt patet ex illius Epiſtola 17. ad Nicolaum Papam, ita vt condemnationem, quam vellet in gratiam Rabani, exigere non poſſet ab eo,

cui non ſatis tutum habuit poſt condemnationem Gotteſchalci in Orbacenſi monaſterio cuius erat, remittere cuſtodiam. Quoniam Rhotadus, inquit, D. Epiſtola 17. de cuius parrochia erat, illi neſciebat reſiſtere, & nouitates amans tenebatur à nobis, ne diſceret praua ſentire, qui noluit diſcere recta docere &c.] A. 849. " Hincmar. " Epiſtola " 17.

Deinde Hincmarus gloriæ cupidiſſimus, qui à tribus annis ex Monacho ſancti Dionyſij in Archiepiſcopum, nec ſaltem ætate maturus, regiâ poteſtate prouectus fuerat, non minimam ſibi honoris occaſionem fore arbitratus eſt, ſi in cauſa, quę plures totius Germaniæ & pietate & doctrinâ celeberrimos viros dubios habuerat, iudex præeſſet: Cùm ergo ad initium anni proximi mandatum eſſet à rege placitum in Cariſiaco Palatio, in Remenſi diœceſi, in quo præſentia regis, cuius gratiâ præcellebat Hincmarus, multum habitura eſſet ponderis, vt de exitu dubitari non poſſet, hoc in conuentu iudicandum cenſuit Gotteſchalcum, vt ipſemet teſtatur in Epiſtola ad Amulum Lugdunenſem his verbis. Ad " Epiſcoporum eum præſentiam, qui tunc regio mandato pro nego- " tiis apud Cariſiacum accerſiti erant, producere ſtudui:] hoc ip- " ſum ad iuſſum regium Annales Bertiniani referunt, ſed in idem tecidunt, Hincmarum ſcilicet nomine & auctoritate regis rem omnem confeciſſe. Vtque forma aliqua iudiciorum ſeruaretur, Hincmarus Rothadum Sueſſionenſem Epiſcopum huius rei gratiâ ad placitum venire monuit Epiſtola cuius Epitomen his verbis protulit Flodoardus D. cap. 21. Rothado Sueſſonico, quem ſæpe ad Synodum venire differentem vel negligentē vocabat, ſcribit &c. Item pro recipiendo & adducendo ad iudicium Gotteſchalco, " quem Dominus Rabanus ad diocœſim Remenſem remiſerat, qui " profectus fuerat ex parrochia Sueſſonica ſcilicet, Orbacenſi mo- " naſterio.] Vbi verba illa pro recipiendo & adducendo, accipienda " ſunt fictione breuis manus, quaſi receperit & adduxerit Gotteſchalcum, quem non habuit ſub poteſtate, ſed ſub manu & cuſtodia Hincmari perſeuerauit, eúmque apud Cariſiacum producere ſtuduit.

Libell. Eccleſ. Lugd. de tribus Epiſtolis.

Flodoardus d. cap. 21.

Illud igitur placitum. In quo damnatus eſt Gotteſchalcus, & quod nullo auctore inter concilia antiqua Galliæ à R.P. Sirmondo anno 848. poſitum eſt, habitum fuit anni 849. ſequentis initio iuxta annales Bertinianos: in quibus (vt ſuprà relatum eſt) quia huiuſce cauſæ cognitio, quæ in Moguntina Synodo cœpit menſe Octobri 848. protracta eſt in initium ſequentis anni 849. quo peracta eſt in placito Cariſiaco, vtraque Synodus ſeu placitum ad hunc annum 849. refertur: ſic & Lupus Seruatus in libello ſuo de tribus quęſtionibus, hac eadem ratione ortum huiuſce controuerſiæ ad hunc annum 849. retulit: ſic & Sigebertus in Chronico & A. 849.

A. 849. in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. 93. & ex eo Trithemius de viris illuſtribus Germaniæ in Lupo Seruato. Sed quæ inſecuta ſunt hanc Gotteſchalci condemnationem (vt mox videbitur) primo anni menſe placitum hoc peractum eſſe probant.

Huius autem placiti ſeu Synodi ne verbum quidem in capitularibus regis Caroli Calui, nulli meminere annales, ſeu hiſtorici exceptis annalibus Bertinianis, in quibus (vt ſuprà relatum eſt) deſunt aliqua ad hoc placitum pertinentia; vbi enim memoratum eſt Gotteſchalcum, ad Hincmarum Remenſem redire compulſum, quatenus illic dignum ſuæ perfidiæ * notâ aſtericâ & incompleto ſenſu continuò additur, ſtrenuiſſimus cultor Karolus, aduocato Sanctorum memoratæ diocœſeos Epiſcoporum conuentu, ſuis aſpectibus præſentari decreuit, quo perductus publicè flagellatus, libroſque ſuarum aſſertionum igni cremare compulſus eſt.] Sed audiendus Hincmarus ipſe, cui ſæpiùs de hoc placito ſcribere neceſſe fuit, deinde apponemus & ſententiam ipſam, quam in notis aut libellis iam ter edidit R. P. Sirmundus.

Annal. Bert. ann. 849.

Primùm quod extat huiuſce placiti, & ex Hincmaro monumentum habetur in libro Lugdunenſis Eccleſiæ de tribus Epiſtolis, ad primam, quæ eſt Hincmari, & ab ipſo edita circa finem anni 852. aut initium ſequentis, vt ſuo loco probabitur, hæc habentur: poſt hæc interpoſita quâdam narratione, quæ ad præſentem reſponſionem noſtram non videtur neceſſaria, ſubiungit ſcriptor Epiſtolæ de conuentu concilij Epiſcoporum pro examinandis & definiendis quæſtionibus, quas ille miſerabilis Monachus propoſuiſſe vel docuiſſe dicitur, de quibus quid noſtræ puſillitati videatur, iam ſuprà ſatis oſtenſum eſt, & qualiter idem Monachus eorundem Epiſcoporum iudicio, quia eorum acquieſcere ſententiæ noluit, fuerit condemnatus ita dicens: Quapropter, inquit, ad Epiſcoporum eum præſentiam, qui tunc regio mandato pro negotiis regis apud Cariſiacum accerſiti erant, in præſentiam etiam Domini Vvenilonis, qui illuc conuenerat producere ſtudui. Vbi multis audientibus nihil dignum ratione vel dixit vel interrogatus reſpondit, ſed vt abreptitius, cùm quid rationabiliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum prorupit, & propter imprudentiſſimam inſolentiam ſuam, per regulam Sancti Benedicti à Monachorum Abbatibus vel cæteris Monachis dignus flagello adiudicatus. Et quia contra Canonicam inſtitutionem ciuilia & Eccleſiaſtica negotia perturbare ſtuduit indefeſſus, & ſe noluit recognoſcere, vel aliquo modo humiliare profuſus, ab Epiſcopis ſecundùm Eccleſiaſtica iura damnatus.]

Libell. de tribus Epiſtolis.

2. De hoc placito ſiue Synodo anno 860. aut ſequentibus Hincmarus in opere de Prædeſtinatione cap. 2, poſt relatam quam ſupra repoſuimus Rabani ſynodicam, continuò ſubjungit. Indéque à ſynodali conuentu in Cariſiaco Palatio iterùm auditus « ab Epiſcopis,& cæteris quamplurimis viris Eccleſiaſticis atque « Religioſis, qui eidem Synodo interfuerũt, videlicet VVenilone « Sennenſium Archiepiſcopo, Hincmaro Remorum Epiſcopo, Falcoino MorinenſiumEpiſcopo,Teuderico CamerenſiumEpiſcopo, « Rothado Sueſſonicæ ciuitatis Epiſcopo, Ragenario Ambianenſium Epiſcopo, Immone Nouiomagenſium Epiſcopo, Erpoino « Syluanectenſium Epiſcopo, Lupo Catalaunenſium Epiſcopo, Yrminfrido Beluacenſium Epiſcopo, Pardulo Laudunenſium Epiſcopo,Teutboldo Prouinciæ Lugdunenſium & Lingonicæ ciuitatis Epiſcopo,Gernobrio Turonenſium Prouinciæ Epiſcopo,Rigboldo Remorum Chorepiſcopo,VVitao CameracenſiumChorepiſcopo, & aliis,qui nunc Dei gratia Epiſcopi ordinati, tunc autem iam dictæ Synodo cum Epiſcopis ſuis ſecundùm Eccleſiaſticum morem fuerunt, VVenilo ſcilicet tunc cum Ragenario Patre ſuo, nunc autem Rothomagenſium Archiepiſcopus, Æneas, « Notarius ſacri Palatij, & modò Pariſiorum Epiſcopus, Iſaac « Diaconus Parduli, & nunc Lingonicæ ciuitatis Epiſcopus. Sed « & venerabiles Abbates Synodo ipſi interfuere, Ratbertus Corbeiæ, Bauo Orbacis, & Alduinus Altiuillaris Monaſterij, aliíque « Domini Sacerdotes ac Diaconi: VVlfadus quoque Remorum « Metropolis œconomus, & Rodoaldus Archidiaconus cum aliis « ſequentibus cleri ordinibus: in quorum præſentia idem Gotteſchalcus,ſicut & in Moguntina ciuitate inuentus hæreticus, atque « incorrigibilis, honore Presbyterali, quem per Rigboldum Remorum Chorepiſcopum, cùm eſſet Sueſſonicæ parrochiæ, inſcio « ciuitatis ſuæ Epiſcopo, vſurpauerat potiùs, quàm acceperat « abiectus, & pro ſua irreuocabili contumacia, ſecundùm leges « & Agatenſes Canones acRegulamS.Benedicti, vt improbus virgis cæſus, ſicut decreuerant Germaniæ Prouinciarum Epiſcopi, « ne aliis noceret, qui ſibi prodeſſe nolebat,ergaſtuloeſt retruſus.] «

A. 849. Hincmar. de Præd. cap. 2.

Poſtremò de hoc placito & ipſo Gotteſchalco Hincmarus ad Nicolaum Papam circa annum 865. Epiſtolâ 17. quæ habetur apud Flodoardum lib. 3. cap. 14. cùm à Luidone audiiſſet Nicolaum Papam cum eo rationem de damnatione & recluſione Gotteſchalci habuiſſe, poſtquam illum vt nequam & perditum delineauit, his verbis ſcripſit; quíque à Remorum Chorepiſcopo « qui tunc erat, contra Regulas Presbyter ordinatus, à Monaſterio irregulariter exiens, peragratis regionibus plurimis, & exitioſa ſemina ſator peſſimus ſeminans, tandem in Monguntinâ «

Hincmari Epiſt. 17. Flodoart. lib. 3. cap. 14.

» ciuitate habitæ Synodo, & Rabano Archiepiſcopo libellum ſui
A. 849. » erroris porrigens, damnatus ab omnibus Germaniæ Epiſcopis,
» cum litteris ſynodalibus ad Metropolim Remorum, cui iam Au-
» ctore Domino præeram, eſt remiſſus. Poſtea autem à Belgicæ
» Remorum ac Galliarum Prouinciarum Epiſcopis auditus & in-
» uentus hæreticus, quia reſipiſci à ſua prauitate non voluit, ne aliis
» noceret qui ſibi prodeſſe nolebat, iudicio præfatarum Prouincia-
» rum Epiſcoporum in noſtra parrochia, quoniam Rothado de cu-
» ius Parrochia erat, illi neſciebat reſiſtere, & nouitates amans
» timebatur à nobis, ne diſceret praua ſentire, qui noluit diſcere
» recta docere. Néue item Gotteſchalcus cum aliis communem
» vitam ducens, errori ſuo faceret eſſe communes, Monaſteriali cu-
» ſtodiæ mancipatus eſt: docente Apoſtolo, hæreticum hominem
» poſt primam & ſecundam correptionem deuita, ſciens ſubuerſum
» eſſe huiuſmodi, & proprio iudicio condemnatum.]

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Sententia Hincmari in Gotteſchalcum, qualis à R. P. Sirmondo ter edita eſt: multa circa hanc ſententiam annotata. Gotteſchalcum non damnatum fuiſſe vt hæreticum, neque eius doctrinam iuſto examine diſcuſſam.

SEQVITVR ſententia Placiti Regij ſeu Synodi Cariſiacæ, ad-aduerſus Gotteſchalcum, qualis à R.P. Sirmondo ter edita eſt cum hoc titulo.

Sententia in Gotteſchalcum lata.

» *Eccleſiaſtica ſententia in pertinaciſſimam Gotteſchalcum pro-*
» *pter incorrigibilem obſtinationem illius in Synodo apud Cari-*
» *ſiacum habita, à duodecim Epiſcopis Eccleſiaſtico rigore pro-*
» *lata.*

» FRATER GOTTESCHALC ſacroſanctum Sacerdotalis
» Myſterij officium, quod irregulariter vſurpaſti, & in cunctis
» moribus ac prauis actibus, atque peruerſis doctrinis eo hactenus
» abuti non pertimuiſti, iudicio Spiritus ſancti, cuius gratiæ mu-
» nus eſt Sacerdotale officium, per virtutem Sanguinis Domini
» noſtri Ieſu Chriſti noueris tibi eſſe, ſi quomodo ſuſcepiſti, ſubla-
» tum, & ne vlteriùs eo fungi præſumas penitùs interdictum. In-
» ſuper, quia & Eccleſiaſtica & Ciuilia negotia contra propoſitum
» & nomen Monachi conturbare contemnens, iura Eccleſiaſtica
» præſumpſiſti, duriſſimis verberibus te caſtigari, & ſecundùm

Eccleſiaſticas Regulas ergaſtulo retrudi auctoritate Epiſcopali “ A. 849.
decernimus: & vt de cætero doctrinale tibi officium vſurpare non “
præſumas, perpetuum ſilentium ori tuo virtute æterni verbi im- “
ponimus.] “

In hoc iudicio non pauca obſeruanda de iudicibus, cauſa iudicij, eius forma ſiue ordine, & condemnatione ipſa. Quoad iudices in ſuperſcriptione ſententiæ notatur *à duodecim Epiſcopis lata*, quos enumerat Hincmarus & tresdecim refert vltra duos Chorepiſcopos, & Abbates plurimos. Plurimi nominantur iudices, ſed non omnium vna ſententia, vt ſupra de Moguntina ſynodo notatum, vt multis, vel vt plurimis viſum eſt, vel veriùs, vt Hincmaro viſum eſt, & maximè VVenilonem Senonenſem Archiepiſcopum, cuius auctoritate iudicium hoc præmuniuit Hincmarus Epiſtola ad Amulum Lugdunenſem, ſicut & Paſchaſium Ratbertum Corbeiæ Abbatem, multùm à doctrina Hincmari alienos fuiſſe inferiùs videbimus: ipſum verò Hincmarum ſingularem genium huiuſce iudicij, & quæ præcedunt & quæ ſecuta ſunt demonſtrant: notandum etiam inter iudices numerari Rothadum Sueſſonenſem proprium Gotteſchalci Epiſcopum, Bauonem eius Abbatem, & Rigboldum etiam Remorum Chorepiſcopum, à quo dicitur honorem Presbiteralem irregulariter vſurpaſſe; ſed ſanctus Prudentius Tricaſſinus Epiſcopus, in numerum aliorum non refertur, ita vt huic ſynodo ſeu placito non interfuiſſe pro comperto eſſe debeat.

Cauſam condemnationis extra ſententiam ipſam quærere, & maximè ex ſcriptis, quæ multò poſt & quæſito colore ab aduerſario edita ſunt, prorſus iniquum eſt. 1. Igitur aduertendum in ſententia coram ipſo Abbate lata, ne verbum quidem de irregulari à Monaſterio exitu, cuius gratis notatur miſerabilis ille Monachus tam in prædicto cap. 2. de Prædeſtinatione, quàm in Epiſtola ad Nicolaum Papam. 2. Nec etiam quod ordines iuſcio ciuitatis ſuæ Epiſcopo ſuſceperit, vt in dicto cap. 2. ſolùm habetur: ſed quod irregulariter gradum illum vſurpauerit videlicet (ex ipſo Hincmaro ibidem) quod à Chorepiſcopo contra Regulas ordinatus ſit. Id ſiquidem expreſsè prohibitum Conc. Ancirano Can. 13. & Conc. Antiocheno Can. 10. Leonis Epiſtola 88. ad vniuerſos Germaniæ & Galliç Eccleſiarum Epiſcopos, Caroli Magni Capitularibus lib. 7. cap. 187. 310. 328. & 329. & ibid. lib. 6. cap. 284. Item ſub Ludouico Pio anno 829. Conc. Pariſienſi Can. 27. & iterùm ſub Karolo Caluo poſt promotionem Hincmari anno 845. Conc. Meldenſi Can. 44. ſed prohibitionum illarum multitudo qualis eſſet regula ſatis oſtendit, vſum verò in multis Galliarum Eccleſiis contrarium eſſe palam mani-

Digitized by Google

A. 849. feſtat. Idque illo Pariſienſis Concilij Canone expreſsè refertur.

Conc. Pariſienſi Can. 27.

„ Emerſit quædam reprehenſibilis & valde iam inolitus vſus, eo
„ quòd quidam Chorepiſcopi vltra modum ſuum progredientes,
„ & donum ſancti Spiritus per impoſitionem manuum tradant, &
„ alia quæque quæ ſolis Pontificibus debentur contra fas peragant &c.] Ita vt crimini verti non poſſit Gotteſchalco, quòd non inſcio, ſed permittente proprio Epiſcopo per Rigboldum Chorepiſcopum Metropolitani ſui (qui tunc Ebbone abdicato, ante Hincmari promotionem nullus erat) palàm & publicè ordines ſuſceperit: ſi innoxius & inter iudices Rigboldus qui ordines tradidit, quomodo in eodem iudicio Gotteſchalcus reus, quia ſuſcepit? Immò verò etiamſi reus ille, quod alienum vſurpauit officium: nihilominus innocens iſte, quòd bonâ fide palam & publicè in loco maiorum eum agnouerit, ex *L. Barbarius Philippus, ff. de officio Pratorum*. Hæc tamen prima condemnationis & ſola depoſitionis cauſa in ſententiâ traditur.

Altera his verbis concepta, *Quia & Eccleſiaſtica & Ciuilia negotia contra propoſitum & nomen Monachi conturbare contemnens iura Eccleſiaſtica præſumpſiſti.*] Non poteſt intelligi, niſi de aſſumpto doctrinali officio, quo illi ibidem interdictum, & in eo maximè quod Synodo Moguntinæ & ipſi Rabano pendente placito Regio (vt ſupra notatum) profeſſionem & libellum ſuum in Rabanum ipſum tradidit, eum incuſans prauæ doctrinæ, quòd vocat Eccleſiaſtica & Ciuilia negotia conturbare, eò quòd in regiis illis placitis de vtriſque ageretur: ſed hoc cum omni reuerentia actum fuiſſe argumento eſt, quòd nec in ſynodo Moguntina, nec in ſynodica Rabanus conqueſtus ſit, immò ne libelli quidem vt ſupra probatum eſt meminerit. Nullam aliam cauſam continet ſententia; nam quod in principio; vbi agitur de vſurpato irregulariter Sacerdotali officio additur: *Et in cunctis moribus ac prauis actibus atque peruerſis doctrinis eo hactenus abuti non pertimuiſti.*] Nemo eſt qui non videat, maximè vbi de ſola interdictione ex irregularitate agitur, exagerationis gratiâ, non condemnationis cauſâ expreſſum. Et quicquid ſit de vſurpatione & abuſu Sacerdotalis officij, non de prauis actibus nec de peruerſis doctrinis ſicut nec de omnibus moribus damnandus cenſendus eſt.

Quicquid ergò commentus eſt Hincmarus de mente ferina &c. De ordinum ſuſceptione inſcio proprio Epiſcopo, de irregulari ex Monaſterio exitu, de electione quatuor Capitulorum, omnium penè peruerſitatum fœtidas & cœnulentas fæces in ſe continentium, de profectione ad Euangelizandas Barbaras & Paganas Gentes, quod inuentus ſit hæreticus, quod vt abreptitius cum

Digitized by Google

cùm quid rationabiliter reſponderet, non habuit, in contumelias ſingulorum proruperit, quod propter impudentiſſimam inſolentiàm ſuam damnatus ſit, & reliqua huiuſcemodi commenta penitùs ab æquo iudice reijcienda & exhorrenda ſunt. Quid igitur inquies de doctrina nihil actum? actum quidem, ſed non ob doctrinam, vt ex ſententiâ liquet, damnatus eſt ille miſerabilis Monachus, multo minùs damnata doctrina, vt pleniùs ſuo loco & hîc aliquantulum in diſcutiendo iudicij ordine videbitur. A. 849.

Huius ordinis nullum extat ex ſententia ipſa veſtigium, pluribus illum retulit Hincmarus Epiſtolâ ad Amulum Lugdunenſem quæ deſideratur, ſed in fragmento quod ſupra retulimus memorat ſe miſerabilem illum Monachum in ſynodum illam producere ſtuduiſſe, vbi multis audientibus nihil dignum ratione vel dixit, " vel interrogatus reſpondit, ſed vt abreptitius, cùm quid rationa- " biliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum pro- " rupit, & propter imprudentiſſimam inſolentiam ſuam per Regu- " lam ſancti Benedicti à Monachorum Abbatibus vel cæteris Mo- " nachis, dignus flagello adiudicatus &c.] De his velut abre- " ptitij contumeliis & imprudentiſſima inſolentia nullibi alias. Sed in prædicto cap. 2. de Prædeſtinatione & in Epiſtola ad Nicolaum Papam, ſimpliciter auditus & inuentus hæreticus refertur. Immò verò in prædicta Epiſtola ſubjungitur: quia non ſolùm " ſcripturas ad ſuum ſenſum violenter inflexas, ſed & Catholico- " rum dicta detruncata, per totum diem ſine reſpiratione aliqua " præualet memoriter decantare: vnde non ſolùm idiotas in admi- " rationem ſui adducere, verùm & ſciolos & incautos, atque zelum " Dei, ſed non ſecundùm ſcientiam habentes, in ſententiam ſuam " ſolitus erat traducere.] Quod quàm benè conueniat cum Epiſto- " la illa ad Amulum lectoris erit iudicium: quicquid ſit, nullibi memoratum vel confeſſionem Gotteſchalci, vel libellum contra Rabanum, Synodi examini & iudicio expoſitum fuiſſe, aut ſaltem ibi à quoquam viſum, & ſic non magìs in Cariſiaco, quàm Moguntiæ damnata doctrina, aliquantulùm quidem agitata, ſed non plenè diſcuſſa, nec vlli lati Canones, vt inferiùs luce clariùs apparebit: nec Gotteſchalcus ipſe ex doctrina condemnatus, vt ſuprà probatum.

Hincmar. Epiſt. 17.

A. 849.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Triplex Gotteſchalco inflicta pœna, depoſitionis, verberum, & carceris expenditur, & manifeſtæ iniquitatis arguitur.

Reliqvvm eſt vt triplicem ſententiâ inflictam pœnam, depoſitionem, verbera, & carcerem paucis expendamus. Quod ad primam ob irregularem promotionem: hoc quidem ex Eccleſiaſtico rigore, vt præ ſe fert ſententiæ titulus: ſed (præter ſingularem rationem ſuprà notatam) melius & æquius Nicolaus Papa Iudicium intulit anno circiter 864. Epiſtola trigeſima nona ad Rodulphum Archiepiſcopum Bituricenſem, ab eo conſultus de hoc irregulari Chorepiſcoporum vſu.

Nicolai P. Epiſt. 39.

„ A Chorepiſcopis, inquit, aſſeris multas eſſe in regionibus ve-
„ ſtris ordinationes Presbyterorum & Diaconorum effectas, quos
„ quidam Epiſcoporum deponunt, quidam verò denuò conſecrant:
„ nos verò dicimus nec innocentes oportere percelli, nec vllas
„ fieri debere reordinationes, vel iteratas conſecrationes &c.]
„ Ita vt niſi Hincmarus Monachum, qui Gotteſchalci nomine appellationem ab hoc iudicio ad eundem ſummum Pontificem deferebat, ſolitis artibus oppreſſiſſet (vt ſuo loco videbitur) depoſitionem illam in irritum futuram nemini dubium eſſe poſſit.

Quantùm ad verbera, nec leges nec Agathenſes Canones, nec Regula S. Benedicti, nec aliæ quælibet conſtitutiones quadragenarium Sacerdotem flagris adjudicant. Sed & Hincmarus ipſe inhumanitatem illam & Eccleſiæ (quę ſanguinem nouit ſuffundere non effundere) & Epiſcoporum iudicio indignam agnouit. Ita vt Epiſtolâ ad Amulum Lugdunenſem, condemnationem illam ad ſolos

In libell. de Tribus Epiſtolis.

„ Abbates & Monachos retulerit: & propter imprudentiſſimam,
„ inquit, inſolentiam ſuam, per regulam S. Benedicti à Monacho-
„ rum Abbatibus, vel cæteris Monachis flagello adiudicatus.]
Quod ab Eccleſia Lugdunenſi quaſi abſurditatibus plenum reprobatum eſt: ſed & in præfata Epiſtola ad Nicolaum Papam, in qua de condemnatione & recluſione illius miſerabilis Monachi, eiuſque reddendâ ratione agitur, puduit eum verbera & depoſitionem referre, & ex tribus illis pœnis ſolius recluſionis meminit, quaſi nulla alia indicta fuiſſet. Sed ſi hæc ad duriſſima verbera damnatio piorum omnium aures offendit, cui horro-

rem non incuteret inauditum in eius executione inhumanitatis & crudelitatis exemplum, quod Annales Bertiniani ad dictum annum 849. paucis perſtrinxerunt. Strenuiſſimus, inquiunt, cultor Karolus, aduocato Sanctorum memoratæ Diœceſeos Epiſcoporum conuentu, ſuis aſpectibus præſentari decreuit, quo perductus publicè flagellatus, libróſque ſuarum aſſertionum igni cremare compulſus eſt.] Pluribus idipſum exſequitur Eccleſia Lugdunenſis in præfato libro de Tribus Epiſtolis: Sed &, inquit, de ipſis flagellis & cædibus, quibus ſecundùm regulam S. Benedicti dicitur adiudicatus, quibus & omnino fertur atrociſſimè & abſque vlla miſericordia pœnè vſque ad mortem dilaceratus:] & rurſum paulò poſt. Quapropter illud prorſus omnes non ſolùm dolent, ſed etiam horrent: quia inaudito irreligioſitatis & crudelitatis exemplo, tamdiu ille miſerabilis flagris & cædibus trucidatus eſt, donec (ſicut narrauerunt nobis qui præſentes aderant) accenſo coram ſe igne libellum in quo ſententias Scripturarum ſiue Sanctorum Patrum ſibi collegerat, quas in Concilio offeret, coactus eſt iam pœnè emoriens ſuis manibus in flammam proiicere, atque incendio concremare.]

A. 849.

Annal. Bertin. an. 84

Libell. de Trib. Epiſt.

Et obiter notandum libellum illum, in quo ſententias Scripturarum ſiue Sanctorum Patrum ſibi collegerat, fuiſſe exemplar eius, quem in Rabanum ſcripſerat, ex quo Hincmarus excerpſit fragmenta, quæ ſuprà ex prædicto opere de Prædeſtinatione repoſuimus, & excerpſiſſe finxit illa, quæ ad Amulum Lugdunenſem falsò retulit quinque Capitula, vt ibidem patet: finxit (inquam) quia non ſolùm quatuor priora Capitula verbis iniquis retulit, ſed & quintum quod ſolum ab Eccleſia Lugdunenſi quaſi non Catholicum rejectum eſt, ille ſuo proprio marte & calumnioſè miſerabili illi Monacho impoſuit, vt videbitur ſuo loco.

Ipſa denique in ergaſtulum detruſio (quam nomine ſimplicis Monaſterialis cuſtodiæ, & quaſi ſolam in Gotteſchalcum indictam pœnam Nicolao Papæ retulit Hincmarus) quantâ non tam ſeueritate, quàm ſæuitia & inhumanitate in miſerabilem illum Monachum vſurpata ſit, ſola verborum illorum notatio indigitat, & ſententiam illam inimicâ ſcilicet ipſius Hincmari lingua dictatam, aſpera manu exceptam, & calamo felle tincto ſcriptam demonſtrat, quæ nihil niſi Eccleſiaſticum rigorem, duriſſima verbera, & in ergaſtulum retruſionem præ ſe ferat.

Sed quâ ratione quóve iudiciorum ordine cuſtodia illa proprio Epiſcopo, proprio Abbati, qui iudicio præſentes aderant ablata, & ipſi Hincmaro demandata, ſed veriùs ab ipſo vſurpata, contra ſanctas Regulas, per quas Monachus niſi ex ſuperioris conſenſu à Monaſterio ſuo abſolui non debet, vt ipſemet memo-

A. 849. rat Nicolao Papæ in prædicta Epiſtola? quânam ergò aliâ de cauſa factum id,niſi vt miſerabili Monacho omnis & docendi & reclamandi præcluderetur via, vt ore pœnitùs obcluſo, nec de doctrina loqui vel ſcribere, nec de ſæuitia & inhumanitate conqueri, nec ad ſuperiorem iudicem, ipſúmque ſummum Pontificem appellare poſſet? Ita vt quid circa illum per octodecim aut viginti annos, quibus ad mortem vſque in ergaſtulo illo retruſus fuit, actum ſit, nemini notum, niſi in quantum Hincmarus permiſerit, vel ipſemet in ſuis ſcriptis inſeruit: quem nihilominus huiuſce vſurpatæ cuſtodiæ colorem ipſe Nicolao Papæ ediderit,ſupra retulimus. Quia, inquit, » reſipiſci à ſua prauitate non voluit, ne aliis noceret, qui ſibi » prodeſſe nolebat,iudicio præfatarum Prouinciorum Epiſcoporum in noſtra parrochia, quoniam Rorhadus, de cuius parrochia erat, illi neſciebat reſiſtere, & nouitates amans timebatur à nobis ne diſceret praua ſentire, qui noluit diſcere recta docere.] Nullus fingi poterat quæſitus color tam improbus, & proprio Epiſcopo (qui Hincmari in perſona ſua violentiam & tyrannicam oppreſſionem per tres annos expertus, randem eiuſdem Papæ iudicio vindicatus & liberatus eſt) æquè injurius, ita vt vel Hincmaro teſte miſerabilis illius Monachi proprius Epiſcopus, ſicut & proprius Abbas, cuiùs cuſtodiæ ſubtrahitur, à condemnatione illa multùm alieni cenſendi ſint. Tantum abeſt vt hic de prauis moribus & irregulari exitu, ille irregulari promotione facta ſe inſcio Gotteſchalcum onerauerint.

Hincmari Epiſt. 17.

Sed & indictam ergaſtulo retruſionem nomine Monaſterialis cuſtodiæ leniuit Hincmarus, Epiſtolâ ſuâ ad ſummum Pontificem, non ignorans ipſi fraudes ſuas & crudelitatem non eſſe ignotas, quippè qui Hincmarum (vel ipſo teſte Epiſtolâ 23. ad Egilonem) duritiæ Pharaonis & (Epiſtolâ 26. ad eundem Papam) tumoris, doloſitatis & crudelitatis per Epiſtolam ad eum ipſum coram Rege & plenâ Synodo legendam publicè notauerit, ideoque non dubitauit tantam inhumanitatem maximè in quadragenarium Sacerdotem, non paſſurum ſummum Pontificem, eo minùs quod iuxta Vlpianum Iuriſconſultum in *L. aut damnum §. ſolent præſides, ff. de pœnis.* Huiuſmodi ergaſtulorum pœnæ ſunt interdictæ *carcer enim* (inquit Iuriſconſultus) *ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.* Ita vt ex Imperatoris Conſtantij reſcripto in *L. 1. C. de cuſtodia reorum, & cruciatio deſit, & permaneat fida cuſtodia.*

Hincmari Epiſtolæ 23. & 26.

Quod autem fuerit de hac in ergaſtulum retruſione, Eccleſiæ Lugdunenſis iudicium in ſupradicto libello his verbis patet,

Libello de Tribus Epiſtolis.

ſed & illa eiuſdem miſerandi hominis tam longa & inhumana in ergaſtulum per tot annos damnatio, aliquâ (vt credimus) compaſſionis benignitate & conſolatione fuerat temperanda, vel etiam remouenda. Vt frater pro quo Chriſtus mortuus eſt, per charitatem & ſpiritum manſuetudinis potiùs lucraretur, quam abundantiori triſtitiâ abſorberetur.]

Cæterùm quales fuerint aliorum de hac inhumanitate querelæ, ſuo loco non reticebitur. Hîc autem obiter obſeruandum, nullum vnquam miſerabilis huius monachi ſuſcepiſſe patrocinium, vno ſolo monacho excepto, qui appellationem ab eo ſuſceperat defe rendam, ſed ſolitâ Hincmari verſutiâ interceptus, non amplius apparuit, vt ſuo loco videbitur. Quo verò animo vexationem tam inſignem ſuſceperit Gotteſchalcus, mox referetur, modò quid circa doctrinam in placito illo actum ſit vel non actum, magis exquiſitâ diſceptatione propoſuerimus.

Licet contra geminam Hincmari relationem ex ipſa ſententia ſuprà probatum ſit, Gotteſchalcum non vt hæreticum condemnatum: conſtat tamen eius doctrinam, vel ſaltem eam cuius inſimulabatur Rabani Synodicâ, aliquantulùm expenſam & improbatam, ſententia ipſa, vbi de peruerſis doctrinis & doctrinali officio interdicto ſeu ſilentio in perpetuum impoſito, id ſatis indicat: illam verò Rabani Synodicam, quâ non ſolùm hæreticæ doctrinæ, ſed etiam deteſtabilis blaſphemiæ notatus erat, in placito illo apparuiſſe, immo & quaſi accuſationis & probationis, & tranſlatæ cognitionis, de qua ageretur, fundamentum, expenſam fuiſſe, & ſuper ea auditum Gotteſchalcum, nemini dubium eſſe poteſt. *Nihil dignum ratione dixiſſe, ſed vt abreptitium, cum quid rationabiliter reſponderet, non habuit, in contumelias ſingulorum prorupiſſe,*] verè ridiculum, & ſic ſuprà exploſum. Quid ergo? vt in Synodo Moguntina, negatum à Gotteſchalco quod ſibi fuerat per Rabanum impoſitum, vera & genuina ſua iuxta libellum & profeſſionem de gemina prædeſtinatione, & forſan de reliquis expoſita (vt potuit) ſententia, hæc, vt par eſt credere, impugnata ab Hincmaro (qui vt ſuprà vidimus ex duabus primis quas ad Rabanum ſcripſit Epiſtolis, aliquam eius ſuſceperat diſcuſſionem) non apparuiſſe tamen, & multo minùs expenſam fuiſſe ibidem eius profeſſionem vel libellum notiſſimum eſt, nec aliter quis vnquam ſuſpicatus eſt. Quid igitur, vt quod veriſimilius in tam abſtruſo negotio, coniicimus, libenter exponamus, exploſis illis per Gotteſchalcum plurimâ confidentiâ & forſan non ſine contumelia blaſphemiis & impietatibus falsò ſibi impoſitis. Aliqui ex præiudicata Rabani auctoritate reum blaſphemiarum illarum cenſebant Gotteſchalcum: Alij iuxta

Libello de 3. Epiſtolis.

A. 849. Hincmarum in idem recidere, quod ille fatebatur de gemina prædeſtinatione credebant, pauci pro illo cum Auguſtini & aliorum Patrum doctrina ſtabant. Sed omnibus percenſitis plurimi in hanc tandem ſe recepêre ſententiam, obſtruſiores iſtas totius Theologiæ quæſtiones in placito regio à paucis ad ciuilia negotia euocatis Epiſcopis, in tumultu curiæ ex improuiſo, ſine examine, & nullis prolatis codicibus, non temerè definiendas, altiorem requirere indaginem, ampliorem diſcuſſionem, prolatis ſanctarum Scripturarum atque Catholicorum doctorum ſententiis, plures etiam in plenario & liberiore concilio iudices adhibendos: ſicut in his ipſis definiendis controuerſiis poſt decennium in plenario duodecim Prouinciarum Tullenſi apud Saponarias concilio à plurimis Galliarum Epiſcopis, & ab Hincmaro ipſo cum ſeptem aut octo aliis ex iis qui huic placito interfuerunt, vnà omnium ſententiâ ſancitum ſuo loco videbimus.

Cap. 10.

CAPVT X.

Multis, iiſque perſpicuis rationibus oſtenditur, quatuor Hincmari capitula quæ pater Sirmondus ad conuentum illum Cariſiacum in quo damnatus eſt Gotteſchalcus, retulit, non in illo conuentu, ſed in alio ibidem multis poſt annis, anno nimirum 853. habito, ab Hincmaro fuiſſe concinnata.

QVICQVID ſit, ex ſententia patet non ob doctrinam condemnatum Gotteſchalcum. Vel ſaltem doctrinam de gemina prædeſtinatione & reliquis capitulis non fuiſſe notatam, nec aliter reprobatam. Nec eſt quod obiiciatur contrarium definitum capitulis illis quatuor, qui quaſi huiuſce Synodi ſeu placiti recenſentur à R. P. Sirmondo tom. 3. Conciliorum antiquorum Galliæ: nulla ſiquidem in illa præfata Synodo lata fuiſſe *Capitula euincere perfacillimum eſt, ita vt nulli ne minimum* quidem *dubium* ſubeſſe poſſit.

I. Capitula illa quatuor nemo vnquam ante R. P. Sirmondum ad hoc placitum retulit: nec apud Hincmarum in præfatione operis de prædeſtinatione, vnde deſumpta ſunt, notatum reperitur in hoc placito ſeu Synodo edita fuiſſe. Sed apud Cariſiacum tantùm.

II. Apud omnes auctores illos, qui in hac controuerſia ante annum 853. (quo capitula illa quatuor in conuenticulo & clan-

A. 849.

culùm edita fuiſſe modò probabimus) ſcripſerunt ſeu Hincmarum, ſeu Prudentium, ſeu Lupum Ferrarienſem, ſeu Ratramnum, ſeu Ioannem Erigenam, horum capitulorum altum ſilentium.

III. Licet Hincmarus ipſe Epiſtolâ ſuâ ad Amulum Lugdunenſem miſerabilis illius monachi & actum deſcripſerit, & doctrinam redarguerit, & damnationem expoſuerit, & ſingulis eius propoſitionibus quicquid vel ab ipſo, vel à cæteris ſiue tunc obiectum fuerit, ſiue vſque ad Epiſtolam illam obiiceretur, pariter executus ſit: Nihilominus horum quatuor capitulorum nullomodo meminit.

IV. Si illa capitula tunc lata fuiſſent ſub Archiepiſcopis Vvenilone Senonenſi & Hincmaro Remenſi, nec Prudentius nec Lupus, nec Ratramnus qui illis ſuberant, contra Eccleſiaſticas regulas contrarium ſcribere vſurpaſſent. Nec Ratramnus Hincmaro ſubditus, impunitus euaſiſſet.

V. Nec rex ipſe Karolus Caluus, qui capitulis illis quatuor ſuo iuſſu editis propriâ manu ſubſcripſit, iniunxiſſet Ratramno, vt de exorta quæſtione geminæ prædeſtinationis ex Sanctorum libris capitula colligeret, nec collecta ſibi exhibita, Hincmaro expendenda tradidiſſet.

VI. Hincmarus in prædicto opere de prædeſtinatione cap. 21. pag. 118. & 119. Prudentium notat, quòd contra Canonicas Sanctiones & decreta Apoſtolica, tractoriâ ſuâ, quam ſub finem anni 853. edidit, à capitulis illis quatuor, quæ ab eo dicit ſubſcripta, receſſerit. Sed non ſic de geminis aliis operibus, quorum alterum ad ipſum Hincmarum, alterum ad Archiepiſcopum ſuum Vvenilonem, contra Ioannem Scotum eâdem ſententiâ præcedentibus annis ediderat, quippe quia non iam edita erant quatuor illa capitula.

VII. D. cap. 21. & iterum cap. 26. pag. 204. dicitur Prudentius quatuor illis ſubſcripſiſſe capitulis, eáque vnà cum Hincmaro conſtituiſſe. Et eodem opere cap. 2. (vt ſuprà notatum eſt) nominantur omnes Epiſcopi, qui placito illi & in Gotteſchalcum condemnationi interfuerunt. Inter quos Prudentius non recenſetur. Immò verò poſt placitum Hincmarus ſingulari Epiſtolâ illi intimat quod de Gotteſchalco actum, & iudicatum fuerat in Synodo, vt mox videbitur, & ſic &c.

VIII. Hincmarus ipſe in præfatione prioris operis, quæ habetur apud Flodoardum lib. 3. cap. 5 & iterum in principio operis de prædeſtinatione, referendo ordinem quem obſeruare intenderet in recenſendis ſcriptis, quæ contra doctrinam, quam tuebatur edita fuerant. Notat Capitula illa quatuor à ſe con-

Digitized by Google

A. 849. ſcripta fuiſſe, poſt plurima à plurimis edita ex his cauſis opuſcula; immo ex illis opuſculis ortam neceſſitatem edendorum Capitulorum illorum. His verbis: Primò ſcilicet mittentes ea quæ ab eiſdem fratribus noſtris in Synodo (Valentina 3.) conſcripta fuiſſe leguntur. Licet hinc ante alia fuiſſe conſcripta reperiantur: ſed quia hæc in ſugillationem & contra excerpta à nobis Capitula confecta noſcuntur, ea primum iudicauimus ponere, quæ maioris nominis, licet non auctoritatis; quia partim non veritatis: propter tamen Synodalem prætitulationem dignum duximus magni pendere: Deinde illa quæ à pluribus & per aliorum manus de pluribus ex his cauſis accepimus; propter quam neceſſitatem ex Catholicorum Patrum (vt diximus) ſenſibus & verbis, Capitula illa quatuor excerpere procurauimus &c.] Quid clarius, quàm oppoſitio illa inter ſcripta quæ ſequuntur Capitula illa quatuor, & quæ præcedunt, quæ prolata ſugillant, & quæ proferendis neceſſitatem præbuerunt?

Flodoard. lib. 3. cap. 5.

Flodoard. lib. 3. cap. 16.

IX. Idem ipſe Hincmarus iterum in præfatione poſterioris operis de prædeſtinatione, quæ etiam habetur apud Flodoardum lib. 3. cap. 16. illud ipſum & clariùs inculcat, & ſcriptorum & Capitulorum illorum ordinem recenſet his verbis: hæc eadem namque Capitula &c. ſub titulo quaſi in Valentina Synodo conſcripta fuerint, anno Incarnationis Dominicæ 855. ſub Lothario Imperatore dediſtis, vt ad illa quæ nobis viderentur, Catholicè ex orthodoxorum magiſterio reſponderemus, cum aliis quorumcunque ſcriptis, quæ hinc ad veſtram notitiam peruenêre, quorum quædam ſcripta recepimus, ſed ea publicare noluimus, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, donec cum eis qui vobis illa tranſmiſerant familiari colloqueremur ſermone, & eos ſi aliquo modo valeremus ab hac praua intentione ad Catholicæ fidei vnitatem, cooperante Domino reuocaremus: ſed quia partim occupationibus præpediti, partim autem in fraternis ſuaſionibus minùs, quàm neceſſe fuerat obauditi, eos quos monere diſpoſuimus, à ſua intentione reuocare nequiuimus. Vnde quia ſicut dicit Apoſtolus quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent abſcondi non poſſunt. Adeo quorundam excreuit diſſentio, vt hæc diſſonantia ad veſtram perueniret notitiam, & Synodali decreto pro zelo fidei & vnanimitatis amore, antequam hæc nobis perſcrutanda committeretis, quatuor Capitula Epiſcopali definitione vobis de Catholicorum patrum dictis colligi, & ſingulorum exigeretis manibus roborari; Poſteà verò & quorumdam ex his qui eiſdem Capitulis ſubſcripſerant, & aliorum etiam in tantum eſt acumulata vecordia, vt neceſſe foret & iuſſionis veſtræ inſtantia, & executionis noſtræ obedientia,

obedientia, hinc eorum quos præmiſſimus ſcriptis & propoſitionibus literali officio reſpondere, &c.]

Denique in annalibus Bertinianis in quibus ſolis de hoc placito ſeu Synodo, & de quatuor illis Capitulis agitur (qui annales ſcripti ſiunt eodem ſæculo ab auctore eiuſdem Prouinciæ, Hincmari & doctrinæ eius Encomiaſte amiciſſimo, in S. Prudentium etiam & alios qui illius ſententiæ aduerſati ſunt, iniquiſſimo cenſore) in annalibus, inquam, illis non ſolùm nulla in placito illo anni 849. in quo damnatus fuit Gotteſchalcus, referuntur edita Capitula, licet condemnatio, & publicè facta eius executio (vt ſuprà vidimus) ibi referatur. Sed & ad annum 853. poſt Concilium Sueſſonenſe ab Epiſcopis quibuſdam, quos ſelegerat & ſecum adduxerat rex Karolus apud Cariſiacum, in palatio regio edita priuatim fuiſſe quatuor illa Capitula ſic memorat, vt etiam pertinaciſſimos conuincat, ne leuiſſima tranſpoſitionis ſuſpicio ſubeſſe poſſit, his verbis, Karolus inde (ſcilicet ex Concilio Sueſſo- « nenſi) ad Cariſiacum veniens cum quibuſdam Epiſcopis & Ab- « batibus monaſticis quatuor Capitula edidit, & propriâ ſubſcri- « ptione roborauit. Quorum primùm eſt, à Deo neminem prædo- « ſtinatum ad pœnam] & reliqua quæ ſuo loco referentur & ex- « pendentur.

Annal. Bertin. ann. 853.

His tam claris & indubitatæ fidei documentis qui non cedat, in meridiana luce vltrò cœcutiet, nec tam ipſe quid verum ſit non videt, quàm videre ſe diſſimulat: & R. P. Sirmondus monitus veritatem agnouit, pollicitus in prima quæ fiet Conciliorum Galliæ editione reformationem ſe procuraturum, & interim in hiſtoria ſua prædeſtinatiana cap. 11. ad calcem prædictæ in Got- « teſchalcum latæ ſententiæ his verbis vſus eſt. In eadem quoque « Synodo, aut in eodem certe loco conſtituta ſunt quatuor Capi- « tula &c.] Vt cùm iam ſe de ijs dubitare indicat, quæ antea non dubitando ſed vt certiſſima ſcripſerat, ſenſim viam ſibi ſternat ad meliorem ſententiam, ne tantum virum puderet, ſi errorem ſimpliciùs fateretur.

Hiſtor. prædeſtin. cap. 11.

Vnde autem in errorem illum inciderit R. P. & antiquitatis acerrimus indagator & alioquin valde circunſpectus, ſpeculari non erit inutile: Deluſum autumamus, quod eadem Capitula Gotteſchalci doctrinam reſpiciant, qui in prædicto placito apud Cariſiacum damnatus fuerat, ideoque in eodem placito edita fuiſſe putauerit. Quod Capitulorum Cariſiacenſium ſine alia nota titulum præferrent, nec alterum conuentum Cariſiaci habitum, ad quod Capitula illa referri poſſent obſeruauerit: nec enim alibi quam apud Bertinianos annales memoratur hoc conuenticulum, ad quos non aduertiſſe (ſi iam editi erant) vero ſimi-

A. 849. le eſt: alioquin placitum illud Cariſiacum non ad annum 848. ſed ad 849. (vt ſuprà notatum eſt) repoſuiſſet. Sed & præcipua erroris cauſa fuit (vt par eſt credere) dolus & verſutia Hincmari, cui nimium credulus, fuit R. P. ita vt in notiſſimis erroribus ei adhæreat, eúmque tueri contendat: ſiquidem in prædicto cap. 2. operis de prædeſtinatione ex quo deſumpſit Synodum ſuam Cariſiacenſem; videns curioſiſſimè recenſitos omnes, qui placito illi interfuerant, recenſitam condemnationem, ſcriptorum aduerſantiũ multitudinem, Canones etiam Synodi Valentinæ, arbitratus eſt Capitula illa quatuor de quibus nec ibi, nec in ſequentibus narrationis ordine ne minimum verbum, quaſi condemnationis illius appendicem ſub illa contineri, eo faciliùs, quod in prædicto opere magìs agatur de doctrina, quænam legitima ſit, quàm de condemnatione miſerabilis illius monachi: & ſic fruſtrà videri factam exactam illam eorum omnium, qui placito illi interfuerant enumerationem, ad ſolam monachi condemnationem, niſi etiam de Capitulis illis quatuor, quæ omnem tunc controuerſam doctrinam continent, actum fuiſſet: ſed in hoc ſolitæ fraudes & technæ ipſius Hincmari modò tacitè ſuggerendo quatuor illa Capitula, quæ abortiuus fœtus erant Conciliabuli quatuor aut 5. Epiſcoporum ſelectorum ad opus illud, pro legitimo partu Epiſcoporum illorum omnium, qui memorantur illi placito interfuiſſe. Et ſicut vnicus operis illius de prędeſtinatione ſcopus, eſt extollere & præferre Capitula illa quatuor Canonibus Concilij Valentini 3. & Lingonenſis, quos quaſi vnius Ebbonis Gratianopolitani Epiſcopi, fœtum in vindictam natos deprimere conatur, ridiculus omnibus fuiſſet, & commentitium eius myſterium corruiſſet, ſi Canones illos vt erant veri legitimorum Conciliorum Canones & Capitula illa ſua vt fuerant conuenticulo furtim habito à quatuor aut 5. Epiſcopis iuſſu regio præcipitanter edita, retuliſſet. Sed de his pluribus ſuo loco.

Interim fixum ratúmque ſit nulla edita Capitula in prædicto placito Cariſiaco, nullam damnatam hæreſim, nec fictos prædeſtinatianos in perſona Gotteſchalci condemnatos, ſicut nec in Synodo Moguntina: ita vt ex ſupradictis ea quæ R. P. Sirmondus in hiſtoria ſua prædeſtinatiana cap. 11. de prædeſtinatiana hæreſi in Gallia per Gotteſchalcum renouata, & à Rabano atque Hincmaro in duabus Synodis iterum oppreſſa ex ſuo Hincmaro concinnauit, penitùs corruant, & euaneſcant.

Digitized by Google

A. 849.

CAPVT XI.

CAP. II.

Gotteſchalco damnato multi pietate doctrinâ & auctoritate præſtantes viri, doctrinam eius tutati ſunt, maximè ſanctus Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus ab Hincmaro conſultus, ipſe verò in ſententia firmus permanſit, geminámque in carcere confeſſionem edidit, quarum breuior hic refertur: & ex vtráque multa colliguntur. De examine feruentis aquæ igniſque ardentis, cui ſe ipſe ſubiecit

PERACTO igitur & ſoluto regio illo placito, ſparſo paſſim rumore earum, quæ ibi agitatæ fuiſſent quæſtionum, plurimi non regiâ ſed Eccleſiaſticâ dignitate & auctoritate conſpicui, doctrinâ & pietate celeberrimi Præſules, & monaſteriorum præpoſiti, tam ſcriptis, quàm verbis veram & germanam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam de prædeſtinatione Dei, & vera Chriſti gratia iuxta ſententiam Diui Auguſtini, tutari & propugnare cœperunt, vel ipſo Hincmaro teſte, D. cap. 2. quos his verbis infamat; « Ied ne ipſe ſolus periret ſibi conſentientes cœperunt vndécunque « exſurgere, & prauam ab illo remotam doctrinam, & verbo, & « ſcripto diſſeminare, quo adulterino ſemine hæc quibus nobis iu- « betis reſpondere, pullularunt Capitula:] Non minima miſerabi- « lis illius iuſtificatio à calumniis omnibus, quas tam liberaliter in eum effudit Hincmarus, quòd tot egregia (vt mox videbitur) Eccleſiæ lumina complices eius criminatur, & ſacros geminæ Synodi Valentinæ 3. & Lingonenſis Canones, quos ſemper ſuſcepit & venerata eſt vniuerſa Eccleſia, quaſi Germanam & ſinceram doctrinam ſuam continentes, ille velut adulterinum ſemen infamat & inſectatur: ſed de his ſuo loco. Nunc quomodo & quinam præcipuè cœperint aduerſus Hincmarum exſurgere, & quomodo dici potuerit prauam à Gotteſchalco remotam doctrinam expendamus.

Hincmar. de prædeſt. cap. 2.

Ante ſententiam latam perſtitiſſe Gotteſchalcum in ea, quam tradidiſſet doctrina, ſatis probatum, ſicut & in executione flagris & cædibus laniatum, non niſi penè emorientem cogi potuiſſe, ſententias Patrum, quas collegerat, in flammam proiicere. In ergaſtulum verò retruſum in monaſterio Altumuillarenſi ſub Hincmari ditione & poteſtate conſtitutum (in quo per 18. annos

A. 849. ad minùs crudeliſſimè quamdiu vixit detentus eſt) conſtantiſſimè omnibus Hincmari propoſitionibus reiectis perſtitiſſe, ſuo loco videbimus. Ipſo retruſionis principio Hincmarum fruſtrà & incaſſum omnem mouiſſe lapidem, vt ille ſententiam ſuam de gemina prædeſtinatione retractaret, ſcripta ſingulari ad ipſum teſtatur Epiſtola, cuius meminit Flodoardus lib. 3. hiſt. cap. 28.

Flodoard. hiſt. 3. cap. 28.

» his verbis. Gotteſchalco Monacho, qui erat prolapſus in hære-
» ſim de quibuſdam ſententiis auctorum, quas ille non benè intel-
» ligebat vel exponebat, maximè Proſperi, quarum ſenſum per
» ſententias præcipuè Beati Auguſtini exponit, & cæteros idoneos
» proponit teſtes Apoſtolicæ fidei doctores, quorum ſequendam
» in omnibus admonet eſſe doctrinam: oſtenditque teſtimoniis ma-
» nifeſtis Deum, & bona præſcire & mala, ſed mala tantum præſci-
» re: bona verò & præſcire & prędeſtinare. Vnde præſcientia eſſe
» poteſt ſine prædeſtinatione: prædeſtinatio autem non poteſt eſſe
» ſine præſcientia: & quia bonos præſciuit & prędeſtinauit ad re-
» gnum; malos autem præſciuit tantùm non prædeſtinauit, nec vt
» perirent ſuâ præſcientiâ compulit. Et addit Flodoardus: cui defi-
» nitioni ſubſcribere idem Gotteſchalcus pertinaciſſimè recuſauit.]

Rabani Epiſtola ad Hincm.

Quod in principio reclusionis illius contigiſſe patet ex poſteriori Rabani ad Hincmarum Epiſtola pag. 25. poſtquam enim ſemel
» & bis (inquit Rabanus) eum inſtruxeris, & oſtenderis ei illa quæ
» conueniunt eius ſaluti, ſuperfluum eſt, diutiùs cum eiuſmodi diſ-
» putare, cùm ſit manifeſtum, quoniam nullam percipit correptio-
» nē, ex quibus ſemel, & bis illa quæ non conueniebant ſibi audiens
» cognoſcere noluit veritatē. Relinque ergo eum, qui talis eſt, vt iu-
» ſtam expectet à iudice pœnā, eò quòd in ſuâ pertinaciâ perſiſtens,
» nullum ad correptionem ſuam ex inſtructione accipere vult cōſi-
» lium.] Sed & illud ipſum antea inculcat Hincmarus Epiſtolâ ad Prudentiū, quod eum multis modis conuertere tentauerit, vt mox videbitur, & geminæ Gotteſchalci confeſſiones hoc ipſo anno ab ipſo in ergaſtulo editæ, & poſtrema Hincmari ſcripta eius perſeverantiam, vel vt eius aduerſarij criminabantur, pertinaciam ad mortem, & in ipſa morte demonſtrant.

Quantum ad reliquos, quos vndique exſurgere, & eandem prauam doctrinam & verbo & ſcripto diſſeminare cœpiſſe notat Hincmarus, non ipſi minimæ curæ fuit ſtatim peractâ Synodo ſeu diſſoluto placito aduerſam de ſe famam, æquiſſimámque Monachorum indignationem, & aliorum pietate & doctrinâ inſignium animos compeſcere, illorum maximè quibus venerationi erat doctrina Sancti Auguſtini, iudicia & ſermones tam in priuatis, quàm in publicis collationibus quantùm in illo erat tēperare:

Digitized by Google

ſed prima & præcipua induſtria Hincmari fuit ſolitis artibus præoccupare animos eorum, quos eam quam tuebatur ſententiam, ſcriptis impugnaturos fore præuideret. Inter quos cùm præcipuum noſſet, tum pietate, tum morum probitate, tum doctrinâ & Epiſcopali auctoritate, tum denique imperterritâ animi conſtantiâ, Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum, primo aut altero poſt placitum illum menſe paucis ante feſtum Paſchatis diebus ad eum ſcripſit Epiſtolam, quæ ſi extaret non minimum lucis huic diſſertationi proferret: ſiquidem vt erat recens placitum, & Prudentius loco proximus, & qui ab Vvenilone Metropolitano, & aliis, quæ ibidem geſta fuerant (niſi iam noſſet) facillimè diſcere poterat, non tanta ab Hincmaro diſſimulatione: quantâ reliquis poſtea, illi ſcriptum autumamus. Sed Epiſtolæ huius ſola extat Epitome apud Flodoardum dicto lib. 3. cap. 21. his verbis concepta. A. 849.

Prudentio Tricaſſino ſcribens queritur, quare ſibi præſentiam ſuam ſubtrahat, ſignificans ſe ab eo conſilium quærere velle de ſtatu & compreſſione Gotteſchalci, intimans quòd de ipſo actum vel iudicatum fuerat in ſynodo, quo eum recluſum iudicio, & quia multis modis eum conuerti tentauerit, & de moribus ac ſuperbia ipſius, & ſi in Cœna Domini, vel in Paſchâ debeat eum admittere ad audiendum ſacrum officium, vel accipiendam communionem, & quid ſibi videatur de ſententia Ezechielis Prophetæ quâ dicitur: *In quacunque die ceciderit iuſtus, omnes iuſtitiæ eius in obliuione tradentur*; & *quâcunque die peccator conuerſus fuerit, omnes iniquitates eius tradentur obliuioni:* ſed & de conſuetudine Cœnæ Domini celebrandæ.] Flodoard. lib. 3. c. 21.

Quibus coloribus Gotteſchalcum delineauerit Hincmarus, quia non extat Epiſtola, non videmus: ſed ex his verbis, *& de moribus ac ſuperbia ipſius*, & aliis eius Epiſtolis, felle non caruiſſe facillimè quiſque iudicabit, nec qualem à Prudentio receperit Hincmarus reſponſionem apparet: ſed vt ex his, quæ ſecuta ſunt, conjici poteſt, non aulicis blandiciis Hincmaro adulatus eſt Prudentius: immò licet in ſcriptis ſuis de Gotteſchalci condemnatione altum ſilentium, moderationis tamen in ergaſtuli retruſione, & non denegandæ communionis, vel ſaltem ſuaſorem fuiſſe (vt illo anno non denegatum videbimus) eò quòd eandem ipſe de gemina Prædeſtinatione, & reliquis, ſententiam fixam haberet, nemini, vel minimum dubium ſubeſſe poteſt. Vnde confirmatur etiam Gotteſchalcum, non vt hæreticum condemnatum: neque enim dubitaſſet Hincmarus communione penitùs reciſum, & multominùs conſilio Prudentij feriis illis paſchatis admiſiſſet. Nec hic notaſſe pigebit Prudentium, & re-

A. 849. liquos, qui contra Hincmari & Regis ipſius ſententiam germanam de Gemina Prædeſtinatione, & vera Chriſti Gratia liberrimè & interpidè, & verbis, & ſcriptis publicis tutati ſunt doctrinam, nec Gotteſchalci ipſius, nec ſeueræ eius condemnationis, nec ſeuerioris reclusionis, nec etiam eius, quam profeſſus eſſet ſententiæ, non dicam ſuſcepiſſe patrocinium, ſed ne verbum quidem ſcriptis ſuis interſeruiſſe: niſi in quantum objectionum reijciendarum neceſſitas compelleret, idque etiam leuiſſimè peractum, vt eorum ſcripta demonſtrant: licet illos & Prudentium maximè Epiſtolâ 24. ad Egilonem Gotteſchalci fautores nominet Hincmarus; quòd conſultò non ex defectu charitatis & miſericordiæ prætermiſſum fuiſſe credimus. Sed ne ipſi longiùs à tantæ veritatis patrocinio abducerentur, ex incerta priuati hominis cauſa, quam alioquin obſcuriorem fecerat ſagax Hincmari crudelitas, vt ſecuriùs in inſontem ſæuiretur. Et ipſe quidem Gotteſchalcus in prolixiore confeſſione dolere ſe ajebat, quod dum multis eſſet perſona vilior, veritatem ipſam contemnerent; Hincmarum maximè intelligens. Qui cum res ipſas, Aulæ aſſuetus, ex ſenſuum iudicio metiretur, pœnè vilem habebat gratiam, ex vilitate defenſoris, nec illi plus ineſſe auctoritatis exiſtimabat, quam eſſet in Monacho potentiæ: cæterùm obſeruatione dignum eſt, Gotteſchalcum nominis ſui tenuitati facilè acquieſcere, memorem inſtituti, ſed ſolâ veritatis vilitate

Confeſſio Gotteſch. Prolix. » & contemptu commoueri. Dum ad Deum, inquit, nimis ingentem patior dolorem, & maximum diu noctúque perfero mœrorem, quòd propter nominis mei vilitatem, vilem hominibus eſſe video veritatem.]

Ille igitur miſerabilis Monachus ſæpiùs fruſtra tentatus & expetitus, vt palinodiam recantaret, paulò minùs ſeuerè in ergaſtulo tractatus; ex Prudentij ad Hincmarum reſponſione (vt par eſt credere) Chartulâ & calamo impetrato ſententias Scripturarum & Sanctorum Patrum, quas ſibi in libello, quem flammis tradere coactus fuit, deſcripſerat, ſolâ mente retinens geminam ſcriptis de ſua doctrina edidit confeſſionem, quæ Hincmaro tradita, non niſi eius & ſequacium manibus apparuit. Alteram, quæ breuior, ex manuſcripto Codice Corbeienſi, qui aſſeruatur in perilluſtri Monaſterij Sancti Germani à pratis Bibliotheca excepimus: altera, quæ prolixior, edita extat cum præcedenti Dublinij anno 1631. ab Vſſerio Archiepiſcopo Armachano, quam germanam eſſe nobis teſtatus eſt R. P. Sirmondus, qui eam ex peruetuſto Codice excepit, & cum illius copiam Vſſerio feciſſet, ratus ſolâ lectione contentum forè, ab eo fraude deluſus eſt, & quoniam vtraque hæc confeſſio non minimum lucis

huic diſſertationi confert, maximè prolixior, quam Hincmarus ad Rabanum mittere, & Ioanni Scoto Erigenæ impugnandam tradere non eſt dedignatus: ex ea, hic aliquid delibare ſufficiet, & breuiorem reponere non ingratum, nec inutile fore duximus. A. 849.

Confeſſio Gotieſchalci Monachi damnati breuior. "

CREDO & confiteor Deum omnipotentem & incommutabilem præſciſſe & prædeſtinaſſe Angelos Sanctos, & homines Electos ad vitam gratis æternam: & ipſum diabolum caput omnium dæmoniorum cum omnibus Angelis ſuis Apoſtaticis, & cum ipſis quoque hominibus reprobis, membris videlicet ſuis, propter præſcita certiſſimè ipſorum propria futura mala merita, prædeſtinaſſe pariter per iuſtiſſimum iudicium ſuum in mortem meritò ſempiternam: quia ſic ait ipſe Dominus in Euangelio

Ioa. 16. v. 11. *Princeps huius mundi iam iudicatus eſt*, quod Beatus Auguſtinus exponens ad populum, ſic palam locutus eſt. Id eſt iudicio ignis æterni irreuocabiliter deſtinatus eſt.] Item de reprobis ipſa veritas. *Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* Nondum, inquit, apparuit iudicium ſed iam factum eſt iudicium.] Item exponens illud Ioannis Baptiſtæ, *Teſtimonium eius nemo accepit*, ita dicit: nemo eſt quidam populus præparatus ad iram Dei damnandus cum diabolo.] Item de Iudæis: iſti indignantes mortui, & morti æternæ prædeſtinati.] Item quare dicit Dominus Iudæis: *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis?* niſi quia videbat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos: non ad vitam æternam ſui Sanguinis pretio comparatos.] Item exponens illa verba Domini. *Oues meæ vocem meam audiunt, & cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis; & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea: Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei.*] Ita dixit, quid poteſt Lupus? quid poteſt fur & latro? non perdit niſi ad interitum prædeſtinatos.] Item de duobus loquens mundis. Totus mundus Eccleſia eſt, & totus mundus odit Eccleſiam, mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus ſaluatum, inquinatus mundatum.] Item eſt mundus de quo dicit Apoſtolus, *Ne cum hoc mundo damnemur.* Pro iſto mundo Dominus non rogat. Neque enim quo ſit prædeſtinatus ignorat.] Item, *Filius perditionis* dictus eſt Iudas traditor Chriſti, perditioni prædeſtinatus.] Item in Enchiridion: ad eorum damnationem quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam.] Item in libro de perfectione iuſtitiæ: hoc (inquit) *Bonum, quod eſt requirere Deum, non erat qui faceret non erat ad*

Marginal notes (left): Ioan. 3. v. 18. — Ioan. 3. v. 31. — Ioa. 10. v. 27. &c. — 1. Cor. 11. v. 32. — Rom. 3. v. 11. & 12.

Marginal notes (right): Auguſtinus in Ioanně Tractatu 95. — Aug. tract. 12. — Aug. tract. 14. — Aug. tract. — Aug tract. 48. — Auguſt. d. Tract. 48. — Auguſt. d. tract. 87. — Aug. tract. 110. — Aug tract. 107. — Aug. Enchir. c. 100. — Aug. de Perf. iuſt. cap. 13.

Digitized by Google

A. 849. ” *vnum* : ſed in eo genere hominum, quod prædeſtinatum eſt ad in-
Aug. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 24. ” teritum. Super hoc enim reſpexit Dei præſcientia, protulitque
” ſententiam.] Item in libris de Ciuitate Dei, Quid dabit eis,
” quos prædeſtinauit ad vitam, qui hæc dedit eis, quos prædeſti-
Gregorius Moral. 34. cap. 2. ” nauit ad mortem.] Item Beatus Gregorius Papa: Leuiathan iſte
” cum vniuerſis membris ſuis, æternis cruciatibus eſt deputatus.]
Fulgentius de verit. Prædeſt. 3. cap. 5. ” Item Sanctus Fulgentius in lib. 3. de Veritate Prædeſtinationis
” & Gratiæ. Præparauit, inquit, Deus peccatoribus pœnas, illis
” vtique quos iuſtè prædeſtinauit ad luenda ſupplicia.] Qui bea-
Idem lib. 1. ad Monimum. ” tus Fulgentius compoſuit de hac tantummodo quæſtione vnum
” librum, id eſt, de Prædeſtinatione Reproborum ad interitum,
” ad amicum ſuum nomine Monimum: Vnde dicit & Sanctus Iſi-
Iſidorus ſentent. 2. cap. 6. ” dorus. Gemina eſt Prædeſtinatio, ſiue Electorum ad requiem,
” ſiue Reproborum ad mortem.] * Sic ergò per omnia cum iſtis
* al. & ego ” Electis Dei & Catholicis credo & confiteor, prout diuinitus
” afflatus, animatus, armatus adiuuor. Amen.] Falſus enim te-
” ſtis eſt, qui in dictis quorumcumque aut ſenſum, aut ſuperficiem
” corrumpit.

Explicit confeſſio Gotteſchalci Monachi.

Ex hac & altera illa prolixiore confeſſione, cuilibet, vel minùs attento obuium eſt. I. Immobilem perſtitiſſe Gotteſchalcum in eadem doctrina geminę Prædeſtinationis, nullo modo immutatâ ſententiâ. Siquidem fragmenta quæ Hincmarus ipſe quaſi grauiora ſelegit, & impugnanda ſibi propoſuit ex profeſſione & libello traditis Rabano, quæ ſupra integra retulimus, nihil aliud de Prædeſtinatione Dei continent, quam quæ habentur fuſiùs in hac vtraque confeſſione, nihilque Rabanus inuenire potuit quod eſſet leuiter immutatum, quod ad doctrinam pertinet, vt ſuo loco videbitur.

II. In omnibus miſerabilis illius Monachi confeſſionibus de ſola quæſtione geminæ Prædeſtinationis actum fuiſſe, non ſolùm quaſi pręcipua, ſed quia reliquæ ortæ ſolum ex occaſione opuſculi Rabani ad Nothingum, quod impugnauit ille libello ſuo ad Rabanum, vt ſuprà probatum eſt; idémque ipſum confirmatur ex ſupradicta Epitome Epiſtolæ Hincmari ad Gotteſchalcum, in qua ſola de Prædeſtinatione agitur.

III. Gotteſchalcum non aliter de Prædeſtinatione reproborum ad interitum ſenſiſſe, quam S. Auguſtinum, S. Fulgentium, S.
” Iſidorum & alios antiquos Patres, quorum allatis ſententiis in
” fine huiuſce breuioris confeſſionis, inquit, ſic ergò cum iſtis Ele-
” ctis Dei & catholicis credo & confiteor, prout diuinitus afflatus,
” animatus, armatus adiuuor, Amen.] Quo

A. 849.

IV. Quo animo, quâue conſtantiâ adeò duram & iniquam tractationem tulerit, ita vt de illa ſicut & de inimicis nulla ſit eius aud ita expoſtulatio, immò Apoſtolorum exemplo (Act. 5. v. 41.) *gratias Deo egerit, quoniam dignus habitus ſit pro nomine* IESV *contumeliam pati*, quippe in principio prolixioris confeſſionis preces Deo fundens cum gratiarum actione, ſic perſeuerantiæ donum implorat; vt gratis eſſe digneris piiſſimus adiutor & exauditor meus, dignantérque largiaris indigentiſſimo mihi per gratuitæ gratiæ tuæ inuictiſſimam virtutem, vt quod ex te, per te, & in te de præſcientia & prædeſtinatione tua iam dudum corde credo (tibi gratias) ad iuſtitiam, ſicuti iam crebro per gratiam tuam confeſſus ſum: nunc quoque veraciter atque ſimpliciter ore confiteor ad ſalutem &c.]

In confeſſione prolix.

Item pro inimicis ſuis quos non alios quàm gratiæ & Crucis Chriſti agnoſcit, ſic precatur: Supplico tibi cunctipotens & clemens Trinitas pariter & Vnitas, vt omnibus inimicis meis quicunque ſint inuidiâ nominis tui ſiue neſcienter, ſiue ſcienter nocuerunt, immo nocere voluerunt tibi, nocuerunt autem potiùs abſque dubio ſibi, vniuerſa debita ſua indulgeas funditùs & ignoſcas, & omnia flagitia ſimul ac facinora remittas penitùs ac parcas. Amen.]

Ibidem.

Quo ad Chriſtianam humilitatem reliquarum virtutum fundamentum, vt maximè elucet in his, qui ſincerè & veraciter D. Auguſtini de gratuita & ſemper victrice Chriſti gratia doctrinam profitentur, licet hanc confeſſionem ſuperbiæ & elationis arguere voluerit Rabanus, non dubium in ea veræ humilitatis ſpecimen edidiſſe videtur Gotteſchalcus, dum non ſolùm hanc ipſe à Deo vnicè expoſcit. Suppliciter obſecro te (inquit) vt verâ mihi humilitate datâ, ſolido vitæ gaudio ſemper facias gaudere me.] Sed & lectorum pro hac ſibi impetranda preces humiliter implorat. Precor, inquit, vt quantumcunque mihi datur diuinitùs humilitate coram Trinæ Vnitatis, & vnius Trinitatis præſentiſſimâ Majeſtate, vt quiſquis hæc non liuore coruino, ſed amore potiùs columbino legeris, Gotteſchalci peccatoris ante Deum memineris, & paterno ſiue fraterno affectu ſimpliciter implores benigniſſimam ipſius clementiam, vt dignetur mihi gratuitâ pietate largiri veræ ſemper & vbique coram ſe humilitatis excellentiam & ſinceræ charitatis perpetualiter eminentiam.] Verùm quid humilius requiri poteſt humillimâ illâ conſternatione, & anxiâ trepidatione pro Chriſti gloria. Quia profecto, inquit, nimis ingentem patior dolorem, & maximum diu noctúque perfero mœrorem, quod ptopter mei nominis vilitatem; vilem hominibus eſſe video veritatem, &

Ibidem.

Ibidem.

A. 849. » quòd erga te ſinceram, vt debuerant, non ſeruant charitatem,
» qui vt tantummodò victores mei eſſe videantur, nihil vel omninò perperam dilexerunt & diligunt te, quem negare non refugerunt, neque refugiunt propter me.]

De Iudicio Dei.

Ex ſancta illa indignatione & zelo pro Chriſti gloriâ, exoptat examen illud quatuor doliorum feruentis aquæ, olei pinguis & picis, & ignis ardentis, quaſi Iudicium Dei, quod illo ſæculo in vſu publico fuiſſe maximè in Galliâ, probatur ex cap. 22. excerptorum Caroli Magni Capitularium, quæ habentur tomo ſecundo Concil. Galliæ: vt omnes Iudicio Dei credant abſque vlla dubitatione: & licet id poſtea ſub Ludouico Pio Imperatore fuerit prohibitùm, in additione quarta Capitularium cap. 81. vt examen aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant, à miſſis omnibus interdicatur, ne vlterius fiat: nihilominus ſub Karolo Caluo Iudicium illud Dei per aquam calidam vel frigidam, plurimùm vſitatum fuiſſe probat Hincmarus ipſe in Epiſtola trigeſimâ nonâ, quam de Iudicio aquæ frigidæ conſultus ampliſſimè ſcripſit ad Hildegarium Epiſcopum Meldenſem, & in ea iuxta Rabanum ipſum cenſet non improbandum illud Dei

Hincmar. Epiſt. 39.

» Iudicium. Hæc, inquit, diligens lector legat, & non mirabitur
» in Iudicio aquæ frigidæ innocentes ab aqua recipi, nocentes au-
» tem non recipi: ſicut & in aqua calida coquuntur noxij, in-
» noxij verò reſeruantur incocti.] Sed & in opuſculo aduersùs Hincmarum Laudunenſem Capitulo 43. fatetur ipſe quæſiuiſſe ab aliquo, vt famam ſuam per illud Iudicium Dei purgaret. Et anno 873. in placito generali apud Cariſiacum, vt habetur in Capitu-

Capitul. Caroli Calui tit. 39. cap. 3.

» laribus Caroli Calui titulo 39. cap. tertio. Speciatìm cautum, vt
» diffamatus criminis ſi nullius eum reum comprobare voluerit,
» ſuam infamiam ad Dei iudicium purget, & per illud Dei iudi-
» cium aut liberetur aut condemnetur.] Idem etiam cautum ibidem capitulo ſeptimo de maleficis & Sortiariis: & ad annum 876. Aimonius Monachus de geſtis Francorum libro quinto capitulo trigeſimo quarto, memorandum huiuſcemodi Dei Iu-

Aimonius Monach. lib. 5. cap. 34.

» dicij exemplum refert, his verbis. Ludouicus autem Ludouici
» Regis Germaniæ filius, decem homines cum aqua calida, & de-
» cem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad Iudicium
» miſit coram eis, qui cum illo erant, petentibus omnibus, vt
» Deus in illo iudicio declararet, ſi per ius & æquum ille habere
» deberet portionem de regno, quam pater ſuus illi dimiſit, ex ea
» parte, quam cum fratre ſuo Karolo per conſenſionem illius & per
» Sacramentum accepit: qui omnes illæſi reperti ſunt.]

Hæc paulò fuſiùs, quoniam & Rabanus & Ioannes Scotus Erigena Gotteſchalco quaſi crimini vertunt, quòd confeſſione

Digitized by Google

ſuâ Iudicium illud Dei exoptauerit: Rabanus quidem non quod vſum Iudicij illius improbet, ſed quòd ſuſtinendum, ſi per iudices indictum non exoptandum ſit! Hoc autem, inquit, in Epiſtola » ſua poſteriori ad Hincmarum, quod idem erroneus quaſi ad Deum » loquens petit examen ignis, vt per illud veritas eius fidei, immò » perfidiæ comprobetur, magìs mihi videtur ex elatione cordis » prolatum eſſe, quàm ex conſtantia fidei &c.] A. 849. Rabanus Epiſtolâ ad Hincma.

Verùm quæ ſuprà retulimus ad confirmandam humilitatem ipſius in hac ipſa precatione, omnem faſtus & elationis ſuſpicionem excludunt, & quaſi hanc objectionem præcauens continuò addidit Gotteſchalcus: Suppliciter tamen te (Domine) rogo in » dulciſſimo nomine tuo: vt nemo me Catholicorum temerè (quod » abſit) reprehendat in animo ſuo, quia prorſus auſum talia petendi » (ſicut meliùs noſti) à me propriâ temeritate non præſumo, ſed » abs te potiùs tuâ benignitate ſumo.] Et quo ad Ioannem Scotum » id quod de quatuor illis doliis ſub finem cap 3. in Gotteſchalcum per ſarcaſmon inculcat, contemptu magìs, quàm vllo argumento refellendum eſt, ſed de his ſatis. Confeſſ. prolix. Gotteſch.

CAPVT XII. Cap. XII.

Scribit Hincmarus aduersùs Gotteſchalcum ad recluſos & ſimplices ſuæ Diœceſis opuſculum, quòd cum Ratramnus Corbeienſis in Epiſtola ad Gotteſchalcum liberrimâ cenſurâ notaſſet, ſuper ea re Rabanum Hincmarus conſulit; Putida eius ratio ad infringendam Sancti Fulgentij auctoritatem, obiter de variis Conuentibus & Synodis hoc tempore habitis.

VT igitur vidit Hincmarus conatus ſuos erga Gotteſchalcum inutiles, immò ex gemina illa confeſſione illum in opinione ſua obſirmari: alios verò plurimos maximè Monachos nutare & percelli, opuſculum emiſit ad recluſos & ſimplices in ſua parrochia conſiſtentes, contra Gotteſchalci (vt vocat) errorem. In quo de ſola Reproborum Prædeſtinatione actum fuiſſe veroſimile eſt: ſiquidem hanc ſolam retractandam ſuâ Epiſtolâ (vt vidimus) Gotteſchalco propoſuerat. Deinde geminæ illæ confeſſiones, quas opuſculo illo aliquantulum impugnatas videmus, ſolam prædeſtinationem attingunt. Sed quicquid ſit parum refert, & opuſ-

Digitized by Google

A. 849. culum illud nec habetur, nec eius meminit Hincmarus in opere ſuo de Prædeſtinatione, nec in Epiſtolis ſuis, nec alibi vſquam, neque etiam Flodoardus, licet eius ſcripta, quæ ad notitiam ſuam ſæculo ſequenti peruenerant, immò & ſimplices Epiſtolas curiosè & ad nauſeam vſque recenſuerit: nullum eius extat monumentum, niſi quod habetur in poſteriori Rabani Epiſtola ad Hincmarum, ita vt ſuſpicioni locus ſit, cum ipſum poſt editos maiore ſtudio, nec minore fuco de Prædeſtinatione libros ſuos, opuſculi illius quaſi partus abortiui & præmaturi, auctoris nomine parùm digni, ſuppreſſionem procuraſſe. Sed quocumque modo ſe res habeat, ex prædicta Rabani Epiſtola conſtat Ratramnum Corbeienſem Monachum in Monaſterio, quod erat in parrochia & ſubditione Hincmari degentem, opuſculum illud (vbi primum notum habuit) Epiſtolâ ſuâ ad Gotteſchalcum amicum ſuum liberrimâ cenſurâ perſtrinxiſſe, & Epiſtolam illam à Gotteſchalci cuſtodibus ad Hincmarum ipſum delatam, eámque ab Hincmaro vnâ cum prædicto opuſculo, geminis Gotteſchalci confeſſionibus & aliis in eadem ſententiam ſcriptis anno proximè ſequenti ad Rabanũ expendendã miſſam fuiſſe, vt ſuo loco referetur. Nunc quid de illo opuſculo & prædicta Ratramni cenſura in

Epiſtola Rabani ad Hincmar.

præfata Rabani Epiſtola refeatur, videndum in principio. Veſter „ nuntius (inquit Rabanus ad Hincm.) ad nos veniens portauit ve- „ ſtram Epiſtolam, & opuſculum quod feciſtis ad recluſos & ſimpli- „ ces, qui in veſtra parrochia conſiſtunt, contra Gotteſchalci erro- „ rem &c.] Pag. 28. de cætero agnoſcat Sanctitas veſtra, quòd il- „ lum libellum, quem ad ſimplices & recluſos in noſtra parrochia „ conſiſtentes contra Gotteſchalci errorem dictaſtis, probatum ha- „ beo, & ſecundùm quod ibi ſcriptum reperi ſentio.] Denique pag. „ 10. Quòd autem ille Corbeienſis Monachus in Epiſtola ſua vitu- „ perauit, vos non rectè Fulgentij ſententiam expoſuiſſe, ſcribendo „ de vobis ad amicum ſuum ita dicens. Nam quod ait dixiſſe Ful- „ gentium præparauit Deus malos ad luenda ſupplicia, pro eo „ quod eſt præparari permiſit, inuenit quod diceret: non verò dixit „ quod debuit, & vos ſeductos eſſe aſſerit ſtilo cuiuſdam libelli qui „ fertur eſſe Hieronymi, de induratione cordis Pharaonis: vt dice- „ retis non Deum induraſſe cor Pharaonis, ſed indurari permiſiſſe, „ non rectè vos reprehendere mihi videtur, quia non Deus cuiuſ- „ quam cor ſuâ factione indurat, vt ſemetipſum homo ab errore „ non corrigat, ſed iuſto iudicio indurari permittit, aut propriâ „ nequitiâ, aut diaboli malitiâ.]

Notandum obiter Hincmarum opuſculo illo expoſitionem ſupradictæ ſententiæ ſuſcepiſſe, eò quòd Gotteſchalcus vtráque confeſſione eidem inſiſteret, ſed Ratramni cenſurâ monitus,

Digitized by Google

A. 849.

& Lupi Abbatis conſilio vſus, qui in hac quæſtione ſingularem ad Hincmarum Epiſtolam ſcripſit, non obſtante Rabani aſſentatione dehinc à tam frigida, & menti ſancti Auguſtini & ſancti Fulgentij tam diſſonâ expoſitione abſtinuit, & in opere ſuo de prædeſtinatione cap. 3. 8. & 13. quæ in expendenda ſolius ſancti Fulgenti auctoritate inſumpſit, non plauſibilius adinuenit effugium, quàm in reiicienda & penitùs eiuranda in hac ſententia ſancti Fulgenti auctoritate, hoc quæſito colore, quòd à Gelaſio in Catalogo Apoſtolicæ ſedis, qui ante Epiſcopatum & ſcripta ſancti Fulgentij & ſpecialiter 26. annis ante tractatum illum omnium conſenſu confectus eſt, probabilis non reperiatur: ſed hæ leues Hincmari fallaciæ, vel hallucinationes, ſi ex aliarum comparatione cenſeantur.

Antequam vlteriùs in recenſendis & diſcutiendis reliquis circa hanc controuerſiam ſcriptis, vel collationibus hoc anno habitis neceſſe eſt, vt aliqua præmittamus de Synodis & aliis publicis conuentibus & negotiis quæ interceſſerunt, quoniam huic Chronologicæ hiſtoriæ non minimùm conducunt.

Ex annalibus Bertinianis & fragmento Chronici Fontanellenſis, quod à Monacho & presbytero, qui eodem tempore viueret confectum, ab anno 841. ad annum 856. habetur in tomo 2. hiſtoriæ Galliæ Domini Ducheſne pag. 387. Patet hoc anno 849. poſt placitum illud Cariſiacum de quo ſuprà, aliud placitum à Karolo rege habitum, illúdque generale in vrbe Carnotenſi menſe Iunio, in quo Karolus Pipini quondam Aquitaniæ regis filius ipſius regis Karoli ex fratre nepos tonſoratus fuit, & in Monaſterium Corbeiæ continuò ſub cuſtodia tranſmiſſus: inde (inquit Chronicon Fontanellenſe) rex Karolus diſpoſito itinere ligere alueo tranſmiſſo ad Lemouicam vrbem accedit, occurrentibus ſibi obuiam principibus Aquitanorum, & cum ſummo fauore ſuſcipientibus. Inde recto itinere Tholoſam rebellem aggreditur, præmiſſis ante ſe quibuſdam Primoribus populi ſui, qui eandem obſiderent vrbem &c. qui iniecto igne portam concremauerunt, quo metu cuſtos vrbis in deditionem venit, datíſque ſacramentis poſt rege vrbem ingreſſo, reddita eſt illi ciuitas ad cuſtodiendam. Inde Dominus rex Karolus ad Biturigas ciuitatem menſe Decembri venit. « Chronicum Fontanell. ann. 849.

Epiſcopi in Pariſiaco Synodum generalem tenuerunt, autumnale tempus imbribus inundatiſſimum fuit, 3. nonas Ianuariàs fulgura & tonitrua extiterunt pluuiæ quoque longiſſimæ. In menſe Februario Dominus rex Karolus de Aquitania regreſſus eſt &c.] hæc in Chronico Fontanellenſi, nec in re vlla ab annalibus Bertinianis diſſentiunt, ſed ibi breuiùs perſtringuntur hoc « Annales Bertin. an. 849.

Digitized by Google

A. 849. » addito: dum Karolus Aquitanam aggreditur, quòd Nomenoius
» Brito conſuetâ perfidiâ Andegauis & vicina eis circumque loca
» inuadit.] Quod obſeruatu non eſt inutile. Siquidem Synodus illa generalis in Pariſiaco ab Epiſcopis habita, ſub autumnale tempus abſente Karolo rege, dúmque in expeditione illa Aquitanica & Tholoſana obſidione degeret, non alia eſt nec eſſe poteſt ab ea, quam hoc ipſo anno ob perſecutionem Nomenoij Britonis habitam fuiſſe ſub nomine Concilij Turonenſis refert illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, Annalium tomo. 10. ad hunc annum 849. num. 22. ex Synodica Epiſcoporum quæ habetur inter Epiſtolas Lupi Abbatis Ferrarienſis 84. ſine die & conſule, ſed in ſchedis veteribus deſignatus extat apud Baronium hic annus, vt ex illo aduertit R. P. Sirmondus in notis ſuis ad tom. 3. Concil. Galliæ ad pag. *69.* verumtamen illuſtriſſimus Cardinalis hanc Synodum generalem (quam Pariſijs habitam conuincit Chronicon hoc Fontanellenſe) nullo auctore, nomine Concilij Turonici, inſcius retulit, hoc argumento quòd (vt ibidem notauit prædictus R. P.) Synodica illa ad Prouinciam Turonicam ſpectet, & Lantrannus Turonum Antiſtes in ea primùm locum obtineat: ſed infrequens non fuiſſe in Synodis cauſas alienarum Prouinciarum, Metropolitanorum ſcilicet, qui in eis conuenerant tractare: Túncque eorum nomina in expeditionibus præferre moris fuiſſe, vnico & proximæ Synodi exemplo, Pariſiis habitæ anno *846.* probaſſe ſufficiet, ibidem ſiquidem actum de priuilegiis Monaſterij Corbeienſis, & in expeditione eorum Hincmarus, quia in eius Prouincia & diœceſi ſitum erat Monaſterium illud, primus nominatur, & primus reperitur ſubſcripſiſſe præ reliquis metropolitanis, Paulo ſcilicet Rothomagenſi & Vvenilone ipſo Senonenſi, in cuius Prouincia celebrabatur Concilium. Licet etiam Hincmarus eſſet in primò anno promotionis ſuæ, vt habetur in eodem tomo 3. Concil. Galliæ ad annum *846.* Sed illuſtriſſimo Cardinali, cui incognitum erat chronicon illud Fontanenſe, nec aliud alterius loci extabat veſtigium, argumentum illud non illegitimam illi occaſionem præbuit, Synodum illam nomine Turonici concilij inſignire, quam ingenuè & ſine vlla hæſitatione ex chronico illo (ſi notum habuiſſet) Pariſienſe fuiſſe agnouiſſet. Tum maximè quòd huiuſce Synodicæ Lupus Abbas Ferrarienſis, qui chariſſimo metropolitano ſuo Vveniloni vnicè adhærebat, notarius fuerit ſeu exceptor & auctor: nec alioquin ſatis tutum fuiſſet metropolitanis Rothomagenſi, Sennenſi, Remenſi eorúmque Epiſcopis, relictis Prouinciis propriis, etiam abſente rege in cauſa Turonenſis metropolitani, & contra ipſum Nomenoium Tyrannum in regni confiniis & partibus, quas ille circum-

quaque inuaderet, conuentum celebrare. Ad hæc ſi aduertiſſet R. P. maximè vbi notauit, nullo auctore & tam leui argumento, Synodum illam, Turonenſem nuncupatam, certè Pariſienſem fuiſſe qualem probamus inſcripſiſset. Itaque ratum fixúmque ſit nullam fuiſse Synodum Turonicam, ſed Pariſienſem, actam hoc anno ſub autumnali tempore contra Nomenoium ab Epiſcopis quatuor Prouinciarum: ideoque in chronico generalem vocatam, in eáque affuiſse Epiſcopos viginti duo, qui in Synodica illa numerantur, inter quos ſeptem recenſentur ex tredecim illis quos refert Hincmarus placito Cariſiaco, contra Gotteſchalcum interfuiſse. A. 849.

Sed & maximè obſeruandum circa cauſam huiuſce Synodi celebrandæ, de literis Leonis Papæ ad Nomenoium ab eo ſpretis, & literis eiuſdem ſummi Pontificis ad Epiſcopos Britanniæ eodem tempore per Epiſcopos legatos miſſis. Siquidem ex Synodica illa Concilij Pariſienſis, ex Epiſtola Leonis Papæ ad Epiſcopos Britanniæ, & ex Epiſtola Nicolai Papæ ad Salomonem Britanniæ regem, quæ extant, patet ob declarationem quorundam Epiſcoporum illos gratiam ſpiritus Sancti pretio contuliſse, quam vi & fraudibus extorſerat Nomenoius, anno præterito omnium conſenſu ſuſceptam Epiſcoporum aliquot Britannorum legationem ad Leonem Papam, vt quid de eis fieri oporteret ipſe decerneret: Per eoſdem Epiſcopos Legatos reſcripſit Leo Papa Nomenoio, reſcripſit & vniuerſis Britanniæ Epiſcopis; Reuerſi legati in Britanniam Nomenoium adeunt, literas Pontificias ipſi deferunt, ſed reiecti vnà cum literis Pontificiis ſocios vi ſedibus eiectos audientes, ad Lantrannum Turonenſem Archiepiſcopum, ad quem plurimi eorum confugerant, ipſi ſe recipiunt: Ex his cauſis Lantramnus ab aliis ſuprà nominatis Archiepiſcopis, ſeu veriùs à Rege ipſo concilium expoſcit (vt moris fuiſse notatur in principio Concilij Sueſsonici proximè habiti anno 853.) illique omnes iuſsu & conſenſu regis ante Aquitanicam expeditionem exhibito & indicto Pariſiis Concilio tanquam loco magis oportuno quaſi in medio quatuor illarum Prouinciarum, cum Epiſcopis comprouincialibus ſub autumnale tempus illud conuenerunt, vt ex chronico illo Fontaneſlenſi conſtat. Ita vt circuitus ille ab expeditione literarum ſummi Pontificis in reuerſione legatorum ab vrbe Roma in Britanniam, & reliquis quæ vſque ad facultatem à rege conceſſam ante expeditionem Aquitanicam non minùs quàm ſex menſium tempore veriſimiliter peractus ſit, & ſic vtraſque illas literas Pontificias tam ad Nomenoium, quàm ad Britanniæ Epiſcopos, vel ſub finem anni præteriti, vel ſaltem initio præſentis datas fuiſſe neceſſe ſit.

Digitized by Google

A. 849. Sed literas illas ad Epiſcopos Britanniæ, quæ nullâ temporis annotatione habentur, ſuſpicatus eſt illuſtriſſimus Cardinalis ad annum 855. num. 21. poſt mortem Nomenoij & conceſsâ pace Eccleſiis Britannicis tantummodo emiſſas. Nec alius aliter ſcripſit: & error ille vt certus mox apparebit, magis ferendus in illuſtriſſimo Cardinali quàm in R.P. Sirmondo, qui eaſdem literas Pontificias retulit poſt Synodum, quam etiam ille vocat Turonenſem, ſeu Synodicam illam Epiſcoporum quatuor Prouinciarum ad Nomenoium. Cum in eodem tomo Concil. Galliæ pag. 255. ipſemet Epiſtolam Nicolai Papæ ad Salomonem regem Britonum referat integram, in qua Nicolaus Papa inſpectis (vt ibi refertur) Eccleſiæ Romanæ Archiuis, ſe reperiſſe teſtatur vtraſque illas Leonis Papæ literas ad Nomenoium, & ad Epiſcopos Britanniæ ſimul & eodem tempore per legatos illos emiſſas fuiſſe, & verbis tam apertis illud exponit, vt in meridiana luce cæcutiat, qui non aduertat: Nomenoio, inquit, conſulenti, quid de ſpiritus Sancti gratiam venundantibus oporteret fieri: Reſpondit nihil inquiens, præter quod Sancti canones ſuper his præcipiunt, ipſas regulas apicibus ſuis interferens: nam qualiter & à quot vel à quibus ſanxit Epiſcopos condemnari ſcribens eodem tempore Britanniæ regionis Epiſcopis euidenter inter cætera vt eadem ipſa verba ponamus decreuit &c.] Et vt nemini dubium ſubeſſe poſſit de his non de aliis intelligi literis, plurimas refert ſententias ex eadem illa de qua agitur Leonis Papæ Epiſtola ad Epiſcopos Britanniæ.

Nicolai P. Epiſtola ad Salomonem regẽ.

Cap. 13.

CAPVT XIII.

Quo tempore B. Prudentius geminum opus ſuum emiſerit; prius ſcilicet Anno 849. poſterius 852. De priori opuſculo quod ad Hincmarum ipſum & Pardulum Laudunenſem Epiſcopum, fidum Hincmari aſſeclam, ex conſenſu generalis Synodi Pariſiacæ miſit: Eiuſque opuſculi præfatio & nonnulla fragmenta, donec totum opus R.P. Sirmondus publici iuris faciat.

HÆc autem gemina obſeruatio in expendenda ratione temporis ſimul, & auctoritate ſcriptorum Prudentij Tricaſſini Epiſcopi, cuius in hac aduersùs Hincmarum mota controuerſia præcipuum pondus fuit, non minimùm conferet. Siquidem in opere

opere ſuo contra Ioannem Scotum cap. 3. vbi meminit huius Epiſtolæ Leonis Papæ ad Epiſcopos Britanniæ, vt ſancti Iſidori auctoritatem confirmet, ante triennium emiſſam refert, his verbis, maximè cum & hodiéque Leo venerabilis Apoſtolicæ ſedis Antiſtes, miſsâ ante triennium ad Epiſcopos Britannorum, qui Galliæ inferiores partes incolunt, ſuper quibuſdam quæſtionibus, ſuæ reſponſionis Epiſtolâ cenſuit, vt quicquid in dubium deueniret atque in ſacris Canonibus minimè inueniri poſſet, ad Catholicorum Patrum volumina confugiendum, & in eis quicquid eſſet ambigui requirendum, atque ſequendum, quos cum nominatim exprimeret, Beatum Iſidorum cum cæteris eodem honore & dignitate pariter annotauit:] Et in eodem opere cap. 11. Prudentius refert primùm opus ſuum ante biennium Hincmaro & Pardulo Epiſcopis conſenſu Synodi miſſum his verbis: etſi nuſquam eorum (ſcilicet Sanctorum Patrum) ſcripta legiſſes, ſatìs ea te poterant de his omnibus informare, quæ ante Bienninm ex illorum libris deflorata quibuſdam fratribus, conſenſu Synodi mittere curaui &c.] Vnde præſuppoſitis, quæ hîc retulimus, vt veriſſimâ & certâ fide ſtabilita ſunt, conſtat opus illud Prudentij contra Ioannem Scotum Erigenam ſcriptum fuiſſe anno 852. circa æſtiuum tempus poſt triennium Epiſtolæ Leonis Papæ ad Epiſcopos Britanniæ datæ ſub finem anni 848. aut ſub initium ſequentis, & poſt biennium Synodi illius Pariſienſis, quam ſub autumnale tempus anni 849. habitam vidimus. Conſtat pariter illud primùm S. Prudentij opuſculum, ab ipſo propoſitum fuiſſe Synodo illi generali Epiſcoporum quatuor Prouinciarum, ipſo præſente Hincmaro & eorum conſenſu emiſſum.

Prudentius cõtra Scotum cap. 3.

Ibid. cap. 11.

Nunc igitur expendamus quod & quale fuerit primum illud opuſculum, quomodo publicatum & quid inde conſecutum ſit. Iam vidimus Prudentium ab ipſo Hincmaro de iis quæ in cauſa miſerabilis illius monachi acta & agitata fuiſſent, monitum, eius conſilium expetitum, deſideratam præſentiam: Reſcripſiſſe Prudentium ad ea, quæ miſerabilis illius Monachi perſonam reſpicerent, non minùs à prudentio, quam ab Hincmaro familiare colloquium deſiderari quæ ſequuntur argumento ſunt: ſed & Prudentius de his omnibus quæ in placito illo acta fuiſſent certior factus per Vvenilonem Metropolitanum ſuum qui in his Controuerſiis Hincmari & ſimilium aulicorum ſententiæ non adhærebat (vt ſuo loco patebit) quæſtiones illas accuratè ex ſacris paginis, & antiquorum patrum ſcriptis expendere ſtuduit, eorúmque celeberrimas ſententias & certiſſima veritatis teſtimonia in quaternionibus ſuis collegit, quos ſcriptæ ad Hincmarum Re-

A. 849. menſem Archiepiſcopum,& fidum eius Achatem, nec minùs aulicum & iuniorem Epiſcopum Laudunenſem Pardulum Epiſtolæ ſubiecit & ad ipſos mittere curauit, ſed non niſi priùs communicato conſilio, & habito conſenſu celebris illius generalis Synodi Pariſienſis, in qua, vt patet ex ſupradictâ Synodica, præſidebant quatuor Prouinciarum Metropolitani, Vvenilo Senonenſis, Paulus Rothomagenſis, Landrannus Turonenſis, & Hincmarus Remenſis, affuerunt & alij octodecim earundem Prouinciarum Epiſcopi, inter quos Prudentius ipſe & Pardulus Laudunenſis,præter abbates & alios doctiores presbyteros, ſacerdotes & Diaconos, qui cum Epiſcopis ſuis ſecundùm Eccleſiaſticum morem eidem Synodo interfuerunt: & ſpecialiter Lupus Abbas Ferrarienſis Synodi Notarius, Synodicæ Epiſtolæ exceptor & compoſitor, Metropolitani & Epiſcopi ſui Vvenilonis fideliſſimus comes & genius.

Prudentius igitur ad Synodum illam euocatus, incertus vtrum Hincmarus, & Pardulus eo conuenirent, opuſculum illud ſecum detulit, Synodo illis præſentibus expoſuit, eorúmque ſententiam, quam Hincmarus prædictâ Epiſtolâ ei inſinuauerat, toto cœlo à ſententiis Sanctorum Patrum, quas ſimul opuſculo illo collectas exhibuit, diſtare comprobauit: quid plura opuſculum illud Synodus tacitè ratum habuit: ſiquidem ad Hincmarum & Pardulum mitti conſenſit, & totum hunc de hoc opuſculo habitum in Synodo tractatum, vnà cum executione duobus verbis Prudentius ipſe perſtrinxit (vt ſuprà) quæ ante bienniuni ex illorum (ſcilicet Sanctorum Patrum) libris deflorata quibuſdam fratribus conſenſu Synodi mittere curaui.]

Opuſculi illius exemplar habet R. P. Sirmondus, quod ſuâ manu deſcripſit ex manuſcripto codice ſancti Arnulphi Metenſis,qui jam ab inimicâ manu laceratus vel ſubtractus ibi deſideratur, fruſtráque à nobis & aliis expetitus eſt: Ita vt ſolum ſuperſit Apographum à R. P. deſcriptum, quod ſæpiùs atque alia ſcripta (quæ plurima habet eiuſdem notæ) rogatus vt in publicum emitteret, aliquando cum notis id ſe facturum pollicitus,tandem ſpem omnem abripuit, ipſúmque Apographum à nobis diù deſideratum, & fruſtrà expetitum eſt, ſolâ nobis vix & curſim exhibitâ lectione, & alterâ vice ægerrimè conceſsâ præfationis ne quidem integræ deſcribendæ facultate, vt rei geſtæ ſaltem ſeriem colligere valeremus, quam ipſam præfationem quaſi theſauri partem non ignobilem R. Patris beneficio donec opus integrum publici iuris faciat, hic reponere gratiſſimum & vtiliſsimum fore nullomodò dubitamus.

Digitized by Google

Epiſtola Prudentij Epiſcopi ad Hincmarum & Pardulum Epiſcopos.

DOMINIS prædicabilibus doctrinâ, & ſanctitate præſtantibus honorabiliter Hincmaro & Pardulo Pontificibus, Prudentius. Beatitudinis veſtræ amator cultórque fidiſsimus æternam in Domino ſalutem: Optaueram quidem (mi patres admodum Reuerendi fratréſque in Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto plurimùm diligendi) de propoſitis quæſtionibus ſecreto, amicabilique vobiſcum tractare colloquio, & quicquid ſupernæ gratiæ dono ſaniùs ſalubriúſque videri poſsit; remotâ penitùs vincendi peruicaciâ repulsâque ſua cuique ſtudia tuendi libidine diligenter exquirere. Verùm obliquatis indiuerſa rebus ad eo auerſus reſilij, vt ne voluntatem meam ſaltem exponendi facultas ſuppeteret. Vnde quoniam colloquendi libertas tantopere denegata eſt, coactus ſum eo ſinceriſſimæ charitatis affectu, quem veſtrę vnanimitati peculiariter debeo, literariam, quantulacunque eſt, operam exhibere, & quid votis conceperim, ſcriptis edicere: hoc primùm præcipuéque veſtram ſinceritatem monens & poſtulans, vt doctrinam Beatiſsimi Patris (AVGVSTINI) omnium abſque vlla dubietate vndecunque doctiſsimi, Sanctarum ſcripturarum auctoritati in omnibus concordiſsimam (quippe nullus doctorum abſtruſa earum ſcrupuloſiùs rimatus, diligentiùs exquiſierit, veriùs inuenerit, veraciùs protulerit, luculentiùs enodauerit, fideliùs tenuerit, robuſtiùs defenderit, effuſiùs diſſeminauerit) veſtri Pontificatus tempore commento quolibet impugnari non permittatis: quando tanto cœleſtis gratiæ munere donata exiſtit, vt nullo cuiuſquam conamine vllatenùs euelli poſsit: Cum eam & Apoſtolicę ſedis ſublimitas, & totius Eccleſiæ Catholicæ vnitas auctoritate concordiſsimâ approbarint, ac roborarint. Adeo vt nullus ei ſingulariter, verùm vniuerſitati Eccleſiæ Catholicę cum ea & in ea queat anniti. Si enim aduerſam fidei orthodoxæ in quoquam conſpiceret, nequaquam eam Romanæ Eccleſiæ Antiſtes venerabilis INNOCENTIVS eum totius orbis Epiſcopis ſuſcepiſſet: neque prædictum Patrem memorabilem ſuarum Epiſtolarum communiter priuatímque officiis affeciſſet, neque ſucceſſor eius ZOZIMVS eodem tramite cucurriſſet, neque BONIFACIVS eiuſdem Apoſtolicæ ſedis præſul Epiſtolas Pelagianorum ſibi delatas ei ad reſpondendum miſiſſet, aut reſponſionem eius quatuor libris editam probabiliter atque honorabiliter ſuſcepiſſet: COELESTINVS quoque memoratæ vrbis Epiſcopus, quid contra Gallorum inſaniā ſuper eo eiuſq; doctrina

De S. Auguſtini doctrina.

A. 849. „ ſenſerit, ex auctoritate Apoſtolica Decretorum ſuorum ſcita „ declarant, quæ ita ſe habent: *Nec tamen mirari poſſumus ſi hæc* „ *erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcen-* „ *tium fratrum memoriam diſſipare. Auguſtinum ſanctæ recordatio-* „ *nis virum pro vita atque meritis in noſtra communione ſemper ha-* „ *buimus: nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit,* „ *quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros opti-* „ *mos, etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur: Benè ergò de eo* „ *omnes in commune ſenſerunt, vtpotè qui vbique cunctis & amori* „ *fuerit & honori.* Nec minus LEO Papa beatiſſimus ſuper eius „ æſtimatione ſenſiſſe credendus eſt, qui Eutichetis damnans ve- „ ſaniam, cum fidem Orthodoxam collectis Catholicorum Docto- „ rum ſententiis adſtrueret, Beati Auguſtini ſententias interpone- „ re non ambegit. Quantus etiam beatiſſimo Papæ GREGORIO „ fuerit habitus, indicat eius Epiſtola quam ad Innocentium * E- „ piſcopum miſit, in qua hæc eius verba ſunt. *Quod verò in expoſi-* „ *tione Sancti Iob tranſmitti vobis codicem voluiſtis de veſtro om-* „ *ninò ſtudio gaudemus, quoniam illi rei eminentiam veſtram ſtude-* „ *re conſpicimus, quæ nec totos foràs vos exire permittat, & ad cor* „ *iterum ſæcularibus curis diſperſos recolligat: ſed ſi delicioſo cupitis* „ *pabulo ſaginari, Beati Auguſtini Patriotæ veſtri opuſcula legite, &* „ *ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quæratis.*

*leg. *Præfectum*

Sanè Sanctus FULGENTIUS mirabilis doctrinæ Epiſcopus, Monimo ſuper perditorum interitu de Prædeſtinatione Beati Auguſtini verbis ſiſcitanti, nequaquam librum reſponſionis in „ defenſionem ſententiæ tanti Patris edidiſſet, ſi eum Catholicæ fi- „ dei contraria ſenſiſſe, vel certè ſcripſiſſe cognoſceret, cum qui- „ dam Gallorum (ſicut quidã de eis, ait, quòd eorum ſint ſemper re- „ pentina conſilia) nequaquam Prædeſtinationem perditorũ repre- „ henderint, ſed Sanctorũ Prędeſtinationi nouo conludio derogare „ maluerint, quorum inſanæ præſumptioni memorabilis idem Aug. „ Doctor eximius, petentibus Proſpero & Hilario Orthodoxè reſ- „ pondens duos lib. alterum de Prædeſtinatione Sanctorũ, alterum „ de bono perſeuerantiæ pleniſſimè fideliſſiméq; confecit, in quibus „ perpauca de Prædeſtinatis ad interitum, quam plura verò de Prę- „ deſtinatis ad gloriam veriſſimè diſſeruit: cum iterum &c.]

Tum Prudentius eodem opuſculo quæſtiones propoſitas de gemina Prędeſtinatione, de Libero arbitrio, & Morte Chriſti pro ſolis fidelibus, ex Sanctarum Scripturarum veritate ſigillatim ſub prima etiam quæſtione etiam aliquas interſerens de Voluntate Dei, perſpicuè ſolidéque abſoluit. Subjunctis ſimul plurimis Sanctorum patrum & præcipuè S. Auguſtini in ſententiam ſuam teſtimoniis, quam breuiùs nec minùs dilucidè tractoriâ ſuâ, ſuo loco referendâ, expreſſit.

Digitized by Google

A. 849.

Huius opuſculi etiam de tribus in eo tractatis quæſtionibus hæc habemus teſtimonia: & primum quidem circa Prædeſtinationem Prudentio curæ fuiſſe probare, Deum peccati auctorem non eſſe, nec aliquem ad peccandum compellere, geminam tamen confitendam eſſe Prædeſtinationem Electorum ad vitam æternam, & Reproborum ad ſempiternum interitum teſtis eſt Rabanus Epiſtolâ poſteriori ad Hincmarum, qui opus illud ipſi diſcutiendum proximo Vere tranſmiſit. Prudentius (inquit) ad « vos & ad Pardulum ſcribens, plura teſtimonia præteritorum fra- « trum in quaternionibus ſuis collegit, in quibus aliquando noſtro « ſenſui concordat, hoc eſt, vbi dicit peccati Auctorem Deum non « eſſe, nec aliquem ad peccandum compellere, præmium verò iu- « ſtis immenſâ gratiâ miſericorditer tribuere, pœnam autem con- « dignam iniquis pro malis eorum operibus iuſtè reddere, quia « iuſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, & Sanctus in omnibus « operibus ſuis. Sed quando dicit, quòd Deus ſicut Electos Præ- « deſtinatione ſuâ ad præmium æternum perducit; ita Prædeſtina- « tione ſuâ cogat peccatores in interitum ire, hoc mihi videtur in « congregatione teſtimoniorum ſuorum facere velle, vt credamus « & confiteamur iuxta traditionem Gotteſchalci, geminam eſſe « Prædeſtinationem, ſcilicet quod ſicut Electos præſciendo & « prædeſtinando Deus ducit ad vitam, ita Reprobos præſciendo « & prædeſtinando ducat ad pœnam. Sed quia hoc nuſquam in « Scripturis Sacris ita mixtìm poſitum inueni, eius traditionibus « aſſentire non acquieſco.] En quale de hoc opuſculo Rabani iudicium.

Rabanus Epiſtolâ ad Hincm.

De gratia & libero arbitrio plenè actum fuiſſe in eodem opuſculo, ipſe ſibi Prudentius teſtis eſt in opere ſuo contra Ioannem Scotum, cap. 4. his verbis. Et quia, inquit, de Gratia & « Libero Arbitrio ſatìs abundéque & à Patribus actum eſt, & à no- « bis atque aliis adæque Catholicis nimirum viris eruditiſſimis de- « cerptis, atque collectis eorum ſententiis elaboratum eſt, vnam « tantummodo Beati Patris Auguſtini ſententiam ad medium de- « duxiſſe ſufficiat &c.] «

Prudentius cõtra Scotum cap. 4.

Sed & eodem opuſculo agitatam tertiam quæſtionem de Morte Chriſti, & pro ſolis fidelibus & Chriſtianis fuſum Chriſti Sanguinem, Sacrarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum auctoritate à Prudentio ibidem comprobatum refert & improbat Hincmarus in opere ſuo de Prædeſtinatione cap. 34. pag. 291. Cæterùm, inquit, quod dicit Dominus Prudentius in libello « ſuo, quem ad quoſdam fratres antequam ſuprà memoratam Epi- « ſtolam Veniloni Archiepiſcopo ſuo direxiſſet, compoſuit: cùm « enim (inquiens) quemadmodum Sancti Euangeliſtæ, veriſſimi «

Hincmar. de prædeſt. cap. 34.

A. 849. » videlicet dictorum ipſius factorúmque ſtipulatores atque ſcri-
» ptores teſtantur, inter cœnandum myſteria, ſuæ quam volunta-
» te ſubiit mortis prorſus indebitæ, noſtræque Redemptionis edi-
» ceret, pro quibus pateretur intimauit: dicit enim Matthæus,
» *Et accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex* Matt.
» *hoc omnes: Hic eſt Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro mul-* 26.v.27
» *tis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Marcus autem, *Et ac-* Marc.
» *cepto Calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, &* 14.v.14
» *ait illis, Hic eſt Sanguis meus Noui Teſtamenti qui pro multis*
» *effundetur.* Lucas verò, *Et accepto pane gratias egit, & fregit, &*
» *dedit eis dicens, Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur,* Luc. 22. v. 19.
» *hoc facite in meam commemorationem: ſimiliter & Calicem poſt-*
» *quam cœnauit, dicens, Hic eſt Calix nouum Teſtamentum in San-*
» *guine meo, quod pro vobis effundetur.*]

Cap. 14.

CAPVT XIV.

Lupus Abbas Ferrarienſis à Rege Karolo Caluo ſuper iis quæſtionibus ſententiam rogatus, ex Sancti Prudentij mente reſpondet, & ab eodem Rege Ratramnus mandatum accepit, vt Sanctorum Patrum in hac quæſtione ſententias in vnum colligeret. Hincmarus tertiò ad Rabanum ſcribit. Rabani reſponſio breuiter expenditur.

HÆc ſunt quæ reperimus huius opuſculi fragmenta, quod poſt peractam Synodum illam quatuor Prouinciarum ad Hincmarum & Pardulum ſub anni finem emiſſum eſt: & paulò poſt Rege Karolo ab expeditione Tholoſana Biturigas reuerſo, menſe Decembri (vt ſupra relatum eſt ex Chronico Fontanellenſi) Lupus Abbas Ferrarienſis, qui ob Monaſterium ſuum Regi dona & militiam facere debebat (vt patet ex notitia de Monaſteriis quæ regi militiam, dona vel ſolas orationes debent in notis R. P. Sirmondi ad tom. 2. Concil. Galliæ pag. 685.) & in altera obſidione Tholoſana, Regem ſecutus captiuitatis moleſtias paſſus fuerat (ipſo teſte Epiſtolâ 91. iuxta Annales Bertinianos ad annum 844.) & ab iſta regia expeditione ſolutus, ſicut à Rege ipſo precibus Parduli expetierat Epiſtolâ 78. & interim Synodi prædictæ affuerat, ſiquidem ipſe ſynodicam edidit, vt proximus erat vrbi Biturigum, itinere vnius aut alte-

rius dici ſolùm interjecto, confeſtim ad regium Comitatum Biturigas accurrit. A Rege inquiſitus de iis quæ in Synodo illâ generali peracta fuerant, etiam ea, quæ circa Prudentij opuſculum de tribus illis quæſtionibus ibidem agitata fuiſſent, Regi memorare neceſſe habuit. Regíque percunctanti quid nam ipſe ſentiret, liberrimè ex diuinis Scripturis, & Sanctis Patribus iuxta Prudentium ipſum ſenſa ſua expoſuit: quâ de cauſa ab Hincmaro, Pardulo, & aliis aulicis aſſentatoribus, quaſi impietatis & infidelitatis notatus, anno ſequenti in confirmationem eiuſdem ſententiæ libellum ſuum edidit ad Regem ipſum, in cuius præfatione huiuſce collationis & prauæ tractationis ſic meminit. A. 849.

Domino glorioſo Regi Karolo ſincerè fidelis Lupus. Dudum Lupi Ferrar. Epiſt. ad Karol. Regem.
in vrbe Biturigum quæſiſtis de Prædeſtinatione & Libero Arbi- »
trio, ac Redemptione Sanguinis Christi quid ſentirem: & ego »
quod in diuinis literis didiceram, & in maximis auctoribus inue- »
neram, veſtræ majeſtati ſtrictim aperui. Et quoniam aliter vide- »
tur quibuſdam, qui me putant de Deo non piè fideliterque ſenti- »
re, ipſo Deo, cui ab intelligibili ætate plurimùm confiſus ſum, »
ſenſum & ſtylum meum regente, memoratas quæſtiones, quas »
audacter multi ventilant, intelligenter pauci capiunt, breuiter, »
veraciter, perſpicuéque diſſoluam &c.] Reliqua anno ſequenti, »
quo liber ille ſcriptus fuit, videbimus.

Ratramnus Corbeienſis Monachus huic collationi, vel alteri de gemina Prædeſtinatione coram Rege habitæ diſſertationi præſens, vt doctrina eius cuique, & Regi ipſi notiſſima erat, ſententiam ſuam rogatus pari libertate pro gemina Prædeſtinatione, & verâ Christi gratiâ Regi protulit, vnde ab eo mandatum accepit, vt Sanctorum Patrum in hac quæſtione ſententias expenderet, & in vnum colligeret, quas Regiæ Majeſtati referret: ſic ſiquidem in præfatione libri primi de Prædeſtinatione Dei ad Ka-
rolum Regem, inquit, cuius quoque Religionis amore, humi- » Ratramnus de prædeſt. in præfat.
litati noſtræ Majeſtas veſtra injungere dignata eſt, vt de nuper »
exorti quæſtione; ſed olim iam à Sanctis Patribus determinatâ, »
collecta ex Sanctorum libris capitula vobis dirigerem, quibus »
qualiter de ea ſentirem manifeſtiùs vobis eluceret: cùm enim »
vniuerſa cautè diſquiritis & diligenter diſponitis, tum quoque »
in hac quæſtione, cuius profunditas multos caligare facit, ſtu- »
dioſè valdè & modeſtè inceditis, vt Sanctorum ſententias ex ea »
cognoſcentes, quid poſtea prudentiam veſtram agere oporteat, »
deliberetis.] »

Vnde liquet Regem ipſum non ita in contraria ſententia obſirmatum, quin eorum, quæ in Synodo illa quatuor Prouinciarum

A. 850. acta fuiſſent relatione, Prudentij, Lupi Ferrarienſis, Ratramni & ſimilium auctoritate concuſſus, Sanctorum Patrum dicta expendi voluerit: immo & Hincmarus ipſe auctoritate ſynodi in qua præſens contemptus, & tot tantorumque Epiſcoporum, & aliorum tum doctrinâ tum pietate præfulgentium pondere labefactatus, ſed maximè ſententiis, tot tantorùmque Patrum in vnum congeſtis, quaſi vi fulminis percuſſus & conſternatus, vnicum habuit apud Rabanum, cuius patrocinium in Gotteſchalcum ſuſceperat, refugium.

ANNO 850. Itaque anno 850. menſe Martio proximâ iam Paſchali feſtiuitate, Hincmarus ad Rabanum ſcripſit, quicquid in Gotteſchalcum actum eſſet, tam in placito Cariſiaco, quàm poſtea notum fecit, eius geminam confeſſionem, vel ſaltem prolixiorem, vnà cum opere, quod ipſe Hincmarus confecerat ad recluſos & ſimplices ſuæ parrochiæ, Epiſtolâ Ratramni ad Amicum, opuſculo Prudentij de quo ſuprà, & aliorum ſcriptis in eandem ſententiam diſcutienda remiſit: ſententiam eius de opere ſuo ad recluſos expetit, & refutationem opuſculi Prudentij, vnà cum vero diuerſorum Patrum ſenſu, in ſententiis eorum plurimis ibidem collectis requiſiuit. Incertum vtrum Antigraphum Epiſtolarum Rabani ad Nothingum & ad Eberardum exquiſierit, ſed eas à Gotteſchalco corrumpi ac vitiari monuit.

Flodoard. lib. 3. cap. 21. Tertiæ huius Hincmari ad Rabanum Epiſtolæ his verbis meminit Flodoardus lib. 3. cap. 21. De his quæ quibuſdam Epiſcopis ſcripſit Hincmarus. Item (ad Rabanum) de doctrina & hæreſi eiuſdem (*Gotteſchalci ſcilicet*) & quid in eum fecerit poſtquam in ſynodo hæreticus comprobatus fuerat, nec corrigi potuit, & quid ipſe contra doctrinam eius ſentiat, damnationémque ipſius, quæve contra eundem ſcripſerit huic diſcutienda direxit, quærens etiam qualiter de Trinitatis fide ac prædeſtinatione diuerſorum Patrum ſint intelligendæ ſententiæ, in qua Epiſtola aſſerit hunc Beatum Rabanum ſolum tunc temporis de diſcipulatu Beati Alcuini relictum.] Hæc Flodoardus: ſed notandum id quod dicitur de Trinitatis fide, forſan pro voluntate Dei poſitum, quippè tunc nondum agitata fuerat de Trinâ Deitate mota poſtea controuerſia, nec eius vllatenùs meminit in reſponſione Rabanus. Quid verò ipſe de hac Hincmari Epiſtola referat vnà cum eius reſponſione expendendum.

Quò ad Gotteſchalcum ipſum attinet, confeſſionem eius (vt ſupra relatum) ſolius arrogantiæ & ſuperbiæ, & in ſententia ſua pertinaciæ arguit, ſed & improbat quod eum ſcribere permiſerit Hincmarus, nec diutiùs cum eiuſmodi hominibus diſputandum cenſet.

Ego

A. 850.

Ego autem, inquit, quantum præſumo vos admoneo, vt has «
contentiones noxias in populo Chriſtiano fieri prohibeatis, & «
ipſum Gotteſchalcum huius erroris auctorem, nec ſcribendo, «
nec loquendo vltrà, tam multis nocere permittatis. Miror enim «
prudentiam veſtram quod iſtum noxium virum, hoc eſt Gotteſ- «
chalcum, qui in omnibus vituperabilis inuentus eſt, quia nec «
Monachi votum, nec ſacri ordinis ritum, ſed neque prædican- «
di officium legitimè obſeruauit, ſcribere aliquid permiſiſtis, in «
quo officio magìs nocere potuit, quàm viuâ voce loquendo.] «
Et iterum: vnde bonum mihi videtur ſi vobis placet, quòd ſu- «
prà memorato hæretico nulla detur occaſio atque licentia ſcri- «
bendi, atque cum aliquo diſputandi, antequam ſi poſſibile ſit «
eius mens & ſenſus ad Catholicam redeat doctrinam: oretur au- «
tem pro ipſo &c.] Sed & non laudat vt interim communio ei «
tribuatur, & attendite, inquit, quomodo vos ſine crimine poſ- «
ſitis eſſe, qui in Synodo veſtra hanc ſectam nefandam ſimul «
cum hæretico damnaſtis, ſi ei modo incorrecto communicaue- «
ritis. Debetis enim correctores eſſe malorum, non ſecutores er- «
rantium.] «

Rabani Epiſtola ad Hincm.

Et hic obiter notandum Gotteſchalco in ergaſtulum retruſo ſcribendi facultatem conceſſam eà cautione, vt ſcripta eius omnia reliquis ignota, ad Hincmarum deferrentur, eius iudicio, prout ipſi videretur & expediret, ſupprimenda vel publicanda: nec enim aliter vlla apparuiſſe conſtat. Tum ſeueram illam Rabani in miſerabilem illum Monachum coërcitionem, ſeueriùs etiam vſurpatam; vt in morte etiam communio denegata ſit, vt ſuo loco videbitur.

De Epiſtola ipſa Hincmari & cum ea miſſis ſcriptis hæc habet Rabanus in principio: proximo vere, hoc eſt, in Martio «
menſe in diebus quadrageſimæ appropinquante Paſchali ſolem- «
nitate veſter nuncius ad me veniens portauit veſtram Epiſto- «
lam, ſimul & opuſculum, quod feciſtis ad recluſos & ſimpli- «
ces, qui in veſtra parrochia conſiſtunt contra Gotteſchalci «
errorem: afferebat etiam ſecum aliorum ſcripta, qui prope- «
modum memorati hæretici dogma ſequuntur, ſed non vſque- «
quaque &c.] «

Epiſtola Rabani.

De hoc Hincmari opuſculo & Ratramni Epiſtola, ſed & de Prudentij libello iudicium Rabani ſuprà ſuis locis retulimus, nec repetendum: quomodo autem refutationem opuſculi Prudentij detrectet his verbis exprimit. Sigillatim autem cun- «
ctis propoſitionibus eius per ſingula loca reſpondere, & ſenten- «
tiis illis, quas ipſe ex multis libris congregauit, contrarias ſen- «
tentias apponere non me permittit infirmitas corporis, nec ægri- «

Ibidem.

A. 850. „ rudo ſenectutis. Quæ autem de præſcientia & prædeſtinatione
„ Dei in ſacris libris didici, & ſententias quas probatas à Canoni-
„ nicis Scriptoribus in diuinis teſtamentis inueni, prout memoriæ
„ tunc occurrebant, in opuſculis meis inſerui, quæ ad Nothingum
„ Epiſcopum & Ebetardum Comitem, præterito tempore contra
„ Gotteſchalci errorem confeci, quæ etiam opuſcula quæ dixi-
„ ſtis, quod memoratus Gotteſchalcus ea corrumperet ac vitia-
„ ret, vobis modò, prout à me dictata ſunt, ad legendum tranſ-
„ miſi, & ſi quid in eis emendandum ſit, veſtro iudicio magis eligo
„ corrigi, quàm hæretici.]

Verùm (vt ſuprà retulimus) ex Cenſurâ Eccleſiæ Lugdunenſis, Rabanus Epiſtolis illis quæſtionem de gemina Prædeſtinatione, ne leuiter quidem attigit; ſed pluribus in vnum coniectis ſententiis Deum peccati auctorem non eſſe comprobauit, quod non minùs, quàm Rabanus Gotteſchalcus ipſe exhorruit. Poſtremo ſuperadditis ex Apoſtolo & Prophetis, & aliquibus antiquis Scriptoribus, ſimillimis ſententiis, & paucis de Voluntate Dei adjectis huic Hincmari petitioni ſatisfactum ſic eſſe concludit.

Ibidem. „ Hæc ergò de Præſcientia Dei & Prædeſtinatione, & quod ipſe
„ Deus omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis vult
„ peruenire, Apoſtolicarum ſententiarum ſenſu iuxta præcedentium
„ Patrum expoſitionem, prout potui, & aſſidua infirmitas me
„ ſinebat, iuxta petitionem veſtram breuiter & ſtrictim hìc colle-
„ gi, ſciens, quod vos plura inde colligere poteſtis, ſicut eruditio
„ veſtra & valetudo meam imperitiam & infirmitatem per omnia
„ excellens vos agere permittit.]

Cap. 15.

CAPVT XV.

Lupus Seruatus Presbyter Moguntinus Anno 850. Libello aureo de Tribus quæſtionibus edito, hoc eſt de Libero Arbitrio, geminâ Prædeſtinatione, & taxatione Sanguinis Chriſti Gotteſchalci ſententiam confirmat.

Dvm hanc Rabanus Moguntiæ Archiepiſcopus dictaret Epiſtolam. Ibidem Lvpvs Servatvs eiuſdem Eccleſiæ venerabilis Presbyter nec minùs doctrinâ & pietate conſpicuus aureum illum emiſit Libellum de Tribus quæſtionibus, ab iis omnibus qui ſcriptores Eccleſiaſticos recenſuerunt, Si-

geberto, Trithemio, & aliis plurimum laudatum, qui (*iam excuſus extat ex M. S. Codice Sancti Amandi in Pabula*) Typis mandatus extitit. Venerabilis ille Presbyter, quem vidimus vnà cum Iona & Marcuuado Abbate Prumienſi, à Gotteſchalcode hiſce Tribus quæſtionibus conſultum, & Synodo Moguntinæ affuiſſe, inter eos (vt veriſimile eſt) qui Rabani ſententiæ non adhærerent, à Rabano ipſo vel ab aliis monitus ab anno præterito 849. in Gallia Eccleſiæ ſi non conuti fidem, turbari certè quorundam intentionem, (hæc ſunt eius verba) quod de Libero Arbitrio, de Prædeſtinatione Bonorum & Malorum, ac de Sanguinis Dei taxatione vulgò quædam inaudita iactarentur: harum rerum qui per ſe non poſſent, optaui, inquit, vt per me fierent certiores.] Quod ipſo teſte hoc libello præſtitit, inuocato in auxilium Deo, & poſt anxiam & diutinam ſacrarum Scripturarum & ſanctorum Patrum ſcrutationem, & iugem meditationem, ſibi nihil, Deo plurimùm confidens, quaſi ſupremum Cygni cantum morti proximus (ſiquidem anno ſequenti vitâ functum notat Chronicon Hirſaugienſe, ad annum 851.) aureum illum libellum, quem iugi meditatione & ſingulari ſtudio à Synodo illa Moguntina parauerat, publici iuris fecit. Quoniam plures (vt inquit) ſanctorum Patrum opera ſole clariora diuinis irradiata eloquiis, vel non haberent vel non intelligerent, ſícque alterum vel neutrum habentibus adeſſe contendit, vt vtrumque poſſidentes non oſtenderit.]

A. 850.

Lupus Seruatus de Tribus quæſt.

Primam quæſtionem de Libero Arbitrio ſic expendit, vt primùm de Deo omnium opifice totius mutabilitatis expertè, & omnes creaturas rationales ſempiternâ apud ſe immutabilitate cuſtodiente, deinde de Angelica & humanâ creaturâ in ſtatu naturalis innocentiæ, quinque primis ſectionibus præfatus, quinque ſequentibus agat de peccato primorum parentum, eiuſque pœnâ, in omnibus vitiatâ naturâ, & ad bonum amiſſâ libertate, niſi gratia Chriſti reſtauretur: ita (inquit inter reliqua ſectione 9. & 10.) Primus homo ſponte quidem cecidit, in quo ipſi originaliter lapſi ſumus: ſed cœno peccati nos etiam ſi volumus expedire non poſſumus, vt reſurgamus, niſi proſtratos extrahat, & erigat gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; voluntarij criminis tantum malum non hominem primum modò, ſed vniuerſam etiam eius ſobolem ſexu vtriuſque copulâ manantem, merito ſempiternæ damnationis obſtrinxit, quam, cum eadem cauſa ſit omnium, communiter omnes paterentur: quippè qui non Deo, ſed diabolo auſcultauerint omnes: nec hinc oriretur conqueſtio æquitate ſeruatâ, præterquam quod merentur nullis recipientibus, niſi eſſet Deus quemadmodum incomparabili-

Quæſtio 1. de Gratia & Libero Arbitrio.

A. 850. » ter iuſtus, ita ineffabiliter pius. Cum itaque ſuo merito pereun-
» dum eſſet omnibus, plures diuinâ bonitate ſaluantur: in his
» cognoſcamus & amplectamur miſericordiam eius, & vt his ag-
» gregari mereamur, ſupplici obſeruantiâ mandatorum ipſius, &
» precibus aſſiduis flectamus indulgentiam eius. Cùm verò itidem
» plures damnantur, non reprehendamus, quia merito ſuo iuſtè
» damnantur: ſed pertimeſcamus iudicium eius, qui eſt terribilis
» in conſiliis ſuper filios hominum, nóſque paria merentes, mire-
» mur potuiſſe ſaluari, & omni conſideratione feruentiùs ac-
» cendamur, ad amandam, laudandam, prædicandam miſericor-
» diam eius.]

In fine eiuſdem ſectionis & ſequentis, probat Deum non eſſe au-ctorem causámque perditionis hominis; quem & rectum condi-dit, & poſſet ſi vellet, in ſuo ſtatu manere monendo monſtrauit.]

Sect. 12. querulis oſtendit cur fecerit Deus hominem quem pec-
» caturum ſciebat: Conſtanter dixerim (inquit) nullam Dominum
» creaturam quæ mala peccando futura eſſet, facturum fuiſſe; niſi
» aut eam iterum bonam, aut ex ea boni aliquid facere decreuiſſet:
» maluit enim ex malis bonos vel benè facere, quam mala nulla eſſe
» permittere, & hominum quidem pleroſque vel originali, vel
» proprio vitio malos reformat in bonos, nulla eis imputatâ ini-
» quitate ſuâ, quod firmiſſimè tenendum eſt, gratuitâ bonitate:
» Spirituum autem immundorum neminem hæc dignatur gratia,
» quorum pertinaci ſuperbiæ nullo veniæ decreuit ſubuenire re-
» medio.]

Et continuò ſummam Dei prouidentiam in moderanda ipſa tam dæmonum, quàm perditorum hominum malitia demonſtrat.
» Horum tamen, inquit, eorumque participum hominum perdito-
» rum, quanquam ipſis nolentibus benè vtitur famulatu, dum his
» vel apertè ſæuientibus, vel occultè inſidiantibus exercet ſuorum
» patientiam ſempiterno quodam præmio coronandam, nec minùs
» ex malis bonum agit, cùm ſingulis eis meritum repenſat ſuppli-
» cium: bonum eſt enim malos non conuerſos puniri, vt comprima-
» tur ſuperborum elatio, creſcat humilium deuotio, augeatur ex
» vtriſque diuina laudatio.]

Sect. 5. Quanta fuerit hominis iniquitas quæ non niſi Chri-ſti Sanguine valuerit expiari, & quàm formidanda ſupremi Iudicij ſeueritas in expendendis etiam fidelium actionibus, quæ coram hominibus ſplendent, vt nos humilier, inculcat.
» Subtiliter igitur (inquit) expendat fidelis examinator & pius,
» quanta fuerit hominis iniquitas, quam nec quiſquam homi-
» num, nec quilibet Angelorum, niſi Domini ſolius San-
» guis valuit expiare, nec [illegible] mereri aliud, quàm ſupplicium

 A. 850.

credat homo, qui poſt purgationem baptiſmatis, quâ etiam paruulis ianua regni cœleſtis aperitur, tametſi quædam digna venia ſuſpicatur ſe geſſiſſe, magis quàm nouit: multò ſunt tam plura, ſuper quibus diuini iudicij ſeueritatem formidet, quamquam etiam de benè geſtis timendum eſt: Cum tantus vir dicat:
Iſa. 64. v. 6. *Omnes iuſtitia noſtra quaſi pannus menſtruata.* Iuſtitia enim noſtra, licet interdum coram hominibus ſplendeat, opere & ſermone, in conſpectu Dei ſordeſcit prauâ cogitatione.]

Eum Enucleatiùs liberum arbitrium in malum pronum etiam in renatis concupiſcentiâ oppreſſum, per Chriſti gratiam in ſingulis actibus ad mortem vſque liberandum, maximè Apoſtolico exemplo demonſtrat: habemus autem (inquit) vt ſuprà relatùm eſt, ex Adam, liberum arbitrium non ad bonum & ad malum, quale ipſe à conditore accepit, ſed quale in ima vergens elegit, & peccando commeruit, hoc eſt ad malum liberum, ad bonum autem (ſi tamen id nobis diuino munere contigerit) vt ſuprà iam diximus, Dei gratiâ liberandum. Mentior niſi hoc primus liber diuinæ auctoritatis oſtendit, his verbis, *Senſus & cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Secretorum etiam cœleſtium fidus interpres Paulus iam baptizatus, iam forſitan ad tertium cœlum euectus. *Condelector*, inquit, *legi Dei ſecundùm interiorem hominem* (illi profectò, quæ ſancit, non concupiſces) *video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ in membris meis. Legem in membris* concupiſcentiam vocat, quam poſt peccatum in membris genitalibus primi ſenſerunt parentes, quam ſibi aduerſantem diuino freti adiutorio etiam continentes quique repellunt, ſed penitùs nunquam reuerſuram, dum hîc mortaliter viuunt, excludere neſciunt. Dominus quoque Ieſus, qui ſingulariter vt conditor ſciebat quid eſſet in homine, imbecillitatis noſtræ nos admonens, *ſine me*, inquit, *nihil poteſtis facere:* nihil ſcilicet boni, nihil ſaluti conducibile &c.]

Sect. 16.

Gen. 8. v. 20.

Rom. 7. v. 22.

Ioan. 15. v. 5.

Tum de impoſſibilitate ſeruandorum Dei mandatorum abſque Chriſti gratia non tacet: & cur dicat, inquit, aliquis velut poſſibile præcipitur, quod poſteà impoſſibile demonſtratur. *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. & pluribus additis ſcripturarum teſtimoniis, ait, & alia multa, quę nunc peccata prohibent, nunc inſtruunt fidem, nunc vires informant; profectò vt dum conatur quis, nec ſufficit quæ iubentur implere, illuc fatigatione humiliatus recurrat, vnde petendo, quærendo, pulſando accipiat quod deſiderat, & non in ſe ſed in Domino de omnibus beneficiis eius glorietur.] Et iterùm paulo poſt. Nam-

Sect. 17. & 18.

Digitized by Google

A. 850. » que ſi nobis temerè ſanitatem liberi arbitrij arrogamus, fruſtrà
» diù multa conati, ſic impoſſibilitate vt hoſte acerrimo confun-
» dimur, moleſtóque bello laboramus, quò vſque defeſſi ad diui-
» num recurramus auxilium, quo impetrato pacem de qua dici-
» tur, *Pax multa diligentibus legem tuam*, conſequimur, dum per Pſal.
» bonum affectum in Deo mens noſtra velut in munitione tutiſſi- 118. v.
» ma requieſcit, etiam ſalutaria precepta fiducialiter operatur, 165.
» quandoquidem ea ipſe qui præcepit, exercet.]

Tum ex his ſententiis nec neruos fortitudinis, nec meritum no-
» bis detrahi demonſtrat: nec ſibi, inquit, neruos fortitudinis de-
» trahi opinetur ſubiectè Deo deuotus, cùm per ſe nihil boni poſſe
» facere tam euidentibus inſtruatur teſtimoniis: nec verò meritum
» minui, quoniam ſolum hominem præſtantiùs, quàm Deo coo-
» perante poſſe aliquid agere, ne dicam opinari, vel ſomniare, non
» tam ſuperbientis eſt hominis, quàm amentis, & de cuius pleni-
» tudine omnes accepimus, pro gratia, quam impendit laborioſæ
» bonitatis, gratiam rependit beatæ retributionis.]

Deinde prolatâ teſtimoniorum ex ſacris paginis multitudine,
quibus adſtruit non habere hominem in bono liberum arbitrium,
» ne parua quidem bona opera nobis à nobis eſſe, ipſas cogitationes
» bonas & initium ac perfectionem fidei, ipſámque bonam volunta-
» tem non à nobis ſed à Deo inſpirari & habentibus firmari. Sect.
» 20. Teſtimonium illud Apoſtoli Philip. 1. verſ. 6. *Confidimus in* Phil. 1.
» *Domino Ieſu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in* v. 6.
» *diem Chriſti Ieſu*. Hac periphraſi illuſtrat. Hoc eſt (inquit) Deus
» qui cœpit in vobis agere quod præcepit, tam diù operabitur, quò
» vſque excedentibus vitâ ſingulis, adueniens incipiat reddere,
» quod promiſit.]

Et continuò ſpem noſtram in Deo non in nobis collocandam his
» verbis concludit: his omnibus erudimur, ne ſpem in nobis collo-
» cemus, opinione grauiùs delinquentes, ſed ſtatum noſtrum mu-
» nientes, totius noſtræ ſpei plenitudinem transferamus in illum,
» qui propterea nos ad ſe vocat, vt fulciat, idcirco profutura nos
» petere inuitat, vt tribuat; ideo ne nobis confidamus, terret, ne de-
» ſerat: namque *maledictus homo qui ſpem ponit in homine*, qui Ierem.
» autem eam in ſe ipſo ponit, in homine ponit, maledictus igi- 17. v. 5.
» tur eſt]

Sect. 21. » Aſtu dæmonum multos in ſe confidere docet teſtimonio Cice-
» ronis & Virgilij: amant autem, inquit, immundi ſpiritus deci-
» piendi aſtu ſpem hominum in ſe transferre quod in ſuis cultori-
» bus, effecerunt, vt & quodam colludio falſas opiniones menti-
» bus eorum inſerere, quaſi propter naturæ dignitatem atque præ-
» ſtantiam, tutiſſimum ſit eis in ſe ipſis ſpem aliquatenùs collo-

Digitized by Google

care : quod eſt ex eorum ſcriptis oſtendere, qui diuinæ vacui, « A. 850.
notitia mundanæ ſapientiæ claruerunt &c.] Vbi de ſententia illa «
ſpes ſibi quiſque.

Tum Sectione 22. & ſequentibus, Sanctorum Patrum Cypriani, Ambroſij, & Hieronymi auctoritate probat, ſemper egere nos in bonum arbitrio liberando, Dei gratiam non ſecundùm merita noſtra dari, & in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit. «
Nobis, inquit, ſalubriter expreſſerunt ſcilicet egere nos in bo- «
num arbitrio liberando, & Dei gratiam non ſecundùm merita «
noſtra dari. Itaque glorioſiſſimus Martir Cyprianus & doctor «
ſuauiſſimus, omnia viribus noſtris adimens, Deo aſſignans, «
breuiſſimè omnia genera meritorum, complexus ait, *In nullo glo-* «
riandum quando noſtrum nihil ſit: Ambroſius autem ſcribens *non* «
eſt in noſtra poteſtate cor noſtrum, & noſtræ cogitationes, etiam ip- «
ſa facta & dicta comprehendit, quæ profectò ex corde & cogi- «
tatione procedunt, &c.] «

Et Sect. 24. cur idipſum ſancti Auguſtini auctoritate non confirmet, hanc rationem adducit : ipſe autem Auguſtinus, quem ne- « De ſancto Auguſtino.
ſcias vtrum rerum inuentione magis, an dicendi fœlicitate mi- «
reris, de libero arbitrio, & gratia Dei tanta diſſeruit, vt poſſint «
vix ab aliquo legi. Omnia verò (vt mea fert opinio) quanquam «
ſint clariſſima, & vtiliſſima à nemine memoriâ contineri : quid «
enim ſciendum ſit de libero arbitrio, & gratia Dei, ſicut nemo «
tam laborioſâ indagine inueſtigauit, nemo vt ille tamdiù ver- «
ſauit, ita vt pace cunctorum dixerim, nullus vtrumque tantâ «
veritatis proprietate inuenit, nullus tantâ eloquentiæ vbertate «
aſſeruit, nullus inexpugnabilium argumentorum copiâ tantâ de- «
fendit. Proinde cum eſſent illius omnia optima & penè innumera, «
hæſitarémque quid potiſſimum eſſet eligendum ſtatui ſtudioſum «
ad illorum inuitare lectionem, quæ noſtris præcognitis faciliùs «
poterit penetrare, quàm paucis poſitis ſimilibus melioribúſue «
fraudare.] «

Tum inſignem illum & vſque adhuc noſtro ſæculo ignotum, ex poſterioribus Diui Auguſtini libris operis imperfecti qui non extant, locum hac præfatione adducit : hoc vnum tantum occultare «
non paſſus ſum, quod inter alia de libero arbitrio acutiſſimè de- «
prehendit; *Liberum*, inquit, *arbitrium congenitum, & omninò ina-* «
miſſibile ſi quærimus illud eſt, quo beati eſſe volunt etiam hi, qui ea «
nolunt, quæ ad beatitudinem ducunt.) (quod quæſo attendant qui «
tantâ pertinaciâ æquilibrem & verſatilem ſuam indifferentiam, pro germana liberi arbitrij eſſentia in ſcholis venditant.)

Et quoniam Rabanus & alij (vt etiam hodiè plurimi) iuxta Gennadium de Eccleſiaſt. dogma. cap. 22. gratiam cum libero

arbitrio ſic componere ſoliti erant, vt à Deo non tam mota quam
A. 850. monita & inuitata ad ſalutem voluntas ipſa, per ſe quaſi in æqui-
librio poſita vel eligat, vel ſequatur, vel agat occaſione ſalutis:
vt autem conſequatur quod elegerit diuini ſit muneris &c. Lupus
Seruatus iuxta mentem & ſententiam D. Auguſtini de prædeſti-
nat. Sanct. cap. 3. multis congeſtis ſcripturæ ſacræ teſtimoniis
probat vtrumque noſtrum eſſe propter arbitrium voluntatis, &
vtrumque tamen datum per Spiritum fidei & charitatis, his ver-
Sect. 25. » bis; Sunt profectò eius (Dei ſcilicet) ac principaliter, quia ab
» illo donantur, ſunt ſequenter & bona noſtra, quia nobis ab illo
» eſſe creduntur: & cum aliquid boni molimur vel agimus, eſt in
» nobis liberum arbitrium, quia peccati affectu Dei gratia libera-
» tum. Idémque opus & Dei eſt, qui operatur in nobis, & noſtrum Phil. 2.
» eſt, quia voluntate facimus, quod præceptum eſt nobis. Cogi- v. 13.
» tationes bonæ Dei ſunt, quia nobis donantur ab illo, vt Apoſto-
» lico ſuperiùs conſtitit documento: *Non quod ſufficientes ſimus co-* 2. Cor.
» *gitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo* 3. v. 5.
» *eſt.* Et eædem noſtræ ſunt: quia Spiritus Dei admonet, *Iacta co-*
» *gitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet.* Conuerſio noſtra Dei Pſal.
» eſt, cui ſupplicatur: *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter:* & eadẽ no- 54 v. 23.
» ſtra eſt, quia diuinitùs iubetur: *Conuertimini ad me in toto corde* Pſal.
» *veſtro.* Inclinatio cordis noſtri ad præcepta Dei, & ipſius Dei eſt, 84. v. 5. Ioël. 2.
» quem placamus his ab eodem docti precibus: *Inclina cor meum in* v. 12.
» *teſtimonia tua:* Et eadem inclinatio noſtra eſt, quia volentibus no- Pſal.
» bis eſt. Vnde non falſo gloriamur: *Inclinaui cor meum ad facien-* 118. v.
» *das iuſtificationes tuas in æternum.* Poſtremò omnia opera noſtra 36. Ibib. v.
» bona, & Dei ſunt qui dicit: *Sine me nihil poteſtis facere* & eadem 118.
» noſtra ſunt, quia illi propheticè dicitur, *Domine pacem dabis no-* Ioan.
» *bis, omnia enim opera noſtra operatus es nobis.* Noſtrorum autem 15 v. 5.
» omnium bonorum Dei gratia auctor & cauſa eſt.] Iſa. 26. v. 12.

Sect. 26. Deinde de merè gratuita erga electos Dei miſericordia pleniùs
agens hæc plane (inquit ſempiterna ſcilicet ſupplicia) peccato vi-
tiata ſtirps hominum perpeti cogitur, niſi ex eadem ſtirpe ean-
dem cauſam damnationis habente, alij occulto iudicio Dei, quã-
quàm rectiſſimo per iuſtitiam eius in damnatione debita relin-
querentur, alij verò manifeſtâ gratiâ per eius miſericordiam ſal-
uarentur; non eſt vnde inflentur liberati, quia quod non merue-
rant acceperunt, non eſt vnde querantur damnati, quia nihil, quod
meruerant, perferre coacti ſunt. Cur autem iſtos non illos ſaluet
Deus, aut cur non potiùs illos quàm iſtos, iam hoc ſuprà homi-
nem eſt: nec ſecreti Dei præſertim tanti cauſa expectari debet ab
homine. *Quis cognouit ſenſum Domini* (ait Apoſtolus) *aut quis
conſiliarius eius fuit:* igitur vt ibidem ait, *Cuius vult miſeretur &*
quem

quem vult indurat: Miſeretur exuberante bonitate: *Indurat* nullâ " A. 850.
Iacob. intercedente iniquitate, *Indurat* autem non ad peccatum impel- "
1. v. 13. lendo *Deus enim intentator malorum eſt:* ſed in peccato deſerendo, "
quia ipſe quorum vult ſolùm liberator eſt: & vtique vt eſt quo- "
rundam, ſi voluiſſet eſſe potuiſſet omnium: *Omnia enim quæcun-* "
que voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, ſed ita voluit exercere "
miſericordiam: ne in aliquo infirmaret iuſtitiam.] "

Denique pro primæ huiuſce quæſtionis coronide hæc eadem ſe- " De volun-
ctione germanam Diui Pauli ſententiæ 1. Timot. 2. verſ. 4. " tate Dei.
expoſitionem tradit & aliarum ſacrarum Scripturarum auctori- "
1. Tim. tate comprobat. Nam (inquit) quod venerabilis Paulus ait, *qui* "
2. v. 4. *vult omnes homines ſaluos fieri*, non ſic accipiendum eſt quaſi cùm "
Deus velit generaliter omnes fieri ſaluos, quibuſdam impedien- "
tibus impotentiſſimis non valeat omnipotentiſſimus implere "
quod velit: ſed ita potiùs quod illis ſiue volentibus ſiue nolenti- "
bus (nam plures in infantili ætate baptizati horum non habentes "
diſcrimen, mox vitâ excedentes transferuntur ad gloriam) ſal- "
uantur omnes, quoſcunque ille ſaluari voluerit. *Omnes* ergo *vult* "
ſaluos fieri homines, ſed non alios, quàm qui ſaluantur: quo elo- "
Ioan. 1. cutionis genere vſus eſt Euangeliſta Ioannes his verbis: *Qui illu-* "
v. 9. *minat omnem hominem venientem in hunc mundum:* Non quod fi- "
des omnes in hunc mundum venientes illuminet; quod ſentire per "
quam abſurdum eſt, quandoquidem plures infidelitatis tenebris "
obſcurantur: ſed eos videlicet, qui illuminantur, dum non ab alio, "
niſi ab illo illuminantur. Omnes autem non ſemper vniuerſitatem "
generaliter, verùm aliquando exceptionem quandam particula- "
riter comprehendere, etiam ipſe Apoſtolus de cuius deliberatur "
1. Cor. ſententia idoneus auctor eſt, vbi ait, *ſicut ego per omnia omnibus* "
10. v. 33. *placeo:* Namque vt taceam de maiore adhuc infidelium parte, "
quibus profectò placere non poterat, non placebat his à quibus "
ridebatur, non placebat his à quibus obruebatur lapidibus, non "
placebat his denique à quibus vrbe velut mortuus pellebatur: "
placebat autem ſolis fidelibus, qui tot erant, vt meritò dici poſ- "
ſent omnes, quíque in illo glorificabant Deum, quòd perſecutio- "
nem prędicatione mutaſſet. Poſſumus etiam *qui vult omnes homi-* "
nes ſaluos fieri, ſic ſano ſenſu intelligere, quod ex omni genere ho- "
minum colligat ad ſalutem: hoc eſt quoſdam Iudæorum atque "
gentilium, quoſdam vtriuſque ſexus, nonnullos magiſtratuum & "
priuatorum; aliquos Dominorum atque ſeruorum, aliquos inge- "
nioſorum atque hebetum, & quarumcunque differentiarum ho- "
mines poſſunt à ſalubriter contemplantibus deprehendi, qui om- "
Luc. 11. nium vocabulo non immeritò cenſeantur: Siquidem eadem no- "
v. 42. tione idem nomen in Euangelio Lucas poſuit. *Væ vobis Phari-* "

Q

Digitized by Google

850. " *ſais, qui decimatis mentam & rutam, & omne olus.* Neque enim " omnium generum olus per omnem terræ amplitudinem Phariſæi " decimabant, ſed omne olus, omne olerum genus, quod habebant, " eſt abſque ſcrupulo ſentiendum. Nec ille ſenſus abhorret à vero " vt *qui vult omnes homines ſaluos fieri*, qui velle nos facit omnes " homines ſaluos fieri ſignificare voluerit, vt qui ſciamus multos " vocatos, paucos autem electos nullo diſcrimine ſeparare valea- Matth. " mus, omnes indifferenter velimus fieri ſaluos: nam & in eundem 2.v.16. " modum inuenimus apud Apoſtolum: *Ipſe Spiritus poſtulat pro no-* Rom. " *bis gemitibus inenarabilibus*, hoc eſt poſtulare nos facit.] 8.v.26.

Sect 24. Quæſt. 2. de Prædeſtinatione. Secundam quæſtionem de prædeſtinatione ingreſſus gratuitam illam, non ex præuiſis electorum meritis prædeſtinatio earundem Sanctarum Scripturarum auctoritate confirmat: » hanc autem gratiam (inquit) quâ nos omnes ſaluamur, gratis eripimur pluribus relictis in damnatione, quam nos quoque » meruimus, commendans vas electionis, *ſicut elegit nos*, inquit, *in* » *ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in* Eph. 1. » *conſpectu eius in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filio-* v. 11. » *rum per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Ne aduerſus Dominum ex eius » munere inflaremur, antequam oriretur, ſuperbiæ quàm efficax » eſt remedium procuratum. *Elegit nos Deus ante mundi conſtitu-* » *tionem*, non quia eramus ſancti & immaculati aut quia futuri era- » mus ſancti & immaculati: alioquin non tam ſuæ gratiæ donum » largiretur, quàm noſtro merito, vel præſenti vel futuro præ- » mium, velut ex debito referret: ſed *elegit nos ante mundi conſti-* » *tutionem vt eſſemus ſancti & immaculati:* hoc eſt eligendo præ- » ſtitit, vt eſſemus ſancti & immaculati, qui niſi vellet, ne vlli » quidem eſſe poſſemus. Cæterùm vbicunque de electione, vel » præſcientia, ſiue prædeſtinatione Apoſtolus loquitur, quicunque » Dominum propterea elegiſſe, præſciſſe aut prædeſtinaſſe quoſli- » bet aſſerunt, quod præſcierit eos deuotos ſibi futuros, & in eadem » deuotione manſuros, tametſi ſint aliis magnæ auctoritatis, in hac » ſententia non ſunt penitùs audiendi, ne euacuetur diuinæ gratiæ » donum, ſi ſecundùm humanum, quanquam futurum, meritum diſ- » penſetur: nec indignentur his præponi Apoſtolum quicunque non » neſciunt in hoc loqui potiùs Chriſtum, qui ſe quemadmodum » eſt, veritatem eſſe teſtatur: ſolâ gratiâ prædeſtinati hi ſunt omnes

Alludit ad cap. 8. de prædeſt. Sanct. » de quibus ait ſaluator, *Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit* Ioan. » *ad me.* Hæc autem ſalutis doctrina, quâ venitur ad gratiam ſal- 6.v.45. » uantis, valde remota eſt à ſenſibus corporis, non auribus appre- » henditur ſonantibus verbis, ſed mentibus, creatoris inſtinctu etiam in eis abſque ſtrepitu quod placuerit operantis, vel miſericordiam vt vocati liberentur, vel iudiciũ vt relicti dãnentur, &c.]

Digitized by Google

Et paulò poſt certum & præfixum eſſe numerum electorum, cui nullus poſſit adiungi nullúſque ſubtrahi ne videatur Deus (quod nefas opinari) in veritate ſuæ prædeſtinationis erraſſe &c. Sect. 29.
Et hanc veram & germanam eſſe totius Eccleſiæ communem & conſtantem fidem teſtatur: hanc, inquit, prædeſtinationem, quâ « Deus euoluens gratiam facit ſanctos, non inuenit, & poſt excur- « ſum extantis vitæ perficit, & coronat: hanc inquam prædeſtina- « tionem quæ illuſtribus diuini eloquii teſtimoniis, & inexpugna- « bilibus argumentis adſtruitur, fideles quique paſſim ſuſcipiunt, « conſtanter defendunt: in hac (vt par eſt) ſuſpenſi ſpem ſuæ ſalu- « tis pio conſenſu reponunt: nec immeritò, ſiquidem nulla via ſa- « lutis humanæ poteſt inueniri præter hanc, quam, quæ præſtitit « diuina gratia demonſtrauit, hac excluſis nullus omnino patet re- « ditus ad ſalutem.] «

Deinde de prædeſtinatione reproborum ad interitum agere « ſatagens, non eandem eſſe omnium fidelium ſententiam dicit, « Sect. 30. immo à pleriſque reiici, & exhorreri etiam ab aliquibus præci- « puæ authoritatis præſulibus de Rabano certè, forſan & de Hinc- « maro intelligens, his verbis exponit. De his (ſcilicet reprobis) « prædeſtinationem Dei dici horrent plerique atque refugiunt, in « quibus & quædam præclara præſulum lumina: ſcilicet ne creda- « tur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe, & iniuſtè dam- « nare eos, qui non valuerint peccatum, ac per hoc nec ſuppli- « cium declinare.] «

Eorum etiam ſententiam refellit; Qui ſi attenderint (inquit) ſi- « cut in Adam illo voluntate peccante omnes peccauerunt, ita « Sect. 31. priùs illo abſque vitio exiſtente omnes abſque vitio extitiſſe: « Dominum autem non homini neceſſitatem caſus intuliſſe, pote- « ſtatem tamen permiſiſſe: ipſum verò vt pote *qui fecit quæ futura* « *ſunt*, qui vocat quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, & caſum « præſciſſe, & quod ſequeretur conſtituiſſe: vt videlicet genus « humanum ſuâ ſponte corruptum, nec totum propter miſericor- « diam damnaretur, nec totum propter iuſtitiam ſaluaretur, nul- « lam patientur caliginem, Dominum quos rectos origine con- « didit, voluntas propria vitiauit, quos non liberat clementiâ, ſic « punire iudicio, vt non ipſe, verùm ipſi conuincantur ſuæ damna- « tionis auctores.] «

(LXXI Iſa. 45. v. 11.)

Necnon ſolitæ Pelagianorum obiectioni occurrit. Hic aliquis (inquit) vnde placari debuit forſitan irritatior dicat. Et ſi mihi « ſemel pereundum eſt, cur huius vitæ perdo compendia? cur « cùm mihi alibi ſemper futurũ eſt malè, non ſit hîc aliquãdiù benè? « quare non omnis voluptatis effundo habenas, totúmque quod « delectat perficio. Et ibidem reſpõdet auerterit Deus hanc à bono « Sect. 32.

Digitized by Google

A. 849. » Chriſtiano inſaniam, vt ſe aliquis de numero perditorum credat,
» ſe à malo reuerti non poſſe conijciat, ſe inæſtimabili Dei cle-
» mentia ſaluari poſſe diffidat. Hoc eorum eſt qui tranſeunt in af-
» fectum cordis, hoc eſt eorum qui malum inſatiabili amore dili-
» gunt, & in eo durare obſtinatiſſimâ intentione decreuerunt, &
» in deſperationis baratrum irreuocabili ſe impietate miſerint: qui
» verò ſe redemptum Chriſti ſanguine tanto pretio meminit, ini-
» tiatum baptiſmate tanto ſacramento, non neſcit, pœnitentiæ
» aditum tantum ſuæ ſalutis argumentum patere non dubitat: cur
» quæſo potius tantis beneficiis, nullo ſuo merito niſi malo, non
» indefeſſus implorat, vt etiam & bonum meritum à Deo, &
» quæ bonum meritum conſequuntur accipiat? Cur ſe regreſſum
» habere, dum hîc viuit deſperat? Cùm potius de bonitate Dei
» præſumere debeat, quod ideo viuat, vt ſemetipſum tandem ali-
» quando corrigat. Quis integrè vnquam ſperare in Domino po-
» tuit, nec potuit ad veniam peruenire? Immò ſuo quiſque iudicio
» damnatus fugiat à Deo ad Deum, ab irato dum peccat, ad pla-
» catum dum pœnitet. *Reuelet Domino viam ſuam, & ſperet in* Pſal.
» *eum, & ipſe faciet.* Scilicet vt mala plenè deſerat, & bona iam 36. v. 5.
» ardenter & delectabiliter apprehendat.]

Sect. 32. & 33. Id ipſum exemplis Dauid, Petri Apoſtoli, & latronis adſtruit, tum malorum prædeſtinationem ad pœnam non reiiciendam, auctoritate ſancti Auguſtini probat. Sect. 30. Sancto Auguſtino non diſſimilia ſenſiſſe Sanctum Gregorium magnum, Fulgentium & Iſidorum teſtatur, S. Auguſtini auctoritatem ex Cœleſtini Papæ Epiſtola (vt ſuprà Prudentius) confirmat, congeſtis plurimis ſacrarum Scripturarum ſententiis idem credendum eſſe

Sect. 34. » probat, & probationes ſuas Sect. 34. his verbis concludit: Acce-
» dat ergo Dominus Ieſus & nodum quæſtionis ipſe diſſoluat. De-
» nique ipſe dicit in Euangelio. *Vobis datum eſt noſſe myſterium* Luc. 8.
» *regni cælorum, illis autem non eſt datum, vobis datum eſt*, diſci- v. 10.
» pulis loquitur, *illis autem non eſt datum*, hoc eſt de vndequa-
» que confluentibus turbis: Si benè docentem capio, eos *quibus*
» *datum eſt*, miſericordiâ colligit, *quibus non eſt datum*, iudicio
» repellit, hoc eſt non adiuuando relinquit. Prædeſtinati ſunt ele-
» cti, *quibus datum eſt*, quorum certus eſt numerus, neque enim
» Deus prædeſtinaret eos, quorum ſummam neſciret. Igitur cùm
» ad eorum numerum non aſpirare poſſunt reprobi, quia vt ſaluen-
» tur *non eſt eis datum*, quis poſſit oſtendere, quis audeat affirmare,
» vt damnentur non eſſe prædeſtinatum, quibus præfixum eſt non
» eſſe ſubueniendum? Item in Euangelio immutabili ſententiâ præ-
» ſcribitur, *qui non credit iam iudicatus eſt?* Ad quid arbitraris, niſi Ioan. 3.
» ad puniendum? cur quæſo? niſi quia in Adam ſuâ ſponte peccante v. 18.

peccauit, nec hunc Dei gratia liberauit. An & inde cumulum ſibi damnationis conſciuit, quod in infidelitate permanere diligat? ita verò eſt: ſed cur credere noluit? quia *Non omnium eſt fides.* At cur non ſit fides omnium certus eſt limes, quem niſi impius excedere nullus audeat; quod *Illis non eſt datum*: ſiquidem cur eis non ſit datum illius eſt ſolius conſilij; cuius quamquàm ſubinde ſit occultum, nunquam tamen eſt iniuſtum iudicium.] A. 850.

2Theſſ. 3. v. 2.

Sect. 35.

Et tandem hanc ſecundam quæſtionem de gemina Prædeſtinatione pacificè tractandam, cùm de re conſtet, verbis non certandum optimè & pacificè demonſtrat. Iam ergò (inquit) cùm res in tuto ſit, ponamus verborum controuerſias, ne puerili animoſitate contra inuicem pro inani victoriæ iactantia litigantes corripiamur ab Apoſtolo dicente, *Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Nam cùm ſit nobis vnus Magiſter cœleſtis, qui eſt verus & veritas, vnde accipitur & quò referenda eſt omnis veritas: cur pro noſtris inuentis dimicemus? Vt *idipſum dicamus omnes* quod noſtrum non ſit commentum, ſed illius documentum, pacificè, atque humiliter quid ſit rectiſſimum requiramus. Si qui tantis mouentur auctoritatibus, ſéque non noſtra aſſertione, verùm perſpicuâ ſuperatos intelligunt veritate, non dedignentur ſuam mutare ſententiam, quia non tam erubeſcendum eſt homini erraſſe, quàm cognitum errorem nolle vitare.

2. Tim. 2. v. 14.

De Morte Chriſti. Sect. 36. & 38.

Poſtremo quo ad tertiam quæſtionem de Redemptione Sanguinis Chriſti. ſect. 36. & 38. prolatis pluribus Scripturæ teſtimoniis, ſic ſenſum ſuum exponit. Hæc diuinorum eloquiorum auctoritas intelligenter expenſa pro omnibus Dei Filium guſtaſſe mortem ſic accipi poſſe inſinuat, quemadmodum Deum velle omnes fieri ſaluos. Vt enim *Saluos fieri vult omnes* quicunque ſaluantur; ita redimit omnes quicunque redimuntur, non autem ſaluantur omnes, nec verò redimuntur: Non itaque vult ſaluari aut redimi alios omnes, niſi qui redimuntur atque ſaluantur &c.]

Sect. 38.

Eam fuiſſe Beati Auguſtini ſententiam ex Enchiridij capite 61. probat, deinde ſect. 34. probabiliter dici poſſe aſſerit, Mortuum Chriſtum pro omnibus qui fidei Sacramentum ſiue ſeruaturi, ſiue non ſeruaturi ſuſceperint. Quæ fuit Conciliorum Valentini & Lingonenſis, Eccleſiæ Lugdunenſis, ſancti Prudentij, Lupi Ferrarienſis, immò & ipſius Gotteſchalci ſententia vt ſuo loco videbitur.] Curioſos tamen (inquit) diuinorum eloquiorum non fugiat, probabiliter dici poſſe mortuum pro omnibus Chriſtum, qui eius fidei Sacramenta ſiue ſeruaturi, ſiue non ſeruaturi ſuſcipiunt: pro ſeruaturis quidem nulli poteſt

Sect. 39.

A. 850. » eſſe ambiguum: Pro non ſeruaturis autem Apoſtolus idoneus au- 1. Cor. 8
» ctor eſt illo teſtimonio. *Peribit in tua ſcientia frater, propter quem* v. 11.
» *Chriſtus mortuus eſt*: nec mirum cùm *Fides ſine operibus otioſa ſit,* Iac. 2. v. 20.
» & *multi vocati, pauci verò doceantur electi.*] Mat. 20 v. 16.

Et continuò refert quoſdam (ſcilicet Rabanum, Hincmarum & ſequaces) quaſi blaſphemos cenſere eos, qui non omnes homines generaliter Chriſti Sanguine Redemptos aſſerant. Verum » hoc quidem (inquit) velut blaſphemum vehementer execrantur » & damnant, quod derogetur plurimum redemptori, niſi genera» liter omnes homines redemerit.]

Tum quo ſenſu dici poſſit pro perditis fuſum Chriſti San» guinem, aperit dicens. Nos autem ſaluâ fide, hoc eſt quos ſuo » Sanguine Deus redemerit, ita cauſam in medio relinquamus, vt » ſi quilibet eundem Sanguinem Redemptoris prodeſſe aliquid » etiam perditis valeant demonſtrare, non ſolùm non reſiſtamus » nihil, verùm etiam libenter in eorum ſententiam transeamus. » Nam ſi ſol cæcos non illuminet, tamen fouet: cur non potentior » ſol, tametſi non ſaluat ſuo merito excæcatos, atque damnatos, » tanti pretij merito mitiùs puniat.]

Sect. 40. » Sed id etiam Apoſtolicæ ſententiæ diſſonum eſſe refert, ſectione 35. Si tamen (inquit) hoc admittit Conſilij eius bene» uolentia, cui canitur: *Suauis Dominus vniuerſis, & miſeratio» nes eius ſuper omnia opera eius*: ſed huic opinioni videtur Apoſto» lus refragari, vbi ait: *Ego Paulus dico vobis, quia ſi circumcida» mini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Nam ſi Chriſtus nihil prode» rit baptizatis, qui etiam Spiritum Sanctum acceperint, ſicut » idem Apoſtolus declarat his verbis: *Ex operibus legis ſpiritum » accepiſtis, an ex auditu fidei?* ſi (inquam) nihil proderit Chri» ſtus talibus baptizatis à fide reſilientibus, quemadmodum pro» derit aliquid baptizatis, & relapſis in crimina, non correctis, & » quibuſque in infidelitate defunctis?] (Pſ. 144. v. 9. Gal. 5. v. 2. Gal. 3. v. 2.)

Deinde ob illorum qui contra ſentiunt pertinaciam & ſuperbam præſumptionem, ne irridendus habeatur, quó ſibi eos con» ciliet ſententiam Diui Chriſoſtomi profert. Verùm (inquit) ne » me irridendum & reſpuendum pronuncient, quibus placet om» nes ſiue bonos, ſiue malos indifferenter à Chriſto Redemptos, » ponam vnum, quòd cum eis faciat teſtimonium; & eos omnes » (vt opinor) in gratiam reduxero. Ioannes Conſtantinopolita» nus doctrinâ & ſanctitate iuxtà inſignis Epiſcopus, vt *Gratia » Dei pro omnibus guſtauerit mortem*, quod ſupra iam poſui, ſic » expoſuit, *Qualiter gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem,* » non pro fidelibus tantum ſed pro mundo vniuerſo, & ipſe qui» dem pro omnibus mortuus eſt: quid autem ſi non omnes credant » id quod ſuum erat impleuit.] (Ioannes Chriſoſt. in Epiſt. ad Heb. hom. 4. — Heb. 2. v. 9.)

Digitized by Google

Denique opuſculum ſuum his verbis concludit Lupus Ser- " A. 850.
uatus. Eligat ſanè ſuperioribus acutè conſideratis vnuſquiſ- " Sect. 41.
que, quod optimum ei Deus occultâ miſeratione ſubiecerit, aut "
magiſtra eius Scriptura manifeſtâ ratione prætulerit. Hæc ha- "
bui quæ de tribus non ſpernendis quæſtionibus dicerem, ac vti- "
nam tam proficuè, quam prolixè, quæ ſi cognoſcere non faſti- "
dierint ſtudioſi, quanquam approbare non poſſint obſtruſam oc- "
cultámque meam diſputationem, tamen quando volentibus, "
quod vtile putaui, beniuolè cognoſcendum expoſui. Non im- "
probabunt credo talem ſcilicet volentem prodeſſe deuotionem. "
Explicit Deo gratias.] "

Prolixiores forſan quam par eſſet in expendendis huiuſce au-ctoris ſententiis videbimur, ſed quia non adhuc in lucem prodiit hic libellus, * & ex ſacris paginis & Sanctorum Patrum ſcriptis anxiè diúque, nec ſine iugi meditatione concinnatus eſt, vt auctor ipſe teſtatur, omnium iudicio præclariſſimum non minùs doctrinâ, quàm pietate Eccleſiæ ſuo ſæculo lumen, & tum etiam quia eâ moderatione & fraternâ charitate in his elucidandis quæſtionibus verſatus eſt, quæ in plurimis maximè contrariæ ſententiæ tam illo ſæculo, quàm noſtro ſcriptoribus valdè deſideratur, non inutilè forè duximus, hic ea quæ retulimus prælibare, quò ex fragmentis iſtis beneuoli Lectoris animus in perlegendo aureo illo libello magìs incendatur.

**Iam excuſus extat ex MS. Cod. S. Amãdi in pabulâ.*

CAPVT XVI.

Cap. 16.

Lupus alter abbas Ferrarienſis de iiſdem Tribus quæſtionibus ad Regem Karolum Caluum libellum mittit, & cum libello collectaneum ex Sanctis Patribus, dua illa opuſcula non Lupo Seruato, ſed Lupo Ferrarienſi adſcribenda eſſe, eoſque falli qui duos iſtos Lupos vnum eundemque hominem eſſe arbitrati ſunt.

HOc eodem anno in Gallia Occidentali LVPVS alter Abbas Ferrarienſis, non minus Eccleſiæ ſuæ decus, eò quod ab Hincmaro & aliis aulici vaporis aſſeclis, ob publicè & coram Rege ipſo profeſſam & ſæpiùs propugnatam in tribus illis quæſtionibus veritatem, iuxta ſenſum B. Auguſtini & Germanam totius Eccleſiæ doctrinam, impietatis & infide-

A. 850. litatis inſimularetur, libellum de tribus illis quæſtionibus edidit ad Regem ipſum Karolum Caluum, in quo breuiter, veraciter, & perſpicuè (vt ipſe ait) quæſtiones illas diſſoluit.

Primam quidem pro gemina Prædeſtinatione, vbi de Reprobis ſic effatur. Hos Beatus Auguſtinus in multis libris, & in eo quem fecit vltimum, non dubitat dicere prædeſtinatos ad pœnam, non intelligens fatalem periturorum neceſſitatem, ſed immutabilem relictorum deſertionem &c. Conſentiunt Auguſtino verbis aliis Hieronymus & Gregorius, eodem autem verbo Beda & Iſidorus.]

Quod ad ſecundam quæſtionem, hæ inter reliquas habentur ſententiæ. Prima, non erit igitur in bono Liberum Arbitrium niſi fuerit diuinâ gratiâ liberatum. Secunda, iuxta diuum Cyprianum in nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit. Tertia, Dei gratia nos præuenit vt bona velimus & inchoemus, & ſubſequitur ne fruſtrà velimus & cœperimus. Quarta, hæc principaliter Dei ſunt, & conſequenter noſtra, quia voluntate à nobis fiunt. Sicque hanc quæſtionem concludit: de Libero Arbitrio concorditer ita ſenſerunt, quicunque mentem diuinorum eloquiorum probabiliter perceperunt.]

In poſtrema quæſtione ſolos fideles Sanguine Chriſti Redemptos ex Euangelica lectione probat, & Hieronymi, & Auguſtini ſententia confirmat, non audiendum Ioannem Chryſoſtomum contra ſentientem, Fauſtum verò prorſus reijciendum, & tandem his verbis fidei ſuæ profeſſioni hanc imponit coronidem. Hanc fidem, quam expreſſi, in ſupradictis quæſtionibus tenuerunt Eccleſiæ Catholicæ inuictiſſimi defenſores, hanc ego minimus omnium cuſtodio, hanc volentibus abſque inuidia oſtendo, nolentibus meæ mediocritatis conſcius non ingero, nec vt quidam ſuſpicari ſe ſimulant, inaniter hoc eſt vanæ gloriæ ſtudio, cupio innoteſcere. Cùm terreat me plurimum illa de Scribis & Phariſæis Domini ſententia: *Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*, & de Hypocritis, *Amen receperunt mercedem ſuam*; ſed aſſerendæ veritatis intuitu, quod in diuinis auctoritatibus, earúmque ſenſum ſequentibus præcellentiſſimis auctoribus Deo inſpirante deprehendi, quærentibus abſque contentione manifeſto.]

Tum demùm Regem hortatur vt ſi non ſibi ſatisfactum eſſet, vel tunc, vel cum Deus optatam pacem contuliſſet, euocatis ob Eccleſiaſtica negotia ad Conuentum doctioribus, ſuam illam profeſſionem expendendam traderet.

Vnà cum libello collectaneum de tribus iiſdem quæſtionibus edidit

A. 850.

edidit idem auctor, ſuíque propoſiti rationem in illius præfatione his verbis expoſuit; Multis laudabiliter ſtudioſis deſiderantibus cognoſcere ipſis auctorum verbis, quem exitum habeant quæſtiones de Prædeſtinatione ac libero arbitrio: nec nõn de redemptione Sanguinis Chriſti, fideliter morem geſsi, vt & piè quærentium eruditio, largiente Dei gratiâ, capiat incrementum, & diuerſa ſentientium contradictio mitigetur. Nec aſpernabitur beniuolus & prudens Lector, ſi deferam, per quos profeci, & proficio Doctores, vel ſi eorum aſsignatis obſcurioribus ſententiis, aliquid lucis infundam: cùm eorum honoris mecum habere debeat conſiderationem, & facillimè poſsit aduertere non oſtentationis vanitate, ſed oſtendendæ veritatis voto me deprehenſa monſtrare.]

In hoc Collectaneo illud maximè obſeruandum, quod inter reliqua Patrum teſtimonia, plurima retulit ex Diui Auguſtini opere imperfecto in Iulianum, quod illo ſæculo paucorum terebatur manibus. Sed maximè ex libris poſterioribus qui deſiderantur, & præ cæteris aureum illud de Libero Arbitrio à Lupo Seruato (vt ſuprà diximus) prælibatum, quod indifferentiam peripateticam in ſocietatis & aliorũ etiam ſcholis tam ſolemniter decantatam, ab eſſentiâ & naturâ liberi arbitrij penitùs amouet.

Lupus Ferrariæ in Collectan. quæſt. 2.

Idem Auctor (inquit, Lupus Ferrarienſis de Sancto Auguſtino) in memorato opere contra Iulianum: hominis, inquit, liberum arbitrium congenitum, & omnino inamiſsibile illud eſt, quo beati eſſe omnes volunt, etiam hi qui ea nolunt, quæ ad beatitudinem ducunt. Item poſt multa. Quid ſic fugit natura vt miſeriam? quid ſic appetit, vt beatitudinem? Denique liberum arbitrium, quod de hac re habemus, ita nobis naturaliter inſitum eſt, vt nullâ miſeriâ nobis poſsit auferri, quod miſeri eſſe nolumus, & volumus beati; vſque adeò, vt etiam ipſi qui malè viuendo ſunt miſeri, malè viuere quidem velint, nolint tamen eſſe miſeri, ſed beati. Hoc eſt illud arbitrium in noſtris mentibus immobiliter fixum, non quo benè agere volumus, nam id humanâ iniquitate potuimus amittere, & gratiâ poſſumus diuinâ recipere: Sed liberum arbitrium quo beati eſſe volumus, & miſeri nolumus, nec miſeri poſſunt amittere, nec beati.]

Ibidem.

Ibidem etiam ex iiſdem operis imperfecti, qui deſiderantur, libris, adducitur inter reliqua hoc pro vera Chriſti gratia non ignobile teſtimonium: Quoniam poſt priſtinam ruinam (inquit Auguſtinus) tam grauem, vt in huius mortalitatis miſeriam caderemus, priùs Deus ſuos certare voluit, donans no-

A. 850. » bis, vt eius agamur ſpiritu, & mortificemus opera carnis, at-
» que ipſo dante victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chri-
» ſtum, in æterna cum illo poſtea pace regnemus: profectò niſi
» Deus adſit, nemo eſt idoneus certare cum vitiis, ne ſine cer-
» tamine pertrahatur ab eis, aut ne iam certans in ipſa eorum
» conflictatione vincatur. Ideo in hoc agone magis nos Deus
» voluit orationibus certare, quàm viribus; quia & ipſas vires
» quantas hîc habere nos competit, ipſe ſubminiſtrat certanti-
» bus, quem rogamus. Si ergo ij quorum contra carnem iam
» ſpiritus concupiſcit, ad ſingulos actus indigent Dei gratiâ, ne
» vincantur: qualem libertatem voluntatis habere poſſunt, qui
» nondum de poteſtate eruti tenebrarum, dominante iniquita-
» te, nec certare cœperunt, aut ſi certare voluerunt, nondùm
» liberatæ voluntatis ſeruitute vincuntur?]

Prudent. contra Scotum cap. 4.

De hoc Collectaneo intelligendum, quod ſupra retulimus ex Prudentij libro contra Ioannem Scotum cap. 4. de gratia » & libero arbitrio, ſatis abundéque & à patribus actum, & à no- » bis atque aliis adæquè Catholicis nimirum viris eruditiſsimis, » decerptis atque collectis eorum ſententiis elaboratum eſt.]

* Iam excuſum ex MS. Cod. Sancti Amandi, ſed non integrum.

Vtrúque autem opuſculũ, tam libellum quam collectaneum nuſquam ante hac excuſum* in publicũ proferimus ex duplici perantiquo Manuſcripto Codice Corbeienſi, ſcilicet quod habetur in Bibliotheca Pariſienſi Sancti Germani à Pratis, altero Diuionenſi, quod aſſeruatur in Bibliotheca Clariſsimi & Eruditiſsimi Domini Bohier in Curia Parlamenti Burgundiæ Senatoris meritiſsimi. Sed in Codice Corbeienſi Collectaneum quod ſine titulo libello ſubiungitur ita mutilum eſt, vt vix quinta eius pars ibi ſuperſit, & ſic ad Bibliothecam illam Diuionenſem fuerit neceſſariò recurrendum.

De Lupo Seruato, & Ferrarienſi.

Sed & hîc obſeruandum, licet in vtroque Manuſcripto Codice Titulus præ ſe ferat nomen Lupi Seruati, vel Seruati Lupi, ſcilicet in Codice Corbeienſi; libellus Lupi Seruati de Prædeſtinatione; & in Codice Diuionenſi Collectaneum Seruati Lupi de tribus quæſtionibus legatur. Ne minimum tamen ſubeſſe poteſt dubium, Geminum hoc opuſculum germanum & legitimum eſſe fœtum non Lupi Seruati, Moguntinæ Eccleſiæ Presbyteri, ſed Lupi Abbatis Ferrarienſis in Prouincia Senonenſi. Siquidem Lupus ille Seruatus opuſculum ſuum de quo ſuprà, hoc ipſo anno edidit, quod eius eſſe germanum opus & Manuſcripti Codices omnes fidem faciunt, & Sigebertus & Trithemius idipſum indubitanter adſtruunt, dum ipſa verba præfationis eiuſdem opuſculi referunt. Ad quid igitur ab eodem auctore alia hæc duo opuſcula, quæ etiam diuerſi aucto-

Digitized by Google

A. 850.

ris eſſe diuerſitas non tantum ſtyli ſed etiam ſententiarum arguit, maximè vbi de Sanguine Chriſti agitur, auctor illius operis pro ſolis electis, huius verò pro omnibus fidelibus effuſum conſtanter aſſeruit, Ioannem Chryſoſtomum aliter ſentientem ille laudat, hic non audiendum decernit. Immo etiam non eàdem Scripturæ ſacræ verſione vſi ſunt, vt patet ex famoſo illo Apoſtoli loco Romanorum *9. v. 22.* quem ille ex verſione Sancto Auguſtino vſitata, hic verò ex diuerſa communi ſcilicet ſeù vulgata retulit. Illius hæc ſunt verba. Procedat Paulus in medium cui audeat reſiſtere nemo, niſi qui, in ipſo loquenti contradixerit Chriſto, & detegat hoc tandem ſuo ſermone ſecretum: *Volens*, inquit, *Deus oſtendere iram & demonſtrare potentiam ſuam attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, vt notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam:* Hic verò in Collectaneo: recurramus, inquit, poſita contentione ad Apoſtolum Paulum, & obſcurum locum eius tanto auctore illuſtrante ſalubriter intelligamus: *Quod ſi volens Deus oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Item vterque celeberrimum Cæleſtini Papæ de Sancto Auguſt. teſtimoniū diuersâ lectione refert. Ille *inter Magiſtros* ſimpliciter, & iſte *inter Magiſtros Optimos* iuxta magis vſitata exemplaria legit. Quid pluribus? vera inſcriptio libelli huiuſce (quæ etiam in Codice Corbeienſi in ipſius libri ſerie habetur) hæc eſt, *Domino Glorioſiſſimo Regi ſincerè fidelis Lupus*: & quod in præfatione profitetur auctor libelli, *vobiſque poſt Deum fidem debeo ſingularem*, non conuenit Lupo Seruato Moguntinenſi Presbytero, Ludouici Germaniæ Regis ſubdito, optimè vero Lupo Ferrarienſi, qui Karolo Regi ſuo non tantùm ſubditus erat, eíque ſoli fidem poſt Deum debebat ſingularem, hâc communi ratione, ſed etiam ſingulari Abbatiæ, ſcilicet Ferrarienſis onere propter feuda illi annexa fidelis erat ipſi Regi, eíque militiam debebat, vt ſuprà probatum, in militaribus expeditionibus Regem ſequi ex officio ſolitus erat, & anno præterito à militia vacationem obtinuerat precibus Parduli Laudunenſis Epiſcopi, vt patet ex Epiſtola ipſius 78. redeunti ex expeditionibus Regi occurrere ſolitus erat, ex Epiſtola 31. Et notandum quod ideò in epiſtolis ſuis Lupus Ferrarienſis ſolum Regem Karolum & Imperatorem, non alios Reges Dominos vocat. Seque ſoli Karolo, cui ſoli fidem deberet, fidelem inſcribit, & ſingulariter epiſtola *96.* ad Regem Carolum hâc eadem inſcriptione

Digitized by Google

A. 850. vtitur *Glorioſiſſimo Domino præcellentiſſimo Regi Karolo integrè fidelis Lupus*] Itaut eiuſdem eſſe libellum hunc & non Lupi Seruati, nemo ſit qui non videat.

Sed cognomen hoc Seruati quod in codice Corbeienſi ſubſequitur,& in Diuionenſi præcedit,Lupi nomen ex Scribarum vel alterius Monachi errore profectum, eâ vt videtur occaſione, quòd veteres omnes qui de ſcriptoribus Eccleſiaſticis egerunt, ſolius Lupi Seruati meminerint, nullus Lupi Ferrarienſis, & maximè quod ille ab iis plurimum laudatus ob opuſculum illud de tribus quæſtionibus de quo ſuprà, ita vt quibus illud fuerat incognitum, hoc vtrumque de iiſdem quæſtionibus, & eodem nomine Lupi cernentes, facillimè & non ſine graui coniecturâ eiuſdem Lupi Seruati eſſe crediderint; ideoque in titulo cognomen illud Seruati addiderint.

Tantúmque indiſtinctio illa valuit, quâ Lupus Seruatus cum Lupo Abbate Ferrarienſi confunditur, vt qui nouiſſimè ſcripſere de auctoribus Eccleſiaſticis, vnum eundémque eſſe aſſerant, vt Aubertus Miræus Decanus Antuerpienſis in notis ſuis ad Sigeberti tractatum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis num. 93. vbi de Lupo Seruato, & libro illo de tribus quæſtionibus in ſcholiis ſuis hæc annotauit: Lupus Seruatus Abbas Ferrariæ in Diœceſi Senonenſi Rabani Mauri Diſcipulus, præter quæſtiones hîc memoratas, ſcripſit librum epiſtolarum Lutetiæ à Maſſono publicatum, anno 1588. & vitam Sancti Vuigberti Abbatis Fretiſlarienſis Moguntiæ 1602. à Buſæo editam, & obiit anno 852.] Idem ipſe Miræus in auctuario num. 247. de eodem Lupo Seruato agens. Sunt qui putant, inquit, hunc eſſe eundem cum Lupo Ferrarienſi Abbate in Gallia, cuius epiſtolas primus Maſſonus edidit.] Et iterum in eodem opere num. 268. de hoc eodem Lupo agens: Lupus, inquit, à Sigeberto in catalogo cap. 94. laudatus, ab Aldrico Senonenſi Epiſcopo in Germaniam miſſus Fuldæ ſtudiorum cauſâ ſubſtitit, in patriam reuerſus Ferrariæ Abbas datus concilio Sueſſonenſi Anno 843. & Moguntino 848. interfuit.] Sed hallucinatur Miræus, & diuerſos fuiſſe Lupos illos patet ex præmiſſis, & ex eo quòd ille presbyter Moguntinus Moguntiæ degeret, ibíque à Gotteſchalco conſultus, deinde Synodo Moguntinæ interfuerit (vt ſuprà notatum) & inter celeberrimos Germaniæ ſcriptores à Trithemio celebratus, in tractatu ſingulari de illuſtribus viris Germaniæ. Hic verò Monachus & Abbas Ferrarienſis in Senonenſi Prouincia, licet antea Fuldæ ſtudiorum cauſâ ſub Rabano ſubſtiterit; Ferrariæ verò ab anno 843. aut 44. quo Abbas præfectus eſt, degeret, Archiepiſcopo ſuo

Miræus in Notis ad Sigebertũ de Script. Eccleſ.

in plurimis conciliis & aliis expeditionibus, Regi ſimiliter ipſi ſæpius adeſſet, ipſúmque etiam in hoſtili expeditione ingratis ſequeretur. Sed & Lupus ille Seruatus anno 851. diem ſuũ clauſit extremum, vt habetur in chronico Hirſaugienſi ad annũ illum: Lupus verò Ferrarienſis anno 853. & non 843. vt vult Miræus, affuit Concilio Sueſſonenſi ſecundo, & Senonenſi in ordinatione Æneæ Epiſcopi Pariſienſis, & annis ſubſequentibus plures ſcripſit epiſtolas & inter alias epiſtolam 103. ad Benedictum Papam, qui ſedere cœpit Anno 855. nec vſquam Lupo Ferrarienſi cognomen Seruati additum reperitur. Et ſic nemo eſt qui vel leuiter hæc conſiderans, non diuerſos cenſeat, & huiuſce Collectanei cum Libello ſeu epiſtola ad Karolum Regem, Lupum Ferrarienſem auctorem non laudet. Nec minimum intereſt alterum ab altero diſcernere, ſiquidem ex illa confuſione Catholicæ veritatis teſtes minuuntur; cùm è contra ipſius ſtabilitas vel ex eo maximè conſtet, quod vbique tam in Germaniâ, quam in Galliâ Belgicâ, ſicut & in Lugdunenſi, Doctrina illa vnanimi ſanctiſſimorum virorum teſtimonio confirmata, & corroborata extiterit. A. 850.

CAPVT XVII.

Cap. 17.

Eodem Anno Ratramnus Regij mandati fidem exoluens, duos de Prædeſtinatione libros edidit, qui nunc primum in lucem prodeunt. Liber eiuſdem Ratramni de Corpore & Sanguine Domini, non aduerſus Catholicam Eccleſiæ doctrinam, ſed contra Stercoratiſtarum hæreſim ſcriptus oſtenditur. Quo animo Rex ſcripta illa Lupi Ferrarienſis & Ratramni receperit. De Ratramno.

HOc etiam eodem anno Ratramnus Corbeienſis Monachus, non leuis armaturæ in Eccleſia Chriſti miles regio mandato obtemperans, duos de Prædeſtinatione libros compoſuit, quorum corrupto nomine Bertrami meminerunt Sigebertus & Trithemius in Catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ille breuiſſimè; Bertramus, inquit, ſcripſit librum de « Corpore & Sanguine Domini, & ad Karolum librum de Præ- « deſtinatione.) Hic verò paulo fuſiùs his verbis; Bertramus preſ- « byter & Monachus in diuinis ſcripturis valdè peritus, & in li- « teris ſæcularium diſciplinarum egregiè doctus, ingenio ſubti- «

Sigebertus de Script. Eccleſ. cap. 96. Trithemius de Script. Eccleſ.

A. 850. » lis, & clarus Eloquio, nec minùs vitâ quàm doctrinâ inſignis
» ſcripſit multa præclara opuſcula, de quibus ad meam notitiam
» pauca peruenerunt. Ad Karolum Regem fratrem Lotharij Im-
» peratoris, ſcripſit commendabile opus de Prædeſtinatione, de
» Corpore & Sanguine Domini lib. 1. claruit temporibus Lo-
» tharij Imperatoris anno 830.]

Sed & ad confirmandam Ratramni auctoritatem, propter Cenſuram latam in librum de Corpore & Sanguine Domini, notandum eſt ipſius Miræi Decani Antuerpienſis ſcholium ad

Miræus ad Sigebert. cap. 95.

» Sigeberti cap. 95. Bertramus, inquit, ſcripſit librum de Cor-
» pore & Sanguine Domini excuſum Coloniæ 1532. Baſileæ in
» Micropresbitico, & alibi, ſed damnatum à Tridentinis Cenſo-
» ribus. Ita Molanus in Bibliotheca MS. ſacra: Hæretici enim
» primi Typis ediderunt, videntúrque illa inſeruiſſe, quæcun-
» que vel obſcura, vel in ſpeciem prauè ſonantia leguntur: plu-
» rimis certè locis veram Chriſti præſentiam poſt conſecratio-
» nem adſtruit, & tranſſubſtantiationem docet: vt ne ipſe qui-
» dem interpolator id ſub finem diſſimulet, dicens multa non
» cohærere, & præcedentia ſequentibus contradicere. Hoc inter
» alios obſeruauit Bartholomæus Petrus Lintrenſis, Doctor
» Theologus Duacenſis. Contra Bertramum ſcripſit Paſchaſius
» Ratbertus, vt ſuprà in Honorij cap. 10. diximus.] Hæc Miræus.
»

Sed hîc duo obſeruanda, primum in confirmationem prædictæ Molani & Petri Lintrenſis obſeruationis, Vſſerius Archiepiſcopus Armachanus in tractatu de Gotteſchalco & prædeſtinatiana hæreſi cap. 11. refert in duabus Angliæ Bibliothecis extare Manuſcriptum eiuſdem Bertrami opus de Natiuitate Chriſti, in quo ſimiliter agit de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini: Si eædem ſententiæ, quæ ſuppoſitionis notantur, haberentur in libro illo de Natiuitate Chriſti vt huiuſce ſuppoſitionis purgarentur, Nouatores, libellum illum iam in publicum protuliſſent.

Secundò non ſatis cautè notat Miræus, contra Bertramum ſcripſiſſe Paſchaſium Ratbertum; neque enim vt patet ex libro Paſchaſij Ratberti, qui erat ipſius Ratramni ſeu Bertrami præpoſitus, Abbas ſcilicet Corbeienſis in illum ſcripſit, nec eius dicta vlla refellit, immo prior Bertramo ſcripſiſſe notatur ab anno 818. ſub Imperatore Ludouico Pio, & vterque Stercoraniſtarum hæreſim, quæ illo tempore orta eſt cōfutauit, vterque catholicam veritatem aſſeruit: ſed Ratbertus tranſſubſtantiationis veritatem clariùs expreſſit; nec etiam Bertramum receſſiſſe ab illa doctrina teſtes ſunt ipſi Magdeburgenſes Centur. 9. cap. 4. de doctrina col. 212. agentes ſiquidem de in-

clinatione doctrinæ circa cœnam Domini his verbis vtuntur. A. 850.
Tranſſubſtantiationis habet ſemina Bertramus, vtitur enim « Magdeburg. Centur. cent. 9.
vocabulis commutationis & conuerſionis] Quod pluribus ip- «
ſius teſtimoniis confirmant & cap. *6* de Ceremoniis & ritibus
Eccleſiæ col. 243. Bertramus, inquiunt, libro de Corpore & «
Sanguine oſtendit Corpus Domini & Sanguinem ſuper altare, «
ſeù menſam poni & inde populo diſtribui &c.] «

Et ſic nec leuiſſima quidem prauæ doctrinæ ſuſpicio in Ratramnum cadere poteſt. Vt autem & morum probitate, & doctrinâ præcellebat, Catholicæ veritatis aſſertor intrepidus ſeù vindex acerrimus contra nouatores omnes ſemper extitit: non ſolùm contra Heribaldum Antiſſiodorenſem & ſimiles Stercoraniſtas vnà cum Paſchaſio Ratberto Abbate ſuo, veram Eccleſiæ doctrinam libello ſuo tutatus eſt: Sed & proprium Epiſcopum Hincmarum Remenſem, licet etiam Regiâ auctoritate præcelleret, aliquantulùm deuiantem vel innouantem ſine cenſura abire non eſt paſſus. Siquidem cùm ille libello ſuo ad recluſos & ſimplices ſuæ Parochiæ ſententiam Sancti Fulgentij malè interpretatus eſſet, Ratramnus ſcriptâ ad Amicum epiſtolâ, illum inter reliqua ex hac corruptione liberrimè reprehendit. Teſte Rabano epiſtolâ ad Hincmarum pag. 10. Item à Rege rogatus contra Hincmarum veritatem Geminæ Prædeſtinationis gemino libello, de quo agimus, hoc anno pleniſſimè expoſuit. Dehinc poſt aliquot annos, cùm Hincmarus in Eccleſia Remenſi vetuſtiſſimum & receptiſſimum hymni Eccleſiaſtici hunc verſiculum

Te Trina Deitas vnáque poſcimus.

cantari vetuiſſet, ipſe Ratramnus volumine non modicæ quãtitatis ad Hildegarium Meldenſem Epiſcopum edito, ex libris Sanctorum Hilarij & Auguſtini de Trinitate, veterem eccleſiæ traditionem confirmauit, vt teſtis eſt Hincmarus ipſe in tractatũ de non trina Deitate in principio, & pag. 450. Denique cum circa annum 867. Nicolaus Papa ſuis ad Hincmarum Remenſem & Odonem Beluacenſem epiſtolis, eccleſiæ Gallicanæ Græcorum contra Romanam eccleſiam obiectiones expoſuiſſet, refutationis ſeù reſponſionis curâ ab Epiſcopis Ratramno demandatâ, ille ex Epiſcoporum auctoritate quatuor libris optimam & fortiſſimam Romanæ ſeù Latinæ Eccleſiæ parauit defenſionem. Qui libri MS. nondum excuſi, habentur in Bibliotheca Thuana num 711. & delegatæ ſibi ab Epiſcopis reſpondendi poteſtatis ſeù Epiſcopalis mandati fidem facit hæc poſtrema totius operis periodus. Egimus velut potuimus reſpondentes ad ea quæ nobis ſcripta miſiſtis, quæ ſi placue-

Digitized by Google

A. 850. rint, Deo gratias agimus, ſin verò diſplicuerint, veſtræ correctionis cenſuram præſtolamur. Hanc ipſam Epiſcoporum delegationẽ obſeruauit Doctiſſimus Ioannes de Launoy Theologus Pariſienſis, in Diſſertatione de veteri ciborũ delectu §. 13.

Hæc Paulo fuſiùs, vt maior Ratramno fides adhibeatur in diſcutiendâ ipſius ſeù veriùs ſanctorum Patrum, quorum teſtimonia collegit, de Dei Prædeſtinatione ſententiâ, quam duobus illis libris complexus eſt, quos etiam non adhuc editos ex Bibliotheca Monaſterij Lobbienſis olim Vallis ſcientiæ dicti in Flandria, in publicum proferimus: illorum librorum ſynopſim & ſcopum nec meliùs nec breuiùs referre poſſumus, quàm verbis ipſius auctoris in Præfatione libri ſecundi: ſuperiore libello Rex Religioſe, inquit, quá valui breuitate ſanctorum dicta decerpens aperui, pro qualitate ingenij noſtri, quòd omnia diuinis agantur diſpenſationibus; & licet iniquorum prauæ ſint voluntates, & actiones peruerſæ, nequaquam tamen effugere poſſunt diuinorum diſpenſationem iudiciorum, ſed vnde Deo aduerſantur, inde illius voluntati ſeruiunt. Hinc quoque manifeſtum quantũ credimus elicuit, quia non ſolùm quæ ſunt, ſed & quæ futura ſunt, diſpenſat cœleſtis ſapientia, & vnũquodque ad ſuum finem perducit, non ſolùm bonos, verùm etiam malos, ſecundùm quod ante ſæcula æternaliter diſpoſuit, moderatur, & agit: & ſicut non eſt noua cogitatio apud Deum, ita nec nouum conſilium: & quid de ſingulis agatur, in æterna ſapientia illius diſpoſitum eſt, & immutabiliter determinatum. Oſtendimus etiam Prædeſtinationem Sanctorum diuinâ gratiâ regi, nec electorum numerum, aut poſſe minui, aut vacillari: ſed ſicut ante ſæcula electi ſunt, ita eorum electio inconuulſa manebit, quæ omnia non noſtris verbis, ſed Auctorum dictis monſtrauimus.

Ratramnus in Præfat. lib. 2. de Prædeſt.

Nunc vt de Prædeſtinatione iniquorum, iuxta quod magnificentia veſtra dignata eſt nobis iniungere, Sanctorum dicta exempla colligamus: vbi etiam de Sanctorum Prædeſtinatione pariter loquemur, quæ cùm fuerint à nobis explicata, breuiter aperire conabimur, quemadmodum cùm Deus malos prædeſtinatos habeat, non tamen auctor ſit malorum, nec ſit voluntatis eius perditio impiorum, *qui omnes homines vult ſaluare & ad agnitionem veritatis venire.*] 1. Tim. 3. v. 4.

Hæc Ratramnus ipſe: ſed & non pauca interſerit de gratia & libero arbitrio, nec non & de abſoluta Prædeſtinatione Electorum abſque vlla præuiſione meritorum, maximè dum fuſiùs expendit doctrinam Sancti Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi. Et quoniam aduerterat artem omnem aduerſantium in hoc

plurimùm

plurimum conſiſtere, vt ex doctrina Prædeſtinationis ad pœnam neceſſariò ſequi Deum peccati auctorem eſſe, ipſóſque peccatores ex neceſſitate Prædeſtinationis huiuſce in præcipitium cadere perſuaderent, non contentus Sanctorum Patrum teſtimoniis hanc obiectionem diſcuſſiſſe, poſtremam poſterioris libri Partem in enodandâ & penitùs diſcutienda difficultate illâ ex ſacrarum Paginarum auctoritate inſumpſit.

Quoniam, inquit, nonnulli fortaſſis cùm audiant iniquos ad pœnam Prædeſtinatos, arbitrantur quâdam neceſſitate ad eam trahi, nec ab hac neceſſitate aliquomodo poſſe mutari, non inconueniens nobis videtur, manifeſtiùs id pateſieri, vt & Prædeſtinatio malorum ad pœnam doceatur; nec tamen ideo ad eam perueniant, quia Prædeſtinati ſunt: ſed cauſa peruentionis ex culpa ſit delinquentis, non ex neceſſitate Prædeſtinantis. Sicut enim iniqui, quia prædeſtinati ſunt ad pœnam, non idcirco prædeſtinati ſunt ad peccatum: vnuſquiſque enim propriâ concupiſcentiâ victus trahitur ad peccandum: ita & qui peccant, propterea quia peccatores præſciti ſunt, nec pro peccatis pœnitentiam geſſuri, idcirco ad pœnam prædeſtinati ſunt, quod ex ſubiectis forſitan clariùs elucefcet &c.] Vt exemplo Luciferi, primorum Parentum, Caïn, Diluuij, Pentapolis, Ægyptiorum & ipſius Antichriſti pluribus exequitur. Ratramnus de prædeſt. lib. 2.

Tandem ſicut Regem in præfatione eiuſdem libri deprecatus erat, vt ſi quis reprehenſor exiſteret librorum ſuorum, ſibi non denegaretur defenſionis locus, ſic in fine perorat. His ita obſecramus magnitudinis veſtræ pietatem, vt hæc ſcripta ſi ſapientiæ non diſplicuerint, penes vos habeantur: nec in publicum proferantur, donec huius quæſtionis controuerſia diligenter ab omnibus fuerit euentilata, & quod tenendum ab omnibus ſit comprobatum, quod ſi diſplicuerit libellus iſte per quos obſecramus vt corrigatur, & nobis quæ correcta fuerint non abſcondantur.] Ibidem in fine.

Tractatibus illis Lupi Abbatis Ferrarienſis, & Ratramni Monachi Corbeienſis Regi Carolo oblatis, quo animo doctrinam in illis expoſitam Rex ipſe exceperit non apparet, Regem verò à Lupo, quem magni nominis Abbatem vocat illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annalium tomo 10. ad annum 856. num. 8. ſæpiùs admonitum docent plurimæ illius Epiſtolæ & præ cæteris 64.93.&96. ad eundem Regem, quas illuſtriſſimus Cardinalis integras Annalibus Eccleſiaſticis non indignas cenſuit & retulit ad hunc ipſum, quem diſcutimus annum 850. num. 10. & ſequentibus.

Harum prima quæ exhortationem continet & regulas tradit ad pacificè fœlicitérque regnandum, Hincmarum ipſum aulicâ pru- Lupus Epiſtolâ 64.

A. 850. dentiâ erga Regem ipſum præpotentem, & ſimiles Liberi Arbitrij non tam defenſores quam præcipitatores, facilè percellit,
» dum quotidianas preces & continuas quaſi Deo bonorum om-
» nium auctori, gratiarum actiones ingerit neceſſarias, quippe qui
» initium profectùmque, atque perſeuerantiam in bonis actibus
» largiatur, & quæ agenda ſunt inquit, proſpicite diligenter, &
» retractate ſubtiliter, communicato conſilio cum Dei veſtriſque
» perfectè fidelibus, quia id diuinum nos inſtruit eloquium, *Qui*
Locus hic periculoſ. » *ſibi nequam eſt, cui bonus erit.* Nec vos cuilibet ita ſubijciatis, vt
» ad eius arbitrium omnia faciatis. Cur enim regium nomen præ-
» tenditis ſi regnare neſcitis: vt pace cunctorum dixerim, non ex-
» pedit vobis & populo, vt aliquem vobis æquetis, nedum præpo-
» natis &c.]

Epiſt. 96. Et vltimâ illarum Epiſtolâ, in qua ex Sermone Sancti Auguſtini iuriſiurandi conſuetudinem Regi & vniuerſæ Curiæ diſſuadet, quámque ſit ferale periurium oſtendit, luce clariùs patet, ſolitum Regem ipſius exhortationes & admonitiones ſalutares
» non dedignari, immò etiam expetere. Cùm à veſtra, inquit, ma-
» jeſtate digrederer præcepiſtis, vt impendente quadrageſimâ
» quiddam vobis dirigerem, vnde caperetis fructum aliquem ædi-
» ficationis &c. Ita vt libellum eius de tribus illis quæſtionibus, ſicut & libros Ratramni, quos ipſe regio iuſſu compoſuerat, Regem libenter excepiſſe, nec doctrinam eorum auerſatum veriſimile ſit. Verumtamen vt doctrina illa Chriſtianæ humilitatis fons, & tota deſurſum deſcendens dedignatur Aulicum tumorem & ſæcularem illam prudentiam, quæ tota zelo & contentione inficitur, Hincmarus ipſe qui mirâ dexteritate & ingenio, quo præpollebat, Regis animum obſederat, non ægrè ei perſuaſit, ſe facili negotio & orthodoxorum magiſterio iis omnibus reſponſurum, quod ſibi à Rege commiſſum fuiſſe ipſe teſtis eſt in opere ſuo de Prædeſtinatione: de libris quidem Ratramni ſpecialiter in cap. 5. & generaliter de aliis huiuſcemodi ſcriptis omnibus, quæ ad Regis notitiam peruenerant, in præfatoria eiuſdem operis Epiſtola ad Karolum Regem, ſed deinde iugi meditatione ad ſe reuerſus Hincmarus, opus illud ſibi ex ſententia non ſucceſſurum aduertit, nec veriſimiles cauſas ſilentij defuturas, quarum aliquas ipſe re-
Hincmar. de Prædeſt. in præfat. » fert in prędicta Epiſtola. Hæc eadem capitula, inquit, ſub titulo
» quaſi in Valentina Synodo conſcripta fuerint anno 855. &c. nobis
» dediſtis, vt ad illa quæ nobis viderentur Catholicè ex orthodo-
» xorum magiſterio reſponderemus, cum aliis quorumque ſcriptis,
» quæ hinc ad veſtram notitiam peruenire, quorum quędam ſcripta
» recepimus, ſed ea publicare noluimus, ſolliciti ſeruare vnitatem
» ſpiritus in vinculo pacis, donec cum eis qui vobis illa tranſmiſe-

Digitized by Google

rant familiari colloqueremur ſermone, & eos ſi aliquo modo, valeremus ab hac praua intentione ad Catholicæ fidei vnitatem cooperante Domino reuocaremus: ſed quia partim occupationibus præpediti, partim autem in fraternis ſuaſionibus minùs, quàm neceſſe fuerat obauditi, eos quos monere diſpoſuimus, à ſua intentione reuocare nequiuimus.] A. 851

CAPVT XVIII.

Cap. 18.

Anno 851. Hincmarus & Pardulus tot tantiſque viris ſibi aduerſantibus primo Amalarium, deinde Ioannem Scotum contra Gotteſchalcum ſcribere compellunt. Quis ille Amalarius, & quàm malè de fide ſentiret: quis item Ioannes Scotus, cuius liber nunc primum editur, & quantâ cum perfidia Gotteſchalci de gemina Prædeſtinatione doctrinam recenſuerit.

VERVMTAMEN non è re cauſæ futurum agnoſcens Hincmarus, ſi tot tantorúmque virorum Prudentij, Lupi, Ratramni & aliorum ſcriptis eam quam tueretur ſententiam, Apoſtolico vigore euertentibus nihil ipſe aliud opponeret præter opuſculum ſuum ad ſimplices & recluſos, quod etiam leuiſſimæ notæ fuiſſe, vt ſuprà diximus, veriſimile eſt, vſus conſilio & ope Parduli Laudunenſis factionis ſuæ coriphæi anno ſequenti 851. aliis omnibus auxiliis deſtitutus, primò ad Amalarium aliquem Diaconum Metenſis vel Treuirenſis Eccleſiæ, deinde ad Ioannem Scotum cognomento Erigenam, ſacrarum litterarum penitùs ignarum, ſed Philoſophiæ & Grecæ Linguæ non imperitum, & in Curia Karoli degentem recurrit, & ipſi ſimul Hincmarus & Pardulus eos hortantur & impellunt, vt in hac cauſa contra Gotteſchalcum & geminam ab eo aſſertam Prædeſtinationem ſcriberent. Huiuſce rei quoad Amalarium cuius liber non extat, nec ab vllo alio quod ſciam, quàm à Pardulo & Eccleſiâ Lugdunenſi in libro de tribus Epiſtolis memoratur, hoc ibi extat teſtimonium in reſponſione ad 2. Epiſtolam quæ eſt Parduli. Quod autem inter ceteros (inquit Eccleſia Lugdunenſis) qui de tanta quæſtione, diuinæ videlicet preſcientiæ & Prædeſtinationis apud eos ſcripſiſſe memorantur, etiam Amalarius ponitur, & Scotus Ioannes ab eis ad ſcribendum compulſus eſſe refertur, multùm moleſtè & dolenter accipimus, vt Eccleſiaſtici & prudentes viri tantam injuriam ſibimetipſis fecerint, vt Amalarium

Anno 851.

De Amalario. Libell. de Trib. Epiſt. ad ſecundam.

A. 851. » de fidei ratione conſulerent, qui & verbis & libris ſuis, mendaciis, & erroribus, & fantaſticis, atque hæreticis diſputationibus plenis, omnes penè apud Franciam Eccleſias, & nonnullas etiam aliarum regionum quantùm in ſe fuit infecit, atque corrupit, vt non tam ipſe de fide interrogari, quàm omnia ſcripta eius ſaltem poſt mortem ipſius debuerint igne conſumi: ne ſimpliciores quique, qui eos multùm diligere, & legendo frequentare dicuntur, eorum lectione & inaniter occuparentur, & pernicioſè fallerentur & deciperentur.]

Vt autem hæc cenſura Eccleſiæ Lugdunenſis & doctrina ipſius Amalarij magìs innoteſcat. Obſeruandum Amalarium illum de Corpore & Sanguine Domini in Sacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramento prauè ſentientem, à Floro Magiſtro Eccleſiæ Lugdunenſis Diacono doctiſſimo impugnatum: vt ex eruditiſſimo viro Nicolao Fabro refert Magiſter Andræas DuVallius Doctor Sorbonicus in notis ad Librum illum de tribus Epiſtolis: idque probat ex fragmento operis eiuſdem Flori in Pſalmum octogeſimum; ſed ex eo non ſatìs cautè conijcit illum, vnà cum Ioanne Scoto fuiſſe Berengarij præcurſorem. Siquidem vt aduertit Vſſerius Armachanus in Hiſtoria de Gotteſchalco cap. 8. ex Ioanne Bunderio, & Margarino Bignæo in Concilio apud Cariſiacum habito anno 838. Amalarij de Corpore & Sanguine Domini deliramenta ab Epiſcopis fuere damnata, & ab ipſo Floro Magiſtro qui eidem Concilio interfuit, ſcriptis poſtea impugnata, vt pluribus notat Dauid Blondel verbi Dei pſeudominiſter in familiaribus elucidationibus controuerſiæ de Euchariſtia cap. 18. maximè ex Codice Manuſcripto ipſius Flori in Amalarium, & Epitome MS. Guillelmi Malmesburienſis. Verùm ex ſupradicto fragmento Flori in Pſalmum 80. impugnantis Amalarij dictum: *Os quantùm dilataueris tantùm accipies* &c. Tum ex eo quod Amalarius ipſe ſcripſir de triformi & tripartito Corpore Chriſti lib. 3. de Diuinis Officiis cap. 35. & ex ſupradictis manuſcriptis codicibus Flori & Malmesburienſis luce clariùs patet, Amalarium longè abſuiſſe ab hæreſi Ioannis Scoti, & Berengarii, qui ſolam Corporis Chriſti figuram in Euchariſtia habere docuerunt. Immò verò oppoſita hæreſis Stercoraniſtarum vnà cùm Heriboldo Antiſſiodorenſi Epiſcopo, & ipſo Rabano Archiepiſcopo Moguntino fuiſſe Anteſignanum: Licet enim hanc hęreſim ſolis Heribaldo & Rabano tribuat authoris Anonimi, qui eodem ſæculo vixit de Corpore & Sanguine Domini libellus, qui in pluribus Bibliothecis manuſcriptus & nominatim in Bibliotheca Corbeienſi viſitur his verbis: & his quidem qui dixerunt ſeceſſui obnoxium, quod nunquam antea

MS. Cod. Anonimi.

A. 851.

eſt auditum, Heriboldo Antiſsiodorenſi Epiſcopo, qui turpiter propoſuit, & Rabano Moguntino, qui turpiùs aſſumpſit, turpiſſimè verò concluſit, ſuus ad reſpondendum locus ſeruetur:] Nihilominus Guillelmus Malmesburienſis in ſupradicta Epitome M. S. Heriboldo Amalarium coniungit & Florus magiſter in præfato MS. opere in Amalarium teſte Blondel vbi ſuprà, illum huiuſce hæreſis in illo Cariſiacenſi concilio anno 838. damnatæ criminatur auctorem & inuentorem, nec quæ retulit ipſe du Vallius ex commentariis Flori in Pſalm. 80. & quæ habentur de triformi & tripartito copore Chriſti in ſupradicto Amalarij tractatu de diuinis officiis niſi de Stercoraniſtarum hæreſi intelligi poſſunt, nec vllo modo conueniunt Sacramentariorum figmento, qui ſolam in Sacramento figuram admittunt.

Quis verò fuerit Amalarius ille benè ibidem M. du Vallius: magis ignoratur (inquit) quàm ſcitur, ſed peſſimè Vſſerius Armachanus d. cap. 8. cum vult eſſe Amulum Lugdunenſem Archiepiſcopum, ad quem emiſſæ fuerunt literæ illę, quibus reſpõdetur libello Eccleſiæ Lugdunenſis de tribus Epiſtolis: Error hic grauiſſimus, & in viro perſpicaci nullomodo ferendus. Quiſquis Amalarius fuerit ſiue Metenſis Epiſcopus iuxta Honorium Auguſtodunenſem in libro de Eccleſiaſticis Scriptoribus, vel eiuſdem Eccleſiæ Diaconus, iuxta Miræum in ſcholiis ſuis ibidem, vel Diaconus Treuirenſis vt vult Blondel, vel alius quiſlibet; Certè Epiſcopali dignitate inſignitum non fuiſſe argumento eſt Epiſtola Nitardi ad ipſum ſcripta quæ habetur tom. Hiſtoriæ Gallicanæ Domini du Cheſne: ſed certò certiùs nec Archiepiſcopus Treuirenſis fuit eiuſdem nominis, qui longè anteà decedens ſucceſſorem habuerat Hetti, cui etiam mortuo ab anno 847. ſucceſſit Tietgaudus, iuxta Annales Metenſes: multò minùs potuit eſſe Amulus Lugdunenſis Archiepiſcopus, qui vel Amulo vel Amolo vel Amulus, ſed Amalarius nunquam dictus, & in Eccleſia Lugdunenſi tum doctrina tum morum ſanctitate celeberrimus, Sanctiſſimo fine ſimilem vitam compleuit, etiam in album Eccleſiæ ſuæ Sanctorum relatus eſt. Et ſic eum à Floro Magiſtro Eccleſiæ ſuæ Diacono tam horrendæ hæreſis diffamatum & ab Eccleſia ſua ſeu ſucceſſore ſuo ſancto Remigio totius Eccleſiæ nomine ſtatim poſt mortem ipſius vel forſan anno vitæ ſuæ extremo tam infami cenſurâ notatum nefas eſt ſuſpicari.

Quod ad Ioannem Scotum quis qualiſue fuerit magis notum, licet malè à quibuſdam confundatur cum alio Ioanne Scoto Venerabilis Bedæ auditore qui cum Alcuino ſub Carolo magno claruit circa annum 780. de quo Trithemius in tractatu de Scriptoribus Eccleſiaſticis: iſte verò cognomento Erigena iuxta Ma-

De Ioanne Scoto.

A. 851.

Matth. Vveſtmonaſt. in Floribus Hiſtor. ad ann. 883.

thæum Vveſmonaſterienſem in Floribus Hiſtoriæ ad annum 883 vir fuit perſpicacis ingenij & facundiæ ſingularis, qui dudum relictâ patriâ ad partes Gallicanas tranſiens, Karolum Caluum adiit circa annum 840. atque in magna ab eo dignatione ſuſceptus, indiuiduus comes ei fuit menſæ & cubiculi: is humanioribus & græcis literis & Philoſophiæ principiis imbutus, & ſophiſticis illuſionibus præpollens, ſed ſacrarum literarum pœnitus ignarus, libros ſuos erroribus & hæreſibus refercijt: Berengarij præcurſor fuit, & ſacramentariorum Anteſignanus, eiuſque liber de corpore Domini in concilio Vercellenſi damnatus & flammis addictus fuit, ducentis ferè poſt mortem eius annis. Ipſe verò ea morte obiit quæ deceret hæreticum, & magiſtrum tot impiorum dogmatum, ſiquidem in Angliam reuerſus à pueris, quos docebat graphiis perforatus, animam exhalauit tormento graui & acerbo, poſteris relinquens exemplum diuini iudicij in hæreticos, iuuentutis & plebis corruptores, vt notat Genebrardus in Liturgiam Diui Dionyſij. Neque hîc prætermittenda Eccleſiæ Lugdunenſis Cenſura de Ioanne Scoto, in lib. de tribus Epiſtolis, in reſponſione ad ſecundam, quâ eum aſſeruit in hac cauſa ſcribere compulſum.

Genebrar. in Liturg. S. Dionyſij.

En paucis quales Hincmarus inuenerit opinionis ſuæ fautores, immò quales ipſe delegerit patronos & defenſores, quippe ipſemet Ioannes Erigena in præfatione operis illius de prædeſtinatione ad Hincmarum & Pardulum eos ipſos operis ſui laudat auctores, & incentores his verbis: ſic vos religioſiſſimi Patres cùm

Ioann. Scot. de prædeſt. in præfat.

» veſtræ nobilitas eloquentiæ ad omnes nouellarum hæreſium ver-
» ſutias cauendas, conuincendas, deſtruendas ſufficiat, noſtræ tamen
» ratiocinationis aſtipulationibus veſtram perfectiſſimam de fide
» prædeſtinationis definitionem roborare non ſpreuiſtis: ita vt &
» veſtræ pietatis pulcherrima virtus omnibus pateat, & noſtræ o-
» bedientiæ non ſpernenda humilitas clareſcat: in hoc itaque opuſ-
» culo noſtro, quod ad teſtimonium veſtræ orthodoxæ profeſſio-
» nis vobis iubentibus ſcribere curauimus, quæ vera eſſe perſpexe-
» ritis tenete &c.] Idem iterum in cap. 1. vt mox referetur.

Libello de tribus Epiſtolis ad ſecundam.

Sed & ipſe Pardulus hoc ipſum non inficiatur; immò in Epiſtola ſua quæ ſecunda relata eſt in libro Eccleſiæ Lugdunenſis de
» tribus Epiſtolis: plures inde, inquit, apud nos ſcripſerunt, &
» cùm quinque ex eis nominaſſet inter quos etiam Amalarium ſcri-
» pſiſſe memorauit, ſubiunxit dicens: ſed quia hæc inter ſe valde
» diſſentiebant Scotum illum qui eſt in palatio Regis Ioannem no-
» mine ſcribere coëgimus.] Ita vt ne minimum dubium ſubeſſe poſſit, quin ille prouocatus, rogatus, immò & quaſi coactus ab ipſis Hincmaro & Pardulo libellum hunc de prædeſtinatione in

Digitized by Google

eorum patrocinium ediderit. Non quod Hincmarus & Pardulus definitionem de fide prædeſtinationis edidiſſent, vt verba illa Ioannis Scoti præ ſe ferunt (nulla ſiquidem iam edita Capitula, ſatis ſupèrque probatum eſt) ſed propter libellum Hincmari (forſan etiam & Parduli cuius conſilio in ſcriptis ſuis vti ſolitum fuiſſe ipſe teſtis eſt apud Flodoardum hiſt. lib. 3. cap. 20.) ad reclusos & ſimplices ſuæ parrochiæ contra Gotteſchalci confeſſiones editum, quem librum nomine orthodoxę profeſſionis laudat Scotus, ſolùmque Gotteſchalcum nec alios impugnare profitetur, vt patet ex his quæ habentur in primo illius operis Capitulo, cuius diſciplinę regulis (inquit) neceſſario vti iubemur, dum aduerſus quemdam Saphrophilum nomine Gotteſchalcum ſuæ hæreſeos & inuentorem ſimul & aſſertorem, fautoréſque eius (ſi tamen ſunt neſcio) atque vtinam ne ſint. reſpondere compellimur iubentibus videlicet Catholicæ Eccleſiæ Vigilantiſſimis paſtotibus, in quorum ouili tale venenum ſerpere molitur.] A. 851. Ioann. Scotus c. 1.

Nec inde coniici poteſt illum ante Prudentium, Ratramnum & alios qui veritatem geminæ prędeſtinationis propugnauerunt, ſcripſiſſe. Siquidem ex ſupradicta Parduli Epiſtola conſtat Ioannem Scotum poſt reliquos ſcribere compulſum, & Prudentius in opere ſuo contra eundem Scotum cap. 11. infamat illum quòd plurima ex ſuo primo opuſculo deflorata violenter ad ſuas prauitates detorſerit. Etſi nuſquam, inquit, eorum ſcripta legiſſet, ſatis ea te poterant de his omnibus informare, quæ ante biennium ex illorum libris deflorata quibuſdam fratribus conſenſu Synodi mittere curaui, quæ ad te perueniſſe, ſi noſſe aliter nequiuiſsem, infauſtiſſimus liber tuus, cui largiente Domino reſpondemus, probabiliter nos inſtruere poterat, in quo earundem deflorationum pleraque interpoſita, atque ad tuas prauitates detorta violentérque inflexa reperimus.] Prudentius cõtra Scotum cap. 11.

Quænam verò ſit libelli illius non tam doctrina, quàm peruerſitas, plurimis concluſa ſyllogiſmis poſt iudicium Concilij Valentini & Lingonenſis (de quibus ſuo loco) hic referre ſuperſedendum eſſe duximus : verumtamen quoniam Mathęus Vveſtmonaſterienſis ad d. annum 883. queritur Ioannis Scoti ſcripta, ab Eccleſia Lugdunenſi ſeu à Floro magiſtro deprauando fuiſſe damnata libellum integrum ex peruetuſto & integerrimo Codice manuſcripto Bibliotecæ Corbeienſis vnà cum reſponſione ſeu correctione Sancti Prudentij Epiſcopi Tricaſſini, publici iuris fieri non inutile fore cenſuimus ſed & vt interim innoteſcat, quâ fide, immò quantâ perfidiâ, & quam abſurdâ peruerſitate in recenſenda miſerabilis illius Monachi de diuinæ prædeſti-

Digitized by Google

A. 851. natione ſententia verſatus ſit, quoúe commento vſus Ioannes Scotus, aliqua ex Capitulo quartò hîc prælibare non erit ingratum.

Ioan. Scot. de prædeſt. cap. 4.

„ Reſtat itaque, inquit, de vna vera ſolaque immutabili æterna „ prædeſtinatione diuinæ voluntatis omnipotentiſſimæ, quæ nun- „ quam nuſquámque fallitur tractari; ſed de proprietate illius hæ- „ reſis, quæ eam lacerat, priùs dicendum. Hæc igitur hæreſis „ Gotteſchalcana, ſi tali nomine poteſt vocari inter alias duas hære- „ ſes ſibi inuicem aduerſantes, medietatis loco conſtituta eſt: inter „ illam planè, quæ dicitur Pelagiana, & illam quæ ei repugnat: „ quarum vna dono diuinæ gratiæ derogat, altera libertatem ar- „ bitrij condemnat. Pelagiana ſiquidem Secta libertatem arbitrij „ rationalis naturæ in tantum commendat, vt ſine dono gratiæ ad „ perficiendam hominis iuſtitiam ſufficiat. Eius verò ſecta contra- „ ria, gratuitæ gratiæ donum confirmat, vt eo ſolo in homine ope- „ rante, omni conatu liberi arbitrij contempto, omnis fidelis faſti- „ gium iuſtitiæ contingat, vna igitur (vt dictum eſt) donum gra- „ tiæ contemnit, altera donum libertatis arbitrij: Ambæ impie- „ tate pares, ſectâ verò diſpares: hæc autem, de qua nunc agi- „ tur, ſic eſt in medio inter vtraſque prędictas, tanquam extremi- „ tates inter ſe contrarias coniuncta, vt ipſis partim conſentiat, „ partim contradicat, propriúmque ſibi vendicet, quod ipſas „ non habere contendat: Dum enim omnium virtutum, quibus „ peruenitur ad beatitudinem, omniúmque vitiorum, quibus „ præcipitatur ad miſeriam, in prædeſtinationibus diuinis, vt „ ipſa fingit, neceſſarias ineuitabileſque cauſas conatur conſtitue- „ re, quid aliud videtur ſuadere, niſi Dei dona, hoc eſt liberum „ voluntatis arbitrium, & gratiæ auxilium deſtruere, quibus „ duobus profectò plenitudo iuſtitiæ hominis & inchoatur & per- „ ficitur. Hæc igitur noua ſecta Pelagianę conſentit in eo, quòd „ donum gratiæ gratuitę nihil homini prodeſſe aſſerit ad facien- „ dam iuſtitiam, ſed ſolam prædeſtinationis neceſſitatem. Ab ea „ verò diſſentit, eo quod vires liberi arbitrij penitùs euacuauit; „ neque ad benè facere, neque ad mala committere præualere: „ omnia hæc in neceſſitate prædeſtinationis impudentiſſimè po- „ nendo. Aſt in eo quod appetitum liberi arbitrij laborat au- „ ferre, aduerſantibus Pelagianæ videtur conſentire, cui ite- „ rum reſultat, dum dona diuinæ gratię nihil homini proficere „ commendat: neque enim dona ſunt, quę non voluntate ſed ne- „ ceſſitate fiunt: Cùm omnibus ſapientibus & inſipientibus notiſ- „ ſimum ſit, omnia quę donantur & voluntate donantis largiri, „ & voluntate accipientis percipi. Proprium verò huius hęreſeos, „ quò ipſę inter quas medietatis loco ponitur, carere proban-

tur:

 A. 850.

tur: Pelagiana enim vires liberi arbitrij ſine adiutorio diuinę gratiæ, eius verò aduerſans ſolummodò gratiæ abſque liberi arbitrij niſu, ad iuſtitiam perpetrandam ſufficere arbitratur: ſed earum nulla præſumpſit dicere prædeſtinationis neceſſitatem homines aut ad benè viuendum, aut ad malè viuendum, impiè retorquere. Relinquitur ergo ipſa vana prædeſtinationis neceſſitas, huius tertiæ hæreſis proprietas. Sed hæc omnia venenoſa diabolicæ impietatis iacula, munitis inexpugnabilis fidei propugnaculis facillimè repelluntur.]

Hæc Ioannes Scotus, & ipſa, quæ vocat vt verè ſunt venenoſa diabolicæ impietatis iacula, ipſemet contra fidem vtriuſque confeſſionis miſerabilis illius Monachi, quas recenſet capite præcedenti, & impugnandas ſuſcepit, ſuo cerebro confinxit: & tandem in Epilogo fidem ſuam circa diuinam prædeſtinationem his verbis expreſſit. Ecce vnum Deum colo, & eius vnam & ſolam & veram prædeſtinationem profiteor, quæ eſt quod ipſe eſt, quia lex eius æterna & incommutabilis eſt, quæ ſicut neminem prædeſtinauit ad malitiam, quia bona eſt, ita neminem prædeſtinauit ad interitum, quia vita eſt: Et reflexim ſicut nulli malo prædeſtinauit malitiam, quæ interitus eſt, ita nulli malo prædeſtinauit interitum, quia malitia eſt. Nulli namque Catholico licet credere ſummam bonitatem, ex qua eſt omne bonum, prædeſtinaſſe alicui aliquam malitiam: & ſummam vitam, ex qua, & in qua & per quam omnia viuunt, alicui prædeſtinaſſe interitum vel pœnam, quando ne id quidem, quod ſe inuicem perdit perire permittat.] Et paulo poſt. Prædeſtinaſti Domine in tua præſcientia quæ falli mutaríque non poteſt, numerum illorum qui ſuæ impietatis & pœnam & interitum pręparaturi eſſent, non in eis quod feciſti punit urus: ſed in eis quod non feciſti relicturus:] Móxque fidem ſuam vnà cum libro ſuo hoc Anathemate concludit. Hæc eſt fides mea! ô æterna lux mentium de tua prędeſtinatione quæ tu es. Ac per hoc cum omnibus orthodoxis fidelibus Anathematizo eos, qui dicunt duas prædeſtinationes eſſe, aut vnam geminam aut bipertitam, aut duplam.]

Ibidem in Epilogo.

A. 852.

CAP. 19.

CAPVT XIX.

» *Selecta ex libro Ioannis Scoti Capitula, à Venilone Ar-*
» *chiepiſcopo Senonenſi ad Beatum Prudentium Epiſ-*
» *copum Trecenſem miſſa, vt eorum peruerſitates dete-*
» *geret, confutarétque, quod à ſancto Prudentio anno*
» *852. egregiè præſtitum in libro qui nunc primùm in*
» *lucem emittitur, & ex quo nonnulla delibantur, Obi-*
» *ter de fictitia Prædeſtinatianorum hæreſi.*

VBI primùm liber ille erroribus & hæreſibus ſcatens in lucem prodiit, piis omnibus veræ & Catholicæ doctrinæ cultoribus horrori & execrationi fuit: vnde ab eorum aliquo ſelectę & excerptæ fuerunt centum circiter propoſitiones, ab orthodoxa fide ferè omnes alienæ, plurimæ eo ordine quo ſub 19. Capitulis à Ioanne Scoto in libro ſuo emiſſæ ſunt, quas Vvenilo Senonenſis Archiepiſcopus ad ſe tranſmiſſas, perſpectâ earum nequitiâ, Prudentio comprouinciali ſuo Tricaſſino Epiſcopo, ex libris Euangelicis & Catholicorum doctorum auctoritatibus refellendas & refutandas tradidit, fideique eius commiſit.

ANNO 852.

Prudentius in præfat.

Prudentiùs verò (vt ipſemet teſtis eſt in præfatione ſui operis) perlectis, ſollicitérque perſpectis propoſitionibus ſeu Capitulis illis, reperit in eis Pelagianę venena perfidiæ, & aliquoties originis amentiam, Collyrianorúmque hęreticorum furioſitatem, intremuit & expauit, tot olim errores cum ſuis auctoribus iam ſopitos, ſuis denuo temporibus pullulare. Cúmque refellendis animum pararet appellere, laboris difficultate perterritus deliberabat penitùs omittendum, ſed animatus meritis & inſtantiâ Metropolitani ſui, perquiſito & aſſecuto libro integro ad illum refellendum, in gratia Dei plurimùm confiſus animum appulit, & reuolutis Patrum conſonis per omnia paginis, quid quiſque eorum antidoti contra eadem venena confercuit, decerpere fideliter curauit, prefixóque cuiuſque Doctoris nomine, libróque pariter intimato, verba quoque eiuſdem Ioannis Scoti, vt ab illo digeſta ſunt pluribus locis inſeruit] vt ipſemet fuſiùs proſequitur in præfatione ſui operis ad Vvenilonem, cuius hîc pręcipuam partem quaſi vnicum rei geſtæ quod extat documentum, apponere non dedignabimur.

A. 852.

Reuerentiſſimo Patri & Beatiſſimo Pontifici inter paſtores Chriſti, Eminentiâ vitæ, doctrinæque eximietate Clariſſimo Gueniloni.

Prudentius æternam in Domino ſalutem.

Accenſus prout decet atque oportet zelo Catholicæ fidei, & veræ charitatis affectu (Pater beatiſſime) miſiſti mihi quandam ſchedulam, decem & nouem capitula continentem ex libro cuiuſdam Scoti ſelecta à noſtro (vt ais) ſe quodammodo intellectu diuertentia, rogans & monens, vt quæcunque in eis à vero exorbitantia comperiſſem, vnicuique de libris Euangelicis & Catholicorum Doctorum auctoritatibus deuianti capitulo, congrua depromerem abunde reſponſa; quibus decurſis ſollicitéque perſpectis, reperi in eis Pelagianæ venena perfidiæ, & aliquoties originis amentiam, Collyrianorúmque hæreticorum furioſitatem, quorum merito à Catholicæ fidei cultoribus ac propugnatoribus validiſſimis confutati, cenſuráque iuſtiſſimæ ſeueritatis multò ante noſtra tempora damnati ſunt; intremui, fateor, & expaui tot olim errores cum ſuis auctoribus iam ſopitos, noſtris denuo temporibus pullulare, & deficientes *quondam fumos*, nouâ rurſum accenſione erumpere, ſuique noxietate multorum oculos caligare: quibus vt iuſſeras refellendis cùm animum pararem appellere, laboris difficultate perterritus deliberabam penitùs omittendum. Verùm monentis auctoritate perpenſâ, duxi ſatiùs cum fructu obedientiæ, & ſi minùs pleno aliquatenus labi, quàm paternæ reuerentiæ tumiditate ſtupidâ contraire. Animatus itaque meritis rogantis, orationúmque inſtantiſſimâ puritate ſcribentis, viſum eſt librum eundem, ſi quà forte inueniri poſſet, diligenti curioſitate perquirere, cuius ſerie ſalebroſas tantorum errorum tortiones valerem faciliùs intueri, quo gratiâ Dei ſine qua nihil ſum, & nihil poſſum (vt optaueram) aſſecuto, deprehendi quantùm diuinitùs inſpiratus potui, Pelagij Cœleſtiique, eorúmque ſequacis ac defenſoris acerrimi Iuliani, per omnia ſectatorem, Ioannem videlicet Scotum tantâ impudentiâ orthodoxæ fidei, patribúſque Catholicis oblatrantem, ac ſi vnus ſpiritus Iulianum, Ioannémque docuerit, vnus idemque ſpiritus in eis fuerit, nec diſpar ſpiritus per eorum linguas tot tantáſque blaſphemiarum nauſeas euomuerit: Nam & gratuitam Dei gratiam pariter impugnant, & Dei iuſtitiam ſimiliter denegant, & originale peccatum, quod

Alludit ad Proſper. c. 6. contra collat.

Digitized by Google

A. 852. » naſcentes trahimus, quóque non niſi cœleſti gratiâ per myſte- » rium baptiſmatis ſoluimur, in diſſimili garrulitate diſſuadent, » argutiiſque dialecticis ſimillimâ vanitate deſipiunt, rectiſſimam » etiam Sanctarum Scripturarum intellectum Patrúmque Catho- » licorum ſenſum ſaniſſimum tam concinnâ varicoſitate peruer- » tunt, ac ſi nunquam aduerſus eorum erroris quippiam fuerit » actitatum: quibus cùm à Patribus præcipuéque Beatiſſimo Au- » guſtino competentiſſimè abundantiſſiméque reſponſum fuerit, » nequaquam me præſumptionis à piis lectoribus credidi iudi- » candum, ſi tuis monitis dictante pietate libenter obſequens, of- » feram pro virili portione in donaria tabernaculi Domini mei » quæ poſſim, relinquens potioribus ac doctioribus quæque me- » liùs valuerint & voluerint offerenda &c.]

» Titulus huic operi ab auctore hic appoſitus eſt. Liber Ioan- » nis Scoti correctus à Prudentio, ſiue à cæteris Patribus, vi- » delicet à Gregorio, Hieronymo, Fulgentio, atque Augu- » ſtino.]

Hìc obiter obſeruandum, quod ſuprà ad annum 849. nota- tum & probatum fuit, opus hoc Prudentij confectum hoc anno 852. circa æſtiuum tempus, ſcilicet poſt triennium ab emiſsâ Leonis Papæ Epiſtolâ ad Epiſcopos Britanniæ, & poſt biennium à Synodo Pariſienſi latâ contra Nomenoium Britanniæ Ty- rannum.

Nec obſeruatione pariter indignum, Prudentium ſicut in pri- mo opuſculo ad Hincmarum & Pardulum, ſolo veritatis intuitu & zelo gloriæ Dei, licet ſibi amicitiâ ſingulari coniunctos & regiâ auctoritate præcellentes, eorum nihilominùs ſenſa Sy- nodicâ auctoritate liberrimè impugnauit. Sic etiam in hoc opere Ioannem Scotum pariter amicum, & Regis indiuiduum comitem & menſæ & cubiculi, Metropolitani ſui precibus hor- tatus, non minori zelo gloriæ Dei, tanquam hæreticorum om- nium peripſema, liberrimis & acutiſſimis veritatis iaculis con- fixit. His ſiquidem verbis opus ſuum exorſus eſt, ex quibus ſit

Prudentius cõtra Scotum cap. I.

» reliquorum iudicium: Blaſphemias tuas (Ioannes) atque im- » pudentias, quibus in Dei gratuitam gratiam iuſtitiámque in- » flexibilem procax inueheris, percurſo tuæ peruerſitatis libro, » quem ſub nomine cuiuſdam Gotteſchalci aduerſus omnes Catho- » licos effudiſti, eo moleſtiùs accepi, quò te familiariùs ample- » ctebar, peculiariùs diligebam &c.]

Et vt ſuprà retulimus eiuſdem Scoti veſaniam in aſſertione trium hæreſeon, & Gotteſchalcanæ quaſi mediæ inter duas re- liquas, hic Prudentij ex cap. quarto reſponſionis pars aliqua

Ibid. c. 4.

ſubjicienda. Quarto mendaciorum tuorum ludibrio, inquit,

Digitized by Google

ex duabus hæreſin factam aſſeueras &c.] Et paulò poſt recen- « A. 851.
ſita illius verba. De Pelagiana, inquit, quod libertatem arbi- «
trii adeo extulerit, vt abſque auxilio gratiæ Dei propriis vi- «
ribus niteretur, & nouimus & deteſtamur. 2. Quam duabus in- «
feris, & ex duabus compactam aſſeris, videlicet in Prædeſtinatio- «
nis neceſſitate tam bonorum, quàm malorum omnium conſtitu- «
ta, quámque Gotteſchalcanam nouo vocabulo nuncupas, nec «
defendimus nec tenemus. 3. Verò quam Pelagianis contrariam «
aſſeris, quâ ita donum gratiæ prædicetur, vt libertas arbitrii fun- «
ditus auferatur, nec legimus nec audiuimus. Perſpecto ſiqui- «
dem Beati Auguſtini de nonaginta hæreſibus libro, hanc penitùs «
non inueni; debueras igitur expreſſius intimare, quò hæc autho- «
re ſubſiſteret, & quò ei faciliùs, immo competentiùs reſponderi «
poſſet: ſed diu de ea cogitanti & ancipiti ſententiâ nimium flu- «
ctuāti, nihil mihi aliud te in ea expreſſiſſe occurrit, niſi quod in hac «
quemadmodum & ingeminę prædeſtinationis nomine, omnibus «
Catholicis, qui nos vel iam in Domino præceſſerunt, vel qui adhuc «
infirmitate carnis grauati, ad eorum ſocietatẽ dono gratiæ perue- «
nire ſuſpirant, obliquè derogare volueris; qui omnes vnâ prorſus «
concordique ſententiâ, ita donũ gratię prædicant, vt abſque eo li- «
bertatẽ arbitrii ad bonos conatus nihil valere confirment. Et quia «
de gratia & libero arbitrio ſatis abundéque & à patribus actũ eſt, «
& à nobis atque aliis adæque Catholicis nimirum viris eruditiſ- «
ſimis, decerptis atque collectis eorum ſententiis, elaboratum «
eſt. Vnam tantummodo Beati patris Auguſtini ſententiam ad «
medium deduxiſſe ſufficiat &c.] En paulò poſt: Quæ cum «
ſit, inquit, Catholicæ fidei vera perfectáque confeſſio, ne «
ſcio quem elogio tertiæ tuæ hæreſeos denotare volueris, ni- «
ſi Beati Auguſtini & dictorum, quæ præmiſimus, immò Ca- «
tholicorum omnium fideliter veracitérque ſequaces &c.] «

Ex prædictis patet primò Prudentium (vt ſupra notatum eſt) Gotteſchalci defenſionem ſeu patrocinium nullomodo ſuſcepiſſe. Immo verò illius ſententiam ei penitùs fuiſſe ignotam, ſolius Auguſtinianæ & Catholicæ doctrinæ fuiſſe ſollicitum. Secundò Ioannem Scotum falsò impoſuiſſe Gotteſchalco, quòd omnium virtutum, omniúmque vitiorum in prædeſtinationibus diuinis, neceſſarias ineuitabiléſque cauſas conaretur conſtituere, & ſic voluntatis arbitrium, & gratiæ auxilium deſtruere, quæ omnia à ſententia & confeſſionibus Gotteſchalci, quas præ manibus habebat & impugnabat Scotus, erant penitùs aliena, vt ſuprà fuit obſeruatum. 3. Inter Ioannis Scoti ineptias & mendaciorum eius ludibria non minimum recenſendum, quòd primus

Digitized by Google

A. 852. omnium, qui ſeculo illo ſcripſerunt, Beati Auguſtini & totius Eccleſiæ doctrinam de vera Chriſti gratia ſemper victrice, tanquam hæreſim libertati humanę inimicam, & Pelagianę oppoſitam infamauerit. Prudentius verò tertiam illam hęreſim, quâ ita donum gratię prędicetur, vt libertas arbitrii funditùs auferatur. Nec legimus (inquit) nec penitùs audiuimus &c. Et neſcio quem elogio tertię tuæ hæreſeos denotare volueris, niſi Beati Auguſtini, & Catholicorum omnium fideliter veracitérque ſequaces.] Quale fuit etiam vt mox videbitur Eccleſię Lugdunenſis iudicium.

Poſtremò obſeruandum commentitiam Prędeſtinatianorum ſub gratiæ nomine, fatalem & cogentem neceſſitatem prędicantium, hęreſim ita adhuc ſęculo illo ignotam, vt qui huiuſce hæreſis Gotteſchalcum arguerent, nouæ ſuperſtitionis, vt Rabanus in ſynodica ad Hinemarum; & hæreſis Gotteſchalcanæ quaſi ſibi propriæ, vt hic Scotus, infamarent; & ſic qui noſtro iam ſæculo poſt Hincmarum Prædeſtinatianam illam hæreſim ab Auguſtino exortam, vel ſaltem ipſius temporibus notam confingunt, & quaſi de ea nemo vnquam aliter ſenſerit obtrudunt, antiqua illa Pelagianorum figmenta vel nolentes reiiciant, veritati tandem acquieſcant, eóſque iam conuictos, & ſolos pudeat reluctari.

Neque hîc obiter notaſſe pigebit, hoc præcipue cap. 4. ad impugnandam veram Chriſti gratiam, abuſum Scotum potioribus in ea aſſerenda Scripturę teſtimoniis, puta illo Ioannis 15. *Sine me nihil poteſtis facere*, non dixit, inquit, nihil poteſtis velle: & illo Apoſtoli Rom. 9. *Non volentis neque currentis, ſed Dei eſt miſerentis:* non aliter (inquit) ille niſi dum naturaliter ſit volens & currens. Sed & Prudentium eodem cap. 4. num. 15. & ſeqq. ex auctoritate Scripturæ, teſtimoniis Sanctorum Patrum, & exemplo lachrymarum & conuerſionis glorioſiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Matthęi, peruerſiſſimum illum Ioannis Scoti intellectum refellentem, & efficacem Chriſti gratiæ virtutem adſtruentem aliquantulùm audire non minimum operę pretium erit. Ioan. 15 Rom. 9

Prudentius cõtra Scotum cap. 4. Et refellitur, inquit, falſitas tua quâ dixiſti poſſe nos velle ſine Deo: fidem Dei donum eſſe quis ambigat? dicente Apoſtolo, *Vobis enim datum eſt à Deo non ſolùm credatis in eum, verùm etiam vt patiamini pro illo.* Patet autem nullum credere niſi voluntate; quid ergò eſt donatum credentibus, vt in eum credant atque patiantur, niſi data diuinitùs voluntas, quâ in illum credant, quâque pro illo patiantur. Si ergò à Deo donatur voluntas in eum credendi, & pro illo patiendi, nimirùm conſtat, Phil. 1. v. 26.

A. 852.

quia ſine illo nihil boni poſſumus velle. Ac per hoc verba Domini dicentis, *Sine me nihil poteſtis facere*, ita ſaniùs & rectiùs intelligenda ſunt, vt facere ad vtrumque referatur, ad factum mentis & factum corporis: quoniam vtrumque opus Scriptura appellat, quod non ſolum facto fieri, ſed etiam voluntate concipi ſolet.]

De Sancto Petro.

Idque probat ex negatione, & lachrymis Principis Apoſtolorum. Reſpiciamus ſanè, inquit, Beati Petri Apoſtoli negationem, & perſpicuè quòd à Deo nobis velle ſit, non ex nobis, liquidò cognoſcemus: qui enim propriâ voluntate negauit, nequaquam propriâ voluntate pœnituit, donec reſpectus deſuper ad ſe rediit, qui paululùm derelictus, vt ita dixerim, à ſe ipſo receſſerat. A ſe ipſo, inquam, qualis fuerat, quando Dominum etiam à longè ſequens in atrium Principis Sacerdotum intrauerat, dicit enim Euangeliſta: *Poſtquam tertiò gallus cantauit & reſpexit Dominus Petrum: & recordatus eſt Petrus verbi Domini, quo dixerat priuſquam gallus cantet, ter me negabis, & egreſſus foras fleuit amare.* (Mat. 26 v. 74. & 75.) Tantumne obſurduiſti, vt non audias, reſpexit Dominus, & recordatus eſt Petrus: non enim priùs ille recordatus eſt, & Dominus poſtmodum reſpexit, ſed primò reſpexit Dominus, & poſt recordatus eſt Petrus. Priùs reſpexit gratia, & pòſt recordata eſt pœnitentia, prius reſpexit miſericordia, & pòſt fleuit miſeria. Cuius eſt quæſo nunc velle? reſpicientis, an poſt reſpectum recordantis? donec negauit, non vtique habuit velle Dominum confitendi: reſpectus autem accepit velle, non ſolùm confeſſionis, ſed etiam confuſionis. Inde eſt quod ait Euangeliſta, & recordatus eſt Petrus verbi Domini, quo dixerat, *Antequam gallus cantet ter me negabis, & egreſſus foras fleuit amare:* (d. v. 75.) recordatus eſt, quia nimium de ſe præſumpſerat dicendo, *Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo:* (Mat. 26 v. 35.) & confeſſus eſt ſalubriter, quia ad vocem ancillulæ negauerat damnabiliter: ideóque *Egreſſus foras fleuit amare.* Prorſus qui non priùs eſt recordatus, quàm reſpectus, patenter indicat, non à ſe ſibi fuiſſe velle: ſed accepiſſe ſe ab illo, à quo reſpectus eſt. Vbi eſt nunc interpretatio tua, quâ dixiſti, cùm dixiſſet Dominus, *Sine me nihil poteſtis facere*, non dixit velle; vidéſne non potuiſſe recordari Petrum niſi priùs Dominus reſpexiſſet, id eſt voluntatem recordandi ac flendi miſericorditer infudiſſet?]

Ibidem. De Sancto Mathæo.

Idem ipſum continuò confirmat exemplo beati Mathæi Apoſtoli. Videamus etiam, inquit, Coapoſtolum eius Mathæum, vtrùm & ipſe gratiâ præuentus, an voluntate propriâ Dominum ſit ſecutus? Scribit ipſe in Euangelio ſuo, *Vidit Ieſus Publicanum ſedentem in telonio Mathæum nomine, & ait illi, ſequere me,* (Mat. 9. v. 9 &c.)

» *& ſurgens ſecutus eſt eum*: quod ait *vidit Ieſus* non tam ad viſum
A. 852. » hominis, quàm ad intuitum gratiæ reſpicientis debemus accipe-
» re: *vidit* quia miſertus eſt, *vidit* quia voluntatem ſe videndi in-
» fudit, *vidit*, quia videri ſe fecit, ſedebat in telonio Publicanus,
» lucris inhiabat, negotiis terrenis concupiſcibiliter inſeruiebat,
» oculos mentis pariter cum oculis corporis, ad quæſtus publicos &
» priuatos depreſſerat, cogitare de cœleſtibus minimè ſatagebat,
» nunquid dicendus eſt habuiſſe velle, quo vſque viſus non eſt? vi-
» ſus eſt & continuò voluit, quoniam viſio illa de gratiæ rore ma-
» nabat: nam & quod ait publicanum, ſatìs indicat, quia rore ſu-
» perni reſpectus madefactus atque commotus ſit, non propriâ,
» quam necdum habuerat voluntate conuerſus. In quo admiranda
» eſt nimium vis ac potentia gratiæ videntis, quæ mox vt videt
» perficit, videre illius nulla intercapedante morula opus eſt,
» quæ tanta vi penetrauit mentem Publicani, vt ſtatim vocantem
» gratiam ſequeretur: agit hoc nimirum inſtinctu occulto Dei
» Omnipotentia in cordibus hominum vel lenitate, vel terrore in-
» comprehenſibili, cauſis noſtram ſcientiam latentibus, vt reſpe-
» ctum ſuæ gratuitæ gratiæ omni tarditate propulsâ, humiliter de-
» uotèque ſequantur.]

Ibidem. De Sancto Paulo.

» Tum denique exemplo Beati Pauli Apoſtoli idem ipſum
» inculcat. Intueamur (inquit) etiam illum gratuitæ gratiæ ac-
» cerrimum propugnatorem, & veraciſſimum defenſorem, ac
» fideliſſimum prædicatorem, & liquidò videbimus gratiæ fuiſſe,
» quòd talis & tantus eſt, non voluntatis propriæ: ſcribit de eo
» Relator veraciſſimus actuum illius, comeſque peregrinationis
» eius indiuiduus Sanctus Lucas Euangeliſta dicens, *Saulus ad-* Act. 9.
» *huc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini, abiit* v. 1.
» *ad Principes Sacerdotum, & petiit ab iis Epiſtolam, vt vbi-*
» *cumque inueniret huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perdu-*
» *ceret in Hieruſalem*. Audis Lupum ſæuientem, & vbi volun-
» tas? prorſus erat in eo velle ſed malum, cui inſiſtebat, & cui
» tanto ſtudio ſatagebat. Audiamus ſequentia: *Et contigit dum* v.3.&c.
» *iret Damaſcum, circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram*
» *audiuit vocem de cœlo dicentem ſibi: Saule Saule, quid me per-*
» *ſequeris? Ille autem dixit, Quis es Domine? & ait ad eum Do-*
» *minus: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris, durum*
» *eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*, Deo gratias. Audiebamus
» lupum frementem, audiamus agnum miteſcentem: *quis es*,
» inquit, *Domine*? priùs nec hominem ſaltem dignabatur agno-
» ſcere, & repente tremens Dominum confitetur. Vnde hoc? vno
» eodémque momento, & Lupus & agnus oſtenditur. lupus an-
» tequam proſtratus, proſternitur, & agnus efficitur: proſternitur
feročiſſimus

Digitized by Google

ferociſſimus perſecutor, & erigitur mitiſſimus prædicator: fe- « A. 852.
rociebat & cæcatus eſt, cæcatur & illuminatur. Vnde quæſo te «
an de proprio velle? abſit, ſed de rore gratiæ; velle ferocien- «
tis antequam proſterneretur audiuimus, *Saulus adhuc ſpirans* «
minarum & cædis: Audiamus & gaudeamus balatum agni mi- «
teſcentis: *Quis es Domine?* prorſus non hoc ex voluntate pro- «
priâ, quam ante circumfulſionem haberet; ſed ex voluntate, «
quam inſpirante gratiâ in eadem circumfulſione nouam acce- «
pit. Accepit, inquam, quia minimè habebat: audi quid ipſe «
Gal. 1. v. 15. de ſe teſtetur. *Cùm autem* (inquiens) *complacuit ei, qui me* «
ſegregauit ex vtero Matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, «
vt reuelaret filium ſuum in me: qui enim ex Matris vtero ſeſe à «
Deo ſegregatum teſtatur, profectò non id propriæ volunta- «
tis, ſed gratiæ prædeſtinantis, atque vocantis fuiſſe declarat. «
Nunquid in vtero Matris poſitus habebat velle? vt ſegregare- «
tur, antequam naſceretur, qui ab vtero materno profuſus, at- «
que adultus habuit velle, vt tantâ inſtantiâ ſegregatoris ſui no- «
titiam impugnaret, minimè? accepit ergò cœleſti lumine cir- «
cumfulſus hanc ſubitam voluntatem, vt quod priùs iniquiſſi- «
mè oppugnabat, poſtmodùm obedientiſſimè prædicaret. Videa- «
1. Cor. 4. v. 7. mus an hoc ipſum idem confirmet *Quid enim habes quod non ac-* «
cepiſti? quid gloriaris quaſi non acceperis? Si igitur ſecundùm in- «
terpretationem tuam, velle eſſentialiter habebat Paulus: falſum «
eſt quod ait, *Quid enim habes quod non accepiſti:* accipere ſe fate- «
batur, vtique in illa circumfulſione, quod ſe non habuiſſe noue- «
rat ex natiuitate, accepiſſe ſe cœleſti munere gratulatur, quod ſe «
habuiſſe naturaliter diffitetur.] «

Hæc ex multis prælibata, vt innoteſcat tanti Epiſcopi ſenten-
tia, in confirmationem veræ Chriſti gratiæ, ex qua (vt ibi- « Proſper contra collat. cap. 11. & 12.
dem refertur ex Proſpero contra Collatorem cap. 11. & 12.) «
non eſt periculum Liberi Arbitrij, nec voluntas aufertur, cùm «
Rom. 8 v. 14. in ipſa benè velle generatur. Nam ſi ideo non putanda eſt noſtra, «
quia formatur, regitur, ordinatur, imbuitur, ſpoliantur liber- «
tate Filij Dei, qui aguntur Spiritu Dei, perdunt vigorem ratio- «
Iſa. 11. v. 2. nalis animi, & omni voluntariæ deuotionis laude priuantur, qui- «
bus datur Spiritus ſapientię & intellectus, conſilij & fortitudinis, «
ſcientiæ ac pietatis, & timoris Domini. Prorſus qui his reforma- «
tionibus ſe non putant indigere, de veteris morbi conſuetudine «
in phreneſim tranſierunt, reſpuunt remedium, clamant, inſaniunt, «
reluctantur, ſed ſi promiſſionis ſunt Filij, quieſcent & ſana- «
buntur.] «

Denique in Epilogo peruerſam Ionnis Scoti, quam ſuprà Ibidem in Epilogo.
retulimus fidei profeſſionem, his inter reliqua verbis confutat:

V

A. 852. » Venenorum tuorum (inquit) purulentias efflas, quibus impu-
» dentiſſimè veritati atque auctoritati, tam Sacrarum Literarum,
» quàm earumdem tractatorum fidelium obſtrepere nullatenùs
» erubeſcis: dicimus itaque ſummam bonitatem, ſummámque vi-
» tam Deum, nullum ad malitiam, id eſt peccatum prædeſtinaſſe,
» neque vel præſciendo, vel præuidendo, vel prædeſtinando com-
» puliſſe, aut neceſſitatem cuiquam vllatenus intuliſſe, ſed pecca-
» toribus pœnam, quam tu interitus & malitiæ vocabulis denotas,
» prædeſtinaſſe, quia iuſtum eſt, & peccatores meritis ſuppliciis
» quia iuſtus eſt &c.]

Anathema Ioannis Scoti eâ, quâ decet Sanctos charitate, in-
» ter reliqua ſic repellit. Sed mirum valdè eſt, quòd homo Ana-
» thematus antequam natus, in quemquam Anathema ferre præ-
» ſumpſerit: nimirum de illorum te numero eſſe demonſtras;
» *Qui poſuerunt in Cœlum os ſuum, & quorum lingua tranſiuit in ter-* Pſal. 72
» *ram*: neceſſarióque perpendendum cenſeo, in quos Anathema v. 9.
» tantâ impietate protuleris, nempe in Papam Innocentium, Zo-
» ſimum, Bonifacium, Xiſtum, Leonem, Cœleſtinum, Grego-
» rium, omnéſque tam Romanæ vrbis Pontifices, quàm ſequen-
» tium ordinum gradus & populos: In Ambroſium Epiſcopum
» cum omnibus Italis; in Auguſtinum, Primaſium, Fulgentium-
» que Epiſcopos, cum omnibus Affricanis: in Hieronymum Preſ-
» byterum cum omnibus Orientalibus & Græcis: in Proſperum &
» Hilarium cum omnibus Gallis: in Iſidorum cum omnibus fide-
» libus Hiſpanis, in Caſſiodorum quoque cum his omnibus: in
» Bedam Presbyterum cum omnibus Anglis atque Britannis: in
» Bonifacium Epiſcopum cum omnibus Germanis: in ipſos inſu-
» per Apoſtolos Prophetáſque, & quod his omnibus maius eſt, in
» ipſum Deum Deorum, qui iudicia ſua eſſe præſtituto tempore
» erga probos & reprobos incuitabili diſpoſitione prædeſtinauit:
» &c.] Et poſt aliquanta: poteram quidem & ipſe tibi dicere ana-
» thema, niſi expectarem, & mallem & optarem tuam correctio-
» nem, quàm perditionem. Proinde nondum in te ſeueritatem ana-
» thematis iaculor, quoniam hortor, moneo, & totis cordis affe-
» ctibus rogo, vt reſpectu ſupernæ gratiæ reſipiſcas, & à tam le-
» thali veterno tandem euigiles &c.]

Poſtremò quadruuium Sophiſticæ vanitatis his verbis effringit.
» Relinque (inquit) quadruuium vanitatis, quod ſequens extor-
» ris viæ factus es veritatis, quantò meliùs quantóque ſalubriùs
» ageres, ſi vni veræ ſempiternæque viæ innitens quadrigâ illius
» hum lis vehi, quàm quadruuij tui inflatus typho rapturi in diuer-
» ſa deligeres &c. Dum quadruuio varicoſo tantâ pertinaciâ inhæ-
ſiſti, nequaquam elogium libri Eccleſiaſtici euadere valuiſti,

Eccleſ. 37.v.23. quo dicitur: *Qui Sophiſticè loquitur odibilis eſt & omni re defraudabitur: non enim data eſt illi à Domino gratia.*]

Et quoniam excerptæ ex libro Scoti propoſitiones multorum ſcandalo eſſe potuiſſent, eorum ædificationi, Ioannis Scoti correctioni & lectorum huiuſce libri vtilitati, ei 77. Capitulis recapitulationem totius operis ſubjecit, continentem virulentas illas Ioannis Scoti propoſitiones breuiſſimè contractas, vnà cum breuiſſimis & ſaluberrimis Prudentij reſponſionibus pro coronide totius operis.

CAPVT XX.

Eadem Capitula ex libro Ioannis Scoti ſelecta, ab Eccleſiâ Lugdunenſi per Florum Diaconum confutata. Quis ille Florus, & quo tempore ſcripti ſint libelli quatuor Eccleſiæ Lugdunenſis, quorum primus eſt hicce aduerſus Ioannem Scotum. Secundus, de tribus Epiſtolis. Tertius, Abſolutio quæſtionis de generali per Adam damnatione &c. Quartus, De tenenda immobiliter Scripturæ Sanctæ veritate.

HIs ipſis propoſitionibus, ſub 19. illis Capitulis, vt ex libro Ioannis Scoti ſelectæ fuerant ad Eccleſiam Lugdunenſem perlatis: nullâ aliâ habitâ libri illius notitiâ, quaſi definitiones in iis contentæ, nullâ ratione redditâ, nullâ Scripturarum ſeu ſanctorum Patrum authoritate prælatâ, mendacij & erroris plenæ à Ioanne Scoto ex ſolis philoſophicis argumentationibus traditæ fuiſſent; Eccleſia Lugdunenſis (ſtudio charitatis & debito loci atque ordinis) illius inſolentiæ reſpondere neceſſarium duxit eâ maximè ratione, vt in principio operis habetur: « quia à multis idem homo quaſi Scholaſticus & eruditus admirationi habetur, « & talia garriens ſiue ſcribens, alios ad hæſitationem deducit, alios « quaſi magnum aliquid dicat, erroris ſui ſequaces efficit: omnes « tamen auditores & admiratores ſuos inani verboſitate, & ventoſâ « loquacitate perniciosiſſimè occupat, vt non diuinis Scripturis, « non auctoritatibus paternis ſe humiliter ſubmittant, ſed « eius potiùs fantaſtica deliramenta ſequantur.] « Lib. Eccleſ. Lugd. contra Scotum in principio.

Huius reſponſionis cura ab Eccleſia Lugdunenſi, Floro Magiſtro eiuſdem Eccleſiæ Diacono damnata eſt. Cuius doctrinæ fuerit Florus ille ex iis quæ ſuprà retulimus de congreſſu eius De Floro Magiſtro.

in Amalarium conijci facillimè poteſt,ſcriptus & hic liber de quo agitur id ipſum pleniſſimè demonſtrat, nec non Vualafridus Strabo in Carmine ad Agobardum Archiepiſcopum Lugdunenſem, quod habetur in Bibliotheca Patrum Edit. Colon. Tom. 9. hoc ſingulari Elogio teſtatur.

At te Flore nouo qui vos penès ortus odorem
Prodit vbique ſui, hæc loca rumor alit.
Flora venit quondam, dum ſingula quæque deorum
Sunt afflata iugis prata, thymúmque gerens.
Huic Floro meliùs ſententia Chriſticolarum
Attribuit quicquid dogmate & ore viret.
Nam hic florus florem ſequitur de germine Ieſſe;
Et tradit quod amans attulit ille homini.
Quæ tam ſegnis erit donis ingrata ſupernis,
Quæ ſe hoc non ſponte nectare paſcat apis
Floreat haud flaccens hic flos, & floreat flagrans,
Spiramenta ferat ſemper vbique Deo
Donec in Aſtriferas porrecta cacumina ſedes
Erigat, & fructum iam ſine fine habeat.

De Floro illo videnda quæ obſeruauit R. P. Sirmondus in notis ſuis ad Auitum Vienn. Arch. pag. 60.

Hincmar. de Prædeſt. cap. 6. 11. & 12.

Sed & ipſe Hincmarus in hac cauſa teſtis omni exceptione maior, licet tacito nomine Eccleſiam Lugdunenſem,& Patres Conciliorum Valentini & Lingonenſis,plurimis conuiciis inſequatur, nihilominus doctrinam Flori Magiſtri in hac ipſa de qua agitur controuerſiâ,plurimum laudat in opere illo de Prædeſtinatione cap. 6. 11. & 12. dicto cap. 6. ait enim de Floro loquens: » vt audiuimus & apparet vir doctus &c. Cap. 11. verba ſua in » ſermone ſuo de Prædeſtinatione benè poſuiſſe laudat, & cap. » duodecimo ſenſum Sancti Auguſtini ſecutum fuiſſe refert; immò & in præfatione prędicti operis, Hincmarus ſermonem illum quem Florus forſan initio huiuſce controuerſię conſultus emiſit, integrum repoſuit, ibidemque eum laudat,quòd & conſtructione & ſenſus veritate cautè incedat, exceptis duobus locis, quibus eum ita dixiſſe non credit, ſicut in eo ſcripto inuenit quod de ſcrinio venerabilis Ebonis accepit,diuerſum nactus,vt ipſe refert, ab Heriboldo Epiſcopo.

Ibidem in præfat.

Pręter Flori doctrinam omnibus notiſſimam,cur prę reliquis ab Eccleſia Lugdunenſi ad hoc opus electus fuerit in cauſa eſſe potuit, quòd illo ſermone doctrinę ſuę de præſcientia & prędeſtinatione diuina pręclarum ſpecimen edidiſſet, eúmque auctorem huiuſce operis fuiſſe probatur, tum ex communi omnium ſententia nullo reclamante, ex Mathæo Vveſtmonaſterienſi

in Floribus Hiſtoriæ ad annum 883. vt ſuprà, & aliis: tum maximè ex peruetuſti codicis manuſcripti Corbeienſis inſcriptione his verbis conceptâ. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit libellus Flori aduerſus cuiuſdam vaniſſimi hominis qui cognominatur Ioannes, ineptias, & errores de prædeſtinatione & præſcientia diuina & de vera humani arbitrij libertate,] & in ypographe eiuſdem libelli habetur. Explicit libellus Flori.] Ex quo codice correctiſsimo lacunas duas ampliſsimas, quarum altera partim in primo, partim in ſecundo Capitulo; altera in 16. Capitulo in omnibus impreſsis codicibus & in manuſcripto codice Bibliothecę Thuanæ extant ſuppleuimus, & ex vtroque manuſcripto codice menda plurima correximus. A. 852.

Porro libellum hunc à Floro editum, nomine & auctoritate Eccleſiæ Lugdunenſis ſignatum & confirmatum fuiſſe non ſolùm præ ſe fert omnium editionum, & manuſcripti codicis Thuani Epigraphe, Eccleſiæ Lugdunenſis liber, & ypographe finis reſponſionis Lugdunenſis Eccleſię, ſed & ex præfatione ipſius libelli probatur: Venerunt ad nos id eſt ad Eccleſiam Lugdunenſem cuiuſdam vaniloqui & garruli hominis ſcripta &c.] Et paulo poſt, neceſſarium omninò duximus, vt ſtudio charitatis & debito noſtri loci atque ordinis eius inſolentię auctore Domino reſponderemus.] In præfat.

Poſtremo quoad tempus vitandæ confuſionis & repetitionis gratiâ, hic ſimul expendenda ſeries quatuor libellorum Eccleſiæ Lugdunenſis ſcilicet huiuſce contra Ioannem Scotum, alterius de tribus Epiſtolis, tertii cui titulus Abſolutio quæſtionis de generali per Adam damnatione &ç. & quarti de tenenda immobiliter Scripturæ Sanctæ veritate. De quatuor libris Ecleſiæ Lugdunenſis.

Igitur libellus hic contra Ioannem Scotum probatur ſcriptus ante libellum de tribus Epiſtolis, immò antequam Eccleſia Lugdunenſis tres illas Epiſtolas accepiſſet, eo quod cap. 4. vbi de pſeudohæreſi Gotteſchalcana prædeſtinationibus neceſſitates & vim inferente, dum agit de damnato & plurimis annis retruſo miſerabili illo monacho, Eccleſia Lugdunenſis profitetur neſcire ſe quo ordine, & queritur quod prætermiſſo Eccleſiaſtico more, nec ipſa, nec reliquæ regni Eccleſiæ literis Synodicis tantæ hæreſeos fuerint admonitæ: ita vt Eccleſiæ Lugdunenſi penitùs eſſet ignotum, quid miſerabilis ille monachus docuiſſet. Tertiam inquit hæreſim ponit prædeſtinationibus neceſſitates & vim inferentem, cuius vt ſibi videtur auctorem non tacet vocans eam Gotteſchalcanam, à quodam videlicet miſerrimo & infœliciſſimo monacho iamdudum illic (neſcimus quo ordine) damnato, & annis iam plurimis carcerali ergaſtulo retruſo no- Libello Eccl. Lugd. cōtra Scotum cap. 4.

A. 852. » mine Gotteſchalco, qui ſi aliquid tam grande & periculoſum
» contra fidem Catholicam docere præſumpſit, vt neceſſario Sy-
» nodali iudicio tali ac tantâ damnatione plecteretur, profectò di-
» gnum fuerat, iuxta antiquum Eccleſiæ morem, vt tantus error
» propter cautelæ ſtudium, ne eo plures inficerentur, cæteris Ec-
» cleſiis in diuerſis regni partibus conſtitutis, etſi non initio,
» quando tantum malum eſt deprehenſum, vel ſine quando tantâ
» eſt ſeueritate damnatum, ſaltem poſteà per literas Synodicas &
» Eccleſiaſticas ad omnium Fratrum & Coëpiſcoporum notitiam
» perferretur: quod ſi more (vt diximus) Eccleſiaſtico ſemper
» à Patribus obſeruato factum fuiſſet, meliùs nunc ſciremus & pa-
» ratiores eſſemus ad redarguenda & conuincenda, quæ iſte eum
» docuiſſe proponit, &c.]

Atqui per primam trium illarum Epiſtolarum Hincmarus (ip-
» sâ Eccleſiâ Lugdunenſi teſte) miſerabilis illius Monachi &
» actum deſcripſit, & doctrinam redarguit, & damnationem ex-
» poſuit,] immo & in ipſo libello de tribus Epiſtolis referuntur ipſa Epiſtolæ verba, quibus hæc omnia pleniſſimè ab Hincmaro fuere expoſita: & ſic nec minimum dubium ſubeſſe poteſt, quin libellus hic contra Ioannem Scotum editus ſit ante libellum de tribus Epiſtolis.

Libellus verò de tribus Epiſtolis præceſsit libellum de tenenda veritate Scripturæ, vt argumento eſt, quòd in illo ne verbum quidem de quatuor Capitulis Cariſienſibus quibus reſpondetur in libello de tenenda veritate Scripturæ. Immò verò hoc poſtremo libello meminit Eccleſia Lugdunenſis libelli de tribus

Libell. de tenenda verit. ſcripr. cap. 3.

» Epiſtolis, vbi agitur de tertia definitione his verbis: cùm ergo
» hæ duæ opiniones in præfato libello de hac re propoſitæ & ex-
» poſitæ fuiſſent, ſubiunctum eſt protinùs valde vtiliter & dictum:
» *Quolibet quis acquieſcat modo non eſt hæreticum, niſi contentione*
» *hæreticum fiat:*] licet præfatus ille libellus non nominetur, quoniam quæ præcedunt totâ illâ tertiâ definitione deſiderantur vt ſuo loco videbitur. Nihilominùs eum eſſe libellum de tribus Epiſtolis certiſsimo argumento eſt, quod verba illa relata (*quolibet quis acquieſcat modo non eſt hæreticum, niſi contentione hæreticum fiat*) habentur in libello illo de tribus Epiſtolis, in reſponſione ad primam Epiſtolam, vbi de morte Chriſti agitur: Et ſic liber de tenenda veritate Scripturæ indubitatè ſubſequitur: ſed inter vtrumque editus eſt libellus cui titulus eſt Abſolutio quæſtionis &c. quia vt ſuo loco referetur, eſt quaſi appendix eiuſdem libelli de tribus Epiſtolis. Ita vt primus quatuor illorum librorum ſit libellus contra Ioannem Scotum, ſecundus de tribus Epiſtolis, tertius Abſolutio quæſtionis, quartus & vlti-

mus, libellus de tenenda veritate ſcripturæ.

Scripti ſunt autem alter poſt alterum ab anno 852. vſque ad annum 854. incluſiuè: ſiquidem libellus contra Ioannem Scotum, quem primum editum vidimus, non priùs potuit in lucem prodire, eo quod liber ipſe Ioannis Scoti, cuius excerptas definitiones refellit, non niſi vt ſuprà vidimus, anno 851. editus ſit: cùm etiam Eccleſia Lugdunenſis in præfato libello Gotteſchalci meminerit quaſi iam à pluribus annis ergaſtulo recluſi: & poſtremus de tenenda veritate Scripturæ præceſsit Concilium Valentinum tertium habitum in principio anni 855. alioquin Capitula quatuor quæ damnantur & aliis oppoſitis refelluntur in Concilio Valentino nullâ eiuſdem concilij habitâ mentione Eccleſia Lugdunenſis non ſuſcepiſſet refellenda libro ſuo de veritate ſcripturæ, in quo etiam expreſsit Capitula illa recens in ſchedula ad notitiam ſuam perlata, tum etiam Hincmarus in præfatione prioris operis ſui, ad Regem Karolum libellum illum vnà cum Canonibus Concilij Valentini ad Regem ipſum ab Imperatore Lothario tranſmiſſum meminit his verbis. Et « quia, inquit, libellum de ſcrinio bonæ memoriæ fratris veſtri « Lotharij ſine nomine auctoris ſuſcepimus, in quo ſigillatim « per loca ſingula Capitula à nobis excerpta ſunt poſita, & aſ- « ſenſu illius quicunque ille fuerit reprehenſa ſunt & damnata &c.] « Idque peractum initio eiuſdem anni 855. eo quod Imperator « paulo poſt renuncians ſæculo in monaſterium Prumienſe ſe re- « cepit, effectúſque Monachus menſe Septembri eodem anno, « mortalem hominem exuit, & ad vitam perrexit æternam, iuxta « Annales Fuldenſes eodem anno.

Hincmarus de præ deſt. in præfat.

Cùm igitur quatuor illi libelli diuerſo tempore intra triennium illud, & ordine memorato editi fuerint: vniuſcuiuſque tempus non melius aſſignari poſſe videtur, quàm vt libellus contra Ioannem Scotum hoc anno 852. libellus de tribus Epiſtolis vnà cum appendice ſeu abſolutione quæſtionis &c. anno 853. Et libellus de tenenda veritate Scripturæ, anno 854. editi eſſe cenſeantur.

Digitized by Google

A. 852.

Cap. 21.

CAPVT XXI.

De eiuſdem Flori Diaconi ſermone, quem de gemina Prædeſtinatione antea ediderat. Libri verò ipſius aduersùs Ioannem Scotum præcipua quædam capita recenſentur, ex quibus Prædeſtinationis hæreſeos figmentum euertitur, nec non & falſa recentiorum Liberi Arbitrij notio.

De Flori ſermone.

NVNC agendum de libello illo Flori & Eccleſiæ Lugdunenſis contra Ioannem Scotum: ſed & de ſermone ipſius Flori in hac ipſa quæſtione de gemina prædeſtinatione priùs edito, cuius non antea meminimus vitandæ confuſionis gratiâ, cum etiam quo anno editus ſit non conſtet, licet Florum tunc doctrinæ Gotteſchalci penitùs ignarum, neque de eo quicquam niſi ex aduerſariorum calumniis audiiſſe hæc eiuſdem verba demon-
» ſtrent: qui ergo dicit. Quod ſi qui pereunt prædeſtinati ſunt ad
» perditionem, & ideo aliter euenire non poteſt, ſimiliter quoque
» & de iuſtis, tanquam & ipſi ideò ſaluentur, quia prædeſtinati ad
» ſalutem aliud eſſe non potuerunt, qui ergo hæc tam confusé &
» inſulcè dicit, & illis tollit meritum damnationis, & iſtis meri-
» tum ſalutis: Ac per hoc quid aliud agit, niſi vt & pereuntibus,
» ſecundùm illum, & his qui ſaluantur ſit impoſita neceſſitas ſalu-
» tis: atque ideo nec illi iuſtè damnentur, quia iuſti eſſe non po-
» tuerunt, nec iſti iuſtè remunerentur, quia aliud quàm iuſti eſſe ne-
» quiuerunt. Vt in vtraque parte & perditio & ſalus non ſit ex iudi-
» cio propriæ actionis, ſed ex præiudicio diuinæ prærordinationis.]

In d. ſermone.

Et in fine Gotteſchalcum vt hæreticum nequiſſimum fugiendum
» cenſet his verbis: hæc vobis breuiter reſcripſi ad ea quæ iuſſiſtis:
» nunc fideliter deprecor, & exhortor, vt in ſimplicitate & ſinceri-
» tate veræ fidei fundati claudatis aures veſtras aduerſus linguam
» nequam illius vaniſsimi & miſerrimi hominis, qui cùm ſit paratus
» ad contentionem, & contumax aduerſus veritatem, maluit ſe in-
» fœlix diabolico inflatus ſpiritu, à Chriſti Eccleſia & ſacerdoti-
» bus ſeparare, quàm ſua profana & inaniloquia deſerere.]

Ibidem.

Sed quoad doctrinam de prædeſtinatione, quam vt ſuprà Hincmarus ſanam eſſe & Diui Auguſtini ſenſui conſonam fateri coactus eſt. Florus ſermone illo prædeſtinationem non ſolum bonorum ad gloriam, ſed etiam malorum ad pœnam in vtroque exemplari quod ab Hincmaro refertur expoſuit, his verbis. Sed quos inquit,

inquit, præſciuit & præuidit malos atque impios futuros proprio vitio, ipſe eos prædeſtinauit ad æternam damnationem iuſtiſſimo Dei iudicio] iuxta vnam ſchedulam, & iuxta alteram; ſed quia, inquit, eos præſciuit & præuidit malos atque impios futuros proprio vitio. prædeſtinauit ad æternam damnationem, quâ ipſi puniuntur iuſto iudicio.] Vtrobique legitur reprobos ad pœnam prædeſtinatos, in quo ſola fuit de Prædeſtinatione controuerſia. A. 852.

Illud ipſum pluribus in libello contra Ioannem Scotum proſequitur, & probat auctoritate diuinarum Scripturarum, vt pluribus probauit Prudentius auctoritate Sanctorum Patrum. Ad primum Capitulum reſpondens Florus & per Florum Eccleſia Lugdunenſis quadruuium ſophiſticum Ioannis Scoti ſic euertit. Cui, inquit, fides Eccleſiæ è contrario reſpondet veritatem æterni iudicij & ordinationis Dei, quæ vocabulo Prædeſtinationis exprimitur, non eſſe requirendam à Philoſophis: ſed ab Apoſtolis & Prophetis Dei, nec in mundanæ doctrinæ quadruuiis, ſed in vna & vera via quæ dicit de ſemetipſa *Ego ſum via, veritas & vita &c.*]

De Flori Libro.

Libellus cõtra Scotum cap. 1.

Deinde de gemina Prædeſtinatione ſic ſuam & totius Eccleſiæ fidem exponit. Prædeſtinationem autem æterni conſilij & iudicii Dei, ſiue in remuneratione iuſtorum, ſiue in damnatione iniquorum, & propter vnam ac ſimplicem ſcientiam diuinam, in qua ſimul atque æternaliter de omnibus præordinatum & præfinitum eſt, vnam veraciter dicimus; & propter duplicem eius efficentiam quâ alii miſericorditer liberantur, alii iuſtè damnantur, duas dicere non timemus. Fideliter cum Pſalmiſta ipſi iudici vniuerſorum dicentes, *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.*] Et ad Capitulum ſecundum: Apud nos nulla contentio eſt, ſiue ſcilicet poſſint dici pluraliter Prædeſtinationes ſiue non poſſint. Dummodo illud fideliter & firmiter teneamus, vno atque eodem diuinæ præſcientiæ & Prædeſtinationis iudicio atque conſilio, duo quædam certiſſimè adimplenda, id eſt & iuſtos æternæ gloriæ præordinatos, & iniquos in impietatibus vſque ad mortem perſeuerantes æternis ſuppliciis deſtinatos: Vtrumque enim Scriptura apertiſſimè dicit, de Iuſtis. *Et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* De impiis iuſtè damnandis: *Suſtinuit Deus in multa patientia vaſa iræ aptata in interitum.* Ita enim hoc vtrumque in electis & reprobis vno eodémque diuinæ Prædeſtinationis & iudicii effectu peragitur: ſicut vno eodémque ſolis radio & ſani oculi vegetantur & languidi exaſperantur, ſicut etiam vno eodémque igni & limus ei oppoſitus dureſcit,

Capit. 2.

A. 852. » & cera liqueſcit. Dignetur etiam agnoſcere, ita de Prædeſtina-
» tione Dei, ſicut de eius iuſtitia ſentiendum, quæ cum ſit vna,
» & ſemper vno eodémque modo ſe habens, manifeſtè dupli-
» cem recipit diſtributionem, dum per eam vel dignis præmia,
» vel indignis ſupplicia irrogantur.] Et paulo poſt quæ omnia
» idcirco replicamus, vt conſiderent qui hæc legunt nullum cer-
» tamen, nullam contentionem eſſe debere de numero: ſiue plu-
» raliter Prædeſtinatio Dei dici poſſit, ſiue aliquà veraci ratione
» non poſſit dummodo certiſſimè cõſtet duplicem eſſe eius effe-
» ctum vel in electis ſcilicet miſericorditer præordinatis ad vi-
» tam vel in reprobis iuſtè præordinatis ad pœnam, &c.]

Ibidem cap. 11. Error Modernus.

De Prædeſtinatione reproborum pluribus ex Sanctarum Scripturarum teſtimoniis agit cap. 11. ad primam definitionem, vbi notat errorem eſſe moderni temporis apud plurimos.
» Prædeſtinationem Dei de ſolis electis prædicari: imprimis, in-
» quit, quod dicit non eſſe Dei Prædeſtinationem, niſi de his
» qui præparati ſunt ad æternam fœlicitatem: ſiuè ex ſuo ſenſu
» hoc dixerit, ſiuè ab aliis audierit, nos tamen veraciter ſcimus,
» quia iſte eſt error moderni temporis apud plurimos, dum non
» putant Prædeſtinationem Dei, niſi in parte electorum in Scri-
» pturis inueniri: nec ipſum Beatum Paulum Apoſtolum in
» Epiſtolis ſuis, niſi de ſolis ſimiliter electis Prædeſtinationem po-
» ſuiſſe, ſicut & in ſequentibus dicit, ſed acquieſcendum & obe-
» diendum eſt humiliter veritati, & non quod ſemel nobis per-
» ſuaſum eſt, contentioſè defendendum, ſed potius Scriptura
» Sancta diligentiùs perſcrutanda, non ſolùm Apoſtolica ſed etiã

Ibidem. » Prophetica, ex quâ omnis Apoſtolica auctoritas deſcendit, &c.]

Et ibidem plura exponens vtriuſque teſtamenti teſtimonia, de Electione Iacob & reprobatione Eſaü agens: In quibus om-
» nibus, inquit, euidentiſſimè agnoſcitur Apoſtolum non de
» ſolâ electorum quam primo loco poſuit, ſed in toto iſto diſpu-
» tationis contextu de vtriuſque partis Prædeſtinatione ſiue ad
» vitam, ſiue in mortem, & exemplis & teſtimoniis tractaſſe
» propheticis dum in Iacob proponit formam electorum, in
» Eſaü verò formam reproborum. In quibus vtique duabus par-
» tibus *Deus cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*: ſed miſe- Rom.
» ricorditer adiuuando, indurat iuſtè deſerendo, & *tanquam fi-* 9. v. 18.
» *gulus luti ex eadem maſſa* ſimul totâ damnatâ *facit aliud vas in* v. 21.
» *honorem, aliud verò in contumeliam* iuſtè damnando: vt duo ex v. 23.
» his ordines exiſtant, quorum alii ſunt *vaſa iræ, alij vaſa miſe-*
» *ricordiæ*; illa aptata in interitum, iſta in gloriam præparata. v. 22.
» Sed *aptata in interitum* & ſuo merito, & Dei iuſto iudicio; *præ-*
» *parata autem in gloriam* nullo ſuo merito, ſed ſolo diuinæ gra- d. v. 21, &c.
» tiæ beneficio. Cum ergo tam apertè dicat Apoſtolus, & *vaſa*

Digitized by Google

ira aptata in interitum, & vaſa miſericordiæ præparata in gloriam, & ex eadem maſſa aliud vas fieri in honorem, aliud verò in contumeliam: Quis non intelligat in his verbis vtriuſque partis diuinam Prædeſtinationem manifeſtè oſtenſam, dum & electi nullo ſuo merito, ſed ſolâ Dei bonitate prædeſtinantur ad vitam; & reprobi nullo Dei præiudicio, ſed ſolo ſuo vel originali, vel actuali merito prædeſtinantur ad interitum? Nec eis diuina Prædeſtinatio neceſſitatem pereundi imponit, ſicut nec neceſſitatem peccandi, ſed neceſſitatem tantummodò iuſta ſupplicia patiendi, vt qui voluntate permanent in peccatis, neceſſitate crucientur in pœnis.] A. 852.

Ad Capitulum quartum, vbi de ſupradictis tribus hæreſibus agitur, non aliter quàm Prudentius, ſecundæ hæreſis nomine, Eccleſia Lugdunenſis per Florum infamatam à Ioanne Scoto Germanam Beati Auguſtini & Eccleſiæ totius doctrinam conqueritur. De tribus hæreſibus, inquit, quas dicit, primam id eſt Pelagianorum, qui liberum arbitrium ſine Dei gratia homini ad ſalutem poſſe ſufficere dixerunt, benè nouit, & condemnat Eccleſia, ſequens vocem Domini ſuam gratiam in omnibus commendantis atque dicentis: *Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.* In eo enim quod ait, *qui manet in me & ego in eo hic fert fructum multum* declarat gratiæ beneficium, quam in illo manentes, ex illo accipiunt, vt fructificare poſſint Deo, ſicut palmes accipit ex radice vitis: Quod autem ſubiunxit, *quia ſine me nihil poteſtis facere*, manifeſtiſſimè oſtendit liberum hominis arbitrium abſque adiutorio eiuſdem gratiæ ſuæ ad boni operis fructum nihil poſſe. Ibid. capit. 4.

Secunda hæreſis, quam dicit eſſe gratiæ ſolius, quæ ſit vel fuerit in Eccleſia, quæ ita prædicauerit ſolâ Dei gratiâ hominem ſaluari, vt liberum hominis negaret vel deſtrueret arbitrium. nobis minimè compertum eſt. Nam antiquiſſimi & impiiſſimi illi hæretici, Marcion, & Valentinus, & Manichæus, qui vel duo vel tria principia introduxerunt. & ideo duas naturas vel Angelorum vel hominum aſſeruerunt: id eſt vnam bonam, & alteram malam, illam ita eſſe bonam, vt aliud eſſe non poſſit, iſtam è contrario ita eſſe malam, vt ſimiliter aliud eſſe non poſſit; nihil omnino de gratia Dei dixerunt, ſed ſolam naturam naturaliter vel bonam eſſe, vel malam ſtultiſſimè defendere conati ſunt. Cùm Eccleſia Catholica Legis & Euangelii fideliter doctrinis inſtructa atque munita, vnum tantummodò agnoſcat & prædicet, omnium creaturarum cœleſtium & terreſtrium, viſibilium & inuiſibilium eſſe prin-

A. 852. » cipium, Sanctam ſcilicet Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, &c. Cum ergo & illi, de quibus ſuprà dictum eſt, hæretici naturam tantummodò vel defenderint quaſi immutabiliter bonam, vel accuſauerint quaſi immutabiliter malam, & ideo de gratia, vel de Libero Arbitrio non appareat, quo modo aliquid prædicare potuerint: Et econtrario Eccleſia Dei ſic teneat, ſicut breuiſſimè commemorauimus, quæ eſt iſta ſecunda hæreſis tam incognita, tam noua & inaudita quæ Libero Arbitrio denegato ſolius gratiæ ſit prædicatrix? Niſi quia (vt nobis videtur) diſputator iſte vel Beatum Auguſtinum latenter, quaſi hæreticum accuſat, eò quod manifeſtè iuxta veritatem Scripturarum ſolâ Dei gratiâ oſtendat, & doceat hominem poſſe ſaluari: nec ad ipſam ſalutem æternam aliquid humanum arbitrium poſſe, niſi per eandem gratiam fuerit reformatum, ſanatum, illuminatum, ac roboratum: aut certè eos, qui ſecundùm eius venerabilem & catholicam doctrinam, nunc de gratia Dei ſentiunt & docent, quaſi minùs illius dicta intelligentes hæreticos vocat; videlicet quaſi ille non ita de Libero Arbitrio ſenſerit, nec illi rectè verba eius intelligant: & ideo errent ex occaſione verborum eius, dum ea aliter intelligunt, quàm ille ſcripſit: hâc de cauſa nobis videtur, quòd callidiſſimè omnino, & verſutiſſimè, velut hæreſim ſolius gratiæ poſuerit, nec tamen auctorem vel ſectatores eius vllâ ſignificatione manifeſtauerit. Quod ſi ita eſt, quid aliud, quàm Eccleſiam noſtri temporis, ſimul cum eis, qui illum ad talia inſtigant vipereâ ſubtilitate accuſat? Et ideo ſi ſunt tales, qui in partibus regni illius, vbi iſte impugnator veritatis, non ſolùm non arguitur, vel ſilentium ei imponitur; ſed etiam laudi & honori maximo habetur, qui ei in talibus faueant, maximè viri Eccleſiaſtici, quis dignè poſſit dolere, & horrere iſtud contagii & peſtilentiæ malum, quod ab illis partibus tam effrenatè & infrunitè, tam impudenter & audacter contra cæteras partes Eccleſiæ Dei, quietas inter ſe, & pacificas & tranquillas exſurgit. Vbi tale monſtrum & prodigium iam dudum à fidelium auribus arcendum ſedet & diſputat, & congerit tot mendacia erroris, tot conuitia contra fidem veritatis: & nullâ Paſtorum Eccleſiæ vigilantiâ vel corrigitur à talibus, vel expellitur. Denique vt manifeſtè agnoſcamus non eum de antiquiori aliqua hæreſi dixiſſe, quod ſolius gratiæ fuerit prædicatrix, non poſuit hanc hæreſim ante Pelagianam, ſed poſtea: id eſt à temporibus Sancti Auguſtini vſque nunc: nec poteſt inueniri toto hoc tempore quod fuit inter illum & nos, aliquam talem hæreſim in Eccleſia extitiſſe, niſi quod vel ip-

ſum (vt iam diximus) Beatum Auguſtinum, vel nos qui eum ſectamur iſtius erroris accuſat.] A. 852.

Generoſam, immò grauiſſimam & ſinceriſſimam hanc Eccleſiæ Lugdunenſis cenſuram attendant quæſo, & expendant qui nobis falſa Arelatenſe & Lugdunenſe Concilia (ſolo Fauſto inter reliquias Pelagianorum Anteſignano teſte immo fabricatore) in condemnationem Prædeſtinatianorum, quos fingunt, hodie nobis obtrudunt. Quaſi verò ſi Concilia illa fuiſſent reuerà, nec conficta, ignota eſſe potuerint eidem Eccleſiæ Lugdunenſi. Et quâ fronte illa ipſa Eccleſia Lugdunenſis Scotigenam illum, ſed & Regem ipſum Karolum, & Hincmarum & ſocios eius aulæ aſſeclas tacito nomine tam liberá animaduerſione perſtrinxiſſet, ſi eam quam per Scotigenam fingebant hæreſim, ab ipſa Lugdunenſi & Arelatenſi Eccleſia reuicta & damnata fuiſſet. Quomodo, inquam, hoc aſſerere potuiſſet Eccleſia Lugdunenſis: non poteſt inueniri toto tempore quod fuit inter Auguſtinum, & nos, aliquam talem hæreſim in Eccleſia extitiſſe: niſi quod vel ipſum vel nos qui eum ſectamur iſtius erroris accuſat.] Nullos igitur Prædeſtinatianos fuiſſe hæreticos, nulla Concilia vel Arelatenſe vel Lugdunenſe quibus damnati ſint, nemo eſt qui non videat.

De Libero Arbitrio poſt peccatū originale inter reliqua dicto cap. 4. reſponſ. ad 4. definit: habet itaque homo, inquit, poſt illam damnationem Liberum Arbitrium, quo propriá volūtate inclinari poteſt & inclinatur ad malum, habet Liberū Arbitriū quo poſſit aſſurgere ad bonum; vt autem aſſurgat ad bonum, non eſt propriæ virtutis, ſed gratiæ Dei miſerentis: habet Liberum Arbitrium, vt poſſit benè velle, vt poſſit benè viuere, vt poſſit Deo adhærere; ſed vt benè velit, vt benè viuat, vt Deo adhæreat, non eſt ſuæ virtutis, ſed gratiæ Dei miſerentis. Nam & qui grauiter ægrotat, poteſt dici poſſe recipere ſanitatem; ſed vt recipiat ſanitatem habet neceſſarium medicamentum; & qui mortuus eſt poteſt dici poſſe reſurgere, poſſe viuere, non tamen ſuâ virtute, ſed Dei: ita & Liberum Arbitrium hominis ſemel ſauciatum, ſemel mortuum poteſt ſanari, non tamen ſuâ virtute, ſed gratiâ miſerantis Dei: & ideo rectè omnes admonentur, rectè omnibus verbum Dei prædicatur, quia habent poſſe credere, habent poſſe conuerti ad Deum, vt verbo extrinſecùs admonente, & intùs Deo ſuſcitante, qui audiunt reuiuiſcant: vt rectè de huiuſmodi homine dicatur, *quia mortuus fuerat, & reuixit, perierat & inuentus eſt.* De hac poſſibilitate humanæ naturæ, quæ tamen nihil valet abſque diuinæ gratiæ largitate, ita *Beatus Auguſtinus* docet Ibidem.

A. 852. » dicens poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, natu-
» ræ eſt hominum: habere autem fidem ſicut habere charitatem,
Ex c.5.& 6. de Prædeſt. Sanct. » gratiæ eſt fidelium. Sed cum voluntas credendi aliis præpara-
» tur, aliis non præparatur à Domino, diſcernendum eſt quid
» veniat de miſericordia eius, quid de iudicio: *Vniuerſæ* enim
» *viæ Domini Miſericordia & Veritas: inueſtigabiles ſunt* autem
» *viæ ipſius:* inueſtigabiles igitur ſunt & miſericordia quâ gra-
» tis liberat, & veritas quâ iuſtè iudicat.]

Ibid. cap. 6. Item Capitulo 6. ad 2. & 3. definitionem: Quod autem
» ſubiungit iſte & dicit: ſtultiſſimum eſſe dubitare humanam
» voluntatem eſſe ſecundùm naturam: verum eſt quidem quòd
» voluntas animæ rationalis ſecundùm naturam, & in natura eſt
» eiuſdem animæ rationalis: ſed (ſicut ſæpe iam dictum eſt) ea-
» dem ipſa naturalis voluntas iam intelligenda eſt, cùm ſe vult,
» & diligit, & ad ſe refertur; quam nemo dubitat ſemper natu-
» raliter bonam eſſe; aliter verò cùm vel Dominum piè diligit,
» vel peruersè mundum, & ad ea refertur, quæ vel ſupra ſe, vel
» infra ſe diligit. Et ideo iam talis voluntas non ad mentem ſuam
» cùm naturaliter ineſt, ſed ad aliud vel aliud, quod extra ſub-
» ſtantiam eius eſt relata poteſt eſſe & bona & mala, non naturâ
» ſed affectione: videlicet aut rectè ſuperiora diligendo quibus
» beatificatur: aut prauè appetendo inferiora, quibus corrum-
» pitur: In qua re non iam ſola eſt natura, ſed aut virtus aut vi-
» tium naturæ: ſed virtus ex diuinæ gratiæ infuſione, vitium ex
» propriæ voluntatis deprauatione: & hoc eſt liberum humanæ
» mentis arbitrium: cum ad illa vel illa appetenda affectus homi-
» nis inclinatur: Qui effectus nec extra naturam eſt, quia in
» vtramque partem ſpontaneâ voluntate mouetur: nec tamen
» ſolius naturæ eſt: ſed vt ad bona moueatur diuinâ, excitatur
» & agitur gratiâ: vt verò ad mala, propriâ cupiditate deprauα-
» tur, &c.]

Ibidem. » Et paulo poſt. Ac per hoc manifeſtum eſt quòd eius tam con-
» tentioſa & peruicax intentio, quâ Liberum Arbitrium natura-
» liter defendere conatur, manifeſtè caſſa & irrita eſt: quia licet
» in natura hominis & voluntate humanæ mentis liberum con-
» ſiſtat arbitrium, & naturaliter habeat poſſe bonum velle, poſ-
» ſe rectè viuere, poſſe beatè eſſe: tamen vt ipſum bonum ve-
» lit, vt rectè viuat, vt beata fiat, non habet ex ſua virtute, ſed
» ex ſola diuinæ gratiæ largitate: ſed quia iſte tali argumenta-
» tione nos coarctare vult: vt aut diuinam Prædeſtinationem
» ex dimidia parte negemus, aut eandem Prædeſtinationem
» perfectè aſſerendo, liberum videamur tollere arbitrium: ſicut
» etiam Cicero diſputabat diuinam præſcientiam impugnando

& negando; aſſerens quòd ſi verè eſſet Dei præſcientia, non « A. 852.
poſſet eſſe in hominibus Liberum Arbitrium, aut ſi eſſet in «
hominibus Liberum Arbitrium, nullam eſſe Dei præſcien- «
tiam: vnde & elegit ille impiiſſimus & deteſtabilis Blaſphema- «
tor Dei, vt liberum hominis arbitrium defenderet, & Dei «
præſcientiam omninò denegaret, &c.] Et continuò ex fa- «
moſo Sancti Auguſtini loco lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 9. «
& 10. Prædeſtinationem vnà cum Libero Arbitrio veriſſimè «
conſtare demonſtrat. «

Item cap. 8. reſp. ad tertiam definit. per quod manifeſtè « Ibid.cap.8.
oſtendit ita ſe ſentire quod voluntas humana non ſolum libe- «
rum naturaliter motum habeat, vt moueatur ad appetendum «
bonum vel malum, ſed etiam liberam poteſtatem, quæ faciat «
ipſum bonum vel malum: ſed è contrario fides Catholica te- «
net contra omnes huiuſcemodi errores quod Liberum Arbi- «
trium, etſi fuit in homine naturaliter rectum & integrum an- «
te peccatum, tamen peccati merito deprauatum, immo amiſ- «
ſum, nullum habeat motum, id eſt appetitum bonæ volun- «
tatis, nec poteſtatem ipſius bonæ voluntatis implendæ, ni- «
ſi per occultam gratiam donante & inſpirante illo, de quo «
Phil. 2. v. 13. Apoſtolus veriſſimè dicit: *Deus eſt enim qui operatur in nobis &* «
velle & perficere pro bona voluntate: habet namque (vt iam dixi- «
mus) naturaliter à Creatore inſitum, vt poſſit velle, vt poſſit «
etiam poſſe quod bonum eſt: vt autem hoc velit, vt hoc poſſit, «
non habet ex ſe: ſed ex illo tantùm, *qui operatur* in cordibus «
fidelium, *& velle & perficere pro bona voluntate:* Inde eſt illa Ec- «
cleſiaſtica & fideliſſima definitio, quam *Beatus Papa Cæleſtinus* «
ponit in Decretis ſuis dicens. Ita Deus in cordibus hominum, « Cæleſtinus Epiſt. ad Epiſc.Gall. cap. 9.
atque in ipſo libero operatur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium «
conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit; quia «
per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Et «
iterum: omnia ſtudia, omnia opera ac merita Sanctorum, ad «
Dei gloriam, laudémque referenda ſunt: quia nemo aliunde «
ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. Ex qua Apoſtolica & «
Eccleſiaſtica definitione certiſſimè oſtenditur nihil poſſe in ho- «
mine Liberum Arbitrium ad appetendum, vel peragendum «
bonum, niſi fuerit Chriſti gratià liberatum: eſt tamen libe- «
rum ad malum, quia cùm peccat non aliquâ neceſſitate cogi- «
tur, ſed voluntate propriâ deprauatur.] «

Et rurſus ibidem reſp. ad 6. def. Et in tantùm diſputator « Ibidem.
iſte Auditorum ſenſibus & auribus abuti præſumpſit, vt audi- «
ret velut quidam fabricator & figulus mendaciorum, nouam «
Liberi Arbitrij definitionem velut luteam & lutulentam fin- «

A. 852. » gere, & quaſi magnum aliquid intuentium oculis proponere:
» ſubiunxit enim poſt hæc & ait: ſitque talis differentia inter li-
» berum hominis arbitrium & eius ſubſtantiam, vt natura eius
» ſit in voluntate rationali, liberum verò arbitrium in eius liber-
» tate, ſiue in motu liberæ naturaliter voluntatis, ſiue in mune-
» re intelligentiæ. Ecce quale Liberum Arbitrium docet, vtique
» Pelagianum non Chriſtianum, cuius ſcilicet natura ſit ratio-
» nalis voluntas, effectus verò in ſua naturali voluntatis libertate
» conſiſtat; & ex ſola vel in ſola naturali voluntate habeat liber-
» tatem, & motum & intelligentiæ munus: nos autem ſecun-
» dùm veritatem fidei ita Liberum Arbitrium in homine agnoſ-
» cimus, vt licet menti rationali naturaliter ſit à Deo inſitum, &
» bonum ac rectum primâ conditione collatum: tamen peccati
» merito deprauatum, & naturali virtute ſpoliatum, nullam
» poſſit habere ad verum bonum libertatem, nullum bonæ vo-
» luntatis motum, nullum intelligentiæ lumen, niſi illius gratiâ
» fuerit inſtauratum, qui ait *ſi vos filius liberauerit, tunc verè liberi* Ioan.
» *eritis*: Et qui ſuâ inſpiratione mouet quorum voluerit corda ad
» fidem, ſicut Propheta dicit: *Et mouebo omnes gentes, & veniet* Agg. 2.
» *deſideratus cunctis gentibus*, & cui quotidie ſupplicantes dici-
» mus, *da mihi intellectum & diſcam mandata tua*. Et iterum *in-* Pſ. 118.
» *tellectum da mihi & viuam*: De quo etiam intellectu largitori
» gratias agentes dicimus *Benedicam Domino, qui tribuit mihi in-* Pſ. 15.
» *tellectum*: hoc namque eſt verè Liberum Arbitrium, non iuxta
» iſtum Pelagiani erroris aſſertorem) munus naturæ, ſed mu-
» nus gratiæ, & liberum, quia Chriſti gratiâ liberatum.]

Ibidem. » Poſtremò ibidem ad definit. ſeptimam: quis, inquit, vnquam
» audiuit tam contentioſam erroris impietatem? quâ ita laborat
» includere & velut quibuſdam terminis communire Liberum
» Arbitrium, vt omninò illud in ſola humanæ naturæ virtute
» concludat, & ab eo penitùs Dei gratiam excludat: quid ergo ei
» reſpondendum eſt, cui iam de hac re ſuperiùs tam multa reſ-
» ponſa ſunt? niſi vt ſi Chriſtianus vel eſſe, vel videri cupit, abii-
» ciat hunc inſanum & mortiferum errorem, quem quantò ſub-
» tiliùs ſibi ſequi, & aſſerere videtur, tantò infælicius à diabolo
» includitur & excæcatur: & abiectis humanarum adinuentio-
» num falſis & fallacibus argumentis, totum id Scripturæ Sanctæ
» veritati, & Eccleſiaſticorum Patrum auctoritati, & fidei ſimpli-
» citati, humiliter ſubmittat: ne dum libertatem ſuam ſibi com-
» mittit, & à Chriſto alienat, verè à Chriſto alienari mereatur:
» *Maledictus* enim *homo qui confidit in homine, & ponit carnem* Ierem.
» *brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius: Benedictus autem* 5. v. 5.
» *vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius*.]

Audiant

Audiant (quæſo) & inſpirante Chriſti gratiâ cordis auribus intelligant, qui libertatis eſſentiam in indifferentia & æquilibrio ita conſtituunt, vt vnà cum Pelagio & Iuliano aſſerant voluntatem illo ipſo tempore quo peccat, poteſtatem (*proximam*) habere recedendi à malo & faciendi bonum, vt conſtet ratio libertatis, nec inter facultatem & ipſius exercitium diſtingunt, & qui nouas & indiſciplinatas Liberi Arbitrij definitiones fingere vel propugnare non erubeſcunt: intelligant (inquam) quibus artibus tam grauem Eccleſiæ Lugdunenſis ſententiam & cenſuram non eludere, ſed effugere valeant: vt tandem acquieſcant Chriſti gratiæ ſemper victrici, ne maledictum illud incurrant. A. 852.

CAPVT XXII. Cap. 22.

Amolonis Lugdunenſis Archiepiſcopi Epiſtola ad Gotteſcalchum expenditur: non contra Germana eius ſcripta, ſed aduerſus fictitios illi falsò adſcriptos libellos, hoc ipſo anno edita probatur. Ipſique Gotteſchalco in ſpeciem tantùm aduerſa, doctrinæ verò, quàm profeſſus eſt etiam in omnibus articulis eidem objectis & impoſitis conſona demonſtratur.

NVDIVS tertius R. P. Iacobus Sirmondus publici iuris fecit Amuli, ſeu Amolonis Archiepiſcopi Lugdunenſis Epiſtolam ad Gotteſchalcum, in qua eius (vt in titulo prænotatur) de Prædeſtinatione & Gratia errores aliquot reprehendit. Subiecta ſunt eidem Epiſtolæ opuſcula duo, quorum primum eſt ſermo Flori Magiſtri de Prædeſtinatione Dei, qui in præambulis Hincmari operis de Prædeſtinatione integer habetur, & capite præcedenti recenſitus, & expeditus eſt. Alterum verò quod titulo & principio caret, videtur eſſe eiuſdem Amolonis ad Hincmarum Epiſtolæ vnà cum præcedenti emiſſæ pars maxima, & ſaluberrimam de Gratia & Præſcientia Dei, déque Prædeſtinatione, & Libero Arbitrio, de ſpe item ac fiducia ſalutis, & de ſententia Sancti Auguſtini (vt in titulo notatur) doctrinam dilucidè, licet breuiter exprimit. Ideóque tam R. P. Sirmondus, quam ille, cuius beneficio ad eum peruenit Manuſcriptus Codex Treuirenſis, in publicum plus meriti ſunt quam putant, necnon etiam quàm vellent, dum ſuſceptæ quam fouent cauſæ incumbentes, etiam inſcij diuinæ Prædeſtinationis, & victricis Chri-

Digitized by Google

A. 852. ſti gratię, quam impugnant, veritatem plurimùm iuuant: *Hæc ſunt magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.* Vt quò magis homines humano affectu debiliſſimas arbitrij ſui vires extollendo, myſterium crucis euacuare decertant, eò magis diuitias bonitatis & gratiæ ſuę per eos ipſos etiam in hoc ipſo effundere & oſtentare dignetur, vt per eandem creaturæ voluntatem, quâ factum eſt etiam quod Creator noluit, impleat ipſe quod vult, ad eorum ſalutem quos benignè prædeſtinauit ad gratiam. Pſ. 110. v. 2.

Vt igitur hoc bonum, tàmque inopinatum munus nobis à ſolo Deo præſcitum eſt, eius bonitati non Pelagianas & irriſorias, ſed veras & Catholicas gratiarum actiones rependentes, & omnipotentis Domini & Saluatoris largiſſimam & indeficientem orantes gratiam (vt verbis ipſius Amolonis vtamur) fructum excipiamus, primùm quo tempore quòve marte & quo animo hæc Amolonis Epiſtola, & quæſita & emiſſa fuerit: deinde quid in Gotteſchalcum, quid etiam de quæſtione geminæ Prædeſtinationis & ſimilibus actum ſit, expendamus: tum denique quanta nobis præſtet ſubjectum opuſculum, Deo duce ſenſum & ſtylum noſtrum regente referimus.

Primùm itaque hoc anno 852. nec priùs, nec poſteriùs ſcriptam fuiſſe hanc Amolonis Epiſtolam ex verbis ipſius conſtat; non priùs quia ſect. 13. pag. 43. à pluribus annis damnatus aſſeritur Gotteſchalcus his verbis: nec doles quod ecce *tot annis* à corpore Eccleſię iuſtæ ſeueritatis damnatione præciſus, atque omni bonorum contubernio ac ſolatio defraudatus remanſiſti, velut ſtirps inutilis & palmes aridus igni deſtinatus.] Hic & eodem anno Florus Magiſter aduerſus Ioannem Scotum cap. quarto pag. *609.* dixit: Miſerrimo & infœliciſſimo Monacho iamdudum illic (neſcimus quo ordine) damnato, & *annis iam pluri-mis* carcerali ergaſtulo retruſo nomine Gotteſchalco, &c.] Nec etiam poſt hunc annum emiſſam fuiſſe hanc Epiſtolam patet, ex eo quod (vt cap. 20. probauimus) Epiſtolæ trium Epiſcoporum Hincmari, Parduli, & Rabani ad Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem ſub finem huius anni, vel initio ſequentis ſcriptæ ſunt, & hâc ipſâ Epiſtolâ ſect. 1. pag. 3. Amolo proteſtatur hanc ſibi ſcribendi fuiſſe difficultatem, quod ſibi à nullo Epiſcoporum, qui iudicio illi interfuiſſent, cauſa miſerabilis illius Monachi innotuiſſet, his verbis: Importunum namque (inquit) & impudens videri poſſe exiſtimabam, ſi de cauſa, quæ prudentium & Reuerendorum Fratrum noſtrorum inquiſitione, cognitione & ſententia definita eſt, aliquid *Vltro* dicere vel reſpondere aggrederer.] De hoc ipſo queſtus eſt Florus Magiſter,

Amolonis Epiſt. ſect. 13.

Eccleſia Lugd. contra Scotum cap. 4.

Amolonis Epiſt. in principio.

nomine Eccleſiæ Lugdunenſis in prædicto cap. quarto, vt iam obſeruatum. A. 852.

Deinde inquirendum an reuera ad preces ipſius Gotteſchalci, an ab alio quaſi ipſius nomine requiſitus ſcripſerit Amolo. Conſtat quidem quaſi ab illo requiſitum & ſcriptis eius reſpondere intendiſſe Amolonem ex verbis illis: audiens ſanè & agno-" ſcens quæ in ſcriptis tuis miſiſti, & per quemdam fratrem no-" ſtrum mihi innoteſcenda vehementiſſimè flagitaſti, diù hæſitaui, " vtrum tibi reſpondere deberem &c.] Sed Fratrem illum non à " Gotteſchalco, & cum veris ipſius ſcriptis miſſum, verùm fraudulentâ Hincmari vel ſuorum nequitiâ cum ſuppoſititiis & falſis ſcriptis interpoſitum fuiſſe, multa certiſſima ſunt argumenta.

Primò in eo ſtatu conſtitutus erat Gotteſchalcus in ergaſtulum retruſus, ab omnium communione præſciſus ſub ditione & poteſtate Hincmari, ipſiúſque ſatellitum, non in ſuo etiam ſed in alieno Monaſterio, vt nemini colloqui, nihilque ſcribere poſſet, niſi quatenùs Hincmaro expedire videretur: hácque ratione Gotteſchalcum poſt condemnationem ſibi ab Epiſcopis commendatum aſſeruit ipſemet Hincmarus Epiſt. 24. ad Egilonem: eundem Gotteſchalcum (inquit) à duabus Synodis damnatum iubentibus " Epiſcopis cuſtodiendum accepi, ne aliis ſua peruerſa doctrina no-" ceret, qui ſibi prodeſſe nolebat.] Cúmque in ergaſtulo Gotteſ-" calcus non ita priùs reſtrictus geminam confeſſionem ſcripſiſſet, quæ nunquam niſi per manus Hincmari apparuit, & ad Rabanum ab eo miſſa fuit, Rabanus huius præcautionis inſcius, hoc ipſum Epiſtolâ ſuâ Hincmaro inculcauit pag. 25. Ego autem quantùm " præſumo vos admoneo, vt has contentiones noxias in populo " Chriſtiano fieri prohibeatis, & ipſum Gotteſchalcum huius erro-" ris auctorem, nec ſcribendo nec loquendo vltrà, tam multis no-" cere permittatis. Miror enim prudentiam veſtram quòd iſtum " noxium virum &c. ſcribere aliquid permiſiſtis, in quo officio ma-" gis nocere potuit, quàm viuâ voce loquendo &c.] Ex hinc bien-" nio ſcilicet ante hanc Amolonis Epiſtolam, Gotteſchalcus omni & humanâ & diuinâ communione priuatus extitit, ita vt ſi Monachus aliquis verbo vel ſcriptis aliquantulùm ei communicaret in grauioribus culpis mitteretur, ipſo Hincmaro teſte in pręfata Epiſtola 24. ad Egilonem: non itaque in poteſtate fuit illius Monachi inſcio & inconſulto Hincmaro ſcripta ſua tranſmittere ad Amolonem Archiepiſcopum Lugdunenſem, nec ſibi in hoc Hincmarum conſentientem habere potuit.

Hincmar. Epiſt. 24. ad Egilon.

Rabanus Epiſtolâ ad Hincm.

Secundò, ſcripta quæ innotuere Amoloni ſuppoſititia fuiſſe ex eo certiſſimè patet, quod nullomodo doctrinam miſerabilis illius Monachi ſapiant ac redoleant, mox ſiquidem ſingulas expenden-

A. 852. do propoſitiones, quas Præſul ille Sanctiſſimus erroris notat, probabimus non minùs alienas ab illius ſententiâ, quàm à Sancti Auguſtini doctrina, cuius ille tenaciſſimus fuit: interim notaſſe ſufficiat in profeſſione & libello quæ Rabano obtulit, nihil eiuſmodi contineri, ipſo Hincmaro teſte, qui quatuor Capitulis collegit quicquid in eius doctrina reprehenſione dignum cenſuit; immò etiam anno ſequenti 853. Epiſtolâ ſuâ ad eundem Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem, errores Gotteſchalci exaggerare ſollicitus, alienos & fictitios impingere non veritus, nihil ſimile ab eo ſcriptum vel aſſertum refert. Item, Summo Pontifici condemnationis in eum latę rationem reddere compulſus, licet aliqua ſuperaddiderit, de quibus hoc anno 852. ne quidem cogitatum eſſet, nihil meminit eorum, quæ in ſcriptis illis damnanda reperit Amolo. Denique geminæ extant illius confeſſiones, quæ nihil ſimile continent, & quæ etiam illi de Pitacio ad Amicum forſan impoſuit Hincmarus (vt cui falli & fallere procliue fuerit teſte R. P. Sirmondo) capita illa erroris ab Amolone damnata penitùs euertunt, & illi falsò adſcripta & impoſita eſſe probant, vt mox videbitur.

Amolonis Epiſt. Tertiò nec etiam præter doctrinam ab eo prorſus alienam, ſi voluiſſet & potuiſſet ſcripta ſua inſcio Hincmaro innoteſcenda mittere ad Amolonem Lugdunenſem Archiepiſcopum, eâ temeritate ſeu veriùs inſaniâ ſcripſiſſet, vt Eccleſiæ Præſules conuitiis & maledictis laceraret, qualia referuntur ſect. 13. pag. 42. his verbis. Sacerdotes Dei & Rectores Eccleſiarum tantis iniuriis & conuitiis, & maledictis laceras, tanto deſpectu & contumaciâ conculcas, vtique ſpiritu erroris & ſuperbiæ miſerabiliter deceptus: vt omninò nihil Chriſtianæ patientiæ, nihil Chriſtianæ reuerentiæ habere videaris: nam inter cætera omnes, qui inſaniæ ſenſuum tuorum zelo fidei reſiſtunt, hæreticos appellare non metuis, eóſque à bono & erudito viro atque Catholico Epiſcopo RABANICOS nuncupare præſumis &c.] Quod ſi alicubi à Gotteſchalco fuiſſet ſcriptum, ab Hincmaro non fuiſſet prætermiſſum, cùm ſæpiùs etiam eum vt maniaticum & dæmoniacum delineare non erubuerit.

Quartò ea ſcripta, qualia Amoloni fuere nomine Gotteſchalci exhibita, non erant in ipſius poteſtate, ea quę habuerat iam penè emoriens ſuis manibus in flammam proijcere & incendio concremare coactus fuerat: hic ſiquidem ſcripta ſibi tranſmiſſa deſignat

Ibidem. Amolo ſect. 3. pag. 10. Nunc quoque accepimus & alia ſcripta tua non parua, quę ad Epiſcopos, vel contra Epiſcopos, qui in Conſilio damnationis tuæ affuerunt ſcripſiſſe vel protuliſſe videris, in quibus quantâ potuiſti intentione de vna tantùm quæſtio-

ne, id eſt de Prædd ſtinatione diuina, quid teneas diligenter ex- " A. 852.
plicare curaſti.] Eâ verò ex illorum fide qui præſentes aderant, "
Sanctus Remigius Amolonis ſucceſſor anno ſequenti in libro de
tribus Epiſtolis cap. 25. reſpondens Hincmari Epiſtolæ, à Gotteſ-
chalco in ignem projecta fuiſſe refert his verbis. Quapropter " Eccl. Lugd. de 3. Epiſt. cap. 25.
illud prorſus omnes non ſolùm dolent, ſed etiam horrent, quia "
inaudito irreligioſitatis & crudelitatis exemplo, tamdiu ille mi- "
ſerabilis flagris & cædibus trucidatus eſt, donec (ſicut narraue- "
runt nobis, qui præſentes aderant) accenſo coram ſe igni libel- "
lum, in quo ſententias Scripturarum, ſiue Sanctorum Patrum "
ſibi collegerat, quas in Concilio offerret, coactus eſt iam pené "
emoriens ſuis manibus in flammam proijcere, atque incendio "
concremare.] Et ſic ſcripta ad Amolonem tranſmiſſa ſuppoſititia "
fuere, nec à Gotteſchalco exhinc in ergaſtulum recluſo emitti
potuere.

Denique cui bono tot errores, qui nullibi in ſcriptis eius reperiuntur, & cauſæ geminæ Prædeſtinationis, quam contra Rabanum & Hincmarum mordicùs tueretur, plurimum obeſſent? Ad quid etiam tantam contra Epiſcopos ad Epiſcopum ſcribens contumaciam & contumeliam exhibuiſſet? cùm maximè vt in eadem Amolonis Epiſtola habetur ſect. 13. pag. 43. in omnibus quæ diceret, & ſentiret, nullum omninò piè & humiliter deprecaretur, nullius ſe ſenſui & auctoritati ſubmitteret; verùm è contrà Hincmari plurimùm intererat, eique ſummæ curæ fuit, tantùm Præſulem Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem in ſuas partes trahere, vt cap. 20. vidimus iam ab eo per interpoſitam perſonam tentatum Flori Magiſtri ſententiam aucupari: nec via tutior parari potuit, quàm ſuppoſititiis eiuſmodi ſcriptis Sanctiſſimum illum Pręſulem fraudis inſcium charitatis officio, tuendæque auctoritatis Epiſcopalis munere in miſerabilem illum Monachum accendere, vt ſenſa eius, qualia ficta eſſent erroris contumacio, & ſuperbiæ vndique referta pleniſſimè refelleret, etiam ſententiam de gemina Prædeſtinatione technis Hincmari diſſimulatam reprobaret: hoc ipſo etiam tutus Hincmarus, quòd licet aliter ſentiret & reſcriberet Amolo, nullo ſibi nec ſententiæ ſuæ præjudicio, Ex cuius perſona nihil appareret, cedere poſſet: Ex his nemo eſt qui non videat, non à Gotteſchalco ſua ſcripta innoteſcere flagitanti, ſed fictitiâ & inimicâ manu ipſius nomine, ſolitis Hincmari fraudibus ſuppoſita, Amoloni porrecta & tranſmiſſa.

Iam videamus quid & quando de Gotteſchalco ciúſve ſcriptis innotuiſſe referat Amolo: ſect. tertiâ pag. 9. hæc habentur. Cùm adhuc eſſes in partibus regni Germaniæ au- Amolonis Epiſt.

A. 852. diuimus in primis ſuper nomine tuo famam dolendam, quod videlicet nouitates ferres, & ſtultas ac ſine diſciplina quæſtiones ventilares, deinde perlata eſt etiam ad nos ſtudio Eccleſiaſticorum virorum quædam Scriptura tua, in qua apertiſſimè & prolixo ſermone, atque vt tibi viſum eſt etiam teſtimonijs Scripturarum, ſiue Sanctorum Patrum quid ſentires ſiue doceres, multipliciter executus es: Nunc quoque accipimus & alia ſcripta tua non parua, quæ ad Epiſcopos vel contra Epiſcopos, qui in concilio damnationis tuæ affuerunt, ſcripſiſſe vel protuliſſe videris &c.] Sic triplici viâ & diuerſis temporibus ſibi innotuiſſe Gotteſchalcum refert famâ, prioribus, & poſterioribus ſcriptis.

Hieronymus ad Ruſinum. De fama hæc obſeruauit Hieronymus ad Ruffinum: multùm in vtrámque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona falſo rumore concelebrat.] Et ab Eccleſia Lugdunenſi eiuſque Præſule Sancto Remigio irriſus fuit Hincmarus in libello de tribus Epiſt. cap. 1. quod fabuloſam miſerabilis illius Monachi ad barbaras gentes prædicationem retuliſſet:

Eccleſ. Lugdun. de 3. Epiſtolis. » Prætermittentes (inquiunt) huius rei tam abſurdam & incon» gruam obiectionem, magis cum credimus inter fideles vel etiam » ſacerdotes illarum partium talia monere & proponere potuiſſe » &c.] Nec etiam Amolo famoſis illis vulgi rumoribus inſiſtere profitetur.

Quantùm verò ad ſcripta tam priora per Eccleſiaſticos viros, quàm poſteriora nomine ipſius Gotteſchalci per quemdam fratrem delata, ſuppoſititia fuiſſe tum ex his quæ iam diximus, tum ex ijs quæ in examine ſingularum propoſitionum ſubjicientur, apparebit: Sed priùs aduertendum propoſitionum illarum aliquas hoc eſt primam & quartam non tantum aliquo ſenſu, ſed eo potiſſimùm, quo aliquo modo vſurpatæ videntur à Gotteſchalco (ſi tamen vſurpatæ ſunt) Catholicas eſſe, nec vllo modo rejiciendas, niſi quòd verbis durioribus & odioſis in ſuppoſitijs illis ſcriptis conceptæ ſunt, vt Pelagianis eorúmque reliquiis ſolemne fuiſſe ſententias Sancti Auguſtini corrumpere nemo neſcit. Rectè tamen iuxta propoſitum Amolonis, quò ſingulari Epiſtolâ damnati illius Monachi contumaciam & ſuperbiam, quæ ſuppoſititiis illis ſcriptis exhibebatur intoleranda, repri-

S. Athanaſius de ſentent. Dionyſij contra Arianos to. 1. pag. 552. meret, non ad pondus ſanctuarij expenſas, ſed ſimpliciter pro munere cui incumberet, exploſas. Sic Sanctus Athanaſius in Epiſtola, quam conſcripſit de ſententia Sancti Dionyſij Alexandrini contra Arrianos, ſanctiſsimum illum Præſulem ab Arria» norum fraudibus vindicauit: Hic nimirùm (inquit) ſcopus eſt » eius Epiſtolæ, quæ ad retundendam eorum peruicaciam, qui

A. 852.

Veritatem fidei mutare volebant, ſcripta eſt.] Et paulo poſt: Certum eſt enim ea quę ſuſpecta fuere, ex vſu rerum pro negotij conditione conſcripſiſſe, (κατ' οἰκονομίαν) Neque iſtiuſmodi ſcripta, quæ negotiis attemperata ſunt, oportuit malignè odioſéque interpretari, aut ad cuiuſlibet libidinem ſtudiúmque torqueri: Medicus ſubinde ea remedia, quæ alijs inter ſe congruere non videntur, pro ſua peritiâ vulneribus adhibet, non aliò tamen, quàm ad curationem mali reſpiciens.] Iam ſingulas propoſitiones ab Amolone damnatas expendamus, an fuerint Gotteſchalci, an Catholicæ ſint, & quo ſenſu ab Amolone damnatæ.

De I. Propoſ. Quinam ſanguine Chriſti redempti.

Hincmarus de prædeſtin. cap. 29.

PRIMA propoſitio his verbis ab Amolone relata: in primis diſplicet nobis valdè, quod dicis & aſſeris. *Neminem perire poſſe Chriſti ſanguine redemptum.*] Non reperitur inter eas, quas in Gotteſchalco damnandas cenſuit Hincmarus; Similem tamen ei impingit ex aliquo libello quem Pitacium vocat in opere de prædeſtinatione cap. 29. pag. 226. his verbis: Item ad quemdam complicem ſuum abſit proculdubio vt vel illud ſolummodo velim ſomniare, nedum ſemel ſuſurrare, vt nullum eorum perpetualiter ſecum periturum antiquus rapere valeat anguis, pro quibus redimendis tam pretioſus Deo Patri Domini Dei noſtri Filij ſui fuſus eſt ſanguis. Amen.]

Proſper ad obiect. Vincent. 1.

Sed obſeruandum redemptos ſanguine Chriſti dici poſſe multipliciter, propriè vel impropriè iuxta Proſperum ad primam obiectionem Vincentianam: cùm itaque (inquit) propter vnam omnium naturam & vnam omnium cauſam à Domino noſtro in veritate ſuſceptam, rectè omnes dicantur redempti, & tamen non omnes à captiuitate ſint eruti, REDEMPTIONIS PROPRIETAS haud dubiè penes illos eſt, de quibus princeps mundi miſſus eſt foras, & iam non vaſa diaboli, ſed membra ſunt Chriſti &c.] Omnes ſcilicet qui per Baptiſmi ſacramentum Chriſti corpori inſerti ſunt, verè & propriè Chriſti ſanguine redemptos eſſe nullus Chriſtianus impugnat, & Gotteſchalcus ipſe (vt mox videbitur) ſpecificè aſſeruit: ſed horum etiam duplex eſt ordo: Alij temporales tantùm, & ſecundùm præſentes huius vitę effectus, quo ad iuſtitiam ſcilicet redemptionis facti ſunt participes: Alij verò ſcilicet electi & prędeſtinati, etiam perfectum ſeu pleniſſimum redemptionis fructum, ipſam gloriam & vitam æternam nanciſcuntur: Redemptio illa incompleta ſcilicet, & quò ad vſum tantùm, & temporalem iuſtificationem omnibus omninò credentibus per Baptiſmum impenditur, & tam reprobis, quàm electis communis eſt: iſta ſolis electis ad gloriam & ad vitam æternam prędeſtinatis in vtili dominio ſeu plenâ proprietate competit.

A. 852.

Vtriuſque huiuſce redemptionis fundamentum eſt in ſacris litteris, prioris quidem Epheſ.4. verſ. 30. *Nolite contriſtare ſpiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.* & 2. Petri 2. verſ. 1. *Eum qui emit eos Dominum negantes.* Poſterioris verò Roman. 8. verſ. 23. & 24. *Et ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri; Spe enim ſalui facti ſumus &c.*] Et Apocalypſ. 5. verſ. 8. & ſeq. *Et cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum: & cantabant Canticum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo & natione: Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes & regnabimus ſuper terram.*]

Eph. 4. v. 30. 2 Pet. 2. v. 1. Rom. 8. v. 23. Apoc. 5. v. 8. &c.

Auguſtin. contra Iulian. lib. 6. cap. 15.

Vtriúſque etiam huiuſce veræ & propriæ redemptionis, vnicum proferemus ex Diuo Auguſtino teſtimonium, de priore quidem omnium credentium in mortem Chriſti baptizatorum redemptione locus ſingularis in lib. 6. contra Iulian. cap. 15. his
„ verbis: illi ſunt liberati à peccato, pro quibus mortuus eſt, qui
„ nunquam fuerat in peccato, & cum ſemel ſit mortuus, tamen
„ pro vnoquoque tunc moritur, quando in eius morte quantælibet
„ ætatis fuerit baptizatur; Ideſt tunc eis proderit mors eius, qui
„ fuit ſine peccato, quando in eius morte baptizatus mortuus fue-
„ rit etiam ipſe peccato, qui mortuus fuerat in peccato.] De poſteriore verò quę ſolorum electorum eſt ad gloriam, hæc habentur in ſermone eiuſdem Sanctiſſimi Patris 8. inter Pariſienſes in
„ natali Sancti Vincentii: fides pugnat, & quando fides pugnat,
„ carnem nullus expugnat, quia etſi laniatur, etſi laceratur, quando
„ perit, qui ſanguine Chriſti Redemptus eſt? Potens homo non
„ poteſt perdere quod emit auro ſuo, & Chriſtus perdit quod emit
„ ſanguine ſuo? Sed hoc totum non ad hominis, ſed ad Dei glo-
„ riam referatur.]

Idem ſerm. 8. de ſancto Vincentio.

Hincmarus de prædeſt. cap. 35.

Eandem fuiſſe non ſolùm mentem, ſed & expreſſam Gotteſchalci ſententiam de gemina illa Redemptione, patet ex eodem ipſo quod Hincmarus in eum retulit fragmento libelli, quem illi
„ tribuit nomine Pitacij ad amicum in opere de Prædeſt. cap. 35.
„ pag. 305. his verbis, Gotteſchalcus autem poſt præpoſita teſtimo-
„ nia quæ proferuntur ex Scripturis Dominum paſſum fuiſſe pro
„ omnibus ita dicit, qui verò inquiens propter hæc teſtimonia vel
„ alia his ſimilia generaliter pro omnium tam ſcilicet electorum
„ quam reproborum ſalute & Redemptione, Dominum paſſum eſſe
„ dicit, ipſi Deo Patri contradicit, & reliqua vſque dum ad iſta
perueniţ

A. 852

peruenit vt diceret: Verumtamen quia electi & reprobi propter peccatum originale, & omne inſuper actuale: tam diù detenti ſunt, detinentur, detinebuntur ſub diabolo captiui, donec redimerentur, atque redimantur diuinitùs per gratiam Baptiſmi, quandocunque quicunque fuimus in Trinitatis nomine baptizati, tunc ſine dubio vel electi vel reprobi, communiter extitimus redempti, id eſt de dominio dæmonicæ ditionis eruti & liberati: Et quotieſcunque quicúnque baptizantur, & deinceps in diem iudicij baptizabuntur, tunc à diabolica prorſus captiuitate redimuntur atque redimentur, ideſt eruuntur ac liberantur, eruentur & liberabuntur: Hinc eſt illud Apoſtoli Petri de magiſtris mendacibus, & ſectas perditionis introducentibus, celerémque ſibi perditionem ſuperducentibus: *Eum (inquit) qui emit eos Dominum negantes:* Baptiſmi enim ſacramento eos emit, non tamen pro eis crucem ſubijt, nec mortem pertulit, neque ſanguinem fudit: Quod autem Baptiſmi perceptio Redemptio nuncupetur, Doctor gentium manifeſtè fatetur. *Nolite contriſtare* (inquit) *Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die Redemptionis:* Et in eadem ſuperiùs ad Epheſios epiſtola: *In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis Sancto.* Hinc etiam Sanctus Hieronymus aſſerit: Redemptionem inquiens veterum peccatorum in aquis Baptiſmi reperit: Sed huiuſmodi Redemptio, quæ communis eſt electis & reprobis, non redimit, niſi à peccatis præteritis.]

1. Pet. 2. v. 1.

Eph. 4. v. 30.

Eph. 1. v. 13.

Igitur etſi conſtaret Pitacium illud à Gotteſchalco & ijſdem verbis ſcriptum, etſi ex reliquis eiuſdem libelli, ſi quid obſcurius vel durius videatur, molliri & elucidare non potuiſſet, nihil appertius requiri poteſt ad aſſertionem geminæ illius Redemptionis, tum incompletæ quoad iuſtificationem, & alios temporales effectus erga omnes baptizatos tam reprobos quàm electos; Redemptionis ſcilicet à veteribus peccatis & à diabolica captiuitate, quam adſtruit & Sacrarum Literarum auctoritate, & Sancti Hieronymi teſtimonio: Tum etiam completæ, perfectæ, & æternæ ad gloriam: Dum mendaces & ſectas perditionis introducentes licet baptiſmatis ſacramento redemptos, ſanguine Chriſti ad vitam æternam emptos ſeu redemptos veriſſimè negat.

Sed vt pleniùs liqueat eam ipſam nec aliam fuiſſe Gotteſchalci ſententiam, etiam in eodem Pitacio, immò in eo ipſo eius fragmento, quod iam retulimus, poſt verba illa: ſed huiuſmodi redemptio quæ communis eſt electis & reprobis non redemit niſi à peccatis præteritis.] Immediatè, ipſo Hincmaro ibidem teſte pag. 306. ſubſequitur: At illa quæ propria & ſpecialis eſt ſolo-

Ibid. pag. 306.

A. 852. „ rum omnium electorum, quam eis tantummodò Crucifixus im„ pertiuit, pius redemptor ipſorum ſicut à præteritis, ita nimirum & „ à præſentibus natos & naſcituros, viuos & mortuos videlicet om„ nes pariter electos redemit, eruit abluítque peccatis.] Quod in omnibus Sancti Auguſtini doctrinæ conſonum eſt. Vtque pateat quanta fides adhibenda ſit ijs, quæ de Gotteſchalco refert Hincmarus. Hoc ipſum Pitacij fragmentum recenſens in Epiſtola 17. ad Nicolaum Papam: ne appareret Gotteſchalcum agnoſcere in baptiſmo fieri remiſſionem peccatorum, fraudulenter eius præcipuam partem reticuit & reſcidit, non ſolùm ſuperiora ſed etiam „ intermedia verba: hæc ſcilicet: hinc etiam Sanctus Hieronymus „ aſſerit Redemptionem (inquiens) veterum peccatorum in aquis „ baptiſmi reperit: ſed huiuſmodi Redemptio, quæ communis eſt „ & electis & reprobis, non redimit, niſi à peccatis præteritis.] Iiſque prætermiſſis etiam nullâ notâ interpoſitâ, præcedentibus ſequentia adnexuit, quia ex verbis illis prętermiſſis calumnia Hincmari, & ſana Gotteſchalci doctrina reuinceretur.

Hincmarus Epiſtola ad Nicol. PP. 17.

His itaque ſic conſtitutis quo crimini verti poteſt Gotteſchalco, negaſſe Hæreſiarchas, de quibus in præfato Pitacio agitur, ſanguine Chriſti ad vitam æternam redemptos? quos etiam non Chriſtianos eſſe, licet in Chriſti nomine baptiſma ſuſceperint Patres ferè omnes affirmant: Tertullianus de Præſcriptionibus cap. 37. Cyprianus epiſt. 52. Athanaſius orat. 2. contra Arrianos: Hieronymus in Dialogo aduerſus Luciferianos: & Auguſtinus de „ gratia Chriſti cap. 10. Hanc debet, inquit, Pelagius gratiâ con„ fiteri, ſi vult non ſolùm vocari, verùm etiam eſſe Chriſtianus.] Sic etiam Theodoſius & Valentinianus in l. 6. damnato, c. de Hæreticis & Manichæis, vetant, ne Neſtoriani Chriſtianorum appellatione abutantur: Et in VIII. Synodo damnatus Photius negatur eſſe Chriſtianus. Quin etiam Sanctus Hieronymus in comment. in Mathæi 24. verſ. 5. huiuſmodi Hæreſiarchas Antichriſtos eſſe cenſet: igitur quidni Gotteſchalcus eodem ſenſu illos Chriſti ſanguine redemptos negare legitimè potuerit?

Auguſtinus de gratia Chriſti c. 10.

Nec inſiſtendum, quòd Gotteſchalcus apud Hincmarum in libello quem ad Rabanum edidit, Chriſti ſanguinem pro ſolis electis & prædeſtinatis effuſum eſſe profeſſus ſit. Námque inter fructus Dominicæ paſſionis, qui reprobis & electis in hac vita communes ſunt, & præcipuum eius fructû gloriam ſcilicet ſeu vitam æternam quæ ſolis electis ſingulari Dei beneficio eſt præparata, talis eſt & tanta diſtantia, vt quemadmodum in vita æterna reuera ſingularis & ſupereminens conſiſtit fructus paſſionis & ſanguinis Chriſti, cuius ratione reliqui ordinantur, & præter quem alij, qui temporales ſunt, vix alicuius habeantur momenti; ita, qui

ad vitam æternam per mortem Chriſti præparati & prædeſtinati non ſunt, à morte Chriſti non rarò à Patribus dicuntur alieni, & pro eis mortuum eſſe Chriſtum ſæpius negauit præcipuus poſt Apoſtolum prædeſtinationis & gratiæ prædicator Sanctus Auguſtinus. Sic itaque intelligendum eſſe Gotteſchalcum; vt omnes credẽtes etiamreptobos ab omni fructu mortis&ſanguinis Chriſti non cenſeat protſus alienos, ſed tantum à gloria & vita æterna; Ratione cuius etiam in fragmentis, quæ contra eum refert Hincmarus, excluſionem illam reſtringit, vt patet ex fragmento illo, quod habetur in præfato opere de prædeſtinat: cap. 29. pag. 226. his verbis: Gotteſchalcus in præfato ſuo libello ad « Rabanum Archiepiſcopum ſcripſit: *Proinde quod fideliſſimè cre-* « *do fidentiſſimè loquor, & certiſſimè pariter, ac fructuoſiſſimè confi-* « *teor, atque veraciſſimè profiteor: quod Deus noſter omnipotens om-* « *nium creaturarum conditor & factor, Electorum tantummodò cun-* « *ctorum gratuitus eſſe reparator dignatus eſt, & refector: nullius au-* « *tem Reproborum* PERPETVALITER (*eſſe voluit ſaluator nul-* « *lius Redemptor, & nullius coronator.*] Notandum verbum) PERPETVALITER) Et in reliquis eiuſdem fragmentis, in quibus negatur mortuus Chriſtus pro teprobis, de vita æterna nominatim agitur: Et ſi quid minùs expreſsè in fragmentis inimicâ manu excerptis haberetur, ſic ſemper apud æquos & probos iudices intelligendus veniret: Sed quid opus argumentis, cùm Hincmarum ipſum fragmentorum illorum excerptorem habemus confitentem, hanc fuiſſe ipſius Gotteſchalci mentem, & ſententiam, vt non minùs quàm S. Prudentius Tricaſſinus Epiſcopus expreſsè profeſſus ſit, ſanguinem Domini noſtri IESV CHRISTI pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum credentibus effuſum fuiſſe. Hæc ſunt Hincmari verba in opere de Prædeſtinatione cap. 33. pag. 248. Et Domnus Prudentius ex Euangelio & aliis « Scripturis Sanctis ad hanc confirmandam aſſertionem plura ponit « exempla, dicitque in ſuprà memorata Epiſtola cap. 3. Vt credat « & confiteatur ſcilicet ordinandus, cum omnibus Catholicis, ſan- « guinem Domini noſtri IESV CHRITI pro omnibus hominibus « ex toto mundo in eum credentibus fuſum: non autem pro illis, qui « nunquam in eum crediderunt, nec hodiéque credunt, nunquam « nec credituri ſunt, dicente ipſo Domino: *Venit enim filius homi-* « *nis non miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redem-* « *ptionem pro multis.* Sed & GOTTESCHALCVS in hanc venit « SENTENTIAM.] Nihil euidentius requiri poteſt: Sic itaque « non modo euaneſcit iſta obiectio, immò etiam patet, ab Amolone non Gotteſchalci ſententiam, ſed ſuppoſititia & fictitia eius nomine ſcripta impugnata & reprobata.

A. 852.

Hincmarus de Præ deſt. cap. 29.

Hincmarus de Præ deſt. cap. 33.

Matth. 20. v. 28.

A. 852. Porro hæc ipſa propoſitio de qua hoc primo articulo agitur: *Neminem perire poſſe Chriſti ſanguine redemptum.*] Non tam Gotreſchalci, quàm ipſius Auguſtini eſſe in ſermone de Sancto Vincentio nemo non videt, in quo iiſdem ferè verbis ſuprà relatis habetur: *Quando perit qui ſanguine Chriſti Redemptus eſt?*] Quàm rectiſſimè à præcipuo poſt Apoſtolum Prædeſtinationis & gratiæ prædicatore aſſertam nemo niſi Pelagianâ fuligine tinctus dubitare poteſt: ſed de hac completa & æterna ad gloriam Redemptione intelligendam ſententiam illam, non de temporali & incompleta ad iuſtificationem, quæ omnibus etiam reprobis competit per Baptiſmum, & alia Eccleſiæ ſacramenta nemo neſcit: Sæpius illos Auguſtinus TEMPORALES vocat, & Dei filios eſſe quodammodò negat, etiam quando erant in profeſſione, & nomine filiorum: De corrept. & grat. cap. 9. & 13. Et de dono Perſeu. cap. 8. & 22. Vbi inter reliqua dicto cap. 9. Et ſunt » rurſus quidam, inquit, qui Filij Dei propter ſuſceptam vel TEMPORALITER gratiam dicuntur à nobis, nec ſunt tamen » Deo, de quibus ait idem Ioannes: *Ex nobis exierunt, ſed non erant* » *ex nobis, quòd ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcum &c.* » Et paulo poſt: quid aliud dicitur: niſi non erant filij, etiam » quando erant in profeſſione, & nomine Filiorum? Non quia iu- » ſtitiam ſimulauerunt, ſed quia in ea non permanſerunt.]

Auguſtin. de corript. & grat. c. 9.

1. Ioan 2.

Nec etiam propoſitio illa: *Neminem perire poſſe Chriſti ſanguine Redemptum.*] Malè ab Amolone proſcripta & damnata, ſed in alio ſenſu: Eo quod in ſuppoſititijs illis ſcriptis temporalis & incompletæ ad iuſtificationem & alios momentaneos effectus per Baptiſmum erga reprobos Redemptionis videretur exclu- » ſiua: Aut neminem (inquit Amolo) ex numero Chriſtianorum, » poſtquam ſemel in Chriſto Baptizatus, & particeps Redemptio- » nis Chriſti effectus eſt, perire poſſe confirmas contra Apoſto- » lum, &c. Aut non credis omnes, qui verâ fide & deuotione per » Baptiſmi gratiam regenerantur &c. Chriſti eſſe ſanguine redem- » ptos &c.] Immò verò vtrumque diſertis verbis (vt ſuprà vidimus) expreſſit, & profeſſus eſt Gotteſchalcus: nullo modo igitur ab Amolone damnata fuit Gotteſchalci ſententia, ſed ſuppoſititia ſcripta ipſius nomine ad Præſulem illum ſanctiſſimum fraudulenter emiſſa: nec etiam impetita Sancti Auguſtini, & diſcipulorum eius doctrina, ſed è contra tacitè proſtratus eſt (vt poſteà Concilio Valentino 3. & Lingonenſi Can. 4. palàm & publicè à Sanctiſſimo eius ſucceſſore Remigio, & aliis Epiſcopis trium Prouinciarum penitùs exploſus eſt) error Fauſti Regienſis, Hincmari, Pſeudoſynodi Cariſiacæ, & ſequacium, de generali quoad omnes homines etiã infideles in ſua infidelitate

Amolonis Epiſt.

perſeuerantes Redemptionē, dum Præſul ille digniſſimus nullam aliam Sanguinis Chriſti Redemptionem illi propoſitioni oppoſuit, præter eam quæ credentibus per regenerationis lauacrum quæſita eſt: tacitè generalem & indefinitam illam, quam vocant, etiam infidelibus omnibus conceſſam flocci pependit, & quaſi à Catholica doctrina alienam prætermiſit: nec in his grauabimur referre obſeruationem doctiſſimi, & in publicum merititiſſimi ſanctæ Theologiæ Doctoris, in Academia Duacena primarij Profeſſoris, & eiuſdem Vniuerſitatis Cancellarij Guillielmi Eſtij in Commentariis in 2. Petri Epiſt. cap. 2. verſ. 1. dum hæc Apoſtolica verba expendit: *Et eum, qui emit eos Dominum negant.* Ex hoc (inquit) benè colligitur Chriſtum redemiſſe quoſdam reprobos, nimirum illos, qui redemptionis eius *ſecundùm aliquos effectus* facti ſunt participes, cuiuſmodi erant hi, de quibus Petrus loquitur, vt potè per fidem in Baptiſmo regenerati, & peccatorum veniam conſecuti, licet poſtea in veterem peccati ſeruitutem relapſi. Quæ eadem doctrina eſt Concilij Valentini ante annos penè 800. in Galliis habitæ, cap. 5. affirmantis Chriſti Redemptionem ad eos pertinere, qui etſi non ſaluentur, quia non perſeuerant, Baptiſmo tamen regenerati fuerunt, & in Sanguine Chriſti à peccatis ſuis abluti: ſed ne hinc colligas ad omnes omninò homines effectum Redemptionis extendi, quod in eodem Concilio Can. 4. disertè negatur.) « « « « « « « « « « « « «

A. 852.

2. Pet. 2. v. 1.

Eſtius in 2. Petri 2. v. 1.

II. Hâc præmiſsâ primæ propoſitionis quaſi ſequentium baſis indagine, earum facilis erit expeditio. 2. Hæc eſt, *Baptiſmum & alia Sacramenta fruſtratoriè iis dari, qui poſt eorum perceptionem pereunt.*] Hæc ſunt verba Amolonis: ſecundo loco diſplicet nobis valdè, quia veriſſima & ſacratiſſima Eccleſiæ Sacramenta, videlicet Exorciſmi & Baptiſmi, Chriſmatis, & Euchariſtiæ, ac manus impoſitionis perfunctoriè & fruſtratoriè omnibus, qui poſt perceptionem eorum pereant, dari confirmas, dum eos Sanguine Chriſti, ſine quo ipſa myſteria, iam non myſteria, ſed quædam velut vacua, & inania ludibria ſunt habenda, redemptos negas.] Sed huiuſce propoſitionis nihil nec directè nec expreſsè, nec virtualiter ſeu radicaliter habetur in ſcriptis Gotteſchalci: Hincmarus quidem tacitè hanc illi hæreſim impingere voluit Epiſtolâ 17. ad Nicolaum Papam, dum ſuo genio eius errores referens his verbis vſus eſt. Dicit quoquo modo diſpare traditione, ſed pari errore, quod veteres Prædeſtinatiani dixerunt exponens ſententiam Apoſtoli Petri, *Eum qui emit eos Dominum negantes*: Baptiſmi (inquit) Sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem ſubiit, neque mortem pertulit, neque ſanguinem fudit: quod autem Baptiſmi perceptio Redemptio « « « « « « « « « « « « «

II. Propoſit.

Amolonis Ep.

Hincmar. Epiſt. 17. ad Nicol. PP.

2. Pet. 2 v. 1.

» nuncupatur, Doctor Gentium manifeſtè fatetur: *Nolite contri-* Eph. 4.
A. 852. » *ſtare* (inquit) *Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die* v. 30.
» *Redemptionis:* At illa, quæ propria & ſpecialis eſt, ſolorum om-
» nium electorum, quam eis tantummodò Crucifixus impertiuit
» pius Redemptor ipſorum, ſicut à præteritis ita nimirum à præſen-
» tibus natos, & naſcituros, viuos & mortuos, videlicet omnes pa-
» riter electos redemit, eruit, abluitque peccatis: ipſi prorſus ipſi
» ſunt mundus, pro quo paſſus eſt Dominus, vt ipſe dixit, *Panis*
» *quem ego dedero Caro mea eſt pro mundi vita.*] In quibus dolo-
sè & fraudulenter Hincmarus, non ſolùm priorem partem illius
fragmenti quod integrum in examine prioris Capituli, ex eodem
Hincmaro iam retulimus, quibus contrarium pleniſſimè adſtrui-
tur, ſed etiam in eis quæ retulit, mediam ſententiam plagiariâ
manu reſcidit, quoniam ex eâ calumnia eius reuinceretur, in ea
ſiquidē pręcisè habetur pręteritorū in Baptiſmo fieri peccatorum
redēptionem: ſed & ipſemet Hincmarus ſibi parū cōſtans expreſſis
verbis Gotteſchalcum & ſibi conſentientes ſub nouorum Præ-
deſtinatianorum nomine hac calumnia liberauit in libro de Præ-
deſtinat. cap. 15. pag. 63. Cùm enim ſuo genio ficta de veteribus
Prædeſtinatianis conuenta in quatuor faſciculos collegiſſet, ſe-
Hincmar. de Prædeſt. cap. 15. » cundum his verbis concepit: Aliud eſt, quod ab eis, qui non ſunt
» Prædeſtinati ad vitam, non auferat percepta Baptiſmi gratia ori-
» ginale peccatum, & licet piè iuſtéque vixerint, nihil eis proſit,
» ſed tam diu reſeruentur, donec ruant & pereant &c.] Et paulò
poſt pleniſſimam Gotteſchalci & ſimilium abſolutionem edixit
» his verbis. De quibus (*quatuor faſciculis*) moderni Prædeſtina-
» tiani vnum non tangunt, aliud tranſiliunt, tertium declinant &c.]
Sed & contrarium ex profeſsò in ſuprà ſcripto Pitacij fragmento
aſſeruit Gotteſchalcus, ſcilicet per Baptiſmum etiam Reprobos
ab omni peccato tam Originali quàm Actuali redemptos, & à
dominio dæmoniacæ ditionis erutos, & liberatos. Quis ergò
non videat non vera eius ſcripta, ſed fictitia & ſuppoſititia fuiſſe à
Sanctiſſimo Præſule impugnata & damnata? Quæ etiam ſuppo-
ſitio eo magìs innoteſcit, quòd in fine eiuſdem articuli, ſcriptis
illis inſerta memoratur falſa regula intelligendarum Scriptura-
rum, de Corpore Chriſti vero & ſimulato, quaſi diuinorum my-
ſteriorum & Sacramentorum ſimulatio denotetur, quod hor-
rendum & huc vſque inauditum.

III. Propoſitio. Amolonis Epiſt. III. Propoſitio, *Fideles qui pereunt Chriſto & Eccleſiæ incor-
poratos non fuiſſe, quando regenerati ſunt,*] his verbis ab Amo-
» lone refertur: Tertio loco diſplicet nobis valde, quia & diuina-
» rū Scripturarū teſtimoniis, & ſinceriſſimis SS. Patrum dictis tam
» peruerſè abuteris, vt hæc omnia quæ manifeſtiſſimè aduersùs

diuinam veritatem, & Paternam fidem diſputas, ex illis non re- « A. 852.
ctè intellectis multipliciter affirmare contendas; in tantùm vt «
illos, qui ex numero fidelium pereunt, nec tunc quando impri- «
mis ad percipienda myſteria regenerationis, vel in paruula ætate «
ab aliis oblati ſunt, vel ipſi in maiori fideliter acceſſerunt, affir- «
mes Chriſto, & Eccleſiæ non incorporatos, nec membra illius «
quæſitæ & ſaluatæ ouis effectos, ac per hoc nec vnquam fuiſſe «
Chriſtianos.] Hæc propoſitio quaſi priorum appendix ſimiliter «
fictitia & ſuppoſititia, nec in ſcriptis Gotteſchalci reperitur,
nec ipſi ab vllo vnquam obiecta, immò (vt ad præcedentem articulum vidimus) ab ea vindicatus fuit per Hincmarum Gotteſteſchalcus. Quin etiam & oppoſitum in præfato Pitacii fragmento habetur, etiam Reprobos per gratiam Baptiſmi ab omnibus «
peccatis præteritis, tam originali quàm actualibus ſine dubio re- «
demptos & liberatos.] «

Nec etiam prætermittendum propoſitionem hanc & præcedentem aliquomodo imputari potuiſſe non Gotteſchalco ſed Rabano Moguntinenſi Epiſcopo, eò quòd in Epiſtola, quam contra Monachum illum ad Nothingum ſcripſit, aſſeruerit Reprobos & perituros nunquam ab æterna perditione fuiſſe diſcretos: Et ſic certè Sacramenta omnia, quo ad illos ludificatoria, ſic etiam Chriſto & Eccleſiæ nunquam incorporatos fuiſſe: in quo reprehenſus fuit à Sancto Remigio Amolonis ſucceſſore, & ab Eccleſia Lugdunenſi in lib. de Tribus Epiſtolis cap. 44. Si enim (in- « Eccleſia Lugdunenſis De 3. Epiſt. cap. 44.
quiunt) vt dictum eſt nunquam ſunt à maſſa damnationis & per- «
ditionis diſcreti, quomodo in Eccleſia verè ſunt renati, & iu- «
ſtificati, niſi per eum qui iuſtificat impium à ſua impietate «
mundati &c.] Et paulò poſt optimè docent, quomodo intelli- «
gendi ſint Patres, in quibus talis ſententia reperitur: Quod au- «
tem (inquiunt) in verbis Sanctorum Patrum frequenter legitur, «
quòd tales, id eſt gratiam Chriſti in ſe irritam facientes, & ita «
pereuntes, nunquam ab illa maſſa diſcreti ſint, ad Dei Præſcien- «
tiam pertinet, qui licet ad pręſens in Eccleſia communem eis «
cum electis regenerationis gratiam tribuat, ibi tamen eos Præ- «
deſtinationis ſuæ iudicio iam deputat, vbi præuaricationis ſuæ «
merito damnandos videt.] «

IV. Propoſitio, *Reprobos omnes ita eſſe diuinitùs ad interitum prædeſtinatos, vt eorum nullus potuerit, nec poſſit eſſe ſaluus.*] His verbis concepta eſt: quarto loco diſplicet nobis valdè quia tam durè « IV. Propoſit. Amolonis Epiſt.
& indiſciplinatè, & immaniter de diuina Prædeſtinatione ſen- «
tis & loqueris in damnatione Reproborum, vt omnes illos, qui «
ad ſiniſtram puniendi ſunt, in die iudicii, & cum diabolo atque «
Angelis eius pro malis meritis ſuis æterno igne damnandi, ita «

A. 852. » ſunt diuinitùs ad interitum Prædeſtinati, vt eorum prorſus nullus aliquando potuerit, nullus poſſit ſaluus eſſe: Quod ſentire & » dicere quid eſt aliud, quàm in Deum grauiter & horribiliter » blaſphemare, ſi illis eius Prædeſtinatio hanc neceſſitatem irreuocabiliter impoſuit, vt omninò quod ad ſalutem ſuam proficeret, operari non poſſint.]

Rabanus Epiſtolâ ad Nothingũ.

Hæc propoſitio non minùs quàm præcedentes falsò adſcripta » & impoſita Gotteſchalco. Certè Rabanus Epiſtolam ſuam ad » Nothingum contra illum ſcripſit (vt in præfatione habetur) ad » conuincendum errorem eorum, qui de Deo bono & iuſto tam ne» quiter ſentiunt vt dicant, eius Prædeſtinationem facere, quod » nec homo ad vitam prædeſtinatus, poſſit in mortem incidere; » nec ad mortem Prædeſtinatus vllo modo ſe poſſit ad vitam re» cuperare.] Idémque Epiſtolâ ſuâ Synodicâ ad Hincmarum infamat Gotteſchalcum dixiſſe: Quod Prædeſtinatio Dei ſicut » in bono ſit: ita & in malo: Et tales ſint in hoc mundo, qui pro» pter Prædeſtinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non » poſſint ab errore & peccato ſe corrigere, quaſi Deus eos feciſſet » ab initio incorrigibiles eſſe, & pœnæ obnoxios in interitum ire.]

Idem Synodica ad Hincmar.

Idẽ epiſt. ad Hinc.

Sed ipſemet Rabanus in principio poſterioris Epiſtolæ ad Hincmarum, de libro Sancti Prudentij Epiſcopi Tricaſſini iudicium ſuum proferens, licet obſeruet eum præcisè dixiſſe, peccati auctorem Deum non eſſe, nec aliquem ad peccandum compellere, nihilominùs eum Gotteſchalco his verbis parem ducit; quando » dicit quod Deus ſicut Electos Prædeſtinatione ſuâ ad præmium » æternum perducit, ita Prædeſtinatione ſuâ cogat peccatores in » interitum ire, hoc mihi videtur in congregatione teſtimonio» rum ſuorum facere velle, vt credamus & confiteamur iuxta tra» ditionem Gotteſchalci GEMINAM ESSE PRÆDESTINA» TIONEM: ſcilicet quod ſicut Electos præſciendo & prædeſti» nando Deus ducit ad vitam; ita Reprobos præſciendo & præde» ſtinando ducat ad pœnam: ſed quia hoc nuſquam in Scripturis » Sacris ita mixtim poſitum inueni, eius traditionibus aſſentire non » adquieſco.]

Lupus Seruatus de Tribus quæſt.

Et reuerâ Rabanus huic ſententiæ de geminâ Prædeſtinatione adeò infenſus fuit, vt teſte Lupo Seruato eius Eccleſiæ Presbytero, in Libello de Tribus quæſtionibus ſect. 30. ſicut & alij » quidam, horreret prædeſtinationem Dei dici de Reprobis: ne » credatur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe, & injuſtè » damnare eos, qui non valuerint peccatum, ac per hoc nec ſupplicium declinare.] Ita vt ex ſcriptis eius nihil aliud in Gotteſchalcum elici poſſit, quàm eum fuiſſe aſſertorem Prædeſtinationis Reproborum ad pœnam. Ideoque Sanctus Remigius & Eccleſia

Eccleſia Lugdunenſis (perſpectis etiam Hincmari contra Gotteſchalcum litteris) in Libello de Tribus Epiſtolis, Rabani Epiſtolæ ad Nothingum reſpondentes cap. 41. aſſerunt: Rabanum non neceſſariam, nec vllatenus ad rem de qua quæritur pertinentem, aſſumpſiſſe diſputationem: Quæritur namque (inquiunt) in præſenti diſceptatione, non illud, vtrum impios Deus & iniquos Prædeſtinauerit ad ipſam impietatem & iniquitatem; id eſt vt impij eſſent, & aliud eſſe non poſſent, *Quod nullus omninò moderno tempore dicere vel dixiſſe inuenitur, quod eſt vtique immanis & deteſtabilis blaſphemia &c.*]

A. 852. Eccleſia Lugd. de 3. Epiſt. c. 41.

Sed vt pleniùs innoteſcat ab ea prorsùs alienum fuiſſe Gotteſchalcum, & ſic falſis ac ſuppoſititiis ſcriptis deluſum fuiſſe Sanctiſſimum illum Præſulem Amolonem, non ſolùm in nullo ſcriptorum ſeu fragmentorum, quæ habentur illius Monachi, nihil huiuſmodi reperitur; ſed Hincmarus ipſe ſcriptorum eius cenſor, vt iudex iniquiſſimus, nullius de Prædeſtinatione prauæ ſententiæ eum notat, niſi quòd prędeſtinationem malorum ad pœnam aſſereret: etiam in Tractatu de non Trina Deitate in fine. Hæc omnia (inquit Hincmarus) poſt librum de Prædeſtinatione contra Gotteſchalcum & complices eius aſſerentes, quia ſicut quoſdam ad vitam, ita quoſdam Deus prædeſtinauit ad mortem, de authenticis Scripturis & Catholicorum dictis collectum &c.] Et in prædicto capite 15. de Prędeſtin. pag. 63. dum doctrinam, quam finxit nomine veterum Prædeſtinatianorum, Gotteſchalco & ſimilibus impingere laborat, vt probet eos in veteribus illis Prædeſtinatianis damnatos, non ampliùs audiendos, de Prædeſtinatione hæc refert: in 4. autem Prædeſtinationem ad vitam (*veteres Prædeſtinatiani*) non denegant, & reproborum Prędeſtinationem ad interitum confitentur: quos ſicut dicunt à Deo prædeſtinatos ad interitum, ita etiam ad peccatum: de quibus moderni Prædeſtinatiani vnum non tangunt, aliud tranſiliunt, tertium declinant, quartum colore mutant, ſed odoris atque ſaporis intelligentiâ redolent. Dicunt enim; prædeſtinauit Deus reprobos ad interitum, non ad peccatum; cùm non niſi per peccatum perueniri valeat ad interitum.] Certè ſi Gotteſchalcus, vt in iſta propoſitione habetur, Reprobos ita diuinitùs ad interitum prædeſtinatos aſſeruiſſet, vt eorum prorſus nullus aliquando potuerit, nullus poſſit ſaluus eſſe, non illic ab Hincmaro fuiſſet prætermiſſum.

Hincmarus de non Trina Deitate.

Idem de Prædeſt. cap. 15.

Deinde ipſemet Hincmarus, vt ſententiam in Gotteſchalcum latam tueretur, Nicolao Papæ illius errores ſeu hæreſes, vt innuebat, quantùm potuit grauiores recenſens, de Prædeſtinatione nihil aliud objecit, quàm quod Reproborum Prædeſtinatio-

Digitized by Google

A. 852. nem ad pœnam aſſereret Epiſtolâ 17. ad Nicolaum Papam apud Flodoardum lib. 3. cap. 14. Dicit quod & veteres Prædeſtinatiani dixerunt: Quoniam ſicut Deus quoſdam ad vitam æternam, ita quoſdam prędeſtinauit ad mortem æternam.] Similiter cùm audiſſet Hincmarus, delatam miſerabilis illius Monachi reclamationem ad ſedem Apoſtolicam, nihil illi objiciendum de Prædeſtinatione mandauit Egiloni Senonenſi Archiepiſcopo Epiſt. 24.

Hincmar. epiſt. 17. ad Nicol. PP.

Idem epiſt. 24. ad Egil.

» prętet quam, quod diceret. Ita geminam eſſe Dei Prędeſtinatio-
» nem, vt ſicut Deus quoſdam ad vitam ęternam: ita quoſdam prę-
» deſtinauit ad mortem ęternam.] Falſum igitur & fictitium eſt ſcripſiſſe Gotteſchalcum, Reprobos ita ad interitum prædeſtinatos, vt eorum prorſus nullus aliquando potuerit, nullus poſſit ſaluus eſſe. Alioquin non tacuiſset Hincmarus propoſitionem tam horrendam, vt ab omnibus fidelibus anathemate proſcripta ſit, non modò ſcriptis Amolonis, S. Remigij, & totius Eccleſiæ Lugd. (vt iam vidimus) ſed etiam à Patribus Concilij Arauſicani II.

Conc. Arauſ. 2 Can. 25.

Conc. Valent. 3. & Lingon. Can. 3.

» Can. 25. Aliquos verò (inquiunt) ad malum diuinâ poteſtate
» prędeſtinatos eſse non ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt,
» qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione il-
» lis Anathema dicimus.] Et expreſsiùs etiam in Concilio Va-
» lentino tertio, & Lingonenſi Canone tertio his verbis. Ve-
» rùm aliquos ad malum prædeſtinatos eſse diuinâ poteſtate, vi-
» delicet, vt quaſi aliud eſse non poſſint, non ſolùm non credi-
» mus, ſed etiam ſi ſunt, qui tantum mali credere velint, cum
» omni deteſtatione, ſicut Arauſica Synodus illis anathema dicimus.]

Hincmar. epiſt. 25. ad Egilonem.

Poſtremò Hincmarus etiam alterâ Epiſtolâ ad Egilonem, quæ eſt 25. vberiorem doctrinę Gotteſchalci expoſitionem tradidit, vt non ſolùm quid ille dixiſset, vel ſcripſiſset, quinque Capitulis quæ illi objiciebat, ſed etiam quid ex iiſdem Capitulis prauæ do-
» ctrinæ inſurgeret, cuilibet innoteſceret. Ex quibus (inquit)
» mortiferis Capitulis, quanta exitioſa prodeant Catholicus & lit-
» teratus quiſque conſpicere poteſt.] Quid verò exitioſum iuxta Hincmari ſenſum ex pręfato de Prędeſtinatione articulo ſequeretur, his verbis eſt ſubjectum. II. Liberi Arbitrij opera ſiue bona ſiue mala, nihil valere ad meritum, ſed ſiuè ad vitam ſiuè ad mortem cuncta Dei Prędeſtinationem agere, ab iſta praua doctrina enucleatur &c.] Ergò ipſo Hincmaro teſte non aſſeruit Gotteſchalcus ſiue ad vitam, ſiue ad mortem cuncta Dei prędeſtinationem agere, vel quod in idem recidit, Reprobos ita diuinitùs ad interitum prędeſtinatos, vt eorum prorſus nullus potuerit, ſaluus eſſe: alioquin Hincmarus hoc ipſum non à doctrina illius enucleari, ſed ab ipſo aſſertum fuiſse ſine dubio expoſuiſset: & ſic

A. 852.

nemo non videt propoſitionem hanc fictitiis & ſuppoſititiis ſcriptis Gotteſchalco gratis adſcriptam.

Verumtamen obijcietur Hincmarus Epiſtolâ ſuâ ad Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem, vt refertur in libro de Tribus Epiſtolis cap. 1. inter quinque ſententias, quas Gotteſchalcum, vel prædicaſſe, vel etiam in Conciliis, in quibus audiendus ac dijudicandus admiſſus eſt, propoſuiſſe ac defendere & confirmare voluiſſe criminatus eſt, hanc poſuit ſecundo loco : *Et qui prædeſtinati ſunt ad interitum ſaluari non poſſunt, & qui prædeſtinati ſunt ad regnum perire non poſſunt.*] Sed facilis huic objectioni reſponſio. Primò ſiquidem nihil huiuſmodi in ſcriptis illius, nec etiam in fragmentis ab Hincmaro ſelectis habetur, nec ſequitur eam ſententiam à Gotteſchalco aſſertam, quoniam infrà cap. 25. euincimus quintam ſententiam de Libero Arbitrio, quam ibidem ei tribuit, falsò & calumnioſè ipſi ab Hincmaro adſcriptam : vt hoc exemplo liqueat, iuxta R. P. Sirmondum in Tractatu de duobus Dionyſiis cap. quarto, falli & fallere Hincmarum quàm procliuè ſit : Hæc enim eſt æquiſſima & ineuitabilis mendaciurn pœna, vt cui in aliquibus mendacij character inuritur, in aliis fides penitus abrogetur. 2. vt iam vidimus huiuſce ſententiæ nullomodo meminit Hincmarus ipſe, nec apud Nicolaum Papam, nec apud Egilonem, quo condemnationem in Gotteſchalcum latam tueretur : igitur vel falſam & ſuppoſititiam, vel Catholicam & Orthodoxam eſſe à S. Remigio & Eccleſiâ Lugdunenſi meliùs inſtructus agnouit. Denique idem ipſe Sanctiſſimus Præſul Remigius, qui cum Eccleſia Lugdunenſi propoſitionem quartam, de qua nunc agitur, Amolonis prædeceſſoris exemplo immanis & deteſtabilis inſaniæ notauit, in eodem libello de Tribus Epiſtolis non modo ſententiam iſtam, cum aliis omnibus (quintâ ſolâ exceptâ, quæ falsò indubiè huic Monacho adſcripta fuit) probauit, ſed eam ſicut & reliqua, quæ de diuinâ Prædeſtinatione à Gotteſchalco aſſerta fuiſſe dixit Hincmarus, iuxta regulam Catholicæ fidei eſſe veriſſimam, nec ab vllo penitùs, qui Catholicus haberi vult, reijci & damnari poſſe cap. 24. definiuit his verbis. De illis verò ſententiis, quas antea prædicaſſe, & tunc in Synodo propoſuiſſe : nec vllatenùs mutare voluiſſe firmatur, ignoſcat nobis vnuſquiſque lector, ignoſcat Reuerendus ille Epiſtolæ ſcriptor : quia ſicut iam ſuperiùs, & ex diuina, & ex paterna auctoritate ſatis oſtendimus, videtur nobis ſine dubio, quòd illa quæ de diuina Prædeſtinatione dixit, iuxta Regulam Catholicæ fidei vera ſint, & à veridicis Patribus manifeſtiſſimè confirmata, nec ab vllo penitus noſtrum, qui Catholicus haberi vult, reſpuenda ſiue

Eccl. Lugd. de 3. Epiſt. cap. 1.

Ibidem cap. 24.

A. 852. » damnanda; & ideo in hac re dolemus non illum miſerabilem, ſed
» Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam.]

Immo etiam inter ſeptem fidei regulas, quæ in eodem libro cap. 2. & ſequentibus ex diuinarum Scripturarum & Sanctorum Patrum auctoritate eâ lege traditæ fuerunt vt eas Catholicus quiſque fideliſſimè tenere debeat, & quicunque his contraria ſapit, non Catholicè ſentire comprobetur, ſeptima cap. 6.

Ibidem cap. 6.

» his verbis concepta eſt. Vt neque de electis Dei vllum perire poſ-
» ſe credamus, neque de Reprobis aliquem ſaluari exiſtimemus:
» non quia non poſſunt homines de malo ad bonum commutari, &
» de malis & prauis boni ac recti fieri, ſed quia in melius mutari
» noluerunt, & in peſſimis operibus vſque in finem perſeuerare vo-
» luerunt: nec poſſunt vllo modo pertinere ad ſortem Electorum,
» qui magìs elegerunt permanere in malitia iniquitatum & im-
» pietatum ſuarum.] Quod pluribus Sacrarum Litterarum te-
» ſtimoniis ibidem confirmatur, & hâc tandem ſaluberrimâ ex-
» hortatione completur. Probet ergò ſe ipſum homo, vt ex
» quotidiano profectu ſiue defectu vitæ ſuæ, vtrum magìs ad
» ſocietatem Electorum, an quod abſit ad ſocietatem Repro-
» rum propinquare ſe ſentiat, apud ſe ſollicitus perſpiciat, &
» inquirat, oretque fideliter & perſeueranter quantùm poteſt,
» vt eum omnipotens Domini miſericordia & ab æterna dam-
» natione eripi, & in Electorum ſuorum iubeat grege numera-
» ri: quia licet (vt Beatus Gregorius dicit) obtineri nequa-
» quam poſſint, quæ prædeſtinata non fuerint, ipſa tamen per-
» ennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotenti Deo diſpo-
» ſita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenùs poſtu-
» lando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæ-
» cula diſpoſuit donare.]

Ex his itaque manifeſtiſſimè patet quartam hanc propoſitionem, quam vt horribilem blaſphemiam condemnat Amolo, nullo modo fuiſſe Gotteſchalci, ſed ipſi fictitiis ſcriptis ex calumnia impoſitam. Verùm non hîc prætermittendum hoc ipſo Capitulo pag. 24. ſect. 8. contra multorum errorem non ſolùm infantes ſine Baptiſmo pereuntes, ſed & infidelium plurimos, qui aliud eſſe non potuerunt, æternâ damnatione plectendos

Amolonis Epiſt. Sect. 8.

» cenſuiſſe Amolonem his verbis. Sunt quidem in malis & dam-
» nandis aliqui reputati, qui aliud eſſe non potuerunt, ſicut illi
» paruuli recèns nati, ſub reatu originalis peccati defuncti, qui-
» bus per Baptiſmum Chriſti, non potuit ſubueniri: ſicut etiam
» illi ignorantes Deum, qui non potuerunt inuocare, in quem
» non crediderunt, nec credere ei, quem non audierunt, nec
» audire ſine prædicante, nec prædicatorem habere, quia nullum

ad ſe mitti meruerunt : ſed & in his non eſt iniquitas apud Deum, “ A. 852.
quia & illos traxit ad mortem originale peccatum, & iſtos origi- “
nale pariter & actuale, ipſo tamen vbique iuſto iudice, qui de to- “
tâ humani generis maſsâ ob primę præuaricationis meritum iuſtè “
damnatos, alios facit vaſa miſericordiæ gratuitâ gratiâ, alios per- “
miſit eſſe vaſa irę iuſto iudicio.] Idque eo magis obſeruandum, “
quòd in eodem Collegio, ex quo eâdem ipsâ die, hæc ipſa San-
ctiſſimi huiuſce Præſulis Epiſtola in lucem emiſſa eſt, in celeber-
rimo Conuentu propugnatæ ſunt Theſes, in quibus hæc propoſi-
tio: *Qui peccat per ignorantiam inuincibilem iuris naturalis iuſtè à* Theſes
Deo puniri poteſt,] hoc titulo inſignita haberetur. IMPIETAS Collegij
DETESTANDA, quòd quàm parùm huic ipſius Amolonis ſen- Claromo-
tentiæ concinat, qui non vident, non tam ipſi quid verum ſit opi- tani.
nor, non vident, quàm videre ſe diſſimulant.

Hîc etiam obiter aduertendum, Amolonem in hoc quarto Capitulo conſentire Gotteſchalco in aſſertione Prædeſtinationis malorum ad pœnam, in quo præcipua fuit in illum contentio, vt ſuprà ſæpiùs obſeruatum eſt: ita vt ſi propter doctrinam damnatus ſit, propter illam aſſertionem damnatum fuiſſe nemini dubium eſſe poſſit, nihilominùs Amolo, non ſecus ac Florus Magiſter, Sanctus Remigius, & vniuerſa Lugdunenſis Eccleſia, Sanctus Prudentius, Ratramnus & vterque Lupus, vnà cum Conciliis Valentino tertio & Lingonenſi, immo non ſecus ac ipſe
Gotteſchalcus veritatem illius aſſertionis in hoc articulo ſect. 7. Amolonis
pag. 22. comprobauit : Quid mirùm (inquit) ſi Deus eos iuſto “ Epiſt.
iudicio æternis pœnis & incendiis prædeſtinauit, vt qui volen- “ Sect. 7.
tes peccauerint, nolentes puniantur &c.] Item ſect. 8. pag. 25. “ Itē ſect. 8.
Sin autem hoc quęritur vbi in Scripturis Prædeſtinatio in malam “
partem dicatur, ipſum quidem propriè verbum tali ſenſu poſi- “
tum forſitan non facilè inuenitur, ſenſus tamen verbi manifeſtè “
in pluribus locis apparet &c.] Eíſque adductis ſic concludit pag. “
29. Iuxta hunc igitur diuinæ auctoritatis ſenſum omnipotens “
Deus iuſto iudicio ſuo prædeſtinat pœnas malis, prædeſtinat “
malos pœnis: nullum tamen prædeſtinat vt ſit malus, quia non “
malorum ſed bonorum auctor eſt bonus, & malorum geſtorum “
vltor eſt iuſtus: & ſi mala gerentes ad eum conuertantur, in- “
dultor pius. Sciendum tamen quod prædeſtinationis verbum in malorum partem, ſicut in Scripturis minùs eſt vſitatum, ita & à Doctoribus rariùs vſurpatum: & ob hoc nequaquam magnoperè de eo certandum.] V. Propoſit.

V. Propoſitio. *Reprobis quia præfinitam damnationem euadere non poſſunt, orandum ſaltem eſſe Deum, vt ſtatutam eis pœnam mitiget.*] Amolonis Epiſt.
Verè (vt inquit Amolo) nō eſt Chriſtiana, ſed Pagana, immo diabo- Sect. 9.

lica, maximè qualis in ſuppoſititiis ſcriptis illis inſerta à Sanctiſ-
A. 852. „ ſimo illo Præſule refertur dum inquit: Quinto loco nō minùs de-
„ teſtamur, & horremus, quod ita exarciſti aduerſus eos, qui æter-
„ no interitu ſunt digni, vt dixeris eos tam irreuocabiliter & in-
„ commutabiliter perditioni eſſe prædeſtinatos, ſicut Deus ipſe
„ incommutabilis & inconuertibilis eſt, & Epiſcopos ad quos
„ ſcribis, quaſi miſericorditer adhortaris, vt hoc prædicent po-
„ pulis, vt quia iam præfinitam damnationem euadere non poſſunt,
„ ſaltem aliquantulum Deo ſupplicent & humilientur, vt ſtatutas
„ eis vel modicum mitiget vel leuiget pœnas.] Quantò magis exhorrenda hæc blaſphemia, eo magis deteſtanda calumnia, eóque magis patet Scriptorum ſuppoſitio: à Rabano, Hincmaro, Ioanne Scoto & aliis ſimilibus ex diuerſis cauſis (vt ſuprà vidimus) ſæpius calumniam paſſus eſt miſerabilis ille Monachus, nihil præſertim ab Hincmaro prætermiſſum, quò vt maniaticum & Dæmoniacum illum proderet: ſed tantam inſaniam, quæ à Doctrina Sancti Auguſtini, quem ille vt Doctorem ſuum vnicè veneraretur, maximè exorbitat, nemo vnquam illi impoſuit, nec minimum veſtigium in ſcriptis eius reperitur: nec major etiam abſurditas & repugnantia fingi poteſt, quàm quæ in ipſa propoſitione continetur: ſiquidem propter immutabilitatem conſilij & decreti diuini præfinitam damnationem euitari non poſſe, ſtatutam tamen pœnam mitigari poſſe aſſeritur quaſi verò diuinum decretum vtrumque non comprehendat, & pœnam & ipſius pœnæ modum, aut quaſi pœnæ modus mutari poſſit, pœna non poſſit: quid magìs abſurdum? quid à doctrina ipſius Gotteſchalci, quam de immutabilitate diuini decreti (vt articulo ſequenti referetur) quaſi ſententiæ ſuæ de gemina prædeſtinatione immobile fundamentum tradidit, magìs alienum proponi potuit?

Vt verò culibet magis innoteſcat quantùm tam immanis blaſphemia diſcrepet à Doctrina Sancti Auguſtini, non grauabimur hîc referre, quid ille cenſuerit ad obiectionem de prædicatione prædeſtinationis, quæ non vt hæc propoſitio blaſphemiam contineret, ſed populis ſcandalo eſſe poſſet: in Libro de bono perſeuerantiæ, qui notiſſimus & perfamiliaris erat Gotteſchalco, cap.
„ 22. inter reliqua hæc habentur: iam verò quod illis verbis con-
„ nectitur, miror ſi vllo modo poteſt in populo Chriſtiano quiſ-
„ quam infirmus patienter audire, cum dicitur eis: Et ſi qui obedi-
„ tis, ſi prædeſtinati eſtis rejiciendi, ſubtrahentur vobis obedien-
„ di vires, vt obedire ceſſetis: hoc enim dicere, quid videtur aliud
„ eſſe, quàm maledicere, aut mala quodam modo prophetare &c.]
„ Et paulò poſt: nempè hoc veriſſimum eſt; ita ſanè, ſed improbiſ-
„ ſimum, importuniſſimum, incongruentiſſimum, non falſo elo-

S. Auguſt. de dono perſeu. c. 22.

A. 852.

quio, ſed non ſalubriter valetudini humanæ infirmitatis appoſito.] Sed & continuò addidit Auguſtinus, quod huic blaſphemiæ optimè medetur: illum etiam modum, quo vtendum eſſe in prædeſtinationis prædicatione nos diximus, loquenti ad populum non exiſtimo debere ſufficere: niſi hoc vel huiuſmodi aliquid addat, vt dicat: Vos itaque etiam ipſam obediendi perſeuerantiam, *à patre luminum, a quo deſcendit omne datum optimum, & omne donum perfectum*, ſperare debetis, & quotidianis orationibus poſcere, atque hoc faciendo confidere, non vos eſſe à prædeſtinatione populi eius alienos, quia etiam hoc vt faciatis, ipſe largitur. Abſit autem à vobis, ideo deſperare de vobis, quoniam ſpem veſtram in ipſo habere iubemini, non in vobis: *Maledictus enim omnis homo, qui ſpem habet in homine:* Et *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine, quia beati omnes, qui confidunt in eum:* Et hanc ſpem tenentes: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Quoniam de vita æternâ, quam filiis promiſſionis promiſit non mendax Deus ante tempora æterna, nemo poteſt eſſe ſecurus, niſi cùm conſummata fuerit iſta *vita*, quæ *tentatio eſt ſuper terram*, ſed faciet nos perſeuerare in ſe, vſque in eius vitæ finem cui quotidie dicimus, *Ne nos inferas in tentationem.*]

Hier. 17. Pſal. 117.

Nihil magìs oppoſitum huic ſaluberrimæ exhortationi, quam illa quæ hâc propoſitione quintâ (quam expendimus) Epiſcopis à Gotteſchalco ſuppoſititijs illis ſcriptis aſſeritur facta: nec quicquam magìs Chriſtianæ charitati aduerſum; Cuius regulâ vocati omnes ſaltem fideles, nobis cenſendi ſunt electi, & prædeſtinati; licet regulâ fidei, illi ſoli reuera electi ſint, & prædeſtinati, qui ſecundum Dei propoſitum vocati, ſingulari gratiâ ſic interiùs præparantur, vt interiori corde vocationi exteriori obſequentes, vitam adipiſcantur æternam. Tantùm igitur abeſt, vt mali commonendi ſint, quaſi præfinitam ſibi damnationem euadere nullatenus poſſint, vt ſaltem aliquantulum Deo ſupplicent, & humilientur, quo ſtatutas eis vel modicùm mitiget vel leuiget pœnas. Quin imo ex charitatis officio omnes etiam peſſimos, qui externis Eccleſiæ Chriſti ſacramentis communicant, quaſi electos ſeu vera myſtici corporis Chriſti membra in cœleſti patria regnaturos præſumere debemus.

VI. Propoſitio.

VI. Propoſitio: *Deum & Sanctos in perditione eorum qui ad æternam damnationem prædeſtinati ſunt, exultaturos, & gauiſuros.*] Nec in ſcriptis Gotteſchalci reperitur, nec quid ſimile illi vnquam imputatum. Quin hæc propoſitio, vt præcedens multùm aliena à doctrina Sancti Auguſtini, & ipſius etiam Gotteſchalci, dum hic ſæpius in prolixiore confeſſione doctrinam,

A. 850. quam profiteretur de gemina prædeſtinatione immutabili eius
» voluntati & conſilio adſtruit. Quod (inquit pag. 10.) Ne ad mo-
» mentum quidem modo quolibet potes eſſe mutabilis, & per om-
« nia poſtmodum ſæcula, probareris eſſe mutatus, ſi vel vllus
» (quod abſit) reproborum, illuc eſſet deſtinatus, qui non fuiſſet
» prædeſtinatus] quod pluribus ibidem proſequitur & multis ſacrarum Scripturarum, & Sanctorum Auguſtini, Ambroſij, Oroſij, & Gregorij Papæ teſtimonijs confirmat; Eodem ipſo ſenſu, quem hoc ipſo articulo ſect. 12. tradit Amolo ſequentibus ver-
» bis: Lætatur autem omnipotens Deus vel benè faciens iuſtis, vel
» mala retribuens prauis, non quòd ipſe diuersâ affectatione mu-
» tetur, atque varietur, cuius gaudere, ſicut & eſſe æternum at-
» que incommutabile eſt, *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec vi-*
» *ciſſitudinis obumbratio &c.*]

Gotteſchalcus in Confeſſ. prolixiori.

Amolonis Epiſt. ſect. 12.

Auguſt. in Pſalmum 2.

Tum ipſe Sanctus Auguſtinus cuius doctrinæ Gotteſchalcus addictiſſimus fuit, ita vt (teſte Hincmaro in opere de non trina deitate pag. 550.) Auguſtinum ſæpius noſtrum vocaret, commentariis in pſalmum 2. exponens verba illa. *Qui habitat in cœlis*
» *irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos:* Nihil horum, inquit,
» ſapere oportet carnaliter, quaſi aut buccis Deus irrideat, aut na-
» ſo ſubſannet, ſed ea vis accipienda eſt, quam dat Sanctis ſuis, vt
» futura cernentes, id eſt nomen Chriſti & Dominationem perua-
» gaturam in poſteros, & vniuerſas gentes obtenturam, illos ina-
» nia meditaturos eſſe intelligant: hæc enim vis, quâ iſta præſcita
» ſunt, irriſio Dei eſt, & ſubſannatio &c.] Et paulo poſt exponens ſequentem verſiculum: *Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos:* Iram autem, inquit, & furorem Domini Dei non perturbationem mentis oportet intelligi, ſed vim, quâ iuſtiſſimè vindicat ſubiectam ſibi ad miniſterium vniuerſum creaturam.] Et reliqua quæ ibidem fuſiùs proſequitur Sanctus Auſtinus & ſępiſſimè alibi, præcipuè ad Simplicianum lib. 2. quæſt. 2. vberiùs expoſuit: vt nè quidem vel minima coniectura ſubeſſe poſſit Gotteſchalcum ipſius diſcipulum ſtudioſiſſimum, & aſſeclam fidiſſimum, in tam abſurdam & abſonam propoſitionem, quæ Pelagianiſmum magìs redolet, impegiſsè. Et ſic eam ſuppoſititijs ſcriptis, vt reliquas, quas iam expendimus, inimicâ manu illi falsò adſcriptam nemo non videt.

Sed neque hîc pretermittendum non mediocre victricis Chriſti gratię præconium, quod Præſul ille Sanctiſsimus emiſit, dum modum, quo Deus in Sanctis lætatur, & quo Spiritus Sanctus loquitur & operatur in ſuis, expreſsit: non qualem Pelagiani eorúmque reliquiæ agnoſcunt, qui ſcilicet voluntatem ita moueat, vel titillet, vt ſemper in æquilibrio perſiſtat, eiúſue muneris ſit à ſe

à ſe ipſa vel conſentire vel diſſentire; ſed qualis à Sancto Auguſtino eiuſque diſcipulis Eccleſiæ traditus eſt, qui videlicet voluntatem ipſam ſibi ſubiciat, non ſolùm inſtruat, ſed & informet, & affectum ipſum inſpiret, ita vt diuino ſpiritu regente, & illuſtrante anima noſtra in Dei laude & glorificatione perſiſtat: ſed (inquit Amolo) ſicut Spiritus Patris dicitur, quia eis quos repleuerit, affectum poſtulandi, & gemendi & deſiderandi inſpirat: ita & ipſe lætatur in Sanctis, in quibus habitare dignatur, quia eos proculdubio lætantes facit, ſiue in donis gratiæ, quæ largitur pijs, ſiue in iudicijs, & ęquitatibus, quibus impios punit: pro quibus etſi humano affectu, ſicut Apoſtolus dicit de ſe, tanquam homines contriſtantur, tamen diuino Spiritu regente atque illuſtrante, iuſta Dei iudicia laudare & glorificare non ceſſant.] A. 852. Amolonis Epiſt. ſect. 12.

Poſtremo Capitulo Gotteſchalcum reprehendit Amolo, *quòd eos qui ipſius inſaniæ reſiſtunt, conuitijs laceret, & in omnibus quæ ſcribit nullius iudicio ſe ſummittat.* His verbis: ſeptimo loco duo prorſus grauia mala in tuis nobis moribus plurimùm diſplicuerunt: vnum quod ſacerdotes Dei, & rectores Eccleſiarum tantis iniurijs & conuitijs & maledictis laceras, tanto deſpectu & contumaciâ conculcas, vtique ſpiritu erroris & ſuperbiæ miſerabiliter deceptus, vt omninò nihil Chriſtianę patientiæ, nihil Chriſtianæ reuerentiæ habere videaris: nam inter cætera omnes, qui inſaniæ ſenſuum tuorum zelo fidei reſiſtunt, hæreticos appellare non metuis, eoſque à bono & erudito viro, atque Catholico Epiſcopo RHABANICOS nuncupare præſumis &c.] Et paulo poſt. Alterum vero malum eſt in moribus tuis, quod in omnibus quæ dicis & ſentis, ſicut ſcriptura tua declarat, nullum omninò hominum more bonorum, piè & humiliter deprecaris, nullius te ſenſui, & auctoritati ſummittis &c.] Hæc ſimiliter Gotteſchalco falsò adſcripta fuiſſe ſuprà iam euicimus, & ex præcedentibus articulis etiam huiuſce falſitas & calumnia confutatur. Quod hic à nobis non ſic aſſeritur, vt Gotteſchalcum ab omni contumaciâ excuſare intendamus, cùm magis ob contumaciam, quàm ob doctrinam damnatum fuiſſe ſuprà probauerimus: idémque ipſum in hac Epiſtola ab Amolone referatur pag. 3. ſed vt magis innoteſcat calumniæ in miſerabilem illum Monachum in ergaſtulo recluſum plurimùm licuiſſe: Vt vt ſit non mirũ à tanto Prǫſule illum, quem ex ſuppoſititiis ſcriptis tot errorum & blaſphemiarum, tantæque ſuperbiæ & contumeliæ rerum crederet, & reuera damnatum & ab Eccleſiæ corpore reſciſſum cerneret, tali cenſurâ notatum: immo certè miranda potiùs tanti Prǫſulis moderatio, & Chriſtiana charitas, qui miſerabilem illum Mona- Amolonis Epiſt. ſect. 13.

A. 852. chum tot calumnijs oneratum, & extra communionem Eccleſiæ factum, quaſi dilectiſſimum fratrem exhortatur, & ſaluberrimis monitis inſtituit, ac paternâ pietate, & fraternâ charitate (vt ipſe loquitur) perſuadere non dedignatur, ſeque interceſſorem præbet, & animum illius erigit, vt adiuuante Dei gratiâ quantociùs emendetur.

Tandem ſubiecta non falſarum & ſuppoſititiarum Synodorum Arelatenſis & Lugdunenſis, quæ aliàs non fuiſſent prætermiſſæ, maximè dum tempora Leonis Papæ memorantur, ſed ſecundæ Arauſicanæ Synodi auctoritate Coronidem huic Epiſtolæ impoſuit, quæ integra ſequenti capite ſectionibus diſtincta cum notis aliquot, quia non aliter nec licuit, nec ſuo ordine inter reliqua opera potuit, ſubicitur.

CAPVT XXIII.

Amolonis Archiepiſcopi Lugdunenſis ad Gotteſchalcum Epiſtola ſectionibus & notis aliquot illuſtrata, nullo modo à Sancti Auguſtini, Eccleſiæ Lugdunenſis & Auguſtinianiorum omnium doctrinâ, aliena; immò in omnibus conformis eſſe comprobatur: nec non expenditur ei præfixa ad lectorem Epiſtola.

CVM nobis propoſitum fuerit auctorum, qui IX. ſæculo de Prædeſtinatione & Gratia ſcripſerunt, opera vno vel altero complecti volumine, quò ex Sanctorum Patrum, & Eccleſiæ traditione ſedandis contentionibus quæ hiſce miſerrimis temporibus vſque ad ſciſſionem charitatis miſerabiliter & lachrymabiliter ſuccreuerunt, hìc collecta reperiantur præſidia. Suſcepti ratio exigebat, vt præfata Amolonis Epiſtola cum ipſius fragmento, quaſi non ignobile prædeſtinationis & gratiæ monumentum ſuo ordine, cum alijs eiuſdem generis Eccleſię Lugdunenſis ſcriptis infereretur, eoque magìs, ne conſultò prætermiſſa credatur, eo quod in Gotteſchalcum ſcripta ſuſceptæ cauſam lædere imperitis cenſetur: ſed quoniam nec ex ratione priuilegij licuit, nec etiam iam impreſſis alijs ſcriptis potuit, omnibus ſatisfactum fore credimus, ſi ſubiectis notis & ſectionibus diſtincta hìc exhibeatur, vt tam ex hac quàm ſubiecto opuſculo, & piè quærentium eruditio largiente Dei gratiâ capiat incrementum, & diuerſa ſentientium contradictio mitigetur, vt vtamur verbis B. Lupi

Abbatis Ferrariæ in præfatione collectanei. A · 852.

Imprimis igitur. *Amolo Gotteſchalcum fratrem dilectiſſimum vocat, eiuſque rationem exponit ſect. 1. Chriſtianam ſcilicet charitatem, nec aliam fuiſſe reſcribendi monacho propter contumaciam damnato, cuius nomine fictitia ſcripta tranſmiſſa eſſent, quaſi ille Amoloni innoteſcenda flagitaret.*

Amolo humilis Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus dilectiſſimo fratri Gotteſchalco ſalutem.

QVod te in huius ſermonis exordio fratrem nomino, quem fraternæ vnitati contrarium non ignoro, eâ in quantum Deus largitur facio charitate, quam Scriptura nobis præcepit dicens: *Dicite his qui oderunt vos, fratres noſtri eſtis:* Quia etſi ex illorum parte qui eiuſmodi ſunt, fraternitas deperit, non idcircò etiam in nobis frigeſcere aut perire debet ipſius fraternitatis affectus. Quod autem non ſolùm fratrem, ſed etiam dilectiſſimum dico, Dominus nouit, quia te fideliter diligo, hoc tibi cupiens, quod & mihi. Vnde & ſalutem tibi veraciter opto, præſentem pariter & futuram, per eam diuini cultus pietatem, quæ, ſicut Apoſtolus teſtatur, *ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ:* Audiens ſanè & agnoſcens quæ in ſcriptis tuis miſiſti per quendam fratrem noſtrum innoteſcenda vehementiſſimè flagitaſti, diù hæſitaui, vtrum tibi reſpondere deberem, homini de nouis contra Eccleſiam præſumptionibus, & non paruis erroribus iam dudum accuſato, & propter contumaciam, vt audio Epiſcopalis Concilij auctoritate damnato. Importunum namque & impudens videri poſſe exiſtimabam, ſi de cauſa, quæ prudentium & reuerendorum fratrum noſtrorum inquiſitione, cognitione & ſententiâ definita eſt, aliquid vltrò dicere vel reſpondere aggrederer: & rursùm tantam deprecationem & ſupplicationem tuam contemnere, & præterire ſilentio, non videbatur Chriſtianæ eſſe pietatis, & charitatis, per quam præcipuè lex Chriſti adimpletur in nobis, teſtante & commendante Apoſtolo: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Vnde & cùm de ſe ipſo dixiſſet: *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrarer: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos:* Et poſt aliqua: *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant,* continuò, vt nos ad exemplum ſui, & per hoc ad exemplum Chriſti, inſtrueret & informaret, adiunxit: *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.* Ipſe eſt enim verus & pius Samaritanus, qui deſcendentem ab Hieruſalem in Hierico, & à

[Margin, left: Iſa. 66. v. 5. — 1. Tim. 4. v. 8. — Gal. 6. v. 2. — 1. Cor. 9. v. 22. — Ibid. 10 v. 33. — 1. Cor 11. v. 1.]

[Margin, right: Sect. 1. Omnibus ſeruandus fraternitatis affectus. Et vera dilectio. — An reſcribere debeat. — Chriſtus verus Samaritanus.]

A. 852. latronibus in itinere ſpoliatum, & vulneratum, ac ſemiuiuum derelictum, clementer miſeratus eſt, alligans vulnera eius, & vini atque olei infuſione curans. Tantæque miſericordiæ & pietatis ſuę nos imitatores eſſe deſiderans, in fine huius parabolæ vnicuique noſtrûm dicit: *Vade & tu fac ſimiliter:* Manifeſtè oſtendens, illum verè eſſe proximum fratri, illum verè imitatorem ſuî, qui fraternis neceſſitatibus atque infirmitatibus promptâ pietate, & compaſsione ſuccurreret. Iſtius modi igitur conſideratione prouocatus, & de venerabilium fratrum, atque conſacerdotum noſtrorum ſincerißimâ charitate confiſus, per quam in Domino vnum ſumus, & inuicem commiſsi nobis miniſterij onera & officia communicare debemus, quatenus & illorum bona, per vnanimitatis Spiritum noſtra, & noſtra, ſi qua diuinâ miſericordiâ eſſe poſſunt, illorum ſint: melius & ſalubrius exiſtimaui aliquid tuę fraternitati reſcribere, quàm inutili taciturnitate, & de illis viderer diffidere, & tibi tam anguſtiato, tam afflicto, tam anxio & conturbato, nihil conſulere. Luc. 10. v. 37.

Sect. 2. *Deum orat, vt ſibi veracem & vtilem ad conſolationem illius monachi ſermonem tribuat, eiuſdémque animum præparet, & tranquillet, vt ſepoſitâ animoſitate, & ſtudio contentionis libenter quæ vera ſunt audiat, humilitatem & obedientiam ſuadet, & vitanda ſcandala monet.*

Sect. 2. Qualis imploranda Dei gratia.

Quapropter omnipotentis Domini & Saluatoris largißimam & indeficientem oro gratiam, vt nobis tribuere dignetur vtilem & veracem ad tuam conſolationem & inſtructionem ſermonem, & animum tuum præparet & tranquillet, vt quæ dicturi ſumus piâ manſuetudine & humilitate ſuſcipias, ac ſepoſitâ animoſitate & ſtudio contentionis, libenter quæ vera ſunt audias, & non noſtra, ſed Dei & Sanctorum Patrum dicta obedienter ſuſcipias, eiſque animum tuum & ſenſum ſincerâ pietate ſummittas. Quia vt verax veraciter ſcriptura dixit: *Sunt viæ quæ videntur homini rectæ, & nouiſſimum earum ducit ad mortem.* Et *qui confidit cogitationibus ſuis impiè agit.* Vnde & alibi eadem Scriptura admonet dicens, *Et ne innitaris prudentiæ tuæ:* Hoc namque malum quantùm cauendum ſit homini, etiam B. Ephrem admirandæ ſanctitatis, & illuſtrißimæ doctrinæ pater, oſtendit, cùm in hora exitus ſui, adſtanti ſibi vni ex diſcipulis, magni & accuti, & nimìs curioſi ingenij, ſollicitè admonens dixit: Caue, Pauline, ne vnquam te ſummittas cogitationibus tuis: Quantum verò bonum ſit obedientiæ, & quantum malum contentionis & contumaciæ, docet nos iterum ſermo diuinus, vbi per Samuelem Prophetam dicit: *Melior eſt obedentia, quàm victima, & auſcultare magìs quàm* Prou. 16. v. 25 Prou. 12. v. 2. Prou. 3. v. 5. 1. Reg. 15. v. 22.

Noſtris cogitationibus non fidendum B. Ephrem.

Obedientiæ bonū.

offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle adquieſcere: itaque & tu ſi bonus, & vtilis & pacificus Eccleſiæ filius eſſe deſideras, noli te ſenſui tuo committere, ſed Majorum iudiciis atque ſententiæ, immò diuinis & Eccleſiaſticis auctoritatibus facilè cede, libenter adquieſce, & obedienter ſubdere, vt poſſit in te Dei Spiritus habitare, dicente Domino per Prophetam: *Super quem re-* A. 852.
Iſa. 66. v. 2. *quieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem verba mea?* Videmus certè tempora nouiſſima, & periculoſiſſima ab Apoſtolo olim prædicta, plena ignorantiæ & infirmitatis animorum, in quibus illud Domini terribile dictum, ſemper eſt reminiſcendum, atque tremendum: *Qui*
Mat. 18 v. 6. *ſcandalizauerit vnum de puſillis his, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris:* Et iterùm, *Væ mundo ab ſcandalis, neceſſe*
Ibid. 7. *eſt vt veniant ſcandala; verumtamen væ homini, per quem ſcandalum venit:* Sed & aures & linguas prurientes cauere debemus, ne vel ad audiendas, vel ad loquendas nouitates prompti & faciles ſimus: quia & prurientes auribus, & prophanas vocum nouitates pariter Apoſtolus condemnat, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ admonens deuitandas, continuò de eadem falſi nominis ſcientiâ ſubjungit, dicens: *Quàm quidam promittentes*
1. Tim. 6. v. 21. *circa fidem exciderunt.*

Sect. 3. *Aperit quando & quomodo ei de Goteſchalco eiúſue ſcriptis ad ſe tranſmiſſis innotuerit, in quibus de vna tantùm quæſtione actum eſſet, modúmque refutationis ſuæ præſcribit, ſingulis notando Capitulis, quæ in ſcriptis illis ſuppoſititiis viderentur contraria Catholicæ fidei, eámque ex ſacra Scriptura auctoritate confirmando, nec rectà ad excommunicatum, ſed ad Hincmarum directâ Epiſtolâ.*

Cùm adhuc eſſes in partibus regni Germaniæ, audiuimus in primis ſuper nomine tuo famam dolendam: quòd videlicet nouitates ſereres, & ſtultas ac ſine diſciplina quæſtiones ventilares. Sect. 3.
Deinde perlata eſt etiam ad nos, ſtudio Eccleſiaſticorum virorum quædam ſcriptura tua, in qua apertiſſimè & prolixo ſermone, atque vt tibi viſum eſt, etiam teſtimoniis Scripturarum, ſiue Sanctorum Patrum quid ſentires ſiue doceres multipliciter exſecutus es: nunc quoque accepimus & aliæ ſcripta tua non parua, quæ ad Epiſcopos, qui in Concilio damnationis tuæ affuerunt, ſcripſiſſe vel protuliſſe videris. In quibus quantâ potuiſti intentione, de vna tantùm quæſtione, id eſt de Prædeſtinatione diuinâ quid teneas, diligenter explicare curaſti. Ita factum eſt, vt ex vtraque ſcriptura tua, ſiue quam per alios, ſiue quam te

Digitized by Google

A. 852. mittente accepimus, pleniſſimè nobis cognoſcere videamur, in quibus quæſtionum periculis fluctuet, vel quod nimis dolendum eſt, naufragetur ſenſus tuus. Quapropter compendiosè nobis, & vtiliter fieri poſſe videtur, vt ex illa tota ſerie ſcriptorum tuorum, ea quæ nobis fidei Catholicæ maximè contraria eſſe videntur, breuibus & diſtinctis Capitulis ordinemus: adiungentes, ſiue ſubiungentes per ſingula, quid è contrario Scriptura Sancta doceat, & Eccleſia Dei firmiſſimè teneat, & vbique fideliter, ac ſalubriter doceat. Cuius doctrinæ & ſenſibus te, quaſi deuotum & pium filium irrefragabiliter obtemperare oportet, ſi cupis in eius corporis vnitate viuum & ſanum membrum inueniri, & non cum putribus & emortuis iuſtè ſeueritatis iudicio abſciſionem mereri. Hunc autem ſermonis noſtri tenorem, ſeruato in omnibus legitimo ordine, ac Eccleſiaſticâ auctoritate, non tibi, qui infœlici & miſerabili lapſu excommunicationem ab Eccleſia excepiſti, ſed principaliter reuerentiſſimo, & chariſſimo noſtro Metropolitano Antiſtiti direximus tuo, confidentes in Domini pietate, quia cùm hæc legerit, & noſtræ erga te compaſſionis affectum cognouerit, non indignatione aliquâ aduerſum te, ſed boni patris & pij Paſtoris viſceribus commouebitur, vt his congruenter perlectis, & tranquillè apud te tractatis, ſi diuinâ gratiâ adſpirante adquieſcere volueris veritati, nequaquam diutiùs aberres à caulis, ſed boni & ſummi Paſtoris humeris reportatus, vnitati inuentæ ac redemptæ ouis, cum gaudio cœleſtium & terreſtrium fœliciter reſtituaris. Hæc ſunt igitur, quæ in ſcriptis tuis meritò reprehendenda & reprehenſa, tanquam veræ fidei Catholicæ inimica notauimus, & qualiter ad regulam veritatis ſint corrigenda perſtrinximus.

De I. Propoſit. De Redēptis Sanguine Chriſti. Sect. 4.

Sect. 4. *Primam propoſitionem impugnat*, neminem perire poſſe Chriſti Sanguine redemptum] *eamque de redemptione inchoata ſeu temporali ad iuſtificationem, & alios huius vitæ effectus reſtringendo, falſam & hæreticam ſicut omnes Catholici & Gotteſchalcus ipſe aſſerit.*

In primis diſplicet nobis valdè quod dicis & aſſeris, *Neminem perire poſſe Chriſti Sanguine redemptum.*] Hoc enim dictum dupliciter fidei Catholicæ aduerſatur. Si autem neminem ex numero Chriſtianorum, poſtquam ſemel in Chriſto baptizatus eſt, & particeps redemptionis Chriſti effectus eſt, perire poſſe confirmas, contrà Apoſtolum apertiſſimè prædicantem & conteſtantem; *Quoniam iniqui regnum Dei non poſſidebunt*: & quoniam qui illa vel illa crimina admiſerunt, regnum Dei non conſequentur, & non habent hæreditatem in regno Chriſti Dei, inter quos etiam illi ſunt negatores Chriſti, de 1. Cor. 6. v. 9.

quibus ipſe terribiliter teſtatur, *Quicunque negauerit me coram* A. 852.
Mat. 10 v. 33. *hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui eſt in Cœlis.* Et illi infructuoſæ fidei, de quibus ait: *Non omnis qui dicit*
Mat. 7. v. 21. *mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Cœlorum:* Sed & illæ fatuæ Virgines, quæ non ſumpſerunt oleum in vaſis ſuis cum
Mat 25 v. 12. lampadibus, quibus clauſa ianua regni dicturus eſt; *Amen dico vobis, neſcio vos.* Aut ſi non credis, omnes, qui verâ fide & deuotione per Baptiſmi gratiam regenerantur, Chriſti eſſe Sanguine redemptos: immò in Chriſti Morte & Sanguine baptizatos, licet poſtea plurimi ex eis, vel per hæreſes, vel per alia diuerſa crimina pereant, manifeſtè contrarium eſt Beato Paulo Apoſtolo dicenti, *Quicunque Baptizati ſumus in Chriſto* IESV,
Rom. 6 v. 3. *in morte ipſius baptizati ſumus.* Et Beato Ioanni ſimiliter de eodem Domino conteſtanti: *Qui dilexit nos* (inquit) *& lauit nos*
Apoc. 1 v. 5. *à peccatis noſtris in Sanguine ſuo.* Et Beato Petro etiam de peſſimis hæreticis, qui poſt baptiſmum Redemptionis Chriſti de Eccleſia receſſerunt, ita dicenti; *Et eum qui emit eos Dominum*
2. Pet. 2. v. 1. *negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem:* Et ipſo Domino de eiſdem hæreticis per Prophetam dicenti, *Et ego redemi eos, &*
Oſee 7. v. 13. *contra me locuti ſunt mendacia.* Itaque iuxta fidem Catholicam, & Apoſtolicam, Propheticam, & Euangelicam, omnes iſti, fideliter ad baptiſmum Chriſti accedentes, non vtique alio pretio, ſed Chriſti Sanguine redempti ſunt. Sed cum plurimi ex eis eandem gratiam in ſe irritam fecerint, & idcirco in æternum pereant, quâ ratione verũ eſt, neminẽ perire poſſe Sanguine Chriſti redemptũ?

Sect. 5. *Secundam Propoſitionem*: Baptiſmum & alia Sacramenta fruſtratoriè eis dari, qui poſt eorum perceptionem pereũt] *cum omnibus Catholicis & Goteſchalco ipſo impugnat.* II. Propoſit.

Secundo loco, diſplicet nobis valdè, quia veriſſima & ſacratiſſima Eccleſiæ Sacramenta, videlicet Exorciſmi, & Baptiſmi, Chriſmatis, & Euchariſtiæ, ac Manus impoſitionis, perfunctoriè & fruſtratoriè omnibus, qui poſt perceptionem eorum pereant, dari confirmas, dum eos Sanguine Chriſti, ſine quo ipſa myſteria, iam non myſteria, ſed quædam velut vacua, & inania ludibria ſunt habenda, redemptos negas. Cùm è contrario Apoſtolus, & veritatem redemptionis Chriſti, & verum diuinorum myſteriorum effectum, etiam in eis, qui irreparabiliter pereunt, doceat eſſe conlata, cùm ait: *Impoſſibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt inluminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes ſunt facti Spiritus San-*
Heb. 6. v. 4. *cti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſaculi venturi, & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad pœnitentiã, rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei &c.* & iterum: *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit,*

Sect. 5. Sacramẽta reprobis non fruſtradantur.

A. 852. *& ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* & alio loco, *Et peribit* (inquit) *infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.* 1. Cor. 8 v. 11. Ita veritas myſteriorum peragit virtutem ſuam, cùm fideliter accipitur, etiam in illis, qui non permanent in veritate eorumdem myſteriorum. Sed & in illa Regula intelligendarum Scripturarũ, de Corpore Chriſti vero & ſimulato, vnde tu hunc errorem velut cõfirmare niteris, veraciter noſſe debes, ſimulationẽ denotari vitę & morũ, non (quod abſit) diuinorũ myſteriorũ & ſacramentorum.

Sect. 6. *Contra tertiam Propoſitionem, fideles, qui pereunt Chriſto, & Eccleſiæ incorporatos fuiſſe, quando regenerati ſunt, iuxta communem Eccleſiæ Catholicæ ipſiuſque Gotteſchalci ſenſum docet.*

III. Propoſit. Sect. 6. Fideles qui pereunt Chriſti membra fuerunt.

Tertio loco diſplicet nobis valdè, quia & diuinarum Scripturarum teſtimoniis, & ſinceriſſimis SS. Patrum dictis, tam peruersè abuteris, vt hæc omnia, quæ manifeſtiſſimè aduerſus diuinam veritatem, & paternam fidem diſputas, ex illis non rectè intellectis multipliciter affirmare contendas. In tantum *vt illos qui ex numero fidelium pereunt*, nec tunc, quando in primis ad percipienda myſteria regenerationis, vel in paruula ætate ab aliis oblati ſunt, vel ipſi in maiori fideliter acceſſerunt, *Affirmes Chriſto & Eccleſiæ non incorporatos*, nec membra illius quæſitæ & ſaluatæ ouis effectos, ac per hoc, nec vnquam fuiſſe Chriſtianos. Nam quomodo eſt Chriſtianus, qui non pertinet ad Corpus Chriſti, qui non eſt membrum Chriſti? Cum è contrario Apoſtolus etiam illos, qui grauiter peccare, & in eodem graui peccato perire poſſunt, membra Chriſti, & templum Spiritus Sancti eſſe dicat, quamdiù fideliter & innocenter agunt. *Neſcitis* (inquit) *quia corpora veſtra, membra Chriſti ſunt? Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? abſit:* 1. Cor. 6 v. 15. & iterùm, *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Sanctus habitat in vobis? ſi quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus &c.* 1. Cor. 3 v. 16.

IV. Propoſit.

Sect. 7. *Quartam Propoſitionem*: Reprobos omnes ita eſſe diuinitùs ad interitum prædeſtinatos, vt eorum nullus potuerit, nec poſſit eſſe ſaluus.] *Quaſi Prædeſtinatio Dei, eis pereundi impoſuerit neceſſitatem, ſicut Catholici omnes, & Gotteſchalcus ipſe, horribilis blaſphemiæ notat.*

Sect. 7. Reproborum aliqui potuerunt ſaluari.

Quartò loco diſplicet nobis valdè, quia tam durè & indiſciplinatè, & immaniter de diuina prædeſtinatione ſentis, & loqueris in damnatione reproborum, vt omnes illos, qui ad ſiniſtram ponendi ſunt in die iudicij, & cum diabolo atque Angelis eius pro malis meritis ſuis *æterno igne damnandi, ita ſint diuinitùs ad interitum prædeſtinati, vt eorum nullus prorsùs aliquando potuerit, nullus poſſit ſaluus eſſe.*] Quod ſentire & dicere quid eſt aliud, quàm in Deum

Deum grauiter & horribiliter blaſphemare, ſi illis eius prædeſtinatio hāc neceſſitatē irreuocabiliter impoſuit, vt omninò quod ad ſalutē ſuam proficeret, operari non poſſint? Sed abſit à nobis hoc recipere, ne meritum damnationis illorum Dei culpa ſit, qui eos tales eſſe cōſtituit, non illorum, qui aliud eſſe non potuerunt. Huic errori, vel potiùs immaniſſimæ impietati reſiſtit Scriptura dicens A. 852.

Eccl. 15 v. 21. de illo: *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi.* Et ipſe iudex viuorum & mortuorum deſtruit iſtud inſanum mendacium, qui ſe in illo die iudicij, ita illis qui ad ſiniſtram

Mat. 25 v. 41. ſtabunt dicturum eſſe prędixit, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Vt cur à ſe inſeparabiliter diſcedere ſint digni; cur maledicti, cur Diabolo & Angelis eius in æterna pœna ſociati, videlicet non ex præjudicio prædeſtinationis ſuæ, ſed ex merito iniquitatis eorum, ſtatim clariſſimè ſubjungat, & oſtendat dicens, *Quia eſuriui & non dediſtis mihi māducare: ſitiui & non dediſtis mihi bibere* &c. Vbi euidenter oſtenditur, quòd non propterea damnantur, quia opera ſalutis ſuæ facere non potuerunt, ſed quia facere noluerunt. Vnde & Pſalmiſta de

Pſal. 61. v. 13. eodem iuſto & æterno iudice dicit: *quia tu reddes vnicuique ſecundùm opera ſua.* Non ait, ſecundùm præiudicia ſua, ſicut iſta inſana & furibunda doctrina aſſerere conatur, ad nihil aliud, niſi ad ſubuerſionem audientium: cùm è contrario fides Catholica firmiſſimè teneat, nec ipſum Diabolū, & Angelos eius, ad hoc vnquā prędeſtinatos, vt tales eſſent: ſed quia tales ſuo vitio eſſe voluerūt, idcirco eis ęterni ignis ſupplicia pręparata. Omnipotens enim Deus non eſt auctor malorum meritorū, nec malorū hominum, nec malorum Angelorum: ſed ipſi ſibi ſunt auctores mali, quod propriâ voluntate geſſerunt: Deus autem iuſtus vltor, & iudex in his quæ eius æquitate paſſuri ſunt. Præſciuit ergò æternaliter futura mala merita ipſorum, ſed præſcientia eius non eis intulit neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſent, ſed tantùm præuidit quòd aliud eſſe nollent. Prædeſtinauit eiſdem malignis Angelis, & reprobis hominibus, perpetuas pœnas: non quia malignos & reprobos ipſe eos facit, ſed quia malignos & reprobos ſuo vitio futuros illos pręuidit: & quos tales proprio vitio futuros pręuidit, quid mirùm ſi eos iuſto iudicio ſuo æternis pœnis & incendiis prædeſtinauit, vt qui volentes peccauerunt, nolentes puniantur? non itaque in illis prædeſtinauit omnipotens Deus, quæ ſibi erant facturi iniquâ voluntate ſuâ, ſed quæ ipſe de eis erat ordinaturus æquiſſimo iudicio ſuo. Nulla enim prędeſtinauit iniuſta, ſed tantùm iuſta: iniuſta verò præſciuit vt Deus futura, prædeſtinauit vt iudex iuſtus damnanda. Nec pręſcientiâ tamen, nec prædeſtinatione ſuâ, cuiquam malorum hominum vel Angelorum neceſſitatem impoſuit malè

Deus vltor non auctor malorum.

Quomodo mali æternis pœnis prædeſtinati.

A. 852. agendi, ſed tantummodò pro malis geſtis æternas pœnas luendi: vnde veriſſimè ad eum Scriptura dicit: *Deus æterne qui occultorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant*: Et iterùm de illo, *Domino enim Deo antequam crearentur omnia fuerunt cognita: Similiter & poſt perfectum reſpicit omnia*: Et alio loco: *A ſæculo enim* (inquit) *vſque in ſæculum reſpicit, & nihil eſt nouum in conſpectu eius*. Dan. 13. v. 42. Eccl. 23 v. 29. Ibid. 39 v. 25.

Sect. 8. *E Reprobis plurimos damnari non modò infames, ſed & infideles, qui aliud eſſe non potuerunt, & contra ſententiam Rabani, Hincmari & Pſeudoſynodi Cariſiacæ in Sacris Scripturis, & à Sanctis Doctoribus Prædeſtinationem malorum ad pœnam dici vnâ cum Gotteſchalco, S. Prudentio, vtroque Lupo, Ratramno, S. Remigio, Floro Magiſtro, Eccleſiâ Lugdunenſi, Concilio Valentino, & Lingonenſi, Nicolao Papa & aliis plurimis Catholicæ fidei eodem ſæculo vindicibus aſſeruit.*

Sect. 8. Reproborũ aliqui aliud eſſe non potuerunt. Sunt quidem in malis & damnandis aliqui reputati, qui aliud eſſe non potuerunt: ſicut illi paruuli recens nati, ſub reatu originalis peccati defuncti, quibus per Baptiſmum Chriſti non potuit ſubueniri: ſicut etiam illi ignorantes Deum, qui non potuerunt inuocare in quem non crediderunt, nec credere ei quem non audierunt, nec audire ſine prædicante, nec Prædicatorem habere, quia nullum ad ſe mitti meruerunt. Sed & in his non eſt iniquitas apud Deum, quia & illos traxit ad mortem originale peccatum, & iſtos & originale pariter & actuale. Ipſo tamen vbique iuſto iudice, qui de tota humani generis maſſa, ob primæ præuaricationis meritum, iuſtè damnatos, alios facit vaſa miſericordiæ gratuitâ gratiâ, alios permiſit eſſe vaſa iræ iuſto iudicio.

Prædeſtinatio malorum ad pœnam in ſacris Literis. Sin autem hoc quæritur, vbi in Scripturis prædeſtinatio in malam partem dicatur, ipſum quidem propriè verbum tali ſenſu poſitum forſitan non facilè inuenitur: ſenſus tamen verbi manifeſtè in pluribus locis apparet. Sicut inprimis de Angelis refugis B. Iudas Apoſtolus dicit: *Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, carceribus caliginis damnatos tradidit in iudicium cruciandos reſeruari*: Et de Antichriſto Paulus Apoſtolus dicit: *Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*: Et poſt pauca: *Quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet inluſtratione aduentus ſui*. De Iuda quoque proditore ipſe Dominus, cùm pro Apoſtolis oraret: *Et nemo ex iis periit, niſi filius perditionis, vt Scriptura impleatur*: De quo etiam Apoſtoli, orantes pro electione ſucceſſoris eius Mathiæ, ad Dominũ dicunt: *Oſtende quem ex his duobus elegeris, accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatum, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum*. Tale eſt & illud, quod per Sa- Iud. 6. 2 Theſſ. 2. v. 3. v. 8. Ioa. 17. v. 12. Act. 1. v. 24.

Digitized by Google

A. 852.

Prou. 4 v.16. lomonem dicitur: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum:* Et quod in libro Iob ſcriptũ
Iob. 21. v.30. eſt: *Quia in diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducitur:* Et in libro Sapientiæ de Ægyptiis: *Ducebat enim eos ad hũc*
Sap.19. v.4. *finem digna neceſſitas:* Et apud Ieremiam de quibuſdam: *Congrega*
Ierem. 12. v.3. *eos quaſi gregem ad victimã, & ſanctifica eos in diem occiſionis:* Talibus etiam Amos Propheta dicit: *Qui ſeparati eſtis ad diem malũ,*
Amos 6. v.3. *& appropinquatis ſolio iniquitatis:* Item de filiis Heli ſcelestis & ſa-
1.Reg. 2 v.25. crilegis dicitur: *Qui non audierunt vocem patris ſui, quia voluit Dominus occidere eos:* Et ad Amaſiam præuaricatorem, & impium
2.Paral. 25. v.16. Regem Propheta loquitur: *Scio* (inquit) *quod cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malum, & inſuper quod non acquieuiſti conſilio meo.* Sed hæc omnia fideliter penſanda ſunt, vt in eis & malorum, ſiue Angelorum ſiue hominũ iniquitas, & Dei vindicantis incontaminabilis iuſtitia cognoſcatur. Prærordinauit atque tradidit Angelos malignos in iudicium cruciandos reſeruari: ſed exigente eorum impietate, quia non ſeruauerũt ordinem & honorem ſuum, quem ſub Deo, & cum Deo habere potuerunt, & Iudas præcognitus, & prędictus eſt *filius perditionis*, ſed merito impię proditionis: abiit in locum ſuum, id eſt ſibi in pœnis deſtinatum, & præparatũ, ſed quia præuaricatus eſt de loco miniſterij & Apoſtolatus. Ita nõ eſt mirum ſi Antichriſtus quia præſcitus eſt homo peccati, præcognitus etiã & prædictus eſt filius perditionis. Et malus atque impius præparatur ad diem malũ, ſeruatur in diem perditionis & furoris: ſed quia ipſe ſuã ſponte & malus & impius exiſtet. Ducebat & Ægyptios diuini iudicij neceſſitas ad exitium & interitum præparatum: ſed digna, quia pro impietatibus, & contumacia eorum iuſtã. Sic & illi qui velut pecora æternę morti deuoti eſſe voluerũt, ſiquidem impij manibus & verbis accerſierunt illam, congregãtur quaſi grex perditionis & ſanctificantur, id eſt, quodammodo ſeparantur ad diem malum, & ad diem occiſionis. Sed & impij filij Heli, & impius Rex ille Amaſias, indigni habiti ſunt iudicio Dei, qui conſilium ſalutis ſuæ ſuſciperent, & Deus illos occiſioni & perditioni præparauit. Sed iuſtè vtique ob merita impietatum, quæ de illis priùs Scriptura commemorat, & excæcari, & interire meruerunt. Ait etiam Scriptura: *Et qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatũ,*
Eccleſ. 26. v.27 *Deus præparauit illum ad romphæam.* Parauit ergò & prærordinauit iſtiuſmodi tranſgreſſorem ad romphæam, id eſt ad mortem & interitũ: ſed iuſtè, quia ipſe vltrò tranſgreſſus eſt à iuſtitia ad peccatũ. Iuxta hũc igitur diuinæ auctoritatis ſenſum, omnipotens Deus iuſto iudicio ſuo prædeſtinat pœnas malis, prędeſtinat malos pœnis, nullum tamen prædeſtinat vt ſit malus: quia non malorum, ſed bonorum auctor eſt bonus, & malorum geſtorum vltor eſt iuſtus,

Ob eorum mala merita.

Nullus prædeſtinatur vt ſit malus.

Digitized by Google

A. 852. & ſi mala gerentes ad eum conuertantur, indultor pius. Sciendum tamen, quod Prædeſtinationis verbum in malam partem, ſicut in Scripturis minùs eſt vſitatum, ita & à Doctoribus rariùs vſurpatũ: & ob hoc nequaquam magnopere de eo certandum.

Prædeſtinationis verbũ rarò in malam partem.

Sect. 9. *Quintam Propoſitionem*: Reprobis, quia præfinitam damnationem euadere non poſſunt, orandum ſaltem eſſe Deum, vt ſtatutam eis pœnam mitiget, *Vt deteſtandam & horrendam vnà cum fidelibus omnibus & ipſo Gotteſchalco proſcribit, & exhortandos omnes cenſet, vt propoſitâ Dei miſericordiâ reſipiſcant, non vt pœnas ſtatutas mitigare precibus ſtudeant, quod perabſurdum.*

Sect. 9. Exhortandi populi, vt reſipiſcant &c.

Quinto loco nõ minus deteſtamur & horremus, quod ita exarciſti aduerſus eos, qui æterno interitu ſunt digni, vt dixeris eos tam irreuocabiliter, & incommutabiliter perditioni eſſe prædeſtinatos, ſicut Deus ipſe incommutabilis & inconuertibilis eſt; & Epiſcopos ad quos ſcribis quaſi miſericorditer adhortaris, vt hoc prędicent populis, vt quia iam præfinitam damnationem euadere non poſſunt, ſaltem aliquantulùm Deo ſupplicent, & humilientur vt ſtatutas eis vel modicùm mitiget, & leuiget pœnas. Obſecro vbi hæc vnquam in Scripturis Sacris legiſti? Vbi in Sanctis & Catholicis Eccleſiæ Doctoribus inueniſti? Cur non ſimiliter Diabolum, & Angelos eius exhortaris, vt quia ſtatutam damnationem euadere non potuerunt, iam nunc interim orent & deprecentur Dominum, vt eis mitiores & tolerabiliores fiant æternæ pœnæ? Aut quid amplius iſtis relinquis, quos ſimiliter irreuocabili ſententiâ damnatos aſſeris? Huic tam atroci impietati contradicit Eccleſiæ fides, quæ Diabolum cum Angelis ſuis credit irremediabiliter corruiſſe: hominibus verò etiam impiis, ſi recognoſcant peccata ſua, ſi defleant, ſi confiteantur, ſi diuinam miſericordiam implorent, indubitanter ianuam indulgentiæ aperiri: Sic enim Propheta docet & exhortatur dicens: *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt: Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum:* Et iterùm: *Quis ambulabit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.* Et ipſe Dominus per ſe: *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum:* Et alio loco: *Reuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras:* Et iterùm: *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua:* Iſta eſt fides & pietas Eccleſiæ; quia Diabolum nouit in malis ſuis ſine pœnitentia permanſurum, nec vllam indulgentiam accepturum, & hominibus ad Deum conuerſis per ineffabilem eius bonitatem & pœnitentiæ remedium concedi, & ſalutis aditum non negari. Orò, quid tibi peccauit humanum genus?

Pœnitentibus omnibus ianua indulgẽtiæ patet.

Iſa. 55. v. 7. Ibid. 50 v. 10. Mal. 3. v. 7. Ierem. 3. v. 22. Ezech. 33. v. 12.

Quid tibi peccauit Eccleſia? Quid in ipſa Eccleſia tot proximi & fratres tui, vt eis tam magnam, tam patentem ianuam pietatis Dei obſtruere, & obſerare coneris? Quis vnquam fidelis Eccleſiaſticus vir ita prædicauit, vt hæc tam attentè & obſtinatè inculcare, & confirmare non erubeſcas? verè non eſt Chriſtiana, ſed Pagana, immò Diabolica iſta duritia: quam ſibi benè cogitare & recognoſcere poſſes, profectò ſignares cor tuum, & manum tuam poneres ſuper os tuum.

Sect. 10. *Docet ex Diuo Auguſtino (quem fideliſſimum Doctorem vocat) cum de Iudaiis & aliis paſſim dictum eſt*: Non poterant credere, *intelligendum eſſe quod nolebant, & impoſſibilitatem illam culpam eſſe voluntatis humanæ, noſque ſemper diuino indigere auxilio, & in omnibus tam oratione, quàm gratiarum actione ad Deum recurrendum.*

Ioa. 12. v. 39. Legimus quidem in Euangelio B. Ioannem Euangeliſtam de Iudæis dixiſſe: *Propterea non poterant credere, quia dixit Eſaias excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.* Sed ſicut B. Auguſtinus in 53. eiuſdem Euangeliſtæ tractatu fideliter & Catholicè exponit, ſic dictum eſt, *non poterant*: vbi intelligendum eſt quod no- « lebant, quemadmodum dictum eſt de Domino Deo noſtro: *Si non* « credimus, *ille fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt*: De « Omnipotente dictum eſt, *non poteſt*. Sicut ergo Dominus ſeipſum « negare non poteſt, laus eſt voluntatis diuinæ: ita quod illi non po- « terant credere, culpa eſt voluntatis humanæ.] Non quia mutari « homines in melius non poſſunt, ſed quamdiu ſuperba ſapiunt, non poſſunt credere. Hoc de Iudæis qui cæcati & indurati ſunt Deus præſciuit, atque in eius Spiritu Propheta dixit: Non ergo poterant credere iuxta ſenſum *fideliſſimi Doctoris*: quia hanc eorum futuram impoſſibilitatem, id eſt ſuperbam impietatem, per quam Domini humilitatem contempſerunt, & Deus verè præuidit, & per Dei Spiritum Propheta verè prædixit. Claudamus itaque aures aduerſus hanc inauditam duritiam, & verba præcipitationis, & audiamus præfatum Doctorem dulciter orantem, & dulciter diſputantem aduersùs profanæ ſuauiloquia vanitatis. Quoſdam (inquit) nimia ſuæ voluntatis fiducia extu- « lit in ſuperbiam, & quoſdam nimia ſuæ voluntatis diffidentia « dejecit in negligentiam. Illi dicunt, vt quid rogamus Deum, « ne vincamur tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate? Iſti di- « cunt, vt quid conamur benè viuere, quod in Dei eſt poteſtate? « O Domine, ô Pater qui es in Cœlis, ne nos inferas in quamlibet « iſtarum tentationum, ſed libera nos à malo. Audiamus Domi- « num dicentem: *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*: Ne « ſic exiſtimemus fidem noſtrā eſſe in Libero Arbitrio, vt diuino nō «

[Left margin: 2. Tim. 2. v. 13. — Luc. 22. v. 32.]

[Right margin: Sect. 10. Non poterant credere quia nolebant. Auguſt. tract. 53. in Ioann. — S. Auguſt. Doctor fideliſſimus. — d. Tract. 53. — Fides ex Deo & in noſtra poteſtate.]

A. 852. » egeat adiutorio. Audiamus & Euangeliſtam dicentem, *Dedit* Ioan. 1.
» *eis poteſtatem filios Dei fieri:* Ne omninò exiſtimemus in noſtra v. 12.
» poteſtate non eſſe quod credimus: verumtamen in vtroque illius
» beneficia cognoſcamus: nam & agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt
» poteſtas, & orandum, ne ſuccumbat infirmitas.]

VI. Propoſit. Sect. 11. *Sextam propoſitionem:* Deum & Sanctos in perditione eorum, qui ad æternam damnationem prædeſtinati ſunt, exultaturos & gauiſuros.] *In ſenſu fictitiis illis ſcriptis aſſerto deteſtatur, & quomodo rectè intelligatur exponit.*

Sect. 11. Quomodo Deus & Sancti eius lætentur in perditione malorum.

Sexto loco ſimiliter deteſtati ſumus, quod *Deum & Sanctos eius in perditione eorum, quos æternæ damnationi prædeſtinatos adſiduè repetis, dicis exultaturos & gauiſuros:*] Cùm è contrario apertiſſimè Scriptura dicat, *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum:* Et alio loco: *Viuo ego dicit Dominus Deus, quia nolo mortem impii, ſed vt conuertatur, & viuat.* Et iterùm: *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impii, dicit Dominus Deus, & non magis vt conuertatur à via ſua mala & viuat?* Quomodo ergo lætatur in morte & in damnatione impij, cùm ipſe iurat non eſſe voluntatis ſuæ? Aut quomodo gaudet ad ruinam cuiuſquam, qui vt nullius bono, ita etiam nullius malo indiget, vt quaſi potentior vel beatior fiat? Protuliſti quidem, velut ad muniendum ſenſum tuum, teſtimonia de Scripturis, ſed incongruenter, & non eo ſenſu quo ibi poſita ſunt: velut eſt illud: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.* Et illud, quod non de generali perditione impiorum, vt tu poſuiſti, ſed propriè de miſeria & calamitate infidelium Iudæorum in Deüteronomio dicitur: *Et ſicut lætatus eſt Dominus ſuper vos benefaciens vobis, vóſque multiplicans, ſic lætabitur diſperdens vos, atque ſubuertens:* Sed grandi & piâ conſideratione indiget, vt qualitercunque cogitetur riſus & ſubſannatio Dei in interitu perditorum, & lætitia ſiue exultatio, non ſolùm in profectu rectorum, ſed etiam in ſubuerſione prauorum: Qui (vt ſuprà oſtenſum eſt) in nullius morte, in nullius perditione lætatur, nec aliquem perire velle ſe iurat: quia nullius interitum velut inimicus creaturæ ſuæ deſiderat, ſed in eis qui pereunt, tantummodo finem malitiæ, & ordinem ac retributionem iuſtitiæ diligit. Sic itaque in interitu impiorum & iniquorum ridebit & ſubſannabit, cum eorum ſuperbiam & contemptum dignâ punitione humilians, atque condemnans omnem creaturæ vanitatem, & elationem aduerſus creatorem irriſione & ſubſannatione dignam eſſe monſtrabit. Vnde & diuina eadem verba poſita ſunt, vt non diceret, de interitu veſtro ridebo & ſubſannabo, ſed in interitu veſtro: ſcilicet non pro illo ſed in illo: id eſt non pro illis, qui ſuâ culpâ perierunt, ſed quia in

[Right margin: Sap. 1. v. 13. — Ezech. 33 v. 11. — Ezech. 18. v. 23. — Prou. 1. v. 16. — Deut. 28. v. 63.]

corum iuſta perditione, in contemplatione rationalis & beatæ creaturæ, laus accreſcet & gloria Creatoris, exultante omni electâ creaturâ, non in tormentis miſerorum, ſed in æquitate & veritate iudiciorum diuinorum: quod etiam in præſenti ſæculo animabus Sanctorum conceditur, dicente Pſalmiſtâ: *Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.* Non ergo propter perditionem cuiuſquam, ſed propter diuinæ æquitatis iuſtitiam. Hoc ſenſu accipi poteſt & illud. *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam:* & illud in Salomone: *Et in perditione impiorum erit laudatio.* A. 852.

Pſal. 98. v. 8. Pſal. 57. v. 21. Prou. 11. v. 10.

Sect. 12. ***Dum modum, quo Deus in Sanctis ſuis lætatur, exprimit Sancti Spiritus in cordibus noſtris operationem iuxta Catholicam doctrinam Pelagianæ prauitati oppoſitam, & veram Chriſti gratiam omnium oculis victricem exhibet.***

Sect. 12.

Lætatur autem omnipotens Deus, vel benefaciens iuſtis, vel mala retribuens prauis. Non quòd ipſe diuerſâ affectione mutetur, atque varietur, cuius gaudere, ſicut & eſſe æternum atque incommutabile eſt, ***apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio:*** Sed ſicut Spiritus Patris dicitur loqui in eis, quos loquentes facit, quos ad teſtificationem veritatis inſtruit & informat: qui etiam poſtulare pro Sanctis & gemere ac deſiderare dicitur, quia eis, quos repleuerit affectum poſtulandi, & gemendi & deſiderandi inſpirat. Ita & ipſe lætatur in Sanctis, in quibus habitare dignatur, quia eos proculdubio lætantes facit, ſiue in donis gratiæ, quæ largitur pijs, ſiue in iudicijs & æquitatibus, quibus impios punit. Pro quibus etſi humano affectu, ſicut Apoſtolus dicit de ſe, tanquam homines contriſtantur: tamen diuino ſpiritu regente, atque inluſtrante, iuſta Dei iudicia laudare, & glorificare non ceſſant. Cùm igitur tam magnâ, & ineffabiliter maiori cautelâ, vt aliquatenus intelligi poſſint, diuina verba indigeant, non facilè à quoquam proferenda ſunt velut pro ſe, ne forſitan benè tractata inueniantur contra ſe.

Quales Dei operationes in cordibus fidelium. Deus affectum petendi & deſiderandi inſpirat. Diuino ſpiritu regente.

Sect. 13. *Goteſchalcum qualem ſcilicet fictitia ſcripta illa denigrarent, grauiſſimè reprehendit, quod eos qui ipſius inſaniæ reſiſterent, conuitiis laceraret, & hæreticos Rhabanicos vocitaret, & in omnibus, quæ ſcripſerat, nullius iudicio ſe ſummitteret.*

Cõtra Goteſchalci contumaciam, & ſuperbias, qualis fictitiis ſcriptis exhibebatur.

Septimo loco duo prorſus grauia mala in tuis nobis moribus plurimùm diſplicuerunt. Vnum quod Sacerdotes Dei, & Rectores Eccleſiarum, tantis iniurijs, & conuitijs, & maledictis laceras, tanto deſpectu & contumacia conculcas, vtique ſpiritu erroris & ſuperbiæ miſerabiliter deceptus, vt omninò nihil Chriſtianæ patientiæ, nihil Chriſtianæ reuerentiæ habere videaris. Nam inter cætera, omnes, qui inſaniæ ſenſuum tuorum zelo fidei

A. 852. reſiſtunt, hæreticos appellare non metuis, eóſque à bono & erudito viro atque Catholico Epiſcopo RHABANICOS nuncupare præſumis. Nec times Deum, quod in tales & tantos Diaboli laqueos; per vanam inſtabilitatem mentis & corporis, & vaniorem curioſitatem, atque arrogantiam incidiſti: nec erubeſcis quòd in tot erroribus & mendacijs ab omni vbique deprehenderis, & confutaris. Nec doles quod ecce TOT ANNIS à corpore Eccleſiæ iuſtæ ſeueritatis damnatione præciſus, atque omni bonorum contubernio, ac ſolatio defraudatus, remanſiſti velut ſtirps inutilis, & palmes aridus igni deſtinatus. Sed adhuc inſuper os tuum maledictione & amaritudine plenum eſt: Et conuerſus in arcum prauum, non pro Domino, vt putas, ſed Eccleſiam matrem tuam, eiúſque Præſules patres tuos, ſacrilegâ audaciâ contemnens, aduersùs Dominum iacularis. Alterum verò malum eſt in moribus tuis, quòd in omnibus, quæ dicis & ſentis, ſicut ſcriptura tua declarat, nullum omninò, hominum more bonorum, piè & humiliter deprecaris, nullius te ſenſui, & auctoritati ſummittis: nec dicis quod ſæpe ſolet & debet pietas dicere, obſecro, bone vir, aut bone frater, ſi in his quæ dico aliquatenus erro, ferto infirmitatem meam, inſtruito ignorantiam meam, & probabis obedientiam meam, quia paratus ero libenter ſuſcipere, quicquid veritas dignabitur declarare. Sed ita te ſenſui tuo credis, & in ipſa veritate ſpeculari, & contemplari gloriaris, vt in ſcriptis tuis nec Deo ipſi ſupplices, vt tibi quod melius eſt reuelet. Quapropter multum fraternitatem tuam exhortor & moneo, & paternâ pietate, ac fraterna charitate perſuadeo, vt reuertaris in temetipſum, conuertaris ad cor tuum, & excutias procul à te iſtum errorem vanum, & laborem infructuoſum, ac perniciosum, reſtituáſque te ſanctæ matri Eccleſiæ, reſtituas te obedientiæ Domini Sacerdotum, & Patrum tuorum, reſtituas te fraternæ omnium charitati. Vt qui modo iaces tanquam vas perditum, cooperante Dei gratiâ, efficiaris in domo eius vas vtile, ad omne opus bonum paratum. Nec terrearis conſideratione, vel erroris quem incurriſti, vel iniuriarum, quas in Dei Sacerdotes intuliſti, ne ex hoc velut implacabiles patiaris. Omnes deprecabimur pro te, & ipſi vltrò propter amorem Chriſti obliuiſcentur ſe, erúntque apud omnes & præterita errata in obliuionem, & præſens conuerſionis tuæ bonum in gaudium & exultationem. Tantùm ne dubites, nec remoreris, ſed eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de inſidijs aucupis, ne in tali damnatione repentinâ morte præuentus, Eccleſiæ matri, cui nunc mœrorem facis aſſiduum, luctum (quòd abſit) derelinquas perpetuum. Crede indubitanter, quia hæc ex vera & ſincera

erga

 A. 852.

erga te charitate, & ſolo amore ſalutis tuæ loquor. Nec omnino æſtimes, quòd quædam ſuperiùs velut duriùs & auſteriùs proſecutus ſum, ad confuſionem vel condemnationem tuam prolata. Sed ſcito certiſſimè, quia ad hoc tantùm dicta ſunt, vt ea coram oculis ponerem, tanquam in ſpeculo veraciter dijudicanda, & adiuuante Dei gratiâ quantociùs & ſtudioſiùs emendanda. Siquidem, vt benè ipſe noſti, meliora ſunt vulnera amici, quàm fraudulenta oſcula inimici.

Sectione vltima: *Quid de gratia & libero arbitrio, de præſcientia & Prædeſtinatione Dei tenendum ſit non falſis & ſuppoſititiis Arelatenſi & Lugdunenſi Fauſti Synodis, ſed Concilio Arauſicano ſecundo definitum eſſe concludit.*

Ad extremum breuiter tuæ intimo charitati, geſtum eſſe intra Gallias temporibus penè Beati Papæ Leonis, ſiue Agapiti, Concilium venerabile, & Eccleſiæ Dei valde vtile, à pluribus Epiſcopis, quibus præfuit admirandæ ſanctitatis, & virtutum ac miraculorum, beatus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus: vbi diligenter de gratia Dei & libero hominis arbitrio, de præſcientia & prædeſtinatione diuina conſtat eſſe definitum, qualiter moderatiſſimâ, & perpenſiſſimâ ratione ſentiendum, tenendum, & docendum ſit. Vnde hîc ad commonitionem prudentiæ tuæ pauciſſima verba ſubnecto, quibus aiunt: « Hoc etiam ſecundùm fidem Catholicam credimus quod poſt acceptam Baptiſmi gratiam, omnes baptizati, Chriſto auxiliante & cooperante, quæ ad ſalutem animæ pertinent, poſſint & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos verò ad malum diuinâ poteſtate prædeſtinatos non ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſint, qui tantum mali credere velint, cum omni deteſtatione illis Anathema dicimus.] «

Sect. vlt.

De Conc. Arauſic. 2. Nihil de ſuppoſititiis Arelatenſi & Lugdunenſi Fauſti Synodis. Can. 25.

Ex his cuilibet obuium eſt non Gotteſchalcum, nec eius ſcripta, ſed in ſuppoſititijs ſcriptis fictitiam doctrinam & fabuloſam contumaciam ab Amolone damnatam. Nihil à Sanctiſſimo illo Præſule in doctrina aſſertum vel reprobatum, in quo non conſentientes habeat eos omnes, qui ſe diuinæ Sancti Auguſtini de Prædeſtinatione & gratia doctrinæ addictos ex animo profitentur, cui ſe non minùs obaudientem Sanctiſſimus ille Præſul præſtitit, dum eum non modò in hac Epiſtola Doctorem fideliſſimum, ſed & in ſequenti opuſculo præcipuum poſt Apoſtolum Prædeſtinationis & gratiæ prædicatorem proclamat.

A. 852.

Cap. 24.

CAPVT XIV.

Amolonis opuſculum de gratia & praeſcientia Dei déque Prædeſtinatione & libero arbitrio, de ſpe item ac fiducia ſalutis, & de ſententia Sancti Auguſtini, quod eius Epiſtolæ ſubſequitur, hic refertur; nec non expenditur vtrique præfixa ad lectorem Epiſtola.

OPVSCVLVM quod (vt in titulo habetur) in veteri MS. Codice Treuirenſi Amolonis Epiſtolam ſubſequitur, ſine titulo & principio, cum ſit eiuſdem ſenſus & argumenti, & à genio Amolonis non abhorreat (vt obſeruauit R. P. Sirmondus) videtur eſſe pars maxima eiuſdem Sanctiſſimi Præſulis Epiſtolæ vnà cum præcedenti emiſſæ ad Hincmarum Remenſem: ſiquidem illius Epiſtolæ ad Gotteſchalcum Sect. 3. notatur illam non ad Gotteſchalcum ab Eccleſiæ communione præſciſſo, ſed ad eius Metropolitanum directam: non autem ſine ſingulari ad eundem Metropolitanum Epiſtola tranſmiſſam autumamus, eóque magis quod Amolo ibidem Sect. 13. ſe pro Gotteſchalco interceſſurum erga Hincmarum pollicetur: Et ſic hoc opuſculum, vt immediatè Epiſtolam illam ſine titulo & principio vel alia nota ſubſequitur, non incongruè videtur eſſe pars maxima alterius huiuſce ad Hincmarum Epiſtolæ. Nec obſtat quod Hincmarum dignitate parem inſtruere videtur, ſiquidem fidei regulas ex ſacris litteris vt ſenior & Doctiſſimus iuniori Præſuli exhibet, quem etiam Hincmarus in Epiſtolis ſuis chariſſimum & vnanimem ſibi patrem, ſéque filium dilectionis ipſius ſolitus eſſet appellare apud Flodoard. Hiſt. lib. 3. cap. 21. Sed vt vt ſit, excipiamus & expendamus eiuſdem Sanctiſſimi Præſulis partum non ignobilem, in quo paucis articulis, quid de gratia, præſcientia & Prædeſtinatione Dei, ac de libero hominis arbitrio ſingulariter & immobiliter credendum ſit ex ſacris litteris, breuiſſimè & ſaluberrimè complexus eſt, & auctoritate Sancti Auguſtini, quem præcipuum poſt Apoſtolum Prædeſtinationis & gratiæ prædicatorem laudat, confirmauit.

Amolonis opuſculum ſeu fragmentum Epiſtolæ eius ad Hincmarum.

Sect. 1. *Veram Dei gratiam quâ per Chriſtum gratis ſaluamur credendam eſſe, & ab ea quotidiè produci bona omnia, ſiue opere ſiue ſermone, ſiue ſimplici cogitatione concipiantur, aſſerit. Nec vllum eſſe hominis bonum, quod non ſit Dei donum: Efficacém-*

que eius agendi modum hunc eſſe: Vt homines trahat non neceſſitate, ſed delectabili voluntate & amore.

Sect. 1. Quænam ſit vera Dei gratia.

Gratiam itaque Dei credere debemus, quâ humanum genus, nullis ſuis bonis meritis præcedentibus, ſolâ Dei gratuitâ bonitate, & miſericordiâ ſaluatur, per vnum mediatorem Dei & hominum Iesvm Christvm. Quam gratiam commendat ip-
Luc. 19. v. 10. ſe Dominus in Euangelio dicens: *Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat:* Hanc & Apoſtolus prædicat
Heb. 2. v. 9. dicens, *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem:* Et alibi:
Eph. 2. v. 4. *Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.* Hanc ſignificat gratiam vbi dicit fideli-
v. 8. bus; *Gratiâ ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.* Id eſt vtrumque, & quòd ſalui facti eſtis, & quod per fidem ſaluati; Et ſalus veſtra, & fides veſtra. Per hanc gratiam, ideſt gratuitum donum ſuum, trahit Deus pater quos vult ad filium ſuum: trahit autem Non necessitate sed delectabili volvntate et amore, ſicut ipſe fi-
Ioan. 6. v. 44. lius dixit: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum:* Trahit eoſdem & ipſe filius ad ſe, ſicut ipſe dicit: *Et*
Ioan. 12. v. 32. *ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Hanc accipiunt in Baptiſmo regenerati paruuli, & maiores, & quotidie fideles in omni cogitatu, & opere, & ſermone bono. Exhortatur videlicet, quod bonum eſt inſpirando: confirmat verò, quod inſpirauerit conſeruando. Nullum eſt enim hominis bonum, quod non ſit Dei donum. Per hanc gratiam nobis etiam quotidiana peccata humiliter confitentibus, & ſupplicantibus
1. Ioan. 1. v. 9. remittuntur, teſtante Beato Ioanne Apoſtolo & dicente: *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate.*

Trahit non neceſſitate ſed delectabili voluntate. Gratia quotidiana ad ſingulos actus.

Omne bonum Dei donum.

Sect. 2. *Eam eſſe præſcientiam Dei refert, cui omnia ſiue bona ſiue mala æternaliter & incommutabiliter præcognita ſint, ſicut omnino futura ſunt, & præciſè certus Sanctorum numerus.*

Præscientiam quoque Dei credere debemus, quâ omnia in æterna ſcientia ſua præſciuit, & præcognita ei ſunt quæcunque futura ſunt; non ſolùm bona, quæ ipſe facit & remunerat
Dan. 13. v. 42. in ſuis, ſed etiam mala, quæ ipſe non facit, ſed tantùm iudicat & damnat in alienis. Vnde & Scriptura dicit: *Qui noſti omnia antequam fiant.* Ita námque in illa æterna præſcientia, ei æternaliter & incommutabiliter omnia præcognita ſunt, ſicut omninò futura ſunt. Et quia veriſſimè & certiſſimè præſciuit, omninò
Rom. 8. v. 29. ita erunt, ſicut ea præſciuit. De qua præſcientia eius Apoſtolus dicit, *Nam quos præſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri*

Sect. 2. Præſcientiæ Dei omnia æternaliter & immutabiliter præcognita.

A. 852.

imaginis filij ſui. Præſciuit credituros & non credituros : Præ-
ſciuit in fide perſeueraruros, & non perſeueraturos: Præſciuit in
vita æterna futuros, & in igne æterno arſuros ; Præſciuit ergo &
certum numerum Sanctorum ſuorum. Vnde myſticè in Pſalmo
canitur : *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis no-* Pſal.
mina vocat. Et Apoſtolus. *Nouit Dominus qui ſunt eius.* 146. v. 4.

Præſcitus certus Sãctorum numerus.

Sect. 3. *Merè gratuitam nec ex præuiſis meritis eſſe Prædeſtina-
tionem & electionem Sanctorum credendum docet: ita vt præſcien-
tia & prædeſtinatio Dei eis præſtiterit vt fierent quod non erant,
& vocarentur vocatione non ſolius vocis exteriùs, ſed & gratiæ
inſpirantis & adiuuantis interiùs. Necnon credendum ipſum bo-
num perſeuerantiæ Sanctorum, non ſolùm donum, ſed etiam ma-
gnum, & præcipuè neceſſarium Dei donum.*

Sect. 3. Prædeſtinatio & electio merè gratuita.

Debemus etiam credere Prędeſtinationem& electionem Sancto-
rum, quia eos quos præſciuit ſuâ gratiâ ſaluandos & liberandos,
prædeſtinauit ideſt præordinauit & elegit, ideſt à maſſa perditio-
nis & ſocietate reproborum diſcreuit, vt eius grariâ fierent vaſa
miſericordiæ, quæ pręparauit in gloriam. Non itaque idcirco eos
prædeſtinauit & elegit, quia præſciuit eos ex ſemetipſis iuſtos fu-
turos; ſed potiùs ad hoc eos præſciuit & prædeſtinauit, vt eos
gratìs ſuâ gratiâ iuſtificaret : Quod totum ita Apoſtolus teſta-
tur dicens: *Nam quos præſciuit & prædeſtinauit &c.* Hoc itaque Rom.
eis pręſtitit præſcientia & prædeſtinatio Dei, vt fierent quod non 8.v.29.
erant, ideſt vt fierent conformes imaginis filij ſui, & vocarentur
vocatione, non ſolius vocis exteriùs, ſed & gratiæ inſpirantis &
adiuuantis inreriùs. Hæc prædeſtinatio Dei appellatur nonnun-
quam propoſitum Dei, ſic vt ait Apoſtolus : *Scimus enim, quo-* Rom.
niam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonnm his, qui ſe- 8.v.28.
cundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. De hoc propoſito & gratia
ante mundi conſtitutionem, ante tempora ærerna ſanctis promiſ-
ſa & donata iterum dicit : *In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui* Tit.1.v.
non mentitur, Deus ante tempora ſæcularia: manifeſtauit autem 2.
temporibus ſuis verbum ſuum : Et alibi : *Secundùm virtutem Dei,*
qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſuâ ſanctâ, non ſecundùm 2. Tim. 1, v. 9.
*opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, quæ da-
ta eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia ; manifeſtata eſt
autem nunc, per inluminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* De
qua vocatione dictum eſt, *ſine pœnitentia enim ſunt*, ideſt ſine Rom.
mutatione, *dona & vocatio Dei :* Oportet itaque vt credamus, 11.v.29.
ipſum bonum perſeuerantiæ Sanctorum, non ſolùm donum,
ſed etiam magnum, & præcipuè neceſſarium Dei donum. Quid
enim prodeſt in his bonis eſſe çœpiſſe, & ea ante finem vitæ vel
in fine perdidiſſe?

Quid præſtet præſcientia & prędeſtinatio Dei.

Perſeuerantia Sanctorum magnum & pręcipuè neceſſarium Dei donum.

Sect. 4. *Tradit etiam credendum liberum arbitrium per peccatum ita deprauatum, vt ad bonum aſſurgere non poſſit, niſi per medicinalem Chriſti gratiam, quâ excitatur, Sanatur ac vegetatur: ita vt ſicut erat pronum, & promptum ad malum, multò attentiùs & delectabiliùs efficiatur pronum & promptum ad bonum.* A. 852.

Oportet etiam vt credamus liberum & rectum voluntatis arbitrium, ab initio homini à Deo naturaliter inſitum, ita primæ præuaricationis merito eſſe vitiatum, infirmatum, & deprauatum, vt ad amorem veritatis & iuſtitię aſſurgere non poſſit, niſi per donum Chriſti fuerit excitatum, ſanatum, ac vegetatum, & à ſuæ prauitatis vitio liberatum. Hinc enim ſcriptura dicit: *Creauit*
Eccl. 7. v. 30. *Deus hominem rectum & ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus.* Et poſt hunc humanæ deprauationis lapſum, quid ſubiectum ſit, eadem Scriptura ſic dicit: *Senſus enim & cogitatio humani cordis*
Gen. 8. v. 21. *prona eſt ad malum.* Hunc itaque liberi arbitrij languorem, quo ſenſus hominis & cogitatio, ex vitio damnatæ originis, prona & intenta eſt ad malum, & ipſum liberum arbitrium tenetur captiuum, ſolus ille ſanat medicus, ſolus ille liberat, & reddit libe-
Matth. 9. v. 12. rum liberator, qui de ſe ipſo ait: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed malè habentibus.* Et iterum: *Si vos filius liberauerit, tunc verè*
Ioan. 8. v. 16. *liberi eritis:* Ipſe liberum arbitrium reddit ſuâ gratiâ liberatum: vt ſicut erat pronum ad malum, multò attentiùs & delectabiliùs afficiatur pronum & promptum ad bonum, de qua libertate A-
2. Cor. 7. v. 17. poſtolus ait: *Vbi autem ſpiritus Domini, ibi libertas.*

Sect. 4. Liberum arbitrium poſt peccatum vitiatum, infirmatum, & deprauatum. Ad bonum aſſurgere non poteſt niſi per medicinalem Chriſti gratiã. Per gratiã promptius ad bonum, quàm antea ad malum.

Sect. 5. *Ex his docet fidelem à fiducia ſalutis non deiici, ſed ſuperbiâ depoſitâ Deo regendum ſubiici, eius gratia (qua nulla ſit alia quam mediatoris) protegendum, iuuandum, conſeruandum & perficiendum: ita vt totum nobis Deus ſit, & nos toti eius ſimus, non ex parte de nobis, ex parte de illo fidentes: Et ſic fieri pollicetur, vt Deus nos ad ſe ſubleuare non deſinat, nihilque nobis euenire permittat, niſi quod nobis proſit, etiamſi neſciamus.*

Hæc igitur gratia, & præſcientia, & prædeſtinatio, & electio & vocatio, ſed & liberi arbitrij deiectio, & inſtauratio, tam clarè adnuntiata in ſcripturis, fideliſſimè & firmiſſimè debent teneri à nobis. Quę non ad hoc adnuntiantur, vt hominem fidelem ab ſpe & fiducia ſalutis deijciant, aut frangant; ſed vt humiliatâ omni humanâ ſuperbiâ, & omni de ſuis viribus pręſumptione depoſitâ, ſubjiciat vnuſquiſque & commendet fideliter Deo regendum, & eius virtute protegendum, eius bonitate iuuandum, eius gratiâ conſeruandum, & perficiendum. Quę nulla eſt alia niſi miſericordia, & benignitas Redęptoris, cuius morte viuificamur, cuius ſanguine redimimur, çuius iuſtitiâ abſoluimur, cuius cruce ſalua-

Sect. 5. Omni pręſumptione depoſita Deo regẽdi ſubjici debemus. Gratiæ diuinæ effectus. Nulla alia gratia quã Redemptori

Ann. 852. mur, vt fiant in nobis non ad deſperationẽ, ſed ad ſalutẽ, quod Apoſt. ait, dicens: *Sed ipſi in nobis ipſis reſponsũ mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui viuificat mortuos*: Et alio loco: *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto* IESV *qui factus eſt ſapientia nobis à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*. Quatenus totũ ipſe nobis ſit, & nos toti eius ſim⁹, non ex parte de nobis, & ex parte de illo fidentes, & vnuſquiſque noſtrum dicat ei fideliter cum Pſalmiſta: *Tuus ſum ego ſaluum me fac*: Quid eſt enim quòd ita ſe quodammodo familiariùs Deo commendandum putauit, vt diceret, *Tuus ſum ego*? niſi intelligi volẽs, quòd malo ſuo ſuus eſſe voluerit, quod eſt inobedientiæ primum & maximum malum: ideo tanquam dicens, *Meus eſſe volui*, & perditum me feci, *Tuus ſum* (inquit) *ſaluum me fac*. Conſtanter vtique fidelis quiſque Chriſto crede, eique te totum committe quantùm poteſt. Noli velle eſſe quaſi proprius, & in tua poteſtate, ſed eius clementiſſimi & vtiliſſimi Domini te ſeruum eſſe profitere: ita enim te ad ſe ſubleuare non deſinet, nihilque tibi euenire permittet niſi quod tibi profit, etiamſi neſcias. Ipſa eſt námque Dei ſapientia, quæ loquitur, & admonet dicens: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei; in me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationib⁹ meis implemini; Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum: Qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt*. Pro hac vir Sapiens orat dicens: *Mitte illam de ſanctis cœlis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit apud te*.

Marginalia: 2. Cor. 1 v. 9. — 1. Cor. 1 v. 30. — Toti ſimus Deo, nõ ex parte noſtri ſeu ex nobis. — Pſ. 118. v. 94. — Quiſque ſe Deo totum cõmittat. — Eccl. 24 v 24. — Sap. 9. v. 10.

Sect. 6. *Denique probat prædictis non aduerſari quod Auguſtinus docuit de Prædeſtinatione malorum ad pœnam, eiuſque verum ſenſum tradit, & ex verbis eiuſdem ſancti Doctoris, quem* poſt Apoſtolum præcipuum Prædeſtinationis & gratiæ prædicatorem *vocat, hortatur fideles ad ſtudia pietatis, & inſtantiam orationis, vt mereantur accipere præmium vocationis.*

Sect. vlt. De malorũ Prædeſtinatione ad interitum.

Neque contrarium putari debet, quod in dictis S. Auguſtini, forſitan & aliorum Catholicorum Doctorum aliquotiens inueniri ſolet impios quoque ad æternam damnationem ſiue ad æternum interitũ prędeſtinatos: Quia omnipotẽs Deus quos in peccato ſuo ſiue originali ſiue actuali, atq; in impietate præuidit eſſe perituros, non eos ſuâ diuinâ poteſtate, quaſi præiudicando prędeſtinauit ad malum, vt eos velut ipsâ prædeſtinatione cogeret malos eſſe, atq; ad ęterna mala toleranda peruenire: Sed quos vel ex iuſtè in Adam damnata origine, vel etiam propriâ impietate, perpetuæ damna-

Digitized by Google

tionis reos futuros eſſe præſciuit, iuſto eos iudicio, tanquam omniũ præſcius ad æternum interitum præordinauit, & præordinando vtique prædeſtinauit. Sed iam audiamus B. Auguſtinum, quo modo & ipſe *poſt Apoſtolum præcipuus prædeſtinationis & gratiæ prædicator*, hortetur fideles ad ſtudia pietatis, & inſtantiam orationis, vt mereantur accipere præmium vocationis. O ſi cor eſſet (inquit) « qualitercunq; ſuſpirans in illam ineffabilẽ gloriam! ô ſi peregri- « nationẽ noſtram in gemitu ſentiremus, & ſęculũ non amaremus, & « ad eum qui nos vocauit, piâ mẽte perpetuò pulſaremus! Deſideriũ « ſinus cordis eſt; capiemus, ſi deſiderium quantũ poſſumus extenda- « m⁹. Hoc nobiſcũ ait & Scriptura diuina, hoc cõgregatio populorũ, « hoc celebratio Sacramentorũ, hoc Baptiſmus ſanctus, hoc Cantica « laudis Dei, hoc iſta noſtra diſputatio, vt hoc deſiderium non ſolùm « ſeminetur & germinet, verùm etiam in modum tantæ capacitatis « augeatur, vt idoneũ ſit ſumere quod oculus nõ vidit, nec auris au- « diuit, nec in cor hominis aſcẽdit: ſed amate mecũ. Non multũ amat « nummum, qui amat Deum: & ego palpaui infirmitatem, non ſum « auſus dicere non amat nummum: quaſi amandus ſit nummus, ſed « non multùm. O ſi Deum dignè amemus! nummos omninò non « amabimus. Erit tibi nummus inſtrumentum peregrinationis, non « irritamentum cupiditatis; quo vtaris ad neceſſitatẽ, non quo frua- « ris ad delectationem: Deum ama, ſi aliquid in te ſit, quod audis « & laudas. Vtere mundo, non te capiat mundus: quod intraſti iter « agis. Exiturus veniſti non remanſurus. Iter agis, ſtabulum eſt hæc « vita. Vtere nummo quomodo viator in ſtabulo vtitur menſâ, cali- « ce, vrceo, lectulo, dimiſſurus non permanſurus. Si tales fueritis eri- « gite cor, qui poteſtis, & audite me. Si tales fueritis ad eius promiſ- « ſa venietis: non enim multum eſt ad vos, quia magna eſt manus « eius, qui vos vocauit: vocauit, inuocetur, dicatur illi: vocaſti nos, « inuocamus te: ecce audiuimus vocantem, audi inuocantes. Perduc « quò promiſiſti: perfice quod inchoaſti: noli deſerere munera tua, « noli deſerere agrum tuum. Germina tua intrent in horreum. « Abundant tentationes in mundo, ſed major eſt qui fecit mun- « dum. Abundant tentationes, ſed non deficit qui in illo ſpem « ponit, in quo defectus nullus eſt.]

S. Auguſt. poſt Apoſtolũ Prædeſtinationis & gratię prædicator Auguſt. Tract. 40. in Ioann. Exhortatio.

Non multùm amat nummum, qui amat deũ.

Nummis vtendum non fruendum.

Vtramque Amolonis Epiſtolam iuxta eius propoſitum ad Hincmarum quidem perueniſſe, ne minimum dubium ſubeſſe poteſt; immo idipſum aliquomodo arguit emiſſa deinde ab Hincmaro ad Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem Epiſtola, de qua ſequenti capite. Sed primam illam ad Hincmarum tranſmiſſam, vt Gotteſchalco traderetur, eidem traditam fuiſſe nullum veſtigium, quin imo ab Hincmaro ſuppreſſam valdè probabile. Vt pote per quam ſuppoſititia non vera Gotteſchalci ſcripta ſeu cenſa, vt vidimus,

A. 852. damnarentur, illius verò de gemina Prædeſtinatione ſententia totius contentionis fundamentum confirmaretur. Et reuera patet ipſius Hincmari iudicio, haſce Amolonis Epiſtolas tam parum illi aſtipulari & concinere, vt nullibi eas nec Eccleſiæ Lugdunenſis ſcriptis, nec Concilij Valentini, vel Lingonenſis Canonibus, nec ipſi etiam Gotteſchalco vllomodo oppoſuerit.

Quæ cùm ita ſint, quis diuinam prouidentiam non ſuſpiciat, eíque veriſſimas gratiarum actiones non rependat, quod talem ac tantum Chriſti gratiæ theſaurum, & tanti Præſulis monumentum huc vſque reconditum, inimicâ manu eruere, & in lucem his temporibus emittere dignatus eſt, quibus inimici gratiæ Chriſti, hanc ipſam veritatem obnubilare, & obruere decertant: Quò redacti ſunt, quibus hęc ſola tela ſuperſunt, quæ in emittentium capita recidant: verùm exultant & gloriantur, ab Hincmaro ſuo fucum facere falli & fallere quã multis procliue ſit edocti: Gotteſchalcum & renouatam ab eo hæreſim non ſolũ ab Rabano & Hincmaro, ſed & ab Amolone damnatam proclamant; ex qua

Epiſtola ad Lectorem. » vrbe Gotteſchalco falſa Præſidia quærebantur, ex eadem (in» quiunt Epiſtolâ ad Lectorem) ipſi habent tanti nominis ſuffra» gatorem, & addunt ouantes. Reputent, qui Gotteſchalci mor» bo laborant, quanti hæc Amolonis ſcripta facere debeant, quan» do huius vnius ope conualeſcere poſſunt, ſi velint, hoc eſt ſi obla» tum remedium non reſpuant, ac ſibi quoque dicta intelligant, » quæ ab Amolone ſcripta Gotteſchalco.]

Quis ex Sancti Auguſtini diſcipulis ad verba illa non obſtupeſcat? Quis perlectis opuſculis non rideat? & R. P. (abſit

Tertull. de Pallio. verbo inuidia) frontem non miretur? Memini legiſſe quondam » in Tertulliani Pallio, ſub finem: Chamæleontem qui audieris » haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum Leone, at » cùm offenderis apud vineam fermè ſub pampino totum, ridebis illico audaciam, & Græciam nominis.]

Epiſtolæ illius ad Lectorem examen hîc conſultò remiſimus, quò quiſque perlectis, & expenſis Amolonis Epiſtolis æquiorem iudicij noſtri cenſuram ferat. Ad primum igitur Rabanum quidem & Hincmarum duos habuit caſtigatores miſerabilis ille Monachus, illum quidem ex inuincibili ignorantia, qui Prædeſtinationem malorum ad pœnam concipere nunquam potuit, quin Deus auctor peccati aſſereretur, quales plurimi hoc ſæculo boni Viri zelum quidem habentes, ſed non ſecundùm ſcientiam, ſaluberrimam Diui Auguſtini & totius Eccleſiæ de Prædeſtinatione & gratia doctrinam, quam capere non valent, æquo animo ferre non poſſunt, immo quaſi hæreſim & blaſphemiam execrantur. Hincmarum verò ex innata ſuperbia

& aſſen-

& aſſentatione aulicâ, quò calamitas & oppreſſio illius Monachi, eius vanæ gloriæ ambitioni, & omnimodæ peruerſæ cupiditati deſeruiret: Quales etiam nunc (quod lugendum) plurimi filii ſæculi temporalibus inhærentes veritatem in iniuſtitia detinent, eadémque quouis modo, & totis viribus impugnant. Sed Rabanus & Hincmarus inuenerunt Caſtigatores ſuos, inter reliquos Eccleſiam Lugdunenſem, Concilium Valentinum & Lingonenſe, & ipſam Sedem Apoſtolicam digniſſimum ſcilicet totius Eccleſiæ Præſulem Nicolaum primum, vt videbimus ſuo loco: nec, vti Deo duce ſperamus, deerunt Summi Pontifices, qui ereptam & peractam poſt celeberrimam per decennium in congregatione de Auxiliis diſquiſitionem, contra Pelagianorum reliquias, cenſuram, eorum impudentiâ coacti in publicum emittant, quam hactenus iidem Smmi Pontifices, pro bono pacis voluerunt eſſe ſuſpenſam.

Verùm Sanctiſſimum Præſulem Amolonem Gotteſchalci fuiſſe Caſtigatorem pernegamus, & contrarium iam euicimus, ſuppoſititia ſcripta damnaſſe, non illius Monachi doctrinam nec mores, quos prorſus habuit incognitos. Et niſi morte præuentus fuiſſet, acceptis Hincmari litteris, non aliter quàm Sanctus Remigius eius ſucceſſor, cum Eccleſia Lugdunenſi in Libello de Tribus Epiſtolis cap. 24. horruiſſet, illud irreligioſitatis & crudelitatis exemplum, eandémque ſententiam protuliſſet his verbis. Videtur nobis ſine dubio quòd illa quæ de diuina Prædeſtinatione dixit, iuxta Regulam Catholicæ fidei vera ſunt, & à veridicis Patribus manifeſtiſſimè confirmata, nec ab vllo penitùs noſtrûm, qui Catholicus haberi vult reſpuenda: & ideo in hac re dolemus non illum miſerabilem Monachum ſed Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam.] Si Amolo Gotteſchalcum Hincmarianæ fraudis inſcius damnaſſet, vtique cum Innocentio primo Summo Pontifice ad Epiſcopum Photinum in Can. Veniam 35. quæſt. 9. dixiſſet: Quoniam id per rumorem falſum (vt aſſeritis) ſubreptum huic Sedi, & elicitum per inſidias demonſtraſtis, quia res ad ſalutem rediit, veniam nos hanc in tantum vobis annuentibus poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus. Et ſicut in gloſſa eiuſdem Canonis obſeruatur: Ea quæ per ſubreptionem obtinentur, etiam abſente aduerſario retractantur cap. Cum olim extra de Sententiis & re iudicatâ, nec aliquid valet, quod per ſubreptionem actum eſt.

Eccleſ. Lugdun. De 3. Epiſtolis.

Can. Veniam 35. quæſt. 9.

Quod verò additum eſt. Tres illos Archipræſules renouatæ à Gotteſchalco hæreſis Caſtigatores fuiſſe, quaſi fictos veteres Prædeſtinatianos agnouerint, neſcio quâ fronte dici potuit:

Et

A. 852. ſiquidem de illis ne verbum quidem, nec apud Rabanum, nec apud Amolonem, nec etiam apud Hincmarum, niſi in poſteriore opere de Prædeſtinatione, quod decennio fermè poſt vtriuſque obitum perfecit, & fabulam illam de veteribus Prædeſtinatianis tunc Hincmaro ipſi incognitam probabitur infra cap. Immo Rabanus ipſe in Synodica ad Hincmarum, Gotteſchalcum criminatur, nouas ſuperſtitiones de Prædeſtinatione introducere. Et quantum ad Amolonem iam vidimus cap. 22. ſub finem, præcipuum Prædeſtinatianæ illius fabulæ figmentum, fictum ſcilicet Arelatenſe & Lugdunenſe Fauſti Concilium ipſi fuiſſe penitus, ignotum. Sed præciſè contrarium aſſeruit Eccleſia Lugdunenſis in libello contra Ioannem

Eccleſ. Lugdun. cõtra Ioan. Scotum cap. 4.

» Scotum cap. 4. his verbis: non poteſt inueniri toto tempore, » quod fuit inter Auguſtinum & nos, aliquam talem hæreſim in » Eccleſia extitiſſe, niſi quod vel ipſum vel nos, qui eum ſecta- » mur, iſtius erroris accuſat.] Nihil contra hocce figmentum clariùs requiri poteſt.

» Secundo loco dictum eſt: Quid accidere poterat optatiùs, » quàm vt qua ex vrbe Gotteſchalco falſa præſidia quærebantur, » ex eadem nos certum tantique nominis ſuffragatorem ha- » beremus.] Verùm Hincmaro & ſimilibus, Amolonem ſuffragatorem nullomodo fuiſſe, iam probatum eſt in quæſtione geminæ Prædeſtinationis (ob quam ſolam damnatus eſt Gotteſchalcus, ſi ob doctrinam damnatus eſt) in Hincmarum ſuffragatus eſt Amolo, in reliquis, non vera illius Monachi ſcripta, ſed fictitia & ipſi falsò adſcripta ab Amolone damnata vidimus. Deinde etiamſi aliter contigiſſet, non ideo Libri Eccleſiæ Lugdunenſis cenſendi forent falſa præſidia: immo verò ex libris illis poſtea editis veritate magis innoteſcente, quæ ab Amolone acta vel ſcripta fuiſſent, irritanda & reſcindenda venirent, quia veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem: iuxta reſcriptum Innocentij Papæ ad Epiſcopos per Macedoniam conſtitutos, quod habetur 35. quæſt. 9. Can. Graue:

Can. Graue 35. quæſt. 9.

» his verbis: Graue non oportet videri piiſſimis mentibus veſtris, » cuiuſquam retractari iudicium, quia veritas ſæpiùs exagitata » magis ſplendeſcit in lucem, & pernicies reuocata in iudicium » grauiùs, & ſine pœnitentia condemnatur: Namque fructus » diuinus eſt, iuſtitiam ſæpius recenſeri.] Sed & inter epiſtolas Amolonis & ſcripta eccleſiæ Lugdunenſis licet in illis propter id quod prauâ inſinuatione ſuggeſtum fuerat, vt habetur in cap. Si quando extra de reſcriptis: vel quod ſubreptione & falſis ſcriptis impoſitum, damnatus fuerit Gotteſchalcus, nihilominus quantùm ad doctrinam, ne minima quidem repe-

rietur contradictio : ideóque ſcripta Eccleſiæ Lugdunenſis, non rectè dici potuere falſa præſidia : eóque minùs quo condemnatio per Hincmarum in Gotteſchalcum lata, palàm improbata fuit, & ipſius doctrina, qualis ab ipſo Hincmaro expoſita, iuxta regulas rectæ fidei, in omnibus laudata & comprobata extitit. Nec etiam à Gotteſchalco, vel iis qui eius ſententiam tuerentur, quæſita præſidia illa dici debuerunt; quin immò liber de Tribus Epiſtolis, in quo ſolo de condemnatione & doctrina Gotteſchalci agitur, ad preces & inſtantiam ipſius Hincmari in Gotteſchalcum præſidium quærentis ſcriptus fuit. Et ſic ex illa vrbe falſa Gotteſchalco quæſita præſidia nullo modo dici potuere.

Poſtremò quod additum eſt: Reputent, qui Gotteſchalci « morbo laborant, quanti Amolonis epiſtolam, & ipſi facere « meritò debeant, quando huius vnius ope conualeſcere poſ- « ſunt, ſi velint, hoc eſt ſi oblatum remedium non reſpuant, ac « ſibi quoque dicta intelligant, quæ ab Amolone ſcripta Got- « teſchalco.] Immò verò reputent, qui Pelagianarum reliquiarum morbo laborant, Monachum illum nullo doctrinæ morbo laboraſſe in controuerſis illo ſæculo quæſtionibus, quales propoſitæ, & ab ipſo aſſertæ, ipſius Hincmari teſtimonio referuntur: Propoſitiones autem, quæ ab Amolone damnantur, nullomodo à Gotteſchalco aſſertas iam euicimus, ſed fictitiis & ſuppoſititiis ſcriptis à Pelagianorum reliquiis ei, vt Sancto Auguſtino, eiuſque diſcipulis contigit, falsò adſcriptas. Sed & multò magis reputent, quâ charitate eos, qui Sancti Auguſtini doctrinæ adhærent, fictitio illo morbo, cui fraudis inſcius mederi ſtuduit Amolo, laborare calumniantur. Reputent, omnes & ſingulas propoſitiones illas, non minùs ab eis, quos morbo illo laborare fingunt, quàm ab ipſo Amolone proſcribi, & eodem ipſo ſenſu quo à Sanctiſſimo illo Præſule impugnatæ ſunt, Anathemate percelli. Reputent quanti haſce Amolonis epiſtolas reuera & ex animo faciant, qui cum Amolone Sanctum Auguſtinum, vt Doctorem fideliſſimum, & poſt Apoſtolum præcipuum Prædeſtinationis & Gratiæ prædicatorem profitentur; & omnibus & ſingulis doctrinæ propoſitionibus & ſententiis in vtraque epiſtola expoſitis, ſubſcribere parati ſunt; vt ex iis quæ in examine propoſitionum Gotteſchalco impoſitarum diximus, & ex notis ad ſingulas epiſtolarum illarum ſectiones appoſitis cuilibet obuium eſt. Immo etiam reputent, quanti haſce Amolonis epiſtolas reuera & ex animo faciant, qui eas ſaluberrimam doctrinæ Sancti Auguſtini de Præſcientia & de Prædeſtinatione, de Gratia & de Libero Arbitrio,

Epiſt. ad Lectorem.

A. 852. quaſi Synopſim continere veraciter credunt. Quis igitur eorum epiſtolas illas non agnoſceret, quis non toto corde ſuſciperet: vt de obiecta à Pelagio Sancti Hieronymi ſententiâ dixit Auguſt. de Natur. & Grat. cap. 65.

Veruntamen ne illi, ex quorum officina prodiit eximium hoc tanti Præſulis monumentum ſibi & ſuis, & ſuſceptæ quam fouent cauſæ in ſpeciem tantùm, eò quòd fictitius Gotteſchalcus, cum ſuppoſititiis ſcriptis damnatur, proſpectum ſit: vtque ſaluberrimâ illa doctrinâ, ad quam parùm ſuo more aduertunt, dum publici iuris faciunt, non defraudentur: ipſis non minimum conſultum fore duximus, ſi beneficij huiuſce nobis præſtiti memores, in gratiarum actionem, & ex officio charitatis, eos monuerimus, vt ſibi attendant & REPVTENT qui Pelagianarum reliquiarum morbo laborant, quanti Amolonis vtramque epiſtolam & ipſi facere meritò debeant, quando eius ope conualeſcere poſſunt, ſi velint; hoc eſt, ſi oblatum remedium non reſpuant, ac ſibi quoque dicta intelligant, quæ ab Amolone ſcripta Gotteſchalco & Hincmaro ſuo: Ne autem hæc inaniter, & verbo tenus dicta credantur, Hîc aliqua ſubiicere non dedignabimur, quæ ingratis illorum placitis mederi poſſint.

I. I. REPVTENT qualem Chriſti gratiam credat Amolo, „ dum epiſtolâ ad Gotteſchal. ſect. 2. Non ſolùm Deum orat vt „ ipſi tribuere dignetur vtilem & veracem ad Monachi illius „ conſolationem & inſtructionem, ſermonem; ſed & vt animum „ illius præparet, ac tranquillet, vt quæ ipſe dicturus erat, ille „ piâ manſuetudine, & humilitate ſuſciperet, &c.]

II. II. REPVTENT, ſect. 4. Redemptionis generalis omnium hominum, etiam infidelium in infidelitate perſeuerantium, quam ipſi intendunt, Amolonem nullo modo meminiſſe, ſed ſolam fidelium per Baptiſmum redemptionem, propoſitioni quam impugnaret oppoſuiſſe.

III. III. REPVTENT, ſect. 8. E Reprobis plurimos damnari non modò infantes, ſed & infideles, qui aliud eſſe non potuerint.

IV. IV. REPVTENT, ibidem Prædeſtinationem malorum ad pœnam, iuxta Gotteſchalcum, contra Rabanum, Hincmarum, & pſeudo-ſynodum Cariſiacam ab Amolone aſſertam, & ex Sacris Litteris comprobatam, eandémque epiſtolâ ad Hincmarum ſect. 6. confirmatam.

V. V. REPVTENT, ſect. 10. Sanctum Auguſtinum fideliſſimum vocari Doctorem; impoſſibilitatem credendi, culpam eſſe volũtatis humanæ, nóſque ſemper diuino indigere auxilio.

Digitized by Google

VI. Repvtent, ſect. 12. Quales Sancti Spiritus operationes in cordibus fidelium aſſerat Amolo, vt non ſolùm inſtruat ſed informet, affectum poſtulandi, gemendi, & deſiderandi inſpiret ita vt diuino Spiritu regente & illuſtrante, iuſta iudicia Dei laudare & glorificare non ceſſent. A. 852. VI.

VII. Repvtent, in fine eiuſdem Epiſtolæ Amolonem Concilij Arauſicani ſecundi, non fictæ Arelatenſis & Lugdunenſis à Fauſto Synodi meminiſſe, quæ ſi vera fuiſſet, & renata non fuiſſet prætermiſſa. VII.

VIII. Repvtent in altera epiſtola ſeù Opuſculo Amolonis, gratiam Dei verè gratuitam & ex nullis præcedentibus meritis, eiúſque efficacem agendi modum ab Amolone propoſitum, omnibus credendum eum eſſe, vt per illam Deus trahat quos vult non neceſſitate, ſed delectabili voluntate & amore. VIII.

IX. Repvtent, ibidem hanc ipſam gratiam in Baptiſmo tribui, eandémque quotidie fideles in omni cogitatu, opere & ſermone bono accipere. IX.

X Repvtent quales credendæ ſint diuinæ gratiæ operationes, dum dicit; ibidem exhortatur videlicet, quod bonum « eſt inſpirando; confirmat verò, quod inſpirauerit conſeruan- « do: nullum eſt enim hominis bonum quod non ſit Dei do- « num.] « X.

XI. Repvtent, ſect. 2. Præfixum ab Amolone credendum præſcitum æternaliter, & incommutabiliter certum numerum Sanctorum. XI.

XII. Repvtent, ſect. 3. Prædeſtinationem & electionem Sanctorum merè gratuitam, non ex præuiſis meritis credendam: ita vt Præſcientia & Prædeſtinatio Dei eis præſtiterit, vt fierent quod non erant. XII.

XIII. Repvtent, ibidem electos vocatos eſſe vocatione non ſolius vocis exteriùs, ſed & gratiæ inſpirantis & adiuuantis interiùs. XIII.

XIV. Repvtent, ibidem ab Amolone dictum: oportet « vt credamus ipſum bonum Perſeuerantiæ Sanctorum, non « ſolùm donum, ſed etiam magnum, & præcipuè neceſſarium « Dei donum. « XIV.

XV. Repvtent, ſect. 4. Oportet vt credamus Liberum Arbitrium &c ita primæ præuaricationis merito eſſe vitiatum, infirmatum, & deprauatum, vt ad amorem veritatis, & iuſtitiæ aſſurgere non poſſit, niſi per donum Chriſti fuerit excitatum, ſanatum, ac vegetatum, & à ſuæ prauitatis vitio liberatum. XV.

XVI. Repvtent, ibidem hunc Liberi Arbitrij languo- XVI.

Ee iij

Digitized by Google

A. 852. rem, quo ſenſus hominis & cogitatio ex vitio damnatæ originis prona & intenta eſt ad malum, & ipſum Liberum Arbitrium tenetur captiuum, ſolus ille ſanat medicus, ſolus ille liberat, & reddit liberum Liberator.

XVII. XVII. REPVTENT ibidem ipſe Liberum Arbitrium redſuâ gratiâ liberatum, vt ſicut erat pronum & promptum ad malum, multo attentiùs & delectabiliùs efficiatur pronum & promptum ad bonum.

XVIII. XVIII. REPVTENT, & ſibi quoque hæc ab Amolone ſect. 5. dicta intelligant: vt humiliatâ omni humanâ ſuperbiâ, & omni de ſuis viribus præſumptione depoſitâ, ſubiiciat ſe vnuſquiſque, & commendet fideliter Deo regendum, & eius virtute protegendum, eius bonitate iuuandum, eius gratiâ conſeruandum, & perficiendum.

XIX. XIX. REPVTENT ibidem continuò additum: Quæ gratia nulla eſt alia, niſi miſericordia, & benignitas Redemptoris, cuius morte viuificamur, cuius ſanguine redimimur, cuius iuſtitiâ abſoluimur, cuius cruce ſaluamur.

XX. XX. REPVTENT quod ibidem ſequitur: quatenùs totum ipſe nobis ſit, & nos toti ipſi ſimus, non ex parte de nobis & ex parte de illo fidentes.

XXI. XXI. REPVTENT & ſibi quoque ibidem dictum intelligant: conſtanter vtique fidelis quiſque Chriſto crede, eique totum committe quantùm poteſt. Noli velle eſſe quaſi proprius, & in tua poteſtate: ſed eius Clementiſſimi, & Vtiliſſimi Domini te ſeruum eſſe profitere. Ita enim te ad ſe ſubleuare non deſinet, nihilque tibi euenire permittet, niſi quod tibi proſit, etiam ſi neſcias.

XXII. XXII. REPVTENT denique qui Pelagiano faſtu & arrogâtiâ in ſcriptis ſuis de Prædeſtinatione & Gratia, in Cœlum ponentes os ſuum, auſi ſunt dicere. ITA AVGVSTINVS, SED NOS ALITER: Reputent (inquam) Beatum Auguſtinum ab Amolone proclamatum, præcipuum poſt Apoſtolum Prædeſtinationis & Gratiæ Prædicatorem.

A. 853.

CAPVT XXV.

Anno 853. Hincmarus & Pardulus ad Eccleſiam Lugdunenſem totius controuerſiæ iudicium deferunt, eam in ſuam partem trahere molientes. Vnuſquiſque ſeorſim ad Amolonem tunc Archiepiſcopum Lugdunenſem ſcribit. Duabus verò illis epiſtolis tertiam Rabani ad Notingum iam olim ſcriptam adiungunt. De prima Epiſtola, quæ Hincmari; fraudis eius in reticenda Gotteſchalci doctrina ac præſertim in affingenda illi erronea de Libero Arbitrio ſententia.

ANNO 853.

ANNO ſequente 853. Hincmarus Remenſis, & Pardulus Laudunenſis iunior Epiſcopus illi ſubditus, pariter Aulicus, amiciſſimus & factionis eius præcipuus, cernẽtes ex Ioannis Scoti quem ſibi debilitatarum partium fautorem & reſtitutorem delegerant, libello quaſi erroribus & hæreſibus ſcatenti vbique diffamato ſed maximè per grauiſſimam Prudentij correctionem quaſi Anathemate percuſſo, & factioni & fautoribus maximã allatam perniciem, ac vehemẽs præiudicium, concertatione habitâ duplex ſibi ſupereſſe præſidium hoc anno tentandum cenſuerunt: vnum, vt Eccleſiam Lugdunenſem, ſi fieri poſſet in partes ſuas traherent. Alterum, vt clandeſtinâ aliquâ congregatione, ſeù captato conuenticulo (quoniam legitimo Concilio impoſſibile cernebant) auctoritate regiâ aliqua ederentur capitula, quibus aliquo modo eorum ſententia fulciretur, contraria, quæ multum inualuerat, deprimeretur. De hoc poſtea; nunc quoad primum, quid, quando & quomodo actum ſit, expendendum.

Libellus de tribus Epiſtolis in principio.

Hincmarus & Pardulus ſeorſim ad Amulum Lugdunenſem ſcribunt; ille (vt teſtis eſt Eccleſia Lugdunenſis in principio libelli de Tribus Epiſtolis) de Gotteſchalco miſerabili Monacho, quod inquietâ & inſolenti præſumptione, quæſtionis de veritate geminæ præſcientiæ & Prædeſtinationis, vel potiùs ſcandali excitator & exagitator extitiſſet, & qualiter videlicet in duobus Epiſcoporum Cõciliis & auditus fuerit, & indicatus atque damnatus, diligenter & breuiter in Epiſtola ſua expoſuit atque digeſſit, & ſingulis eius propoſitionibus quid vel ab ipſo, vel à cæteris ſiue tunc obiectum fuerit, ſiue vſque hodie apud eos obiicitur, pariter executus eſt] Pardulus verò etiam quoſdam qui aduerſus eum ſcripſerint, ferè ſex numero memorauit, nec tamen aliquem eorum ad rem de qua quæritur ſuffi-

A. 853. cienti ratione ſatisfeciſſe conqueſtus eſt.] Nec contenti rei geſtæ & doctrinæ veritatem epiſtolis ſuis diſſimulaſſe, vt mox videbitur, tertiam etiam addiderunt Rabani Moguntini Archiepiſcopi ad Notingum Epiſtolam, cuius Apographum (vt ſuprà vidimus) à Rabano ipſo acceperat Hincmarus, quò magis Eccleſiam Lugdunenſem in ſententiam ſuam inclinarent.

Illas verò tres Epiſtolas eorum eſſe trium, quos memorauimus Epiſcoporum, luce clariùs patet; quoad vltimam, Rabani ipſa verba relata in libello Eccleſiæ Lugdunenſis eadem ipſa ſunt, quæ in Epiſtola ad Notingum editâ anno 1647. curâ & ſtudio R. P. Sirmondi. Quò ad ſecundam: Parduli eſſe in eo conſtat, quod auctor Epiſtolæ ſe memorat cum Hincmaro Ioannem Scotum ſcribere compuliſſe, quod ipſum de Hincmaro & Pardulo profitetur idem Scotus, in præfatione libelli ſui, vt ſuprà vidimus Primæ verò Epiſtolæ auctor, actum, doctrinam, & condemnationem, illius miſerabilis Monachi, quæ ſoli inter Epiſcopos Hincmaro nota erant exequitur. Secundò quæ à ſe ipſo miſerabili illi Monacho obiecta fuerant, refert, quod ſimiliter ipſi ſoli inter Epiſcopos competit. Tertiò refert ipſemet, apud Cariſiacum ſe producere ſtuduiſſe miſerabilem illum Monachum, qui tunc in manibus erat ſolius Hincmari; vt ſuprà probatum eſt. Quartò idipſum probatur ex ſocietate cum Pardulo, & ſcriptâ Rabani Epiſtolâ, quam ipſe receperat: Poſtremo huiuſce Epiſtolæ inter Epiſtolas Hincmari ad Amulum Lugdunenſem Flodoardus Hiſt. lib. 3. cap. 21. hiſce verbis meminit: Item de Gotteſchalci vita vel conuerſatione, deprehenſione atque condemnatione rei veritatem exponens.] Et hoc ipſum agnouit R. P. Sirmondus in Hiſtoria Prædeſtinatianâ cap. vlt his verbis: quin & eadem rurſus Eccleſia Lugdunenſis, eiúſque antiſtes Remigius in libro de tribus Epiſtolis, Hincmari contra Gotteſchalcum Epiſtolæ reſpondens, &c.]

Flodoard. Hiſt. lib. 3. cap. 21.

Hiſt. Prædeſt. cap. vlt.

Quo autem tempore ab Hincmaro & Pardulo ad Amulum & Eccleſiam Lugdunenſem emiſſæ ſint tres illæ Epiſtolæ, ex ipſo libello Eccleſiæ Lugdunenſis, non niſi poſt aliquot annos à condemnatione miſerabilis illius monachi hoc contingere potuiſſe conſtat, dum dicitur in principio ſcriptas illas Epiſtolas de quadam profunda & perplexa quæſtione, quæ iam per aliquot annos inter plures multâ & variâ diſceptatione, vel etiam contentione verſatur:] Item circa medium: ſed & illa eiuſdem miſerandi hominis tam longa & inhumana in ergaſtulum per tot annos damnatio, aliquâ vt credimus compaſſionis

Libellus de tribus Epiſtolis.

compaſſionis benignitate& conſolatione fuerat temperanda & c] A. 853.
Et ſupra probatum eſt librum Eccleſiæ Lugdunenſis contra Ioannem Scotum ſcriptum anno 852. antequam has Epiſtolas accepiſſet; & ſic non citiùs hoc anno, ſed & nec poſt edita quatuor Capitula Cariſienſis Conuenticuli, quod contigit hoc ipſo anno, menſe Maio, vt mox probabitur; ſiquidem Hincmarus (vt iam vidimus) Amulo & Lugdunenſi Eccleſiæ ſingulis Gotteſchalci propoſitionibus, quid vel ab ipſo vel à cæteris ſiue tempore condemnationis, ſiue poſtea obiectum fuerit pariter executus eſt: de Capitulis autem illis contra illius doctrinam ſpecialiter latis, ne verbum quidem in eius Epiſtola: igitur harum Epiſtolarum tempus ad finem anni præteriti vel ad huius initium neceſſariò referendum.

Illarum ſcopum his verbis aperuit Eccleſia Lugdunenſis in principio libelli ſui. De quadam profunda & perplexa quæſtione, quæ iam per aliquot annos inter plures multâ & variâ diſceptatione, vel etiam contentione verſatur; de veritate ſcilicet diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis, & quid ipſis videretur aperuiſſe & expoſuiſſe videntur; & quid præfata Eccleſia noſtra Deo inſpirante atque auxiliante de eadem re ſentiat, vt eis verè & fideliter reſpondeatur, attentiùs flagitare & exigere noſcuntur.]

Ibidem in principio.

Sed vt non tam veritatis, quàm propriæ ſententiæ confirmationem, quouis modo ab Eccleſia Lugdunenſi extorquere ſatagebant, quò intentum aſſequerentur, Hincmarus ſolitas fraudes & verſutiam omnem, quâ plurimùm excellebat, tam in diffamando miſerabili illo Monacho, quàm in deprauanda doctrinæ eius expoſitione liberaliſſimè explicuit. Vidimus ſuprà ad annum 849. dum condemnationem illius expendimus, plurima illi ab Hincmaro falsò impoſita circa vitam, conuerſationem, & deprehenſionem eius, quæ in hac Epiſtola non omiſſa fuiſſe argumento eſt ſummarium illius, quod ex Flodoardo retulimus, quæ Eccleſia Lugdunenſis, nomine interpoſitæ cuiuſdam narrationis ad reſponſionem ſuam non neceſſariæ perſtringit: hoc ſolùm prætermittere non potuit, quod commentus eſt Hincmarus, vltrò ſibi prædicatoris nomen aſſumpſiſſe, atque ad Barbaras & Paganas Gentes velut Euangelizaturum geminam prædeſtinationem & reliqua, perrexiſſe: Item in Conuentu Cariſiaco auditum nihil dignum ratione dixiſſe, ſed vt abreptitium, cùm quid rationabiliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum prorupiſſe, quibus vt & reliquis, quæ ſupra ſatis refellimus, hic prætermiſſis, doctrinæ capita ſunt expendenda.

Cœpit prædicare (inquit Hincmarus, vt habetur in libello Eccleſiæ Lugdunenſis de tribus Epiſtolis.) 1. Quia ante omnia

Libellus de Trib. Epiſt. in principio.

A. 853. „ ſęcula & antequam quicquam faceret à principio Deus, quos „ voluit prędeſtinauit ad regnum, & quos voluit prædeſtinauit „ ad interitum. 2. Et qui prædeſtinati ſunt ad interitum ſaluari „ non poſſunt, & qui prędeſtinati ſunt ad regnum perire non poſ- „ ſunt. 3. Et Deus non vult omnes homines ſaluos fieri, ſed eos tan- „ tum qui ſaluantur: & quod dicit Apoſtolus: *Qui vult omnes ho-* 1. Tim. „ *mines ſaluos fieri*, illos dici *omnes* qui tantummodo ſaluantur. 2. v. 4. „ 4. Et Chriſtus non venit vt omnes ſaluaret, nec paſſus eſt pro om- „ nibus, niſi ſolummodo pro his qui Paſſionis eius ſaluantur My- „ ſterio. 5. Et poſtquam primus homo Libero Arbitrio cecidit, ne- „ mo noſtrum ad benè agendum, ſed tantummodò ad malè agen- „ dum Libero poteſt vti Arbitrio.]

In his quinque ſententiis quas Gotteſchalcum prædicaſſe, propoſuiſſe, vel aliter defendere voluiſſe aſſeruit Hincmarus. Obſeruandum primò ſententias illas hîc ab eo aliter propoſitas, quàm ab ipſo Gotteſchalco emiſſas eſſe, teſtis eſt Hincmarus ipſe in opere ſuo de Prędeſtinatione cap. 5. 21. 24. & 27. vt ſupra relatum eſt. 2. In his ſententiis, quæ id omne continent, in quo Gotteſchalcus vel prædicando vel ſcribendo, vel aliter quoquo modo falſa dogmata propoſuiſſe culparetur, ne verbum quidem de neceſſitate cogente, vel quod Deus ſit auctor pèccati, vt ei impoſitum fuit, non ſolùm à Ioanne Scoto, ſed etiam per Epiſtolas Rabani Archiepiſcopi Moguntini. 3. Licet hę Sententię aliter quàm à Gotteſchalco prolatę ſunt, & verbis odioſis, ſenſu etiam peruerſo propoſitæ fuerint, omnes tamen exceptâ vltimâ de Libero Arbitrio (de qua mox videbimus) ab Eccleſia Lugdunenſi receptæ, tanquam Catholicæ & Orthodoxæ fuerunt. Ma-

Ibidem. „ ximè (inquit) cùm illi ſenſus, qui ipſo continebantur libello, „ excepto vno, quod extremum ponitur, non eſſent ſui, ſed Eccle- „ ſiaſtici, nec ignibus damnandi, ſed piâ & pacificâ fuerint inqui- „ ſitione tractandi.]

Poſtremò vltima illa ſententia, quâ aſſeritur neminem noſtrum ab benè agendum, ſed tantummodo ad malè agendum Libero poſſe vti Arbitrio (quę ſola ab Eccleſiâ Lugdunenſi improbata, vt verè hæretica eſt) falsò & calumnioſè ab Hincmaro impoſita fuit miſerabili huic Monacho: & ne tam grauis in talẽ virum Eccleſię Pręſulem illata, non tam cenſura, quam injuria credatur, & nobis temeritati vertatur; in expedito probatio eſt ex

Hncmar. de Prædeſt. cap. 21. ipſo Hincmaro in opere ſuo de Prædeſtinatione cap. 21. in quo agens de Gratia & Libero Arbitrio, more ſolito fictis Prædeſtinatianis imputans, quod Pelagiani eorúmque reliquiæ S. Auguſtino eiúſque Diſcipulis impoſuerunt: deinde quid in eadem quęſtione iniquiùs ſenſerit Gotteſchalcus refert, tum quid contrà

ipſe in Conuenticulo Cariſiacenſi ſcripſerit proponit, quid poſtremò Prudentius in tractoria ſua: nihil autem ſimile Gotteſchalco imponit, immo contra aſſerit Gotteſchalcum ſcripſiſſe tenendam eſſe S. Auguſtini ſententiam, Gennadij verò Maſſilienſis & infœlicis Caſſiani reijciendam & nihil vltrà. En verba ipſius Hincmari. [Secundum Capitulum in Synodo apud Cariſiacum habitâ, nos de gratia & Libero Arbitrio ex Sanctorum Patrum ſcriptis, excerpſimus, de quo priſci dixerunt Prædeſtinatiani, quod Liberum Arbitrium in homine nihil ſit: ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur. Quoniam Deus tale in hominibus plaſmet quale eſt Dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſſit velle, niſi malum. Inde & Gotteſchalcus modernus Prædeſtinatianus, in libello ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum dicit ad locum: *De quo videlicet Libero Arbitrio quid Eccleſiæ Chriſti tenendum ſit, atque credendum, cùm à cæteris Catholicis Patribus euidenter ſit Deo gratias diſputatum, tum præcipuè contra Pelagianos & Cœleſtianos à Beato Auguſtino pleniùs & vberiùs in diuerſis opuſculis, & maximè in Hypomneſticon eſſe cognoſcitur inculcatum: vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis aſſertionibus, incomparabiliter inde quoque malueram niti, quàm erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque præſumpſit in locis tam fidei Catholicæ, quàm Beatorum etiam Patrum inuictiſſimis auctoritatibus, infœlicis Caſſiani pernicioſum nimis dogma ſequens renitti*; contra quæ nos in præfata Synodo ſcripſimus &c.] Quid magis ab hac peruerſa ſententia alienum?

Hincmari Epiſtola 17.

Item idem ipſe Hincmarus anno 864. Epiſtolâ 17. ad Nicolaum Papam, iuſſus rationem reddere condemnationis in Gotteſchalcum latæ, ſupradictas priores ſententias de gemina Prædeſtinatione, de Voluntate Dei, & Morte Chriſti pro ſolis electis tanquam hæreticas inculcat, ſublati penitùs ad benè agendum Liberi Arbitrij nullomodo meminit, licet etiam inſuper addiderit alias prauas ſententias, de Trina Deitate, & de Redemptis Baptiſmate, non Morte Chriſti.

Idem Epiſtola 24.

Iterum anno 866. idem Hincmarus Epiſtolâ 24. ad Egilonem Archiepiſcopum Senonenſem Romam delegatum, ipſum rogat, vt ſi ab aliquo Romæ interrogatus eſſet de doctrina eiuſdem miſerabilis Monachi. Hanc (inquit) eſſe illi reſpondere poteſtis, ſicut & verba & ſcripta illius demonſtrant (dicit enim Deitatem Sanctæ Trinitatis Trinam eſſe &c. 2. Dicit ita geminam eſſe Dei Prædeſtinationem &c. 3. Dicit quòd non vult Deus omnes homines ſaluos fieri &c. 4. Dicit quòd non pro totius mundi Redemptione &c. 5. Dicit exponens ſententiam Apoſtoli Petri,

A. 853. " *Eum qui emit Dominum negantes*, Baptiſmi inquit Sacramento " eos emit &c.] Et nihil vltra : De Libero Arbitrio ne verbum quidem.

Idem Epiſtola 25. Poſtremo alterâ Epiſtolâ quæ eſt 25. ad eundem Egilonem eodem tempore emiſsâ, quam poſſet palam exhibere etiam Summo Pontifici, modò non ex parte Hincmari, eadem prętenſæ hæreſeos capita recenſentur, nullâ pariter habitâ mentione de Libero Arbitrio. Verumtamen in eadem Epiſtola genio ſuo Hincmarus; " ex mortiferis (inquit) illis Capitulis quanta exitioſa prodeant, " Catholicus & literatus quiſque conſpicere poteſt:] Et inter re" liqua quæ peruersè ex Capitulo de gemina Prædeſtinatione con" ijcit: Liberi (inquit) Arbitrij opera ſiue bona ſiue mala nihil va" lere ad meritum, ſed ſiue ad vitam ſiue ad mortem cuncta Dei " Prædeſtinationem agere, ab iſta praua doctrina enucleatur, à qua " & reprobis tollitur meritum damnationis, & iuſtis meritum au" fertur ſalutis. Ac per hoc nec illi iuſtè damnantur, qui iuſti eſſe " non poſſunt, nec illi iuſtè remunerantur, quia aliud quàm iuſti eſſe " non poſſunt &c.] Sed peruerſa hæc Hincmari conjectura tantùm abeſt vt miſerabilem illum Monachum arguat, aſſeruiſſe neminem ab benè agendum Libero poſſe vti Arbitrio: quin imò contrarium euincit: nec enim aliter hoc prætermiſiſset, qui ad exonerandum ſe ab illa grauiſſima oppreſſione, tam abſurdis & commentitiis vſus eſt coniecturis.

Sic itaque luce clariùs patet, gratìs & falsò ab Hincmaro Epiſtolâ illâ ad Amulum Lugdunenſem, impoſitum illud quod ſolùm in accuſatoris, & eiuſdem iudicis libello erroneum fuit iudicatum. Reliquum eiuſdem Epiſtolæ inſumptum in recenſendis contrariis Hincmari propoſitionibus, & quorumdam qui cum eo ſentiebant reſponſionibus. De quibus poſtea in expendendo libello de Tribus Epiſtolis. Hîc obiter aduertendum ſententias illas Gotteſchalci etiam deprauatas nudè & ſimpliciter, Sacrarum Scripturarum & Sanctorum Patrum auctoritate quâ fulciuntur deſtitutas, Amulo & Eccleſiæ Lugdunenſi ab Hincmaro exhibitas, quò magis ſententiam ſuam nonnullis Scripturæ locis ſed plurimo humanæ rationis fuco adumbratam ſequeretur.

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

De Reliquis duabus Epiſtolis ac præſertim ſecundâ, quæ Parduli. Quinam ſint ſex illi quos hac de re ſcripſiſſe memorat. Liber de induratione cordis Pharaonis falsò Hieronymo adſcriptus; ſicut & liber Hypognoſticon vel Hypomneſticon Auguſtino, cauſa erroris fuere Hincmaro & ſequacibus: ſumma verò etiam tum apud omnes Sancti Auguſtini auctoritas.

Libell. de Tribus Epiſt. ad 2.

DE ſecunda quæ eſt Parduli Epiſtola, in libello Eccleſiæ Lugdunenſis de tribus Epiſtolis hæc pauca ſuperſunt. Cum ergo de præfatis quæſtionibus & ille, qui hanc ſecundam ſcripſit Epiſtolam breuiter ſignificare vellet, quantùm apud eos eſset inquirendi ſtudium, & quanta diſsonantia ſententiarum, quantáque auiditate deſideraretur, vt de his rebus aliquid certum & abſque ambiguitate ſequendum inueniri & oſtendi poſset, ita ait: Plures inde apud nos ſcripſerunt, & cùm quinque ex eis nominaſset, inter quos etiam Amalarium ſcripſiſse memorauit, ſubjunxit dicens. Sed quia hæc inter ſe valdè diſsentiebant, Scotum illum qui eſt in Palatio Regis Ioannem nomine, ſcribere coëgimus: Et paulò poſt: Quæ autem inter noſtros inde fit maxima contentio vobis ſignifico, quidam dicimus Auguſtinum edidiſse libellum, quem Hypognoſticon præintitulauit. Et quidam noſtrorum dicunt non à præfato viro eundem libellum eſse editum, quod mendacium eſse citò probare poterit, qui ſecundum libellum Auguſtini, quem in Geneſim contra Manichæos edidit, ad finem vſque perlegerit: vbi demonſtrat ſe ipſam quęſtionem cum aliis quinque contra rabiem Manichæorum edidiſse, & propterea in retractatione nihil inde commemorat, quia quæcumque alíorſum de Prædeſtinatione dixerat, in eodem libello corrigere videtur: ſimili modo etiam quidam dicimus de induratione cordis Pharaonis libellum, à Beato Hieronymo editum: & noſtrorum quidam non ab eo, ſed ab alio quolibet mendosè factum, quod etiam mendacium fore inuenietis ſi 17. librum præfati Hieronymi in Iſaïam legeritis, vbi mentionem eiuſdem libelli facit.]

Circa hanc 2. Epiſtolam tria obſeruanda 1. quod Hincmarus & Pardulus quæſtiones illas profundas & perplexas eſſe ingenuè profeſſi ſunt, & inter ipſos & alios diuerſâ diſceptatione vel etiã contentione verſari agnouerint. Ipſique oppoſitâ Gotteſchal-

A. 853. co ſententiam aſſerentes quid ſequendum eſſet quaſi dubij inquiſierint.

2. Sex numero in hac controuerſia ſcripſiſſe nominatim expreſſit Pardulus. Sed Amalarij & Ioannis Scoti tantùm, non reliquorum nomina retulit Lugdunenſis Eccleſia: qui igitur ſint quatuor reliqui, qui tantâ ſententiarum diſſonantiâ ſcripſerunt, cùm hodie vel extent vel memorentur opuſcula, inquirere non eſt operoſum: vnus immò primus illorum fuit Hincmarus, qui opuſculum ex tunc fecerat ad reclusos & ſimplices in ſua parrochia conſiſtentes de quo ſuprà ad annum 849. Secundus fuit Prudentius gemino opere edito, priori ad ipſos Hincmarum & Pardulum, & poſteriori, contra Ioannem Scotum. Tertius Ratramnus gemino pariter opere, & Epiſtolâ ſuâ ad amicum, & opuſculo de prædeſtinatione ad Karolum Regem. Quartus denique Lupus Ferrarienſis Epiſtolâ ad eundem Regem & Collectaneo ſuo de tribus quæſtionibus: & horum trium libros notiſſimos fuiſſe Hincmaro & Pardulo patet ex iis quæ ſuprà retulimus, immò etiam Prudentij opuſculum contra Ioannem Scotum anno præcedenti confectum illis tunc non fuiſſe ignotum mox videbitur: & notandum, quòd Pardulus Epiſtolâ ſuâ dixit plures inde apud nos ſcripſerunt ad excluſionem Lupi Seruati & Rabani Moguntini qui in Germania extra regnum Karoli ſcripſerant. Cùm etiam Rabanus ibidem ab Eccleſia Lugdunenſi ſcripſiſſe memoretur inter eos de quibus agitur.

Poſtremò de libris Hypognoſticon & de induratione Pharaonis qui maximam vt inquit Pardulus inter illos contentionem pepererunt, obſeruandum quoad librum hunc poſtremum inter Hincmarum & Ratramnum ortæ controuerſiæ ſolum monumentum extare apud Rabanum Epiſtolâ ſuâ poſtrema ad Hincmarum: quòd autem, inquit, ille Corbeienſis Monachus in Epiſtola ſua vituperauit vos non rectè Fulgentij ſententiam expoſuiſſe ſcribendo de vobis ad amicum ſuum ita dicens, nam quod ait dixiſſe Fulgentium præparauit Deus malos ad luenda ſupplicia pro eo quòd eſt præparari permiſit, inuenit quod diceret, non verò dixit quod debuit, & vos ſeductos eſſe aſſerit ſtylo cuiuſdam libelli, qui fertur eſſe Hieronymi de induratione cordis Pharaonis, vt diceretis non Deum induraſſe cor Pharaonis, ſed indurari permiſiſſe, non rectè vos reprehendere mihi videtur, &c.]

Rabanus Epiſtola ad Hincmar.

De hoc libello ſic Eccleſia Lugdunenſis huic Epiſtolæ reſpondens. Libellum verò de induratione cordis Pharoanis qui à Beato Hieronymo ſcriptus putatur, nec in libro de viris illuſtribus, nec in venerabili vitæ eius hiſtoria, inter eius opuſcula inuenire potuimus.] Et cætera quę ſuperuacuum eſſet hic referre, cùm

Libello de tribus Epiſtolis.

Digitized by Google

certum ſit librum illum ab omnibus reiici.

Libros verò Hypognoſticon quaſi germanum Sancti Auguſtini opus pro comperto habuerunt omnes, qui contra Gotteſchalcum ſcripſerunt, quò malorum prædeſtinationem ad pœnam reiicerent, ſed & Gotteſchalcum ipſum & Ratramnum etiam in eo errore fuiſſe conſtat ex prolixiore confeſſione, & fragmento ſuprà relato libri eius ad Rabanum, & ex Ratramni opere de Prædeſtinatione lib. 2. in principio. Lupus verò Ferrarienſis horum librorum nullomodo meminit: Prudentius ſolus ante Eccleſiam Lugdunenſem ex his qui in hac controuerſia ſcripſerunt hunc errorem impugnauit ſcribens contra Ioannem Scotum cap. 14. num. 7. his verbis. Cum anceps diutius hæſitarem, vbi nam dictorum eius reperiri poſſet, repentè ſubiit in mentem recenſendum quemdam pſeudographum libellum qui falſo Hypomneſticon Auguſtini inſcribitur, quem non eſſe Beatiſſimi Auguſtini plurima documenta ſunt videlicet, quia non cum reliquis libris ſuis ab ipſo retractatus eſt &c.] Vnde conſtat non ignotum etiam tunc Hincmaro & Pardulo librum hunc Prudentij contra Ioannem Scotum, ex quo ſolo orta eſt maxima illa contentio à Pardulo hîc memorata de auctore librorum Hypognoſticon.

A. 853.

Prudentius cõtra Scotum cap. 14.

Quale verò de hac ſingulari contentione fuerit Eccleſiæ Lugdunenſis iudicium ne longiùs protrahatur hîc referre expedit: vno verbo vna cum Prudentio iuxta ſenſum totius Eccleſiæ, libros illos non eſſe Sancti Auguſtini clariſſimè demonſtrat, nec ab illorum auctore emeritum nomen. Sed eo quod in illis ſenſus Sancti Auguſtini contra Pelagianos collegiſſet, ideo Hypognoſticon, ideſt commemoratorium Sancti Auguſtini titulum fuiſſe præfixum: inde malè in errorem illum, quem nouum vocat, Rabanum incidiſſe, eúmque ſecutos Hincmarum, & alios, qui in illa quæſtione de diuina Prædeſtinatione ſimiliter cæcutientes: & quoniam hæc quæſtio princeps & caput eſt reliquarum, quæ quaſi incidentes, ſubſecutæ ſunt: fundamentum verò ſententiæ ſuæ poſuerunt illi omnes in eo quod Sanctum Auguſtinum auctorem illorum librorum imprudentes arbitrati ſunt, non parui momenti erit hic exhibere aliqua ex iis quæ contra hunc errorem Lugdunenſis Eccleſia in hoc libello de tribus Epiſtolis protulit, vt diruto fundamento ſuperſtructum à Rabano, Hincmaro & aliis ædificium leui labore, & ſuo ipſo pondere corruat.

Cum itaque aſſereret Epiſtolâ ſuâ Hincmarus Sanctum Auguſtinum poſt libros de Prædeſtinatione Sanctorum, & de bono perſeuerantiæ, ſcripſiſſe librum Hypognoſticon aduerſus Cæleſtium & Pelagium de quinque quæſtionibus & hanc ſextam loco

Libell. de tribus Epiſtolis.

A. 853. retractationis ſuperaddidiſſe de prædeſtinatione: vbi, inquit, ſe excuſat non eo ſenſu dixiſſe nec intelligi velle prædeſtinatos ad interitum, ſed in iniquitate vel impietate perſeuerantibus pœnam eſſe prædeſtinatam. Reſpondet Eccleſia Lugdunenſis: Adiungit etiam rem nouam & neque ex lectione neque ex veraci aliqua traditione nobis hactenùs compertam, quòd ſcilicet Beatus Auguſtinus poſt omnes libros ſuos ſcripſerit quendam libellum, quem græco vocabulo Ypomneſticon nominant, quod latinè memoratorium interpretatur, in quo de quinque quæſtionibus contra Pelagium & Cœleſtium diſputauerit: & quicquid in præcedentibus libris de prædeſtinatione diuina erga damnationem reproborum dixerat, non ita ſe dixiſſe, vt ab omnibus dixiſſe, cognoſcitur & intelligitur. Sed alio abſurdiſſimo & inconuenientiſſimo ſenſu, vt per hoc, quod dixit, impios ad interitum prędeſtinatos nolent intelligi ipſos impios ad interitum prædeſtinatos: ſed, quod nemo credere aut ſuſpicari poſſet, pœnam eis intelligi voluerit eſſe prædeſtinatam. Quis vnquam audiuit tam pertinacem audaciam, vel tam audacem pertinaciam? vt Sanctiſſimum & veraciſſimum Doctorem ipſum de ſe fateri compellat, quia quod dixit impios in ſua impietate permanſuros prædeſtinaſſe ad interitum, non dixit quia veraciter ita ſit, ſed quòd in eius verbis nullatenùs ſonat, pœnam eis intelligi voluerit præparatam. Quis talem abſurditatem, immò inſaniam ferre poſſit? nos enim manifeſtè nouimus &c.]

Ibidem. Et vbi plurimis rationibus probatum eſt librum illum non eſſe Sancti Auguſtini (quod hodie in confeſſo eſt. Ideóque rationes illas hic prętermittimus.) Additum fuit: vnde magis credibile eſt, quòd non paruo ſpatio poſt eius obitum à quodam alio ſcriptus ſit, & magna ex parte iuxta modum, & formam ſenſuum eius contra Pelagianos, & Cœleſtianos hæreticos de illis quinque periculoſioribus eorum quæſtionibus breuiter collectus atque digeſtus. Et quia auctor eius ipſius Beati Auguſtini ſenſus breui iſto opuſculo velut in vnum collegiſſe & explicuiſſe videtur: ideo ipſi opuſculo nomen Sancti Auguſtini in titulo præferre voluerit: non quòd verè ab illo ſit editus, ſed verè, in quantùm auctor eius potuit, iuxta formam diſputationum eius digeſtus atque compoſitus: velut ſi eundem libellum latinè memoratorium Sancti Auguſtini appellare voluiſſet: nihil vtique aliud intelligeretur, niſi quia illud quod ab eo ſparſim, & multipliciter fuerat diſputatum, breuiter & velut ſub vno aſpectu poſitum memoriæ commendaret &c.]

Ibid. reſp. ad tertiam. ITEM in reſponſione ad tertiam Epiſtolam quæ eſt Rabani, nullam tamen (inquit de Rabano) eſſe diuinam prædeſtinationem erga

erga iuſtam damnationem eorumdem impiorum & iniquorum,& « A. 853.
tantummodo in parte electorum eſſe credendam verbis præfati «
libelli, qui Hypomneſticon dicitur, affirmare contendit: vnde «
& quia ipſe ante omnes, qui moderno tempore ſcripſiſſe referun- «
tur, de hac re ſcripſit, eius ſibi auctoritatem ſequi videntur, qui «
ſimiliter de eadem prædeſtinatione ſentiunt & defendunt.] «

Denique in reſponſione ad ſecundam iſtam quam nunc expendimus Epiſtolam his verbis (inquit) quid aliud imprimis reſpondere poſſumus, niſi quia de his rebus auxiliante & protegente diuinâ miſericordiâ, nullus labor, nulla neceſſitas noua inquirendi & inueniendi & ſcribendi apud eos extitiſſet, nec tanta diſſentio & contentio exoriri potuiſſet, ſi remoto omni præſumptionis atque animoſitatis ſtudio, ſola apud illos veritas in Sanctorum Patrum dogmatibus, & Eccleſiaſticis definitionibus, quorum rectiſsimam fidem & fideliſsimam doctrinam ſemper honorabiliter, & fideliter, & ſecuta eſt & ſequitur, & ſequetur Eccleſia, vnanimiter & humiliter atque obedienter inquireretur: & quod inuentum eſſet, pacificâ & tranquillâ pietate omnibus ſequendum proponeretur, & commendaretur: nec propter vnum libellum vſque hodie incerti auctoris, & inuſitati, nec vllatenus recipiendi ſenſus de quæſtione præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, tam claris & tantâ firmitate ſolidatis Eccleſiaſticæ veritatis inſtitutionibus præferre maluiſsent &c.] (Ibidem ad ſecundam.)

Vnde patet tantam fuiſse Sancti Auguſtini auctoritatem etiam apud Rabanum, Hincmarum & reliquos qui eius doctrinæ aduerſarentur, vt illum incunctanter ſequendum, & ſe ipſos indeclinabiliter ſequi profeſsi ſint, nec niſi ſub eius auſpiciis diuinam erga reprobos prædeſtinationem reſpuere tutum eſse crediderint. Sed falſo fundamento innixas eorum aſsertiones euaneſcere. Hæc per anticipationem dicta in examine ſecundæ Epiſtolæ eo quod nihil aliud hîc reponendum contineat.

De tertia quæ eſt Rabani ſuprà meminimus in principio huiuſce diſsertationis, ita vt nobis ſolum ſuperſit examen libelli Eccleſiæ Lugdunenſis præcipuè circa reſponſionem ad primam, quæ eſt Hincmari Epiſtolam, modò in ordine rei geſtę conſtet à quo editus fuerit hic libellus.

A. 852.

CAPVT XXVII.

Eccleſia Lugdunenſis per Remigium Archiepiſcopum Amuli ſucceſſorem tribus illis Epiſtolis reſpondet. Ac primum de propoſitionibus quæ Gotteſchalci eſſe dicebantur iudicium ferens; duas priores in quibus de prædeſtinatione agitur ab Hincmari cenſura vindicat, ſeptemque ea de re certiſſimas regulas tradit quas tamen poſtea Hincmarus pari temeritate ac inſcitiâ acerbiſſimè proſcindere auſus eſt.

VIDIMVS has tres Epiſtolas ad Amulum Lugdunenſem Archiepiſcopum ab Hincmaro & Pardulo miſsas, vt Eccleſia Lugdunenſis, quid de eadem re ſentiret, illis verè & fideliter reſponderet: veriſimile eſt Epiſtolas illas in ſingulari Eccleſiæ Lugdunenſis conuentu præſente Archiepiſcopo adiuncto Canonicorum rectè intelligentium Collegio expoſitas, perlectas, accuratè & diligenti examine ponderatas & diſcuſsas, piâ & fideli attentione omnia pertractata, iuxta Canonicas regulas & laudabilem Eccleſiæ Lugdunenſis conſuetudinem, quam obſeruatam videbimus anno ſequenti in examine quatuor Capitulorum Cariſiacenſium in libro de tenenda veritate Scripturæ, his verbis: hæc igitur cùm legiſſemus, & adiuncto nobis fratrum Deo donante benè ſtudentium & rectè intelligentium Collegio, piâ & fideli attentione ſingula pertractaſſemus vidimus &c.] Illis igitur Epiſtolis ſic diſcuſſis Remigium Amuli in Cathedra Lugdunenſi ſucceſſorem virum tum doctrina, tum pietate, tum morum ſanctitate eximium demandatam curam ante promotionem, vel poſt promotionem oblatam, pro Eccleſia ſua reſpondendi libenter ſuſcepiſſe in comperto eſt. Sicut libelli in Ioannem Scotum Florus Magiſter. Ita huiuſce de tribus Epiſtolis Remigius Lugdunenſis Archiepiſcopus auctor ab omnibus laudatur. Hoc ipſum teſtari videtur Hincmarus in opere ſuo de prædeſtinatione cap. 31. dum de hoc libello agit nomine quaterniunculorum vnius conſacerdotis ſui, & nominatim Guillelmus Paradinus Hiſtoriæ Lugdunenſis lib. 2. cap. 23. R. P. Maldonatus Societatis Ieſu Commentariis in Mathæum cap. 20. v. 28. & R.P. Sirmondus in hiſtoria ſua prædeſtinatiana cap. vltimo optimè librum hunc Eccleſiæ Lugdunenſis Sanctiſſimo eius Præſuli Remigio ſpecialiter vendicant licet etiam ſicut titulus præ ſe fert rectè dici poſſit Eccle-

Libell. de tenenda verit. ſcript. in principio.

Digitized by Google

 A. 852.

ſiæ Lugdunenſis. Compoſitum ſiquidem à Remigio in collegio totius Eccleſiæ confirmatum: ideoque nomine eiuſdem Eccleſiæ vulgatum fuiſſe certiſsimo argumento eſt non ſolùm Titulus ſed & eiuſdem præfatio, in qua cautum eſt emiſſas tres illas Epiſtolas ad Eccleſiam Lugdunenſem, & ipſius Eccleſiæ Lugdunenſis exoptatam & expetitam ſententiam. Sed quænam illa fuerit attendamus.

Imprimis aduertendum Eccleſiam Lugdunenſem condemnationis illius miſerabilis Monachi, quam ſuprà ſatis ſupérque expendimus, parum ſollicitam, doctrinæ Catholicæ tuendæ maximè fuiſſe intentam. Quapropter, inquit, etſi illius miſerabilis Monachi improbatur leuitas, improbatur temeritas, turpatur importuna loquacitas: non ideo diuina neganda eſt veritas.] Ad definitionem itaque primæ & ſecundæ ſententiæ in quibus de veritate diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis agitur. Septem « quaſdam regulas fidei ex diuinarum Scripturarum auctoritate « euenientes, & à Sanctis atque orthodoxis Patribus diligentiſsi- « mè commendatas tradidit, quas & Catholicus quiſque fideliſsi- « mè tenere debeat, & quicunque his contraria ſapit, non Catholi- « cè ſentire comprobetur.] Hæc ipſa ſunt verba Eccleſiæ Lugdunenſis, quæ nudæ ſaltem harum regularum expreſsioni nos adſtringunt, pium lectorem exorantes, vt eas cum ſubiectis in illo libello auctoritatibus attentè, ſinceriter & humiliter implorato Dei auxilio expendere non grauetur, eo magis quod Hincmarus in opere ſuo de prædeſtinatione cap. 31. impudentiſsimè regulas illas infamat, non fidei regulas, ſed ad infidelitatem portentoſa retiacula vocat.

Libell. de tribus qu. in principio

Septem fidei regulæ de prædeſtinatione.

Harum ergo prima eſt (inquit Eccleſia Lugdunenſis) vt omni- «
no firmiſsimè teneamus, quia omnipotens Deus nihil ex tempo- « 1. Reg.
re præſcierit vel prædeſtinauerit: ſed ſicut ipſe abſque vllo initio «
æternus & incommutabilis eſt: nulla enim Deo noua voluntas, «
nullum nouum conſilium, nulla noua diſpoſitio, nullum nouum «
iudicium, quaſi ex æterno apud ipſum, & in ipſo non fuerit, ſed «
poſtmodum eſſe cœperit: nihil namque eius diuinitati eſt acci- «
dens, nihil in eius diuinitate poteſt augeri, vel minui, aut mutari; «
& ideo quicquid præſciuit, æternaliter præſciuit, quicquid præ- «
deſtinauit, proculdubio æternaliter prædeſtinauit. Ad hanc fi- «
dem nos Scriptura Sancta, proculdubio inſeruit atque informat «
dicens: *Deus æterne qui occultorum es cognitor, qui noſti omnia an-* «
Dan. 13. v. 2. *tequam fiant.* Et ipſe omnipotens Deus qui cum de ſe ipſo teſta- «
Mal. 3. v. 6. tur & dicit. *Ego enim Dominus & non mutor &c.*] «
2. Regula nihil omnino eſſe, aut fuiſſe aut futurum eſſe poſſe in «
operibus Dei, quæ ſiue in condendis, ſiue in regendis, ſiue in con- « 2. Reg.

A. 853. » ſummandis, vel finiendis creaturis agit, quod nō ipſe in ſuo æterno
» conſilio atq; iudicio & veraciter præſcierit, & immobiliter præor-
» dinauerit. Atque ita omne quod tēporale eſt intemporaliter ſuâ
» præſcientiâ & prædeſtinatione præcedit. Et omne quod in eius æ-
» terna pręſcientia & prędeſtinatione diſpoſitum eſt etiam in rebus
» eſse poteſt: quicquid verò ibi diſpoſitū non eſt, nunquā & nuſquam
» eſse poteſt. Nihil enim temerè vel fortuitò, ſed omnia æternę ſuę
» ſapientię conſilio & ratione facit, vnde in eius laudibus veriſsimè
» dicitur, *omnia in ſapientia feciſti:* præceſsit enim eius ſapientia æ- Pſal.
» ternaliter omnia, quæ in creaturis facta ſunt vel fiunt ſiue futura 103. v.
» ſunt temporaliter &c.] Vnde conſtat omninò, quod in vtramque 24.
» partem electorum videlicet & reproborū, niſi eorū vel glorifica-
» tionem vel dānationem iuſtiſsimam præſcientia & prædeſtinatio
» diuina præcederet, nunquā in eis fieri atque adimpleri poſset: ſicut
» nihil omninò in operibus Dei eſse poteſt, quod nō ibi præceſserit.]

3. Reg. » 3. Regula in operibus omnipotentis Dei nō ſunt alia præſcita &
» alia prædeſtinata; ſed quicquid ibi eſt præſcitū, quia totū eſt bo-
» num & iuſtum, ſine dubio eſt etiam prædeſtinatū; & quicquid præ-
» deſtinatū vtique & pręſcitū, quia prędeſtinatio ſine præſciētia eſse
» non poteſt. Quantùm igitur ad ipſa opera diuina pertinet, ſiue di-
» cantur præſcita, ſiue dicantur prædeſtinata; tantumdē valet, & can-
» dem exprimit immobilē firmitatem &c. Sic ergo in præordinatio-
» ne electorum ad vitam, & in præordinatione reproborum ad mor-
» tem, quia vtrumq; iuſtū opus Dei eſt, ſicut Pſalmiſta teſtatur dicēs
» *iuſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, & Sanctus in omnibus operi-* Pſal.
» *bus ſuis*, nec præſcientia eius ſine prædeſtinatione, nec prædeſtina- 145. v.
» tio ſine præſcientia intelligi poteſt quia iſtud iuſtum eſt & rectum 17.
» opus ſuum & verè præſciuit & præſciendo iuſtè prædeſtinauit.]

4. Reg. » 4. Regula eſt: eiuſdē præſcientiæ & prædeſtinationis quod hæc
» duo in operibus rationalis creaturæ & diſtinctè & coniunctè in-
» telligi poſsunt, quia ſcilicet eiuſdē creaturæ opera alia ſunt bona,
» alia mala: & quia bona opera, ita ſunt ipſius creaturæ, vt ſint omni-
» nò principaliter & veraciter opera creatoris, *qui operatur in ea &* Phil. 2.
» *velle & perficere pro bona voluntate*, rectiſsimè tanquam verè diui- v. 13.
» na, id eſt diuinitùs inſpirata & geſta & pręſcita & prędeſtinata de-
» bent intelligi: mala verò opera eiuſdē creaturæ, quia ipſius tātum-
» modo ſunt, & ex eius vitio, non ex Dei voluntate vel operatione
» procedūt. Præſcita à Deo dici poſſunt, prædeſtinata non poſsunt:
» quia ita eſt ille certiſsimè præſcius omniū futurorum & bonorum
» ſcilicet & malorū, vt nunquam eſse poſſit prædeſtinator, ſicut nec
» auctor malorum. Præſciuit itaque Deus & prædeſtinauit rationa-
» lis creaturæ ſuæ omnia bona &c. Mala verò opera & mala merita
» eiuſdem creaturę præſciuit tantummodò, non prædeſtinauit.]

A. 853.

5. Reg. 5. Regula. Quod omnipotens Deus eadem præſcientiâ & prædeſtinatione ita quoſdam malos in ſua iniquitate & impietate, & præſcierit perſeueraturos, & ob hoc iuſtè prædeſtinauerit perituros: vt ex ipſa certa præſcientia, & iuſtâ prædeſtinatione ſuâ nulli neceſſitatem impoſuerit, vt malus eſſet, & aliud eſſe non poſſet: Hoc enim ſi feciſſet (quod abſit de eius bonitate ſentire) ipſe eſſet vtique auctor malorum, quæ ſuæ poteſtatis violentiâ fieri compuliſſet. Quod quàm horrendæ ſit blaſphemiæ dicere vel cogitare, omnis pius & fidelis intelligit. Suo ergo vitio impij & iniqui in malis ſuis pertinaciter perſeuerant, non aliquo Dei præiudicio, qui quotidie omnes ad pœnitentiam vocat, & ad ſalutem inuitat, & conuerſis ad ſe miſericordiæ ſuæ ſinum pandit, & inceſſanter declinari à malis & fieri bona hortatur & admonet &c. Non ergo ille tantæ bonitatis & pietatis Pater quemquam impellit aut compellit ad malum opus agendum, vel in malo opere permanendum. Tamen verè conſtringit iudicio ſuo in malis perſeuerantes ad iuſtum ſupplicium luendum: Et ibi ergo bonus, quia neminem vult malum eſſe: & hic iuſtus quia nullum iniquum & impium permittit impunitum eſſe: nuſquam autem malus, qui malorum tantummodo vltor, nunquam auctor exiſtit &c.]

6. Reg. 6. Regula. Vt in diuinis Scripturis nequaquam hoc pueriliter quæratur vel exigatur, vt ibi ſolummodo intelligatur diuina præſcientia vel prædeſtinatio, vbi hæc ipſa nomina præſcientiæ & Prædeſtinationis expreſsè & propriè poſita inueniuntur: ſicut eo loco vbi Apoſtolus dicit, *Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui*: (Rom. 8 v. 29.) Sed vbicumque res ipſa eiuſdem diuinæ Præſcientiæ & Prædeſtinationis certiſſimè poſita legitur, præſcientiam & prædeſtinationem ipſam intelligendam eſſe minimè dubitemus.]

7. Reg. 7. Regula. Vt neque de Electis Dei vllum perire poſſe credamus, neque de Reprobis aliquem ſaluari vllatenus exiſtimemus: non quia non poſſunt homines de malo ad bonum commutari, & de malis ac prauis boni ac recti fieri: ſed quia in melius mutari noluerunt, & in peſſimis operibus vſque in finem perſeuerare voluerunt: Nec poſſunt vllomodo pertinere ad ſortem Electorum, qui magis elegerunt permanere in malitia iniquitatum, & impietatum ſuarum: Hoc enim peſſimum & nefarium malum, quod eſt nolle ad Deum conuerti, neque de malo ad bonum commutari, ſed *Secundùm duritiam & impœnitentiam cordis ſui, theſaurizare ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij.* Ille in eis æternâ ſuâ præſcientiâ veriſſimè præuidit futurum, qui omninò falli non poteſt: Et quia

A. 853. » hoc veriſſimè præſciuit, iuſtè omninò tales perditioni æternæ » prædeſtinauit: Quod ergo non poſſunt ſaluari eorum eſt vitium, quia nolunt: Non Dei (quod abſit) aliqua iniquitas, » qui erga illos & verax ſemper extitit in præſcientia ſua, & » iuſtus in iudicio ſuo. Licet ſit & aliud genus Reproborum in » innumerabilibus videlicet millibus paruulorum, qui nec ætatem nec ſenſum ad aliquid boni agendum vnquam acceperunt: » ſed in ſola originalis peccati, quę per vnum hominem in mundum » intrauit, damnatione perierunt: de quibus quid aliud dicendum, » niſi quod & in eorum reprobatione, atque interitu omnipotens » Deus iuſtus eſt, in quibus non naturam benè à ſe conditam, ſed » culpam malè admiſſam & in eos originaliter transfuſam iuſtâ vltione damnauit &c.]

Sícque tandem Eccleſia Lugdunenſis has ſeptem Regulas » optimè concludit. Probet ergo ſeipſum homo, vt ex quotidiano » profectu ſiue defectu vitæ ſuæ, vtrum magìs ad ſocietatem Electorum, an (quod abſit) ad ſocietatem Reproborum propinquare ſe ſentiat; apud ſe ſollicitus perſpiciat & inquirat, orétque fideliter & perſeueranter quantùm poteſt, vt eum omnipotens Domini miſericordia & ab æterna damnatione eripi, & in Electorum » ſuorum iubeat grege numerari. Quia licet (vt Beatus Gregorius » dicit) obtineri nequaquam poſſint, quæ prædeſtinata non fuerint; ipſa tamen perennis regni Prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, vt ad hoc Electi ex labore perueniant, » quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens » Deus ante ſæcula diſpoſuit donare.]

Deinde illas ipſas Regulas ex auctoritate Sacrarum Scripturarum deſumptas, ex antiquæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum traditione confirmat, adductis maximé, Auguſtini, Fulgentij, Leonis Papæ, Gregorij Magni & venerabilis Bedæ teſtimoniis, & duas illas priores ſententias Gotteſchalco impoſitas ex prædi-

Ibidem. » ctis comprobat his verbis. Quia iuxta præmiſſam Catholicæ » fidei rationem omnipotens Deus ante conſtitutionem mundi, antequam faceret à principio, certis & iuſtis atque immutabilibus » cauſis æterni conſilij ſui, quoſdam prędeſtinauerit ad regnum » gratuitâ bonitate ſuâ, ex quibus nemo ſit periturus protegente » miſericordiâ ſuâ, & quoſdam prædeſtinauerit ad interitum iuſto » iudicio ſuo, propter meritum quod pręſciuit impietatis eorum: » Ex quibus nemo poſſit ſaluari, non propter violentiam aliquam » diuinæ poteſtatis, ſed propter indomabilem & perſeuerantem » nequitiam propriæ iniquitatis. Quid ergo reſtat, niſi vt ſi quid » aliter ſapimus, hoc Deo nobis reuelante humiliter abnuamus, & » clareſcentem veritatem fideliter amplectamur: quia vt Apoſto-

Digitized by Google

lus docet,non debemus poſſe aliquid aduerſus veritatem ſed pro veritate.]

Verùm antequam vlteriùs progrediamur, quoniam ſupradi-
ctę ſeptem Regulę ab Eccleſia Lugdunenſi pro certiſſima Eccle-
ſiæ Catholicæ doctrina, vt verę ſunt, & à M. N. Andræa Du-
Vallio Doctore Sorbonico, licet Hincmari partibus non infenſo,
in notis ſuis agnoſcuntur, traditæ ſunt: illas nihilominus ini-
quiſſimâ cenſurâ perſtringere non veretur Hincmarus d. cap. 31.
de Prædeſtinatione. Eius verba hîc referre non grauabimur, vt
magis diſcernat prudens lector modeſtiam à peruicacia, doctri-
nam ab errore, & veram fidem à perfidia: ſed & in præfata Sy- «
nodo (inquit Hincmarus) Capitulis, quę nobis dediſtis in qua- « Hincmar.
terniunculis vnius Conſacerdotis noſtri, ſeptem ſubiunctas inue- « de Prædeſt.
nimus non veritate, ſed nomine regulas: Quia non fidei (ſicut ibi- « cap. 21.
dem ſcriptum reperimus) regulæ, ſed ad infidelitatem ſimplici- «
bus protenſa ſunt retiacula &c. Et ſic per ſeptem illas non tam ve- «
ras regulas, ſed fictas reculas, ſicut ſolent Sorciariæ facere, ad «
ora vaſculi mella, & in inferioribus partibus venena ſupponere, «
Orthodoxorum verba detruncata pręponens, ad hanc ſummam «
intellectus ſui deducit ſententiam; vt ſicut Electi ad vitam, ita «
& Reprobi à Deo prędeſtinentur ad mortem, & ſecundùm prę- «
ſcientiam ſuam Deus damnauerit, quos in iniquitate & impietate «
perſeueraturos pręſciuerit, eoſdémque perituros prędeſtinaue- «
rit: quæ imitari volens Iſidorum de Ticonio & aliis ſapientibus «
ſeptem in Sacris Scripturis Regulas excerpentem, ſatis inſulsè «
& non veriſimilè nauſiauit, quęrendo quid diceret, qui loqui «
neſciens tacere non potuit. De quibus ſuperfluum duximus ſcri- «
bere, quia primam & ſecundam, ac tertiam ſiue quartam aranea- «
rum telas quaſi ſpecialiùs Sanctus Auguſtinus in libro de cor- «
rept. & gratia, & in lib. de bono Perſeuer. Et S. Proſper con- «
tra Genuenſes, nullius momenti eſſe demonſtrant: quintam verò «
Nęniarum & ſeptimã Regulam B. Auguſt. contra veteres Prędeſ- «
ſtinatianos in lib. de Prędeſt. Sanct. Et S. Gregorius in lib. 25. «
Moralium Iob in totum & per totum adnihilant. Sexta. Vt di- «
citur ſicut fumum pultium B. Auguſtinus inter cætera in libris de «
gratia & de Libero Arbitrio, & de bono Perſeuer. de Prædeſt. «
gratiæ, & ad Sixtum Presbyterum exſufflat, & facit penitùs non «
parere. Et noſtra mediocritas in tribus iſtum præcedentibus li- «
bellis & in iſto commemoratis ex Sanctorum Patrum auctorita- «
tibus hæc figmenta falſiſſima eſſe monſtrauit. Et quæ vera ſunt de «
præſcientia & prædeſtinatione Dei, & illic & iſtic ex Patrum Ca- «
tholicorum ſenſibus ſufficienter collegimus: Adeo vt qui verita- «
tem deſiderat, ei collectio tanta ſufficiat: quibus verò non iſta «

Digitized by Google

A. 853. » congeſta ſufficiunt, certum eſt quia nec plura proderunt, & plus
» falſis quam veris ſe committere geſtiunt.] Quis tantam temeritatem & ſuperbiam non miretur & æquo animo ferat? Immò quid iniquius, quid inſanius fingi poteſt? Sed hominis nequitia modò perſpecta fiet, iam pergamus ad reliqua.

Cap. 28.

CAPVT XXVIII.

Tertiam item propoſitionem, quod Deus eos tantum ſaluos fieri velit qui ſaluantur, minimè damnandam eſſe contendit Eccleſia Lugdunenſis: Quot modis intelligi poſſit ſententia Apoſtoli: Deus vult omnes homines ſaluos fieri &c.

De Voluntate Dei.

TERTIAM ſententiam ſeu quæſtionem de Voluntate Dei valde perplexam, & in Sanctorum Patrum ſcriptis multùm agitatam & multipliciter expoſitam, non præcipitanter definiendam cenſet per Præſulem ſuum Eccleſia Lugdunenſis, & hæc

Ibidem.

» profert inter reliqua. Primo itaque hoc dicendum, quod firmiſſimè ſit credendum & nullatenus dubitandum quod Apoſto-
» lus Chriſto in ſe loquente teſtatur & prædicat dicens de Deo:
» *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis* 1. Tim. 2
» *venire*: Et tamen manifeſtum eſt non omnes ſaluari, cum ipſa ve- v. 4.
» ritas dicat diſcernens inter eos qui ſaluantur, & qui condemnan-
» tur: *Qui crediderit & qui baptizatus erit, ſaluus erit: qui verò* Marc.
» *non crediderit condemnabitur &c.*] 16. v. 16

Tum quatuor expoſitiones ſententiæ illius Apoſtolicæ ex Sanctis Patribus profert, quarum tres primas, quas legitimas cenſet, Sacræ Scripturæ auctoritate confirmat: ſed hic illas nudè proferrè ſufficiet: Quomodo ergo (inquit) omnipotens Deus
» & *omnes homines ſaluos fieri vult, atque ad agnitionem verita-*
» *tis venire*, & tamen non omnes ſaluantur nec veniunt ad hanc
» agnitionem: cùm alibi Scriptura dicat: *Omnia quæcunque vo-* Ibid.
» *luit Dominus fecit?* Cur itaque hoc voluit & non fecit, qui *om-* c. 11.
» *nia quæcunque voluit fecit?* Hunc obſcuriſſimum & difficilli-

Quatuor modis.

» mum locum, in quantùm noſtræ puſillitatis memoriæ, occurrit.
» quatuor modis in Scripturis Catholicorum Patrum inuenimus
» explanatum, videlicet vt vel ita intelligamus dictum: *Qui vult*
» *omnes homines ſaluos fieri*; vt omnes omnia hominum genera
» accipiamus: id eſt Iudæorum & Gentilium, liberorum & ſeruorum,

Digitized by Google

uorum, virorum & mulierum, diuitum & pauperum, nobilium « A.853.
& ignobilium, & quæcunque huiuſcemodi &c. «

Aut ita accipiamus dictum *Qui vult omnes homines ſaluos* « 2.
fieri: vt illos ſolos ſaluari intelligamus, quos ipſe ſaluare volue- «
rit: id eſt non quòd omnes ſaluentur, ſed quòd nemo, niſi miſe- «
rationis eius voluntate ſaluetur &c. «

Vel certè ita intelligatur: *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*; « 3.
quia hoc Sanctos ſuos per Spiritum ſuum velle facit, id eſt velle «
eis inſpirat: vt omnes homines, ſicut ſe ipſos, ſaluos fieri optent, «
ſicut & de Spiritu Sancto intelligendum eſt, quòd idem dicit «
Apoſtolus, *Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenar-* «
rabilibus &c.] «

Quarto autem modo ita à Sanctis Patribus intellectum inueni- « 4.
tur, quod dictum eſt, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, vt ſim- «
pliciter accipiatur hoc de omnibus hominibus (quantùm in ipſo «
eſt) Deum velle, eo quòd omnes ſaluari velit *bonitate Crea-* «
toris, ſed quia Liberi Arbitrij eos condidit, expectet vt hoc «
etiam ipſi velint, & ſi voluerint iuſtè ſaluentur, ſi noluerint iuſtè «
puniantur.] «

En quatuor quos profert ex Sanctis Patribus expoſitiones: quarum tres primæ ſunt Sancti Auguſtini ſæpiùs in ſcriptis ſuis contra Pelagianos eorúmque reliquias repetitæ, immo etiam pro certâ & veriſſimâ fidei regulâ in excluſionem quartæ in Enchiridio ad Laurentium cap. 103. traditæ: ſic etiam nec aliter Eccleſia Lugdunenſis huius poſtremæ ſententiæ abſurditatem
exprimit. Sed huic ſenſui (inquit) imprimìs illud videtur eſſe « Ibid. c. 11.
contrarium, quomodo omnipotens Deus eorum, quos vult ſal- «
uos fieri, expectet voluntatem, vt & ipſi ſcilicet propriâ arbi- «
trij libertate ſalui eſſe velint; cùm velle fideliter ſaluum fieri «
ſit per Redemptionem Domini Ieſu Chriſti (quia ſicut Beatus «
Petrus Apoſtolus docet: *Non eſt in vllo alio ſalus, non eſt aliud* «
nomen ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri; «
nemo omninò poſſit: *Niſi in eo Deus operetur & velle & perfi-* «
cere pro bona voluntate, ſicut manifeſtiſſimè Apoſtolicæ do- «
ctrinæ veritas docet. Vt quid Deus expectat eorum, quos vult «
ſaluos fieri voluntatem, vt ipſi Libero Arbitrio ſuo incipiant vel- «
le ſaluari, & tunc diuinâ bonitate ſaluentur, vt initium ſalutis «
eorum ſit ex ipſis, perfectio autem eiuſdem ſalutis ex Deo: & vbi «
erit quod idem Apoſtolus dicit, *Aut quis prior dedit illi & retri-* «
buetur ei? Aut quomodo in tali ſenſu Pelagianus error non habet «
victoriam, qui ſalutem hominis non ex Dei dono, ſed ex Libero «
ipſius hominis Arbitrio eſſe confirmat.] «

Hh

Digitized by Google

A. 853. Tum inquirit cur Deus non omnes homines ſaluet : Quod ſi
» falſum eſt (inquit) ſicut omninò falſum eſſe conuincitur, quid
» cauſæ eſt vt Deus, *Qui omnes homines vult ſaluos fieri* non om-
» nes homines ſaluet ? Voluntatem eorum non expectat, quia vo-
» luntatem veræ ſalutis ſuæ nemo habere poteſt, niſi per illum.
» An quod vult non poteſt omnipotens : vt (quod abſit) velit
» ſaluari omnes homines, nec poſſit? Quid ergo reſtat, niſi vt ille,
» *Qui omnia quæcunque voluit fecit*, ideo non hoc faciat, quia
» nolit, non quia non poſſit : Quia ſicut verè *omnia voluit fecit*:
» ita verè noluit, quę non fecit. Cur ergo noluit? niſi quia in
» hac re, ſicut iuſtum, ita & occultum eſt iudicium eius, cui
» Pſalmiſta dicit, *Iudicia tua abyſſus multa*, & de quo Apoſto-
» lus dicit : *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſi-
» liarius eius fuit ?* Et iterùm, *Nunquid iniquitas apud Deum ?*
» abſit &c.]

» Deinde ſolemnem illam voluntatis Dei diſtinctionem in bo-
» nitatem Creatoris & ſeueritatem iudicis exponit: ita fit (in-
» quit) etiamſi ſecundùm pium quorumdam Patrum piorum ſen-
» ſum, Deus *omnes homines vult ſaluos fieri* bonitate Creatoris,
» quâ creaturam ſuam benè à ſe conditam perire non vult : idip-
» ſum iterum nolit iudicis æquitate, quâ eandem creaturam ſuam
» vel originali, vel etiam actuali peccato nequiter inquinatam
» & vitiatam impunitam eſſe non ſinit : in tantum enim nemi-
» nem vult perire, nec voluntas eius alicui cauſa perditionis exi-
» ſtit, vt per Prophetam etiam iuret & dicat : *Viuo ego, dicit
» Dominus, quia nolo mortem impij : ſed vt reuertatur à via ſua
» impia & viuat.* Et tamen ipſe qui non vult mortem impij, perſe-
» uerantem in impietate ſua impium proculdubio punit. Ita in vno
» atque eodem homine & bonitatem & ſeueritatem ſuam oſten-
» dens, bonitatem quâ non vult eum perire, ſeueritatem qua perſe-
» uerantem in iniquitate non vult impunitũ relinquere. Si ergo hoc
» quod de vno homine diximus, de vniuerſo genere hominum per-
» euntium ſimiliter intelligatur, poteſt forſan non abſurdè dici
» quod Deus omnes homines velit ſaluos fieri *bonitate Creatoris*, &
» tamen eos, quos indignos ſalute iudicauerit, *iuſtâ iudicis ſeue-
» ritate non ſaluet &c.*]

Ibid. c. 13. » De ſupradictis etiam quatuor modis iudicium ſuum aperit : in
» tribus itaque (inquit) prioribus modis intelligentiæ eorum
» verborum, quibus de Deo dicitur, *Qui vult omnes homines ſal-* 1. Tim.
» *uos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, nulla abſurditas, nulla 2. v. 4.
» repugnantia fidei inuenitur. 1. Quia ſiue omnes homines, quos
» Deus vult ſaluos fieri, omnia genera hominum accipiantur.
» 2. Siue omnes homines ſaluos fieri Deum velle ita intelligatur:

quia omnes qui ſaluantur, non niſi eius voluntate ſaluantur. 3. Si- « A. 83.5
ue eo modo dictum credatur, omnes homines Deum velle ſaluos «
fieri: quia in Sanctis ſuis ipſe hoc vult, qui eis talem volunta- «
tem inſpirat, vt omnes homines velint ſaluos fieri, ſicut ſeipſos: «
In his (inquam) omnibus & vera omnino & ſalubris intelligen- «
tia eſt. In quarto autem modo illud ſine dubio cauendum, quia «
& occaſionem Pelagianæ prauitati præbet, quòd Deum, vt ſal- «
uet homines, humanas aſſerit expectare voluntates. Contra «
quem errorem ita in antiquis Patrum Conciliis legitur defini- «
tum. *Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatem noſtram Deum* « Conc. A-
expectare contendit; non autem, vt etiam purgari velimus, per « rauſic. 2.
Sancti Spiritus infuſionem, & operationem in nobis fieri confitetur, « Can. 4.
l x x. *reſiſtit ipſi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti. Preparatur* «
Prou.8. *voluntas à Domino*; & *Apoſtolo ſalubriter prædicanti: Deus eſt* «
Phil. 2. v. 13. *qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.*] «

Denique recipiendam illam diſtinctionem & vitandam om- « d. cap. 13.
nem inquietam in tam perplexa quæſtione contentionem æ- «
quanimi ſententia decernit: quòd autem ibi ſimpliciter intelli- «
gitur (inquit) *Deum omnes homines velle ſaluos fieri* bonitate «
ſcilicet Creatoris, ita (vt putamus) fideliter poteſt recipi: ſi «
hanc bonitatem voluntatis ſuæ erga ſalutem hominum non cre- «
datur humanâ obſiſtente voluntate implere non poſſe, ſed obſi- «
ſtente humanâ iniquitate implere nolle: Quæ omnia cùm tam « Notā.
obſcura ſint, & tam profunda atque perplexa, nollemus inter «
Fratres & Chariſſimos noſtros aliquid de his contentioſè venti- «
lari, vel temerè definiri: ſed potiùs quod in eis certum eſt, ſine «
dubitatione defendi: quod autem etiam inter magnos diuerſo «
modo, ſed non diuerſâ pietate ſentientes ambiguum atque in- «
certum remanſit, etiam apud nos & reuerenter honorari, quia «
neutrum eorum videtur eſſe falſum, vel fidei contrarium: & ma- «
gìs in talibus inquietos & contentioſos ad tranquillitatis & ſo- «
brietatis modeſtiam prouocari, quàm pro inuſitatis & minùs »
elucentibus rebus, aliquem immoderatâ auſteritate ac ſeueritate «
damnari.] «

A. 853.

Cap. 29.

CAPVT XXIX.

Quartam Propoſitionem de Chriſti Redemptoris Morte Eccleſia Lugdunenſis explicat, Chriſtúmque pro impiis, & infidelibus in impietate mortuis aut morituris Crucifixum negat.

De Morte Chriſti.

DE quarta quæſtione vtrum pro omnibus indiſtinctè mor-
» tuus ſit Chriſtus: Nihil (inquit) confusè & inconſideratè
» dici vel definiri vellemus. Habet enim & ipſa profunditatem &
» difficultatem ſuam, non noſtrâ præſumptione, ſed Scripturarum
» Sanctarum veritate, & Orthodoxorum Patrum auctoritate dili-
» gentiùs perſcrutandam, & in quantum Dominus aperire digna-
» tur, fideliter intelligendam.]

Sic igitur profundam illam quæſtionem expendit, vt primò proferat, quod ab omnibus recipitur, Chriſtum animam ſuam poſuiſſe pro ouibus ſuis, quod ex Sanctarum Scripturarum veritate maximè ex Ioan. 3. verſ. 14. probat intelligendum de ſolis fidelibus, *Sicut Moïſes exaltauit Serpentem in deſerto, ita exaltari* Ioan. 3. *oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pe-* v. 14. *reat, ſed habeat vitam æternam:* Et quoniam continuo ſubjunxit Euangeliſta: *Sic enim & Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Secundò, inquirit quis ſit ille mundus,

Lib. de trib. Epiſt. c. 14.

& iuxta S. Auguſtini doctrinam mundum fidelium ab infidelium
» mundo diſcernendum tradit. Et quis (inquit) iſte ſit *mundus,*
» *quem Deus dilexit* & pro quo vnigenitum ſuum dedit, continuò
» exponens adjunxit: *Vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed*
» *habeat vitam æternam*: ſic enim & ibi intelligendus eſt mundus,
» Deo dilectus, & per vnigenitum eius Redemptus: vbi B. Ioan-
» nes Apoſtolus dicit: *Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,* 1. Ioa. 2.
» *non pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius mundi:* Et vbi B. v. 2.
» Apoſtolus dicit, *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi,* 2. Cor.
» *non reputans illis delicta ipſorum.* Eſt namque mundus in infide- 5. v. 19.
» libus inimicus Deo, nec reconciliatus Deo, de quo ſcriptum eſt:
» *Et mundus eum non cognouit.* Et iterum, *Et mundus totus in mali-* 1. Ioa. 5.
» *gno poſitus eſt.* Totus ergo mundus in ſalute, totus in incredulitate, v. 19.
» totus in reconciliatione & totus in inimicitiis, quia & ille in ſuo
» genere totus, & iſte in ſuo genere totus intelligendus eſt.

Ibid. c. 15.

Tertiò. Omne hominum genus quantùm ad gratiam Redemptionis & reconciliationis in quatuor ordines partitur. In hac

(inquit) redemptionis & reconciliationis gratia primus ordo eſt « A. 853.
electorum & Prædeſtinatorum ad vitam æternam, de quibus pe- «
rire nullus poteſt, & qui omninò omnes ſaluantur, & ad quos «
pertinet quod Dominus dicit: *Qui perſeuerauerit vſque in finem* «
hic ſaluus erit. Secundus ordò eſt eorum fidelium, qui rectâ fide «
& pietate accedunt ad gratiam Baptiſmi, & per eam accipiunt in- «
dulgentiam peccatorum baptizati in morte Chriſti & abluti à «
peccatis ſuis in ſanguine eius. Ac per hoc participes ipſius re- «
demptionis effecti, ſed poſteà diuerſis tentationibus & iniquita- «
tibus gratiam ipſius fidei & redemptionis amittunt, perſeuerantes «
in malis ſuis, & ſic de ſæculo exeuntes &c. Tertius autem ordo «
eorum qui ad hanc gratiam accedunt in illis accipiendus eſt, qui «
adhuc in infidelitate poſiti, vocandi tamen ſunt per miſericordiam «
Dei, & hoc ſine dubio in Eccleſia conſecuturi, quod conſecuti «
ſunt & illi duo ordines ſiue perſeuerantium ſiue non perſeueran- «
tium in gratia Chriſti, de quibus iam diximus: De his namque «
Marc. 16. v. 6. Domini voce promittitur: *Qui crediderit & baptizatus fuerit ſal-* «
uus erit. Quartus verò ordo de quo ſtatim ſubiungitur: *Qui au-* «
tem non crediderit condemnabitur, manifeſtè extra numerum fide- «
lium iacet, & æternæ condemnationi eſt deſtinatus: qualibus di- «
Ioan. 10. v. 16. ctum eſt: *Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis: &* «
propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis: & qui non cre- «
dit iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti Filij «
Dei.] «

Quarto pro tribus illis ordinibus ſcilicet pro fidelibus credenti-
bus ſeu crediturìs mortuum & Crucifixum Chriſtum aſſerit, &
ex Sanctorum Patrum Hieronymi, Auguſtini, Leonis, & Grego-
rij Magni auctoritate confirmat: Pro iſtis itaque (inquit) tribus « Ibid. cap. 16.
ordinibus ad Chriſti gratiam & ſocietatem fidelium pertinenti- «
bus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & veniſſe, vt eos ſaluaret, «
& Crucifixum eſſe, vt eos redimeret, eóſque in ſua morte bapti- «
zaret, & in ſuo ſanguine à peccatis ablueret, & fideliter creden- «
dum tenemus, & hoc non ſolùm ex diuinis Scripturis, ſed etiam ex «
Sanctorum Patrum fide & doctrina euidenter agnoſcimus &c.] «

Quinto Scripturam Sacram vbi de redẽptione pro omnibus agi-
tur de illis ſolis intelligendã eſſe ex Scripturis ipſis demõſtrat. Et
licet (inquit) Apoſtolus de eodem Domino & Redemptore noſtro « d. cap. 16.
1. Tim. 2. v. 5. dicat. *Vnus enim Deus, vnus eſt mediator Dei & hominum homo* «
Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus: «
Tamen iuxta ſuperiùs demonſtratam fidei regulam rectè intelli- «
gitur pro illis omnibus ſe redemptionem dediſse, pro quibus «
etiam dignatus eſt mediator Dei & hominum eſse: neque enim «
infidelium mediator eſt, ſicut nec aduocatus, vel reconciliator: «

A. 853. » ſed fidelium tantùm, de quibus Beatus Ioannes Apoſtolus dicit:
» *Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe* 1. Ioan. 2. v. 2.
» *eſt propitiatio pro peccatis noſtris:* Vt videlicet accipiatur quod
» dictum eſt: *Qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus*, non
» quòd omnes eius paſſione redemerit, ſicut vtique manifeſtum
» eſt: ſed quod nemo accipiat redemptionem niſi in illo & per il-
» lum. Dicit etiam alibi idem Apoſtolus de Domino: *Vt gratia* Hebr. 2. v. 9.
» *Dei pro omnibus guſtaret mortem*, & pro quibus omnibus mortem
» guſtaſse intelligendus ſit, continuò demonſtraſse cum ſubiunxit.
» *Decebat enim eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui* v. 10.
» *multos filios in gloria adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſsio-*
» *nes conſummari:* Similiter & alio loco, vbi de eodem Domino
» noſtro dicit: *Quia vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mor-* 2. Cor. 5. v. 14.
» *tui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt:* Statim pro quibus omnibus
» mortuus eſſe intelligendus ſit, ſubiunxit dicens: *Vt & qui viuunt*
» *iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit:*
» Iſti namque ſunt omnes &c.]

Ibid. c. 18. Sexto, vt euincat Chriſtum mortem non ſubiiſſe pro impijs, qui fidem eius nunquam ſuſceperunt, nec ſuſcepturi ſunt argumento eorum qui natiuitatem & paſſionem Chriſti præceſſerunt, reliquos probat pariter à paſſione Chriſti fuiſſe alienos: quamuis
» igitur (inquit) idem Dominus noſter, & ad omnes ſaluandos, &
» ad omnes redimendos, etiam quos nec ſaluauit nec redemit, ideſt
» infideles & impios in ſua infidelitate & impietate perditos, &
» pereuntes ſiue perituros veniſſe contendatur. Vnum tamen eſt
» quod nos & fideliſſimè credimus, & veriſſimè nouimus, quia non
» pro illa innumerabili & infinita multitudine impiorum, qui ab
» exordio mundi vſque ad paſſionem Domini per quatuor fermè
» annorum millia in ſua impietate ſunt mortui, & apud inferos æter-
» nâ perditione damnati, nunquam Dominus paſſus, nunquam
» mortuus eſt, nec ad eos ſaluandos vllatenus venit, nec pro eis
» pretioſum ſanguinem fudit: quoniam ſolos illos ex his qui ab ex-
» ordio mundi vſque ad paſſionem eius extiterunt, eadem paſſione
» ſuâ redemiſſe, & ſaluaſſe, atque ab inferni clauſtris eduxiſſe cre-
» dendus eſt, qui & fideliter eum ſperauerunt venturum, & fideli-
» ter per eum redemptionem & liberationem ad ſalutem ſe acce-
» pturos crediderunt &c.]

» Et paulo poſt: cùm ergo pro illa inæſtimabiliter maiore huma-
» ni generis parte, quæ per tot millia annorum præceſſerat, nulla-
» tenus credendus ſit paſſus, nec pro eius ſalute crucifixus: quid de
» iſta vtique minori parte infidelium & impiorum credendum eſt,
» qui poſt paſſionem eius vſque ad mundi terminum aut extiterunt,
» aut exiſtunt, aut futuri ſunt: in quibus vtique & homo ille nondum

natus Antichriſtus erit: nam ſi ad iſtos tales Dominus ſaluandos A. 853. venit, ideſt impios & in ſua impietate perituros: ergo præſtitit illis, quod illis antiquis impiis non præſtitit: quia videlicet pro iſtis eſt crucifixus, & mortuus, quod pro illis nullatenùs credendus eſt paſſus: ſi autem nec pro iſtis eſt crucifixus nec mortuus, ſicut nec pro illis: Ergo pares ſunr impietate, pares perditione, & pariter omninò extranei à Chriſti redemptione: quia etſi pro iſtis paſſus eſſe dicatur, quid eis profecit eius paſſio impiis, & in ſua impietate perituris: niſi vt qui non fiunt participes redemptionis, maiorem & grauiorem incurrant cumulum damnationis.]

Septimo B. Leonem Papam, vbi de generali omnium redem- Ibid. c.19. ptione agit, de ſolis credentibus intelligendum pluribus docet, vbi (inquit) generalem remiſſionem vel generalem indulgentiam ponit propter omnium hominum vel omnium nationum genus dictum accipiendum ſit. Et vbi pro omnibus impiis Dominum mortem ſuſcepiſſe docet, pro omnibus ex impietate conuerſis & in eum credentibus ſicut ipſa eius verba in multis declarant, accipiendum ſit, &c.]

Denique etiam in hac quæſtione Eccleſia Lugdunenſis hanc viam pacis apperuit, hoc temperamentum adhibendum cenſuit his temporibus eo magis neceſſarium, quòd multorum improuida deuotione habentium zelum, ſed non ſecundùm ſcientiam eo impudentiæ proruperit, vt eos qui cum Eccleſia Lugdunenſi & antiquis Patribus præſertim Sancto Auguſtino pro ſolis fidelibus mortuum Chriſtum profitentur, anathemate, quod ipſi ſuâ temeritate merentur, feriendos cenſeant: ſic igitur hanc quæſtionem concludit Sanctus Remigius, & cum eo tota Eccleſia Lugdunen- Ibid. c.20. ſis: quòd ſi inueniantur aliqui Patrum, qui etiam pro impiis in ſua impietate permanſuris Dominum crucifixum dicant, ſi hoc diuinæ Scripturæ certiſſimis & clariſſimis documentis probant; erunt ergo illa quæ ex verbis Domini de hac re commemorauimus aliter intelligenda, quod eſt omninò mirum, vel potiùs incredibile poſſe fieri. Nota. Si autem abſque vllis Scripturæ (vt dictum eſt) non ambiguis quæ & aliter intelligi poſſint, ſed certis omninò teſtimoniis hoc dixiſſe inueniuntur, quis non videat potiorem illam eſſe auctoritatem, quæ & tam euidenti ratione, & tam multiplici Scripturarum atteſtatione firmatur. Si autem placet, ſicut & nobis multum placet, vt etiam iſtorum ſententia ex pietate veniens propter pacem & venerabilem pietatem Beatiſſimorum Patrum non renuatur. Nulla ergo contentione pro aliis aduerſus alios litigetur, non vna ſententia pro altera damnetur: & quia verè fieri poteſt, vt ignorantiam & imperitiam noſtram in hac re aliquid lateat, nihil temerè definiatur: vt quolibet quis acquieſcat modo, non ſit hæreticum niſi contentione hæreticum fiat.]

CAPVT XXX.

Quintam de Libero Arbitrio ſententiam ab Hincmaro Gotteſchalco falsò impoſitam reiicit, Liberum Arbitrium per peccatum emortuum eſſe docet. Vnde opera omnia infidelium vitioſa: Bona autem opera fidelium non ex ſe ipſis, ſed ex gratia. Reſponſio ad ſecundas obiectiones: vnam de prædeſtinatis ad interitum: Alteram de Libero Arbitrio. Rursùm aliqua de prædeſtinatione in reſponſione ad tertiam Epiſtolam quæ Rabani.

De libero arbitrio lib. de tribus Epiſt. c. 21.

POSTREMO quinta & vltima ſententia de libero arbitrio, quam falsò & calumnioſè miſerabili illi Monacho adſcriptam euicimus, ſic improbatur à Remigio & Eccleſia Lugdunenſi: Additur adhuc in præfata Epiſtola dixiſſe illum miſerabilem Monachum, quod poſtquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed tantùm ad malè agendum libero poteſt vti arbitrio, quod eſt vtique non ſolùm mirabile & inauditum: ſed quantùm nobis videtur etiam incredibile: vt homo inter fideles & à fidelibus nutritus & eruditus, & in Eccleſiaſticorum Patrum ſcriptis non parùm exercitatus, hoc dicere vel ſentire potuerit; quòd poſt primi hominis lapſum nemo etiam fidelium ad benè agendum libero poſſit vti arbitrio, ſed tantùm ad malè agendum: tanquam in nobis non ſit liberum arbitrium niſi ad malum. Ad bonum autem ſola in nobis Dei gratia abſque libero arbitrio operetur: ſi enim dixiſſet generaliter nemo hominum & addidiſſet, ſine Dei gratia, & ita ſubiungeret, libero benè vti poteſt arbitrio, eſſet Catholicus ſenſus, & Catholica omninò aſſertio &c. Et paulo poſt: quod genus erroris nec apud hæreticos nec apud quemquam Catholicorum nos cognouiſſe vel audiuiſſe meminimus, ita vt etiam de iſto hoc nobis (vt iam diximus) incredibile videatur &c.]

d. cap. 21.

Deinde quale verè per peccatum originale factum ſit liberum arbitrium geminâ ſimilitudine ſanitatis & vitæ animæ oſtendit. Sicut enim (inquit) vnus atque idem homo poteſt eſſe ſanus, & ex ſano qualibet intemperantiâ effici infirmus, & remedio ſalutari iterum fieri ſanus: ſic & liberum humanæ mentis arbitrium, quod prius erat ſanum, factum eſt primo homine peccante infirmum; & quod erat ſaluum, factum eſt perditum; & quod erat viuum, factum eſt mortuum, &c.]

Quod

Digitized by Google

Quod poſt quam pluribus executus eſt & ex Scripturis Sacris A. 853.
probauit, obiectioni occurrens, eámque ſoluens clariùs natu-
ram, & qualitatem Liberi Arbitrij noſtri aperit. Nec aliquis in- d. cap. 11.
ſidioſus (inquit) & calumnioſus obiicere nobis conetur, quod ita «
dicamus Liberum Arbitrium per peccatum primi hominis perdi- «
tum & mortuum quaſi naturam ſuam, in qua naturaliter habet «
inſitam liberi arbitrij voluntatem perdidiſſe intelligendus ſit: non «
enim perdidit naturam, ſed bonum naturæ, non perdidit velle, «
ſed perdidit bonum velle, nec perdit anima naturam ſuam cùm «
moritur, in quá ſicut ſemper exiſtit, ita & ſecundùm quemdam «
modum ſuum ſemper viuit, & tamen verè moritur non abolitio- «
ne ſubſtantiæ, ſed amiſſione veræ vitæ ſuæ, quod illi Deus eſt: & «
ideo prorſus ipſum Liberum hominis Arbitrium neceſſe habet re- «
quirentem & inuenientem, vt ex perdito fiat ſaluum; neceſſe ha- «
bet ſuſcitantem & viuificantem, vt ex mortuo fiat viuum: neceſſe «
habet etiam redimentem, vt quod erat ſeruituti obnoxium poſſit «
effici liberum. Erat namque ſeruituti obnoxium, quia peccato «
Ioan. ſubiugatum, *& omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* A qua «
8.v.34. ſeruitute fit liberum per eum qui dixit. *Si vos filius liberauerit,* «
v.36. *tunc verè liberi eritis*, & per donum Spiritus Sancti de quo Apo- «
2.Cor. ſtolus ait: *Vbi Spiritus Domini, ibi Libertas.* Perdiderat itaque «
3.v.17. homo per primæ præuaricationis lapſum, & in eo omne genus «
humanum veram arbitrij libertatem, qua antea liberum erat ad «
appetendum & habendum verum & diuinum & æternum bonum: «
nec hanc fœlicem & veram bonæ voluntatis libertatem vllomodo «
valet recipere, niſi per redemptionem Chriſti fiat liberum, & per «
gratiam Spiritus Sancti de ſeruitute peccati in libertatem iuſtitię «
transferatur.] «

Illud ipſum iterum pleniùs inculcat, quod nec hîc prætermit- Ibid. c. 12.
tendum cenſemus, quo magis ſtatus liberi arbitrij (in quo eſt ma-
xima controuerſia) innoteſcat: hæc eſt ergo (inquit) infirmitas «
& perditio, & mors liberi arbitrij, per vnum hominem ingreſſa «
in mundum, quâ per ſe nullatenus valet aſſurgere ad verum & «
æternum & beatificum bonum, niſi per ſecundum hominem fue- «
rit ſanatum, inuentum, viuificatum & redemptum Idipſum nam- «
que liberum hominis arbitrium, ideſt ipſa humanæ mentis bona «
& recta voluntas, cum qua homo bonus & rectus conditus fuerat, «
& Deo obediendo ante peccatum perſeuerabat bona, & Deum «
contemnendo per peccatum facta eſt mala, & per iuſtificationis «
Chriſti gratiam ad Deum reſipiſcendo & redeundo efficitur bona: «
ipſa erat ante peccatum libera, ipſa facta eſt per peccatum ſerui- «
tuti obnoxia, ipſa fit per iuſtificantem gratiam liberata, & re- «
nouatur de die in diem vſque dum ad perfectam libertatem vitæ «

A. 853. » æternæ per eandem gratiam perducatur ita liberum arbitrium ad
» verum bonum & per Adam agnoſcitur veriſſimè perditum, & per
» Chriſtum veriſſimè reſtauratũ, qui non abſtulit hominis liberum
» arbitrium, ſed (vt dictum eſt) infirmum ſanans perditum inuenit,
» mortuum ſuſcitauit, ſeruituti addictum redimendo liberauit.]

Deinde de operibus mortuis infidelium, & fidelium ex gratia
Ibid. c. 22. » Dei viuis operibus agitur. Sed primùm de illis hæc habentur:
» ideo in infidelibus idipſum liberum arbitrium ita per Adam dam-
» natum & perditum, in operibus mortuis liberum eſſe poteſt, in
» viuis non poteſt. Vnde ante omnia neceſſaria eſt homini omni ſan-
» guinis Chriſti redemptio per quam & emendetur ab operibus
» mortuis, & viuificetur ad ſeruiendum Deo viuenti: quod com-
» mendans Apoſtolus dicit: *Quanto magis ſanguis Chriſti qui per*
» *Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit, immaculatam Deo emun-*
» *dauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo*
» *viuenti.* Verè enim mortua ſunt omnia opera infidelium, non ſo-
» lùm quando apertè vitiis & peccatis ſeruiunt, ſed etiam quando
» naturali bono in quantum omnipotens Creator tribuit, inſtigati
» vel naturali lege commoniti, quæ quotidie in cordibus eorum
» clamat *quod tibi non vis, alij ne feceris:* Et, *omnia quæcunque vul-*
» *tis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis:* Quædam
» bona opera & velut quaſdam virtutes habere atque exercere vi-
» dentur: quia fidem Dei & Chriſti eius vel ignorantes vel odio
» habentes, aut etiam perſequentes, quod ex illa fide non operan-
» tur, omninò nec bonum opus, nec vera virtus eſſe poteſt, quæ
» non procedit ex radice veritatis & bonitatis: dum enim illa ipſa,
» quæ ſecundum homines videntur eſſe bona opera, nequaquam
» verâ fide ad Dominum referuntur quem ignorant; nec propter
» eum agunt, ſed propter quandam honeſtatem, quâ inter homines
» magni videantur, vel propter cupiditatem alicuius commodi
» temporalis, ipſâ impietate infidelitatis, ipſâ inflatione elationis,
» ipſâ peruerſitate cupiditatis, ita immunda & inquinata ſunt om-
» nia, vt apud Deum non virtutes, ſed vitia iudicentur. Vnde Apo-
» ſtolus ait: *Inquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed*
» *inquinata ſunt eorum & mens & conſcientia:* Et iterùm: *Omne au-*
» *tem, quod non eſt ex fide peccatum eſt. Et ſine fide impoſſibile eſt pla-*
» *cere Deo.*]

» Sèd & de operibus fidelium: fideles autem (inquit) Chriſti ſan-
Ibid. c. 23. » guine redempti, & per lauacrum regenerationis & renouationis
» inundati, inſtauratâ in ſe, & quotidie inſtaurandâ arbitrij liberta-
» te, eâdem gratiâ, per quam ſemel illuminati ſunt, ſemper coope-
» rante & auxiliante, operantur opera bona, non ex ſe ipſis, neque ex
» viribus propriis; ſed ex illo, cuius ſpiritu aguntur: quia (vt Apo-

Rom. ſtolus dicit.) *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei:* « A. 853.
8. v. 14. Qui etiam vt manifeſtiſſimè oſtenderet & commendaret, & fideles operari opus bonum, & vt hoc ipſum operari poſſint, Deum in illis operari, breuiter vtrumque declarauit, dicens eiſdem fidelibus: *Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini:* Phil. 2. v. 12. *Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona voluntate.* Quod beatus Leo ita exponit: Dicente enim diſcipulis ſuis Domino: *Sine me nihil poteſtis facere*, dubium non eſt hominem bona agentem ex Deo habere & effectum boni operis, & initium voluntatis.] Ioan. 15. v. 5.

Tum demum doctrinam illam concludit ex auctoritate decretorum Cœleſtini Papæ, & Concilij Arauſicani ſecundi, & reprobando cum omni moderatione condemnationem miſerabilis illius Monachi, iudicium ſuum circa ſupradictas quinque quæſtiones ſtrictiùs exprimit his verbis: videtur nobis ſine dubio quòd « illa quæ diuina prædeſtinatione dixit, iuxta regulam Catholicæ « fidei vera ſunt, & à veridicis Patribus manifeſtiſſimè confirmata: « nec ab vllo penitùs noſtrum, qui Catholicus haberi vult reſpuenda. « Et ideo in hac re dolemus non illum miſerabilem Monachum, « ſed Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam. « Ibid. c. 24. De quinque quæſtionibus Synopſis. Prima & ſecunda.

1. Tim. 2. v. 4. In illa autem Apoſtoli ſententia qua de Deo ait: *Qui vult* « *omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, putamus eum ſenſum Beatiſſimi Patris Auguſtini ab omni ſemper Eccleſia venerabiliter ſemper recepti, & vſque in finem ſæculi recipiendi ſecutum fuiſſe, qui de tanta quæſtione tractans, & collatis inter ſe duobus teſtimoniis, Apoſtolico videlicet, & Prophetico qualiter iuxta ſanam fidei intelligentiam, vtrumque verum eſſe accipiendum ſit, & in pleriſque aliis librorum ſuorum locis, & maximè in libello, qui Enchiridion dicitur, euidentiſſimè declarat, & quid ei de re tanta probabilius videatur manifeſtat: cuius omnino veridicum ſenſum non oportuit ſub perſona alicuius hominis, à Catholicis Dei ſacerdotibus condemnari, ne iam non ille qui errare putatur, ſed ille potiùs cuius auctoritatem ſequitur, hæreticus eſſe iudicetur. Et licet alij quidam Sancti & venerabiles Patres ſimpliciter illa Apoſtoli verba accepiſſe inueniantur, vtrumque tamen ſententia fuerat honoranda: nec (vt iam ſuperiùs dictum eſt) vna pro altera damnanda: quia & illa ex diuina auctoritate vera eſſe monſtratur; & iſta quadam pia ratione non abhorrere à veritate fideliter creditur. « Tertia.

Iam illud de Dominici ſanguinis pretio, quod pro his tantum, qui credere voluerint datum ſit, manifeſta eſt (ſicut ſuprà ſatis oſtendimus) eorumdem Beatorum Patrum ſententia, quam iſte (vt putamus) & legendo didicerat, & damnare metuebat. « Quarta.

Digitized by Google

A. 853. » Vnde etſi inuenti ſunt alii æquè Patres qui illud glorioſum pretium, etiam pro nunquam credituris, & in ſua impietate perituris datum eſſe non abnuant, meliùs (vt credimus) vtrique honorabiliter ne pro aliis alij damnarentur. Quia & illud manifeſtè diuinâ auctoritate firmatum eſt: & iſtud ſi piè ſentitur, non eſt abnuendum.

» Quòd verò dixiſſe firmatur. Ad malè tantummodo agendum Liberum nos habere Arbitrium; ad benè verò agendum non habere, ſi verè ita ſenſit & dixit, hoc verè non eſt ex diuina auctoritate ſumptum, neque ex Sanctorum Patrum dogmatibus tractum, ſed apertè ex proprio errore prolatum: Quia Liberum nobis Arbitrium, quod peccato fuerat ſubiugatum, non ablatum eſt, ſed liberatum, & ipſum nobis per Dei gratiam excitatur ad benè agendum, vt & ipſi eiuſdem gratiæ cooperatores ſimus &c.]

Poſtquam vidimus ſententiam iſtam poſtremam falsò impoſitā fuiſſe miſerabili illi Monacho, eúmque de Libero Arbitrio ſimpliciter profeſſum, ſequendum eſſe non Maſſilienſem Gennadiū, nec infœlicem Caſſianum, ſed B. Auguſtinum, nec quicquam vltrà: An deſiderari poteſt magis authentica & iuridica abſolutio, quàm quę non audito Gotteſchalco, ſed cauſam exponentibus aduerſariis ab Eccleſia Lugd. iuxta D. Bernardum nouitatum neſciā lata eſt, quam in hac cauſa iudicem Hincmarus ipſe elegerat, præſertim cum iudicio & ſcriptis tanti Præſulis cōprobata ſit, Remigii, ſcilicet non minùs pietate & vitæ ſanctitate, quàm doctrinā ſuo ſæculo celeberrimi, immò etiā in Catalog. Sanct. ſuæ Diœceſ. relati, teſte Paradino Hiſt. Lugd. l. 2. c. 23. & Iacobo Seruetio Pariſienſi Theologo in Chronologiā Lugd. Archiep. nu. 54. Et cuius Feſtus dies in eadem Eccleſia celebratur 16. Maii. vt ſingulariter obſeruauit Philippus Ferrarius Alexand. Theologiæ Profeſſor in generali Sanctorum Cathalogo 17. Kal. Iunii. Legant quæſo, expendant, intelligant, & ſuo ipſo epiſtomio elingues obmuteſcant qui non ſolùm ſcripta hæc Sanctiſſimi Præſulis cum Hincmaro infamant, vel ſaltem contemnunt. Sed & Ianſenii Gotteſchalcum hæreticum à Remigio & Eccleſia Lugdunenſi, & à quinque Gallicanis Conciliis conuictum & damnatum obtrudunt, & populo palam & publicè exponunt: ſed curſim reliqua expendamus.

Bernard. Epiſt. 174.

Poſt recenſitam condemnationē allatis per Hincmarū contrariæ ſcientiæ rationibus & auctoritatibus, reſpondet per Remigium Eccleſia Lugdun. quæ hic referre oneroſum eſſet cùm in Libello ipſo legi poſſint: duas tamen obiectiones cum reſponſionibus, quarum altera de Prædeſtinatione huic controuerſiæ, altera de Libero Arbitrio vtilitati publicæ plurimùm conducunt, hic referre operæ pretium erit.

Quo ad primam, fundamentum Hincmari & ſequacium in li- A. 853.
bro Hypognoſticon repoſitum iam deſtructum vidimus; videa- Lib. de 3.
mus & nunc quomodo illud argumentum refellatur, quo Deum Epiſt. c. 30.
pœnas quidem prædeſtinaſſe impiis aſſerebant, ſed impios pœnis
prædeſtinatos reſpuebant [qua de re (inquit Hincmar.) refugiũt «
dicere, qui (vt diximus) ſanum videntur ſapere (hoc eſt Hincmarus «
ipſe & eius ſequaces) quoſdam prædeſtinatos à Deo eſſe ad inte- «
ritum, ſed tantummodo pręſcitos: Electos autem & præſcitos & «
prædeſtinatos eſſe ad regnum, & regnum illis (vt diximus) prę- «
deſtinatum æternum, de quibus nullus poteſt perire. Et ſicut ſunt «
prædeſtinati gratiâ Dei ad regnũ: Ita ſunt *Prædeſtinati* (ſecundùm «
Apoſtolum) *in operibus bonis, in quibus ambularent*, pro qui- «
bus eis non ſolùm gratia detur, ſed & gratiâ regnum reddatur «
æternum. Pœnam autem dicunt in infidelitate vel iniquitate «
perſeuerantibus à Deo prędeſtinatam ſecundùm diuinam Præ- «
ſcientiam, ſicut Scriptum eſt in Propheta, *Parata eſt ab Heri* «
Tophet, quia hoc ad retributionem iuſtitię pertinet, ſicut per- «
tinet ad gratiam, vt ex vnâ eadémque maſſâ peccati, gratiâ «
Electi prędeſtinentur ad vitam concordante cum hoc, Euangelicâ «
veritate. *Ite*, inquit, *maledicti in ignem æternum qui paratus eſt* «
Diabolo & Angelis eius.] «

Reſpondet per Remigium Eccleſia Lugdunenſis: Quæſumus « d. cap. 30.
quę eſt iſta res, quę cauſa vel ratio, pro qua iſti refugiunt Præ- «
deſtinationem Dei dicere in cauſa Reproborum? Nunquid hęc «
erga illos diuina Prædeſtinatio non eſt iuſta, quæ quos pręſciuit «
in iniquitatibus permanſuros, prędeſtinauit æternis ſuppliciis «
perituros? Nunquid non eſt vera, quæ niſi decerneret tam iu- «
ſtum opus Dei in æternitate, nunquam impleri poſſet in tempore? «
nunquid non eſt à Sanctis Patribus prædicata, & ab Eccleſia Ca- «
tholica recepta? quid ergo cauſæ eſt, vt refugiamus credere, «
quòd fides tenet, refugiamus dicere, quod veritas docet? nunquid «
non etiam ipſi qui hæc refugiunt, iam omnes reprobos ab ipſo «
mundi exordio in maſſa damnationis, & perditionis aſſerunt dere- «
lictos? quod quid eſt aliud, vt ſupra oſtendimus, niſi æternæ dam- «
nationi & perditioni prædeſtinatos? Aut qua ratione dici poteſt «
quod iſti tam multiplici ſermone firmare conantur; iniquis & «
impiis in malis ſuis perſeueraturis, pœnas à Deo eſſe prædeſtina- «
tas; ipſos verò non eſſe prædeſtinatos pœnis. Cum vtique non «
alij, ſed illi omninò eas paſſuri ſunt, quibus ſunt prędeſtinatę? «
Et ſi certum eſt apud omnipotentem Deum, qui eas ſint paſſuri, «
ſine dubio & decretum & definitum ſit, ipſos eſſe paſſuros. Si- «
cut enim certas pœnas eis, qui paſſuri ſunt prędeſtinauit: Ita «
certiſſimè eoſdem, quia digni ſunt, ipſis pœnis Prædeſtinauit. «

Digitized by Google

A. 853. » ſicut verò injuſtus non eſt, dignis præparando pœnas, ſic procul
» dubio iuſtus eſt, dignos præordinando pœnis, vtrumque ergo
» præſcitum, vtrumque prædeſtinatum, quia vtrumque iuſtum
» manifeſta veritas declarat: nec neceſſitatem eis pereundi ſuâ
» præſcientiâ vel prædeſtinatione imponit, quos & diu, vt con-
» uerterentur expectauit, & quia conuerti, noluerunt iuſta vltione
» damnauit.]

Ibid. c. 35. Sed neque hîc prætermittendum, quod ibidem Eccleſia Lugdunenſis demonſtrat, Pelagianos non erga Reprobos prædeſtinationem impugnaſſe: Pelagiani verò, inquit, hæretici nunquam Prædeſtinationem in parte Reproborum, quia (vt putamus) & veram & iuſtam eſſe intellexerunt, in eius diſputationibus reprehendiſſe inueniuntur: ſed tantummodo in parte electorum, vt diuinam gratiam deſtruerent, & Liberum Arbitrium hominis ſufficere confirmarent, eam negauerunt. Quia videlicet ſi omnipotens Deus ante mundi conſtitutionem, quos ſaluaturus eſſet elegit, & dona ſua quæ eis largiturus fuerat prædeſtinauit: Ceſſat hic omnis humani Arbitrij præſumptio, & ſola Dei gratia euidentiſſimè & firmiſſimè commendatur, per quam ipſum etiam humanum, Arbitrium, & à ſeruitute peccati liberatur, & diuinis muneribus illuſtratur: atque ita euidenti & inuictâ ratione totum eorumdem Pelagianorum falſum & fallax dogma deſtruitur &c.]

Ibid. c. 37. Alteri obiectioni de Libero Arbitrio ſic reſpondet Remigius, & Eccleſia Lugdunenſis ipſam objectionem referendo: Quod dictum eſt (inquit) Arbitrium Liberum in primo homine non fuit emortuum, ſed vitiatum, & quod paulò poſt de eodem Libero Arbitrio ſubjungitur quod non eſt reſuſcitatum, quia non fuit emortuum: ſed gratiâ fuit ſanatum quia vitio fuit corruptum, multùm miramur qua ratione ita ſentiri & dici potuerit: Nunquid enim primus homo peccando, in anima mortuus non eſt? ſicut Scriptura veriſſimè dicit, ***Anima quæ peccauerit ipſa morietur.*** Et quid eſt verè Liberum Arbitrium animæ, nisi liberæ animæ voluntas: quid eſt autem libera animæ voluntas niſi libera Charitas? quæ ſpontè & voluntariè & perfectè ante peccatum Deo adhærebat anima, & ex eo viuificabatur, tanquam ex fonte vitæ, & ex ipſo illuminabatur: cui fideliter dicere debemus: ***Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen***, &c. Et paulò poſt: Mortuum eſt illud quod erat ante peccatum verè Liberum Arbitrium, quo libera hominis voluntas, id eſt libera hominis Charitas voluntariè & liberè diligendo adhærebat Deo: & verè mortuum eſt huiuſmodi Liberum Arbitrium hominis negligendo Deum, Ezech. 3. v. 18.

Digitized by Google

& recedendo à Deo : & ab ea morte, quâ amiſit charitatem « A. 853.
Dei reſuſcitatur & viuificatur per eandem gratiam Charitatis «
Dei &c. «

In quibus notandum cum Magiſtro noſtro DuVallio Doctore & Profeſſore Sorbonico, Eccleſiam Lugdunenſem hîc accipere Liberum Arbitrium pro bona & recta voluntate, quâ Deo per Charitatem adhæremus, vt verba ipſa præ ſe ferunt, & maximè patet ex iis quæ ſupra retulimus pagina 255. & 256. Quo ſenſu certum eſt illud omnino fuiſſe emortuum ſeu perditum, iuxta Sanctum Auguſtinum Enchiridij capite trigeſimo. Nam Libero Arbitrio, inquit, malè vtens homo, & ſe perdidit & ipſum : ſic etiam Sanctus Iſidorus different. libro ſecundo capite vigeſimo ſeptimo, homini per Dei gratiam Liberum reſtauratur Arbitrium, quod primus homo perdiderat: ſic etiam Prudentius in Tractoria. Hincmarum vero intelligi poſſe, de facultate naturali, quæ remanſit in homine conuerſionis capace : itavt per efficacem Gratiam conuerſionem illam, & veram libertatem poſſit obtinere & ſic vtrumque verum : ſed non ita ſanum fuiſſe Hincmari ſenſum, ideoque ab Eccleſia Lugdunenſi rectè notatum, & impugnatum, non leui argumento eſt, quòd Hincmarus ipſe ſententiam ſuam immutauit, & contrariam in Pſeudoſynodo ſua Cariſienſi capitulo ſecundo edidit, & ſequendam præſcripſit his verbis: Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus &c. Quod itidem impugnatum ab eadem Eccleſia Lugdunenſi in tractatu de Tenenda veritate Scripturæ: quia non in recto Eccleſiæ ſenſu ab Hincmaro & ſequacibus minùs in hac doctrina peritis fuit propoſitum, vt ſuo loco videbimus.

Pſeudoſyn. Cariſiac. cap. 2.

Verùm quod addiderat Hincmarus de partitione aliqua inter gratiam Dei & Liberum hominis Arbitrium, optimâ & vtiliſſimâ obſeruatione perſtringit per Remigium Eccleſia Lugdunenſis in hunc modum. Sed & illud quod in iſtis verbis di- « Ibid. c. 38.
citur, quia bonum, quod agimus & Dei eſt & noſtrum, quia «
niſi eſſet Dei, non ei pro eodem bono in æternum gratias «
ageremus, & niſi eſſet noſtrum, non ab eo pro eodem bono «
iuſtè præmia expectaremus. Neſcimus quid diuiſionis, vel cu- «
iuſdam diſtributionis vnius atque eiuſdem boni inter Deum & «
hominem ſonat. Quaſi ex parte ſit Dei, & ex parte noſtrum: «
ſicut toto iſto ſermone aſſerere videtur ſcriptor Epiſtolæ : vt «
quaſi initium boni noſtri ſit Deus ; effectus verò, Liberi hu- «
mani Arbitrij. Licet hunc errorem velut gratiæ adjunctione, «
non etiam plenitudine temperare conetur. Cùm verè totum «
ſit Dei ſicut ipſa veritas dicit : *Sine me nihil poteſtis facere.*

Digitized by Google

A. 853. » Et Apoſtolus, *Quid enim*, inquit, *habes quod non accepiſti*: » vnde Beatus glorioſus Martyr Cyprianus ita definiuit dicens: » *In nullo gloriandum quando nihil noſtrum ſit*: bonum itaque no- » ſtrum totum Dei eſt; quia totum ex Deo eſt, & nihil boni » noſtri noſtrum eſt: quia nihil boni noſtri ex nobis eſt: Et ideo » manifeſtè, vt iuxta formam paternæ doctrinæ potiùs loqua- » mur; omne bonum noſtrum & totum Dei eſt donando, & to- » tum noſtrum fit accipiendo. Vnde & in Dominica oratione » quotidie poſtulamus dicentes, *Panem noſtrum quotidianum da* » *nobis hodie*. Cur enim panem noſtrum nobis poſcimus à Deo da- » ri, niſi quia (vt diximus) ſicut verè eſt Dei largiendo, ita etiam » noſtrum fit accipiendo: vnde & Beatus Papa Cœleſtinus (ſi- » cut iam ſuperiùs eius verba poſuimus) ait: Tanta eſt enim » erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, » quæ ſunt ipſius dona. Totum itaque bonum noſtrum Deo dan- » dum, Deo eſt tribuendum, quia totum ex illo eſt, non ex nobis, » dum totum & ab illo inchoatur, & ab illo agitur, ac peragitur in » nobis: quia non qui ſuo, ſed quicunque Spiritu Dei aguntur, hi » Filij ſunt Dei.]

Et hæc maximè ponderanda propter errorem multorum, qui vnà cum Hincmaro & Pelagianorum reliquiis ita inter Deum & hominem laudem rectæ actionis partiuntur, vt niſi aliquid homini tribui poſſit, quod ab ipſo ſit (vt verum loquamur) ſine Deo largiente (licet proferre erubeſcant) vel niſi plenitudinem gratiæ reijciant, ſolo adjunctionis imperfectæ temperamento contenti, non ſaluum putent Liberum Arbitrium.

Poſt hæc pergit Remigius & Eccleſia Lugdunenſis ad ſecundam ſcilicet Parduli Epiſtolam de quâ ſatis ſuprà: deinde ad tertiam quam Rabani eſſe ad Notingum Epiſcopum demonſtrauimus, & ex hac reſponſione quædam prælibauimus in principio huiuſce diſſertationis, vbi de hac Rabani Epiſtola actum eſt. Paucis hanc Epiſtolam hìc perſtringit Remigius: Tum quia iam pluribus in reſponſione ad primam contro-

De tertia Rabani Epiſtola.

» uerſiæ (de qua agitur) eſſe ſatisfactum: Tum quia in illa » Epiſtola Rabanus aſſumpſit non neceſſarium, nec vllatenus ad » rem de qua quæritur pertinentem diſputationem, vtrum im- » pios Deus & iniquos prædeſtinauerit ad ipſam impietatem & ini- » quitatem, idest vt impii & iniqui eſſent, & aliud eſſe non poſ-

d. Lib. de Tribus Epiſt. cap. 41.

» ſent, quod nullus omnino (inquit per Remigium Eccleſia Lug- » dunenſis) moderno tempore dicere vel dixiſſe inuenitur: quod » eſt vtique immanis & deteſtabilis blaſphemia, vt Deus » ſua Prædeſtinatione, quaſi auctor ſit impietatum & iniquita- » tum, aliquos impios & iniquos eſſe coëgerit. Sed illud potiùs

quæritur

quæritur vtrùm eos quos veraciter omninò præſciuit pro- «
prio vitio impios & iniquos futuros, & in ſuis impietati- «
bus atque iniquitatibus vſque ad mortem perſeueraturos, «
iuſto iudicio ſuo prædeſtinauerit æterno ſupplicio punien- «
dos, &c.] «

Inter reliqua, non hæreticos ſed fideles eſſe Eccleſia Lugdunenſis aſſerit eos, qui diuinam Prædeſtinationem in vtramque partem & electorum & reproborum profitentur; ideo, inquit, prorſus eſt admonendus (Rabanus) & ad pietatis conſi- « derationem reuocandus, ne ſub iſtorum perſonâ, quos tam « facile hæreticos vocat, Sanctos potiùs & venerabiles Patres, « qui ita docuerunt & definierunt, damnare inueniatur.] « Ibidem.

Deinde effectus Prædeſtinationis non in vtramque partem ſimiles, ſed valdè diſſimiles eſſe oſtendit, ita vt bonorum Prædeſtinatio faciat, vt non poſſint perire, ſed non è contrà de reprobis. [Quòd autem, inquit, dicit de illis quos hæreticos « putat, quia de Deo bono & iuſto tam nequiter ſentiunt, vt « dicant eius Prædeſtinationem facere, quod nec homo ad vi- « tam prædeſtinatus poſſit in mortem incidere; nec ad mortem « prædeſtinatus vllo modo ſe poſſit ad vitam recuperare; mani- « feſtum eſt nullomodo eſſe mendacium, ſed certiſſimam veri- « tatem, quam omnes fideles credunt & confitentur, quòd bo- « nitas & gratia diuinæ Prædeſtinationis faciat; vt ex his qui « Prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, nemo poſſit incidere in « mortem æternam: hanc enim perſeuerantiæ ſtabilitatem, & « firmitatem in bono ab eo acceperunt, qui rogauit & rogat pro « eis, ne deficiat fides ipſorum: ſicut ipſe ad Beatum Petrum di- « cit: *Ego autem Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et alio « loco Euangelij de eiſdem electis ſuis dicit: *Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum:* Quòd autem eadem « diuina Prædeſtinatio hoc in reprobos agat, vt ſe ad Deum « conuertendo & in melius commutando, nemo eorum poſſit « ſe ad vitam recuperare, quaſi omnipotens Deus (quod ab- « ſit) ſuâ Prædeſtinatione eis impoſuerit neceſſitatem malè a- « gendi, & in ſuis malis perſeuerandi, hoc omnino nullus fide- « lium dicit. Quia authorem operum & meritorum malorum « Deum eſſe non credit; quòd enim impius & iniquus mala ſua « corrigendo, & diuinam miſericordiam implorando, recu- « perare ſe poſſit ad vitam, teſtatur ipſe Dominus per Prophe- « tam dicens: *Quod ſi auerterit ſe impius ab impietate ſua, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit, &c.*] «

Tum quæſtionem agitat vtrùm peccata, vel originalia vel

Digitized by Google

A. 853. actualia ſemel remiſſa redeant, & imputentur ad pœnam iis qui pereunt; & quodammodo redire & imputari cenſet per ſubſequens peccatum, ratione ſcilicet ingratitudinis, quòd illud grauius & culpabilius reddit: illam etiam ſoluit quæſtionem, vtrum reprobi per gratiam Baptiſmi renati & iuſtificati, nunquam fuerint à perditionis & damnationis maſsâ diſcreti, & contra Rabanum diſcretos fuiſſe aſſerit: iuxta quam

Ibid. cap. 43.

» ſimilitudinem, inquit, meliùs fortaſſis creditur & dicitur,
» quod qui verè ad Chriſti fidem accedunt, & verè in Baptiſ-
» mo eius gratiâ regenerantur, & verè accipiunt indulgentiam
» tam originalium quàm actualium peccatorum, verè per hæc,
» & à naturali oleaſtro credendi ſunt exciſi, id eſt à perditionis
» & damnationis maſſa diſcreti, & in bonam oliuam inſer-
» ti, id eſt Eccleſiæ incorporati; & tamen ſi digna exciſione
» commiſerint, etiam poſt iſta omnia ab illâ oliuâ excidantur,
» & cum illa perditionis & damnationis maſsâ, à qua fuerant
» originalis & actualis peccati indulgentiâ diſcreti, velut cum
» naturali oleaſtro æternæ vſtioni deputentur, &c.]

Necnon Sanctorum Patrum aliter ſentientium dicta quomodo intelligenda ſint, breuiter exponit: quòd autem, in-
» quit, in verbis Sanctorum Patrum frequenter legitur, quod
» tales, id eſt gratiam Chriſti in ſe irritam facientes & ita pere-
» untes, nunquam ab illa maſſa diſcreti ſint, ad Dei præſcien-
» tiam pertinet, qui licet ad præſens in Eccleſia communem eis
» cum electis regenerationis gratiam tribuat, ibi tamen eos Præ-
» deſtinationis ſuæ iudicio iam deputat, vbi præuaricationis ſuæ
» merito damnandos videt.] Iuxta Auguſtinum de Corrept. & Grat. cap. 7. in fine. Tum denique ſeptem definitiones à Rabano propoſitas in eos qui reproborum Prædeſtinationem aſſerunt, falſas & erroneas eſſe breuiter conuincit, quo ſtudioſum Lectorem remittimus, ne diſſertatio iſta vltra propoſitas nobis metas longè nimis excurrat.

Digitized by Google

CAPVT XXXI. Cap. 31.

De tertiò libello Eccleſiæ Lugdunenſis, qui ſecundi velut appendix eſt: de Generali per Adam damnatione omnium, & ſpeciali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum.

Libellum hunc de tribus Epiſtolis proximè, & vt videtur hoc eodem anno ſub finem inſecutus eſt tertius Libellus eiuſdem Eccleſiæ Lugdunenſis, per eundem Præſulem ſuum Remigium, ad abſolutionem quæſtionis, de generali per Adam damnatione omnium, & ſpeciali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum; ſcribendi occaſione ortâ ex libello illo de tribus Epiſtolis. Cum enim ſeptem illas, quas retulimus in quæſtione Prædeſtinationis, Regulas Catholicæ fidei expoſuiſſet Remigius, & maximè in quatuor primis demonſtraſſet Deum nihil ex tempore, ſed omnia opera ſua in æternâ præſcientiâ & Prædeſtinatione, immobiliter & immutabili lege diſpoſuiſſe, agitatâ inter benè ſtudentes & intelligentes eiuſdem Eccleſiæ Clericos quæſtione, quomodo rectè & fideliter intelligi poſſet tota humani generis maſſa, merito primæ tranſgreſſionis ad æternum interitum damnata, & ex ipſa tamen, diuina Prædeſtinatione aſſumendus electorum numerus æternaliter præcognitus, & ordinatus ad vitam æternam. Vnicum fuit Auctoris Conſilium, vt hoc libello quæſtionem illam abſolueret, quem ideo inſcripſit, Lugdunenſis Eccleſiæ Abſolutio cuiuſdam quæſtionis de Generali per Adam damnatione omnium, & ſpeciali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum.

Porro huius libelli auctorem eſſe eundem Remigium, in Appendicem & pleniorem libelli ſui de tribus Epiſtolis perfectionem, & ſcribendi occaſio, & ratio, & ſtylus & ſenſus, ſeù ſententiarum omnium vniformitas pleniſſimè demonſtrant: Nec audiendus Vſſerius Archiepiſcopus Armacanus, ex poſtrema ſententia huius libelli de primæ præuaricationis reatu in reprobis manente, contrarium ſentiens. Neque enim ſatis aduertit ad poſtremam partem libelli de tribus Epiſtolis, in qua plenius agitatâ hâc controuerſiâ, reatum illum ſic manere expoſuit, quia merito propriæ iniquitatis, peccatum originale Baptiſmate remiſſum reprobi ſibi iterû imputari merentur.

A. 853. Sic igitur Remigius Lugdunenſis propoſitæ quæſtionis dif-
In Libell. » ficultatem in principio huiuſce libelli expoſuit. Nuper quæſtio
Abſolut. » habita eſt, quomodo rectè & fideliter poſſit intelligi tota hu-
quæſt. « mani heneris maſſa merito primæ tranſgreſſionis ad æternum
» interitum damnata? Cùm proculdubio omnium electorum
» numerus ex ipſa eſſet aſſumendus diuinà Prædeſtinatione, ac
» Præſcientiâ æternaliter præcognitus, & præordinatus ad vitam
» æternam. Si enim iſte Beatorum & Sanctorum numerus in il-
» la erat ad interitum diuino iudicio condemnatus, quomodo
» erit velut è contrario diuinæ miſericordiæ beneficio ad vitam
» prædeſtinatus? Et vtrumque vtique æternaliter atque inuiola-
» biliter in eius æterno & incommutabili conſilio, qui iuxta
» Prophetam *fecit quæ futura ſunt*. Neque enim iuxta Catholicæ Ixx.
» veritatis regulam dicere poſſumus, omne humanum genus il- Iſa. 45.
» lius præuaricationis merito ad interitum fuiſſe damnatum, v. 11.
» ſed nequaquam ad eundem interitum Prædeſtinatum, cùm
» omnipotentis Dei Iuſto & æterno iudicio nihil potuerit æter-
» naliter eſſe damnatum, quod non ita præſcitum & definitum
» ſit fuiſſe damnandum. Omnia enim opera ſua tanquam verè
» iuſta & recta, & præſciuit futura, & prædeſtinauit ſine dubio
» facienda.]

Ibidem. Et continuò Eccleſia Lugdunenſis per Præſulem Remigium
» ſenſum ſuum aperit & exponit his verbis: Prædeſtinauit ita-
» que & hanc humani generis iuſtam ac debitam damnationem,
» cui & generaliter ex illius iuſtitia omnes eſſent obnoxij, & ex
» qua ſpecialiter ex illius miſericordia diſcernerentur, & ſalua-
» rentur electi manente ſcilicet & inconuulsâ damnationis Præ-
» deſtinatione in reprobis, & manente ſimiliter inconuulsâ erep-
» tionis Prædeſtinatione in electis, dum iuſtiſſimo & admirabili
» ordine diuinæ æquitatis & miſericordiæ, & illud oportuit
» priùs fieri ad oſtendendam ſeueritatem Dei, & iſtud poſtmo-
» dum ad oſtendendam bonitatem Dei: Quod tamen vtrum-
» que ſimul, ita ſemper in æterno Dei conſilio fuerat Prædeſti-
» natum, vt ſic vnum decerneretur iudicij æquitate, & quan-
» tùm ad illius maſſæ damnatæ meritum pertinet, immobili ſe-
» ueritate, quatenùs & alterum glorioſiſſimè impleretur diuini
» arbitrij poteſtate, & miſericordiſſimi Conditoris gratuitâ bo-
» nitate.]

Tum etiam quis ſit Sanctarum Scripturarum, & antiquo-
rum Patrum de maſſa vniuerſaliter damnata rectus ſenſus:
» quapropter, inquit, iuxta poſſibilitatem ſenſus noſtri, vbi-
» cunque legimus ſiue in diuinis Scripturis, ſiue in dogmatibus
» Patrum, totam humani generis maſſam in primo, & per pri-

mum hominem peccantem eſſe damnatam: nihil aliud intelligendum occurrit; niſi eam iuſto Dei Iudicio, meritò primi illius peccati, æternæ damnationi traditam: de qua damnatione per vnum hominem in mundum ingreſsâ manifeſtè dicit Apoſtolus nam *Iudicium ex vno in condemnationem*, quæ vtique (ſicut iam dictum eſt) non poteſt rectè intelligi niſi æterna. Si ergo rectè intelligitur tota ipſa humani generis maſſa damnata, æternæ damnationi tradita, quid eſt hoc aliud niſi eidem æternæ perditioni deſtinata, ſiue prædeſtinata: vt quantùm pertinet ad meritum culpæ ſuæ, illius videlicet primæ præuaricationis eſſet iuſtè omninò, & tota ſimul æternâ ſententiâ condemnata: Quantùm verò attinet ad bonitatem & miſericordiam conditoris, qui ſibi nec neceſſitatem impoſuit, nec poteſtatem abſtulit, vt de creaturâ ſuâ, iuſtâ exigente ſeueritate iudicando, poſſet inde ſaluari, quantùm illi placeret per indebitam gratiam, quod iuſtè & æternaliter fuerat damnatum per culpam; manente ſcilicet damnationis ſententiâ in quibus permanet & reatus, & ſolutâ in his, in quibus idem reatus per Chriſti Sanguinem eſt ſolutus. Atque ita Prædeſtinatio omnium electorum Dei ita eius diſpoſitione eſſet præordinata, vt ex ſorte æternæ damnationis transferrentur in ſortem æternæ ſalutis & liberationis: vt & ibi fuerit etiam pars iſta verè communi ſententiâ condemnata, & hîc verè ſolâ Dei gratiâ liberata, tantóque fieret gratior & deuotior liberanti, quantò ſe agnoſcit veriùs, verè obnoxiam fuiſſe æternæ damnationi.]

A. 853.

Deinde eam eſſe Apoſtoli mentem, ex germana plurimorum locorum expoſitione oſtendit, eámque etiam vno & altero ex Lege veteri ſimilis diſpoſitionis exemplo confirmat. Ecce, (inquit inter reliqua) populum contumacem & rebellem, omnipotens Deus iuſtâ indignatione commotus delere voluit, quod vtique eum voluiſſe, non (quod abſit) fallaciter, ſed veraciter Scriptura dicit: & tamen idipſum poſteà fidelis famuli prece & ſupplicatione placatus, liberâ bonitate & miſericordiâ ſuâ noluit: non quod in eius voluntate vlla ſit mobilitas, *apud quem*, iuxta Apoſtolum, *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio:* Sed quia ita illud iuſtâ ſeueritate decreuerat, vt id poſtea mirâ pietate & iuſtâ interueniente causâ relaxaret.]

Poſteà reductiuè ſolutionem ſuam concludit. Sicut ergo, inquit, in his euidentibus rebus, & aliud iuſtitiâ decreuit; & aliud bonitate fecit; nec ſibi iuſtus & miſericors aliquid contrarium egit, dum & ibi iuſtitiam, & hîc miſericordiam conſeruauit. Ita profectò & in illa deſtinatione totius maſſæ dam-

A. 853. » natæ ad interitum, quod iuſtâ ſeueritate generaliter ſtatuit, » ſpecialiter inde quos voluit eligendo, miſericorditer temperauit: non cuiuſquam ſupplicatione, ſed quod eſt ineffabiliter gratiùs & magnificentiùs, ſolâ bonitatis ſuæ dignatione & » miſeratione: vtrumque tamen ſimul in æterno Dei conſilio » ſemper fuiſſe, nulli fidelium dubitare licet: quia quamuis iuxta ordinem rerum temporalium, præcedat in genere humano » iuſta illa damnatio, & ſubſequatur illa miſericors exinde liberatio: Apud æternam tamen atque incommutabilem veritatem, vbi nihil eſt ante, nihil poſtea, ſed omnia & æqualiter & » ſimul, tam præcedentia ſcilicet, quàm ſubſequentia in rebus » mutabilibus vno cernuntur intuitu, vno diſponuntur nutu, » vtrumque (vt dictum eſt) & ſempiternâ præſcientiâ præcognitum, & ſempiternâ diſpoſitione conſtat eſſe præfixum ac » præfinitum.]

Denique eandem doctrinam pluribus Sanctorum Patrum Hilarij, Ambroſij, Paciani, Leonis, Cœleſtini, & maximè Auguſtini additis auctoritatibus confirmat, opúſque ſuum hoc » ſuper adducta coronide complet [quæ omnia ex fideliſſimorum & clariſſimorum Patrum diſputationibus ſumpta, & tantâ diuinorum teſtimoniorũ atque euidentiſſimarum rationum » conteſtatione declarata atque firmata, cùm ita omninò indubitanter credenda ac tenenda ſint, tria quædam principaliter » magna & horrenda mala, quantùm intelligi datur, & in reprobis diuini iudicij ſeueritate retenta, & in electis diuinæ bonitatis miſeratione remiſſa ſunt, ac ſoluta: Manet namque in » illis antiquæ & primæ preuaricationis reatus, qui in iſtis Chriſti ſanguine eſt deletus; manet in illis ſententia æternæ damnationis, in iſtis ſoluta per gratiam Redemptionis: ſunt illi in » æternum diuini iudicij Prædeſtinatione damnati,]* *iſti verò* » *in æternum diuina miſericordia Prædeſtinatione ſaluati.*

** vt ſenſus impleatur adiiciendum videtur*

In quibus poſtremis verbis duo hîc obſeruanda: primum eſt, poſtremam illam explicationem tertiæ diſſimilitudinis inter reprobos & electos, in excuſis codicibus deſiderari, cum hac nota, *deſunt quædam*; *nam in manuſcripto duo folia exciſa ſunt:* ſed ex eo quod foliorum exciſorum ſupereſt, nihil niſi in prima parte prioris folij fuiſſe ſcriptum apparet; ita vt (ſicut ex concluſione libelli ipſius patet) pauca admodum deſiderentur, & vix aliud quàm acceſſoria quædam expoſitionis quam hîc ex ſubiecta materia ad ſenſus perfectionem ſupplere præſumpſimus.

Alterum in eo eſt, quod hic aſſeritur, in reprobis manere primæ præuaricationis reatus, ſed iuxta obſeruationem Ma-

giſtri noſtri Andreæ du Vallij Doctoris Sorbonici, in notis ad librum de tribus Epiſtolis, ex D. Thoma, peccata ſemel remiſſa nunquam redeunt eadem numero, nec ſimiliter ampliùs imputantur à Deo, eo modo ac ſi non eſſent dimiſſa: quia Roman. 11. *Sine Pœnitentia ſunt dona Dei.* Redeunt tamen per ſubſequens peccatum ratione ingratitudinis, quæ illud multò grauius & culpabilius reddit; iuxta Hugonem à Sancto Victore & alios: Et ſic intelligendam Eccleſiam Lugdunenſem, notat idem Doctor, & præ ſe ferunt verba ſupra relata, cum aliis plurimis paſſim in libellis illis reſperſis. V. De his plurib. in prima parte Decreti de Pœnitentia diſt. 4. per totum; & in ſecunda Ianſenij Iprenſis Epiſcopi Apologia, lib. 2. cap. 14. A. 853.

CAPVT XXXII. Cap. 32.

Hincmarus & Pardulus vt cauſam ſuam collabeſcentem quoquo modo fulcirent, euitatâ Synodo celeberrimâ Sueſſionenſi, furtiuo conuentu apud Cariſiacum habito hoc ipſo anno 853. in ſuæ cauſæ patrocinium abutuntur. Interim refertur quibus artibus & fraudibus Synodum Sueſſionenſem Hincmarus circumuenerit, & quale à Summo Pontifice Nicolao primo iudicium tulerit.

PORRÒ Libellum illum de Tribus Quæſtionibus (cuius hæc abſolutio quæſtioni eſt appendix) ab Eccleſia Lugdunenſi & Remigio eius Archiepiſcopo, ad Hincmarum & Pardulum emiſſum fuiſſe, licet inſcriptio non ferat, certiſſimo argumento eſt, quòd ad eorum preces ſupplicémque obſecrationem, eorúmque errori refellendo & corrigendo, ſolo charitatis & pietatis intuitu parata fuerit hæc reſponſio; quâ ergo ratione non fuiſſet ad ipſos tranſmiſſa? Immo verò etiam ante Conuenticulum Cariſiacenſe hoc anno menſe Maio habitum (de quo mox agendum) ad illos tranſmiſſam perueniſſe liquet. Siquidem libellus ille minori ſpatio (quod trium ſaltem menſium interceſſit) & leui labore ab Eccleſia Lugdunenſi, quæ anno præcedenti in iiſdem quæſtionibus Ioanni Scoto refellendo plurimùm verſata fuerat, & ab ipſo Remigio doctiſſimo Præſule confici potuit, eóque faciliùs quod in ſcriptis illis perſcrutandis & refellendis adiuncto fratrum ſuorum benè ſtudentium & rectè intelligentium collegio, pia & fideli

Digitized by Google

A. 853. attentione ſingula pertractauerit, vt ipſemet teſtis eſt in principio libelli eiuſdem Eccleſiæ, de tenenda veritate Scripturæ: ita vt vix dubitari poſſit, quin libellus non vlteriùs protractus, ad Hincmarum & Pardulum ante menſem Maium peruenerit.

Immò etiam perueniſſe certiſſimo argumento eſt, quòd ex eo Hincmarus ſententiam ſuam de Libero hominis Arbitrio aliquantulum immutauit. Qui enim ab Eccleſia Lugdunenſi reprehenſus fuerat, quod in Epiſtola ad Amulum, Liberum Arbitrium in primo homine non fuiſſe emortuum aſſeruiſſet: In ſecundò Cariſienſium Capitulorum: Libertatem Arbitrij in primo homine nos perdidiſſe ait. In quo tamen paulò vltrà quàm par eſſet, eidem Eccleſiæ Lugdunenſi progredi viſus eſt, vt iam tetigimus & infra obſeruabitur.

Hincmarus ergo & Pardulus hoc recepto libello, vel ſaltem per nuncium ſuum euentilatâ Eccleſiæ Lugdunenſis ſententiâ, priuſquam ad Regis & reliquorum notitiam perueniret, è re cauſæ fore duxerunt, ſi quouis modo, arte qualibet, regiâ auctoritate Epiſcopos aliquos ad Capitulorum doctrinam ſuam continentium ſubſcriptionem præcipites agerent: ſi quæſtiones illas in legitimo Epiſcoporum conuentu definiendas proponerent, vt Lupus Ferrarienſis à Rege ipſo expetierat, non ſine ſua ipſorum confuſione & condemnatione futurum cernebant, in illo maximè qui ſub finem menſis Aprilis celebratus eſt in vrbe Sueſſionum, ab Epiſcopis quatuor aut 5. Prouinciarum, qui erant fermè omnes iidem ipſi, qui ab anno 849. (vt vidimus) in Concilio Pariſienſi primo Prudentij libello aliquatenus conſenſerant: captandam occaſionem cenſuerunt, vt exactâ Synodo, cùm Rex in Palatium Cariſiacum proximum rediret, ſecum quos huic fraudulentæ nequitiæ ipſi deligerent Epiſcopos & Abbates paucos adduceret, qui vel etiam renitentes propoſitis capitulis vnâ cum Rege ſubſcriberent: quod vt præmeditati fuerant Hincmarus & Pardulus, pari fraude & nequitiâ peractum mox videbimus, ſed priùs expendenda Sueſſionenſis illa Synodus, quæ præceſſit.

Nullâ celebratâ Synodo in Regno Caroli, poſt Pariſienſem de qua egimus, illi idem Epiſcopi quatuor Prouinciarum, Senonenſis, Remenſis, Turonicæ, & Rothomagenſis; iuxta formam præſcriptam, Synodum celebrare deſiderantes, licentiam à Rege obtinuerunt vnâ cum mandato, vt apud vrbem Sueſſionũ in Monaſterio Sancti Medardi. 10. Kalendas Maias conuenirent. Sic enim habet Præfatio ipſius Synodi, tam in capitularibus

capitularibus eiuſdem Regis, quàm in Conciliis antiquis Galliæ tom. 3. ad annum 853. Anno Incarnationis 853. &c. Epiſcopis iuxta inſtituta Canonum Synodum celebrare volentibus, annuit idem Rex Carolus, eóſque apud vrbem Sueſſionum, in Monaſterio Sancti Medardi & Sancti Sebaſtiani, 10. Kalendas Maias conuenire præcepit, vbi poſt habitis ſæcularibus curis, ipſe quoque Rex adeſſe dignatus eſt, vt non ſolùm deuotione, Eccleſiæ ſe filium eſſe oſtenderet, verùm etiam ſicubi opus eſſet, protectorem Regiâ poteſtate monſtraret.] A. 853. Conc. Sueſſion. Anno 853. in præfat.

In hac Synodo conuenerunt Archiepiſcopi Senonenſis, Remenſis & Turonenſis, cum ſuis comprouincialibus Epiſcopis, vnà cum Epiſcopis Rotomagenſis Prouinciæ, abſente ipſorum Archiepiſcopo: inter reliquas controuerſias de quibus actum eſt, prima & præcipua fuit reclamatio Vvlfadi, & aliorum Clericorum Eccleſiæ Remenſis ab Hincmaro depoſitorum, eò quòd ab Ebone prædeceſſore ſuo, poſt eius legitimam deſtitutionem, & violentam reſtitutionem ordinati fuiſſent, electi iudices ab Hincmaro Vvenilo Senonenſis, Aldricus Turonenſis, & Pardulus Laudunenſis, qui ab Vvlfado & ſociis, ſuperaddito Prudentio Tricaſſino, probati ſunt. Pluribus ſeſſionibus agitata controuerſia, etiam de promotione Hincmari ad Sedem Remenſem actum, tandem depoſitio Vvlfadi & ſociorum per Synodum confirmata eſt, & rectè & ritè ſecundùm acta quæ extant, omnia peracta videntur: Sed poſtea interpoſitâ appellatione ad Sedem Apoſtolicam apparuerunt multis ab Hincmaro falſitatibus & erroribus fuiſſe compoſita, vt refert Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, ad Annum 853. num. 17. his verbis: hùc vſque acta Synodi Sueſſionenſis de his quæ ſpectant ad iudicium Clericorũ ab Ebone ordinatorum, & ad factam penitùs eiuſdem Ebonis iure deiectionem, & Hincmari oſtenſam legitimam eiectionem & conſecrationem; quæ quidem ita ſe habuere quò vſque ad lapidem Lydium, ad iudicium ſcilicet Apoſtolicæ Sedis hæc ſunt allata, per quod omnia, vt à vento fumus euanuerunt, cùm multis oſtenſa ſunt falſitatibus & erroribus eſſe compoſita.] Baron. ad Ann. 853.

Illud ipſum teſtantur literæ Nicolai Papæ ad Epiſcopos apud Sueſſionem, ipſius iuſſu anno 866. congregatos, relatæ in iiſdem Annalibus ad d. annum 866. num. 51. & ſeqq. & tomo 3. Concil. antiq. Galliæ Epiſtola Nicolai PP. 59. Accidit vt etiam Deo reuelante (inquit Papa Nicolaus) acta Concilij, quod auctore fratre & Coepiſcopo noſtro Hincmaro, præfatos viros ſegregaſſe dignoſcitur, ab eodem venerabili Antiſtite Nicolai PP. epiſt. 59.

A. 853. » nobis dubium tranſmiſſa, cum actionibus pro Rothado venerabili Epiſcopo venirent in manus, in quibus quanta reprehenſionum inueniatur congeries, ſi voluerimus exhibere per ſingula, faciliùs chartæ quàm verba deficient. Ibi namque falſitas in ipſo mox actionum inuenitur principio, &c. Ibi Metropolitanus Antiſtes (Hincmarus) modò ſua iura deponit, modò reſumit, modò ſubeſſe Synodò, modò præeſſe, modo quaſi accuſatus, modo accuſator, modo iudex accedit, & pro libitu proprio vicibus alternantibus cuncta diſponens, more cuiuſdam Chamæleontis, non ſemper vnius eiuſdémque coloris apparet &c. Et paulo poſt. Et vt ſtrictim penè omnia complectamur, ibi ſola obedientia ſubditorum, quam Apoſtolus præpoſitis exhiberi iubet, reputatur in culpam, & qui prælati iudicio temerè non reſtiterunt, ſed humiliter colla ſuppoſuere, ſeueriſſimè puniuntur. Ibi qui nulla noxa deliquere, hæreticorum damnationem tanquam hæretici incidere, qui miſericordiam petiuere, nec iuſtum iudicium percipere meruere.]

Si Gotteſchalci miſerabilis Monachi cauſa tanto innotuiſſet Pontifici (vt ſuo loco videbimus ſolitis Hincmari fraudibus & verſutiis diſſimulatam) quantò maiori cenſurâ eiuſdem Hincmari nequitiam perculiſſet. Sed de his ſuo loco; ad Sueſſionenſem Synodum reuertamur, cuius confirmationem per Hincmarum à Sede Apoſtolicâ ſæpius expetitam, à Leone Summo Pontifice denegatam, à Benedicto eius ſucceſſore tanquam Hincmarianæ verſutiæ ignaro fraudulenter impetratam fuiſſe refertur in iiſdem Annalibus ad d. annum 853.

Baron. ad Ann. 853. » num. 18. Hincmarus, inquit, quo minùs ſciret tale Synodale iudicium poſſe ſubſiſtere, eo magìs à Leone Romano Pontifice iteratis legationibus illud petiit confirmari, quòd Sanctiſſimus Pontifex facere omninò renuit: ita repulſus nequaquam à cœpto deſtitit, ſed defuncto Leone, ab eius ſucceſſore Benedicto in ipſo eius Pontificatus ingreſſu eiuſdem Synodi confirmationem ſubripuit.] Et in ſupradictis Nicolai Papæ literis apud Baronium ad annum 866. num. 54. iam verò ſi

Ibidem ad Ann. 866. » idem Concilium ab Apoſtolicâ Sede fuiſſe prætenditur approbatum, quemadmodum id verſutâ fuerit cauillatione ab Apoſtolica Sede præreptum fraternitati veſtræ breuiter intimamus, &c. Et Paulo poſt: interea eo voti effectu fruſtrato Apoſtolicæ Sedis Pontifex Leo, qui fratris Hincmari propoſitum nouerat ab hac luce ſubtractus eſt. Cúmque Sanctæ memoriæ Benedictus vir Apoſtolicus ei ſucceſſiſſet in ordinem Pontificatus, rurſus Reuerendus Hincmarus arma præparat & idem

Summo Præſuli tanquam ſuarum inexperto verſutiarum latenter ſubripit, & in ipſo conſecrationis eius principio ſuadet, vt Concilium quidem ad votum vnius hominis congregatum firmaret, &c.] Tum in iiſdem literis queritur Summus Pontifex de adulterato per Hincmarum confirmationis illius diplomate. Frater verò Hincmarus, inquit, quædam addens, plura ſubtrahens, vel commutans aliter perſecutus eſt. Sed adhuc & in alio mira fratris Hincmari rurſus accedit aſtutia, & ſoli proprio voto fauens ſe immiſcet prudentia, &c.] Tum denique Summus Pontifex refert quæ de textu diplomatis Hincmarus penitùs eradendo, quæ addendo, & quænam ipſe longè aliter mutando adulterauerit. « « « « « « « A. 853.

Notat etiam Baronius ad annum 863. num. 74. Hincmarum pariter ſubripuiſſe ab eodem Nicolao Papâ tunc dolum ipſius neſciente, confirmationem huiuſce Synodi, ſed tandem interpoſitâ per Vulfadum & ſocios ad Apoſtolicam ſedem appellatione, pleniſſimè perſpectâ ex actis eiuſdem Synodi fraudulentâ Hincmari nequitiâ, & perpetratâ per eum in deprauandis & adulterandis Apoſtolicis literis falſitate, illa omnia retractata & damnata fuiſſe: Anno ſiquidem 866. alterum Concilium Sueſſonenſe indixit Nicolaus Papa, in quo depoſitio illorum retractaretur, priùs fruſtra hortatus Hincmarum vt Clericos illos clementi animo & tranquillâ magnanimitate vocare ſtudens, depoſitâ omni funditùs animoſitate de reſtitutione ipſorum ſecum fraternè tractare, atque miſericorditer conſummare contenderet: fruſtrà, inquam, Hincmarus enim in ſecunda Sueſſonenſi Synodo omnem in eo operam adhibuit, ne dignitati ſuæ reſtituerentur, tam verbis præſens, quàm quadruplici ſcripto quod in quatuor eius Epiſtolis 18. 19. 20. & 21. ad Epiſcopos illius Synodi habetur, & quod omne ignotum eſſe Summo Pontifici ſolitâ fraude cauit & procurauit Epiſtolâ ſuâ 23. ad Egilonem: ita vt ne per Synodum illam depoſitorum clericorum ad ſuos ordines & dignitates reſtitutio fieret, maximo impedimento fuerit, [& nihilominus « ſatis perſpectâ eius nequitiâ (vt inquit Baronius ad annum « 866. num. 50.) Summus Pontifex cuncta quæ per Hincmarum « aduerſus clericos illos geſta eſſent in vtroque Sueſſionenſi Concilio, confutans eum, & conuincens multipliciter, iniqua, falſáque fuiſſe, diſſoluit, & Vulfadum & reliquos Remenſes clericos deſtitutos ſuis ordinibus & honoribus reſtituit.] « « « «

Baron. ad Ann. 866.

Sed nec hîc prætermittendum, quòd idem ipſe Summus Pontifex ſuis literis, & ad Hincmarum ipſum ſingularibus, & aliis ad Epiſcopos Concilij coram ipſo Rege & Hincmaro le-

Digitized by Google

A. 853. gendis & lectis, ipſe iudex æquiſſimus pleniſſimè perſpectis eiuſdem Hincmari in hac ipſa Vulfadi & ſociorum controuerſiâ fraudibus, & aliis prauis actibus, eundem SVPERBIÆ, DOLOSITATIS, & CRVDELITATIS publicè criminatus increpauit. Huiuſce notæ teſtem habemus Hincmarum ipſum Epiſtola 26. ad eundem Summum Pontificem, qua obiurgatoriis eius literis, ſolitâ verſutiâ, & ſimulatâ humilitate reſpondet. Literas, inquit, Sanctiſſimæ Paternitatis & Præcellentiſſimæ auctoritatis veſtræ coram eodem domno Rege, & prædictis fratribus noſtris ab Egilone venerabili Archiepiſcopo Sennenſi accepi, in quibus ſed & in literis generaliter ad Epiſcopos, qui in Synodo veſtrâ auctoritate congregata apud Sueſſiones fuerunt ibidem relectis, tantas & tales increpationes indignitati meæ à dignitate veſtra illatas inueni, ſicut peccata mea merentur, &c. Et paulo poſt: De tumore namque erga Sedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum matrem atque magiſtram, iam apud Sanctæ recordationis Sergium atque Leonem fueram denotatus, ſed debitis obſequiis cooperante Domino, quocunque ſe locus mihi præbuit demonſtraui, quod fidelis & deuotus, humilis quoque atque ſubiectus ſemper in omnibus & vbique erga Sedem Apoſtolicam, & eius rectores extiterim, & modò cum tumore, quem quantùm potui ab ineunte ætate vitaui, DOLOSITATE, atque CRVDELITATE apud ſanctam, & prudentiſſimam ſimplicitatem veſtram videor denotari, &c.]

Hincmar. Epiſt. 26.

Hæc e re prioris illius Sueſſonicæ Synodi natâ, huic e[illegible]cleandæ, cuius diſſertationem ſuſcepimus controuerſiæ non minimùm conducunt. Nullâ ſiquidem habitâ ratione reliquarum Hincmari circumſcriptionum, impoſturarum & technarum, quas in omnibus fermè negotiis & actibus ſuis exhibere ſolitus eſſet, maximè in oppreſſione Rothadi Sueſſionenſis Epiſcopi, & in tyrannica crudelitate erga proprium nepotem Hincmarum Laudunenſem, vtraque Synodicis conuentibus ab Hincmaro palliata: nullâ, inquam, aliâ habitâ ratione, quàm eorum quæ iam probauimus in hac controuerſia miſerabilis illius Monachi, & in cauſa Vulfadi & ſociorum iudicio ipſius Summi Pontificis, nemo eſt qui non iudicet fidem Hincmaro penitùs abrogandam, & reprobandam omnem definitionem quæ in conuenticulis, quibus præfuerit, habita ſit: cum geminæ illæ tam celebres tot tantorúmque Epiſcoporum Sueſſioni habitæ Synodi, ab illius fraudulentis circumuentionibus non potuerint eſſe immunes.

Quoniam verò Pardulum Hincmarianæ fraudis & captionis

participem immo Symmiſtam, Iuniorem Epiſcopum, illi amiciſſimum, aulici vaporis pariter afflatum, ex Lupi Ferrarienſis Epiſtola 78. protulimus; obſeruare expedit in præfata Sueſſionenſi Synodo ab Hincmaro electum iudicem, quem etiam ſcriptorum ſuorum habebat cenſorem, ex Flodoard; hiſt. lib. 3. cap. 21. & in hac ipſa quam inquirimus controuerſiâ ita inuicem coniunctos, vt ad vtrumque ſimul opuſculum ſuum direxerit Prudentius, vterque ſimul Ioannem Scotum compulerit ad ſcribendum: Vtrique opus ſuum inſcripſerit idem Scotus, vterque etiam hac ipſa controuerſia ſimul ſcripſerit ad Eccleſiam Lugdunenſem, quid niſi vterque fraudulenti, quod mox videbimus, conuenticuli miniſter fuerit? Pro corollario ſeù coronide verſatilis & fraudulentæ eorum in conuentibus Eccleſiaſticis factionis, producenda non ſuſpecti auctoris, ipſius videlicet Parduli ad Hincmarum ipſum Epiſtola, nunc primum à R. P. Sirmondo ad calcem Epiſtolarum Hincmari edita, quâ illi pro recuperata ſanitate congratulatur, Synodorum abſque Hincmaro ſtatum deplorat: quod ſi, inquit, ſibi cæteriſque Hincmari fidelibus (ſcilicet factionis participibus) illum mori contigiſſet mortem ſe optare, aut in futurum nulli amplius Synodo intereſſe profitetur: quæ maior factioſæ conſpirationis declaratio proferri poteſt? ipſum audiamus hæc ipſa ſunt eius verba valdè notanda. A. 853. Parduli Epiſt. ad Hincm.

« Patri Reuerentiſſimo Hincmaro Archiepiſcopo Pardulus Epiſcopus in Domino Salutem. Gloria in excelſis Deo, per quem mihi ſanitatem veſtram omnibus profuturam redditam gaudeo, ſine qua nihil boni me habiturum ſperabam, quia poſt Deum vos habeo in omni tribulatione certiſſimum adiutorem & in omni neceſſitate piiſſimum & benigniſſimum conſolatorem: neque enim ab ea die, quâ vos hæc infirmitas tetigit, à corde meo excedere potuit habitus noſtræ Synodi. Sed neque qui ſint in eadem præſidentes aut conſidentes, quíduè in ea proficere ſolemus, obliuiſci potui. Vnde ſi contigiſſet mihi, cæteríſque fidelibus veſtris, modò quod Deus auertat, plus aliquid contrarietatis in hac veſtra infirmitate, optabam me aut citò vos ſecuturum, aut nullatenus in aliquam Synodum progreſſurum, &c.] »

A. 853.

Cap. 33.

CAPVT XXXIII.

Capitula quatuor Cariſiaca aduerſus Gotteſchalcum non vllius legitimæ Synodi eſſe, ſed ab Hincmaro præcipitanter concinnata, eiúſque impulſu à Rege Karolo Caluo & paucis Epiſcopis, etiam aliquibus inuitis, qui poſtea reclamauerunt, ſubſcripta. Quinam verò illi Epiſcopi, ignotum. Cæterum inter eos B. Prudentium Trecenſem fuiſſe (licet aſſerat Hincmarus) ab omni veriſimilitudine alienum eſſe oſtenditur.

ADoriamur nunc furtiuum & clandeſtinum fraudis Hincmarianæ conuenticulum, actione 7. Concilij Sueſſonenſis, vt ibi habetur Rex Carolus duodecim propoſuit capitula, & conſultu eorundem Epiſcoporum ea per regnum ſuum innoteſcenda, exercenda & obſeruanda commonuit, præcepit, & confirmauit. Niſi Capitula quatuor (de quibus agendum) eiuſmodi fuiſſent, quæ non prohibente Regis præſentiâ, Hincmari, & fidelium ſuorum factione, tanquam fidei Catholicæ, & pacis Chriſtianæ inimica ab omnibus Epiſcopis reiicienda & explodenda certiſſimè præuidiſſent, ſine dubio inter reliqua vel ab Hincmaro, vel à Rege ipſo in Concilio illo quatuor aut quinque prouinciarum definienda, vel aliter recipienda propoſita fuiſſent: eo magis quo (vt vidimus) præualuerat factioſa Hincmari conſpiratio in perniciem Clericorum, qui ab Ebone poſt eius depoſitionem ſacros ordines ſuſceperant: ſed nec fidelium Hincmari conſpiratio, nec Regis præſentia tanto præiudicio in cauſa fidei ſufficiebat, nec falſis teſtibus, nec ſuppoſitis & adulteratis inſtrumentis, nec aliis ſimilibus technis tot tantorúmque Epiſcoporum (quorum vt vidimus, conſenſu contrarium in libello Prudentij expoſitum tacitè confirmatum fuerat) religio circumſcribi & ſeduci poterat. Neceſſarium fuit huic negotio peragendo ſecreti cōuenticuli tenebras requirere.

Peractâ Synodo Rex in Cariſiacum Palatium reuerſus cum quibuſdam Epiſcopis, Hincmaro, Pardulo & aliis paucis ex Hincmari fidelibus, vel etiam aliis ſed pauciſſimis, quatuor capitula ab ipſo Hincmaro præcipitanter (vt voluit) compoſita edidit, propriâ ſubſcriptione & Epiſcoporum qui illùc adducti fuerant, etiam quorumdam renitentium ſubſcriptione

roborauit. Rei geſtæ teſtem habemus omni exceptione maiorem quoad Hincmarum & ſequaces, auctorem eiuſdem æui; eiuſdem Prouinciæ, Hincmaro amiciſſimum, eiúſque perpetuum encomiaſtem, non ſolùm Gotteſchalco, ſed & Prudentio ob eius doctrinam iniquiſſimum, eoque magis admittendum, quò res noſtras maximè Galliæ Belgicæ, & Prouinciæ Remenſis per annos 41. ab anno 841. ad 882. exactiſſimè proſecutus eſt, & ſolus tam de ſupradicto Cariſiaco placito, quàm de hocce conuenticulo Cariſiaco & præcipuè de quatuor iſtis capitulis meminit, à ſcriptis Hincmari nunquam recedens, idque maiori curâ, & prudentiâ, quàm quæ ab Hincmaro fuere propoſita: is eſt author Annalium Bertinianorum, qui ex vetuſtiſſimo Codice Sancti Bertini, curâ & ſtudio R. P. Heriberti Roſuuedi Societatis Ieſu è puluere eruti in Hiſtoriæ Francorum tom. 3. pag. 150. & ſeqq. extant, ad annum hunc quem agimus 853. Sueſſionenſis Synodus & conuenticulum hoc ſubſequens in Cariſiaco his verbis exprimuntur. A. 853.

Anno 853. Karolus menſe Aprili Synodum Epiſcoporum « iuxta vrbem Sueſſionum in Monaſteriũ Sancti Medardi aggre- « gans, duos Presbyteros Monachos eiuſdem Monaſterij ipſe « Synodo præſidens, Epiſcopis iudicantibus degradari fecit, eo « quòd Pipinum furari, & cum eo in Aquitaniam fugere diſpo- « ſuiſſent. Ingmarus Remorum Epiſcopus omnes Eccleſiæ ſuæ « Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos quoſcumque Ebo poſt « depoſitionem ſuam ordinauit, Synodo iudicante depoſuit. « Pipinus Karolo Sacramentum fidelitatis iurat, & inſuper habi- « tum Monachi ſuſcipit, Regulæque obſeruationem more Mo- « nachi ſolito promittit. Karolus inde ad Cariſiacum veniens « cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus Monaſticis quatuor « Capitula edidit, & propriâ ſubſcriptione roborauit, quorum « primum eſt: à Deo neminem prædeſtinatum ad pœnam, v- « námque eſſe Dei Prædeſtinationem, quæ aut ad donũ pertinet « gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ. Secundùm; Liberum « Arbitrium, quod in primo homine perdidimus, nobis præue- « niente & adiuuante Chriſti gratiâ redditum. Tertium; velle « Deum generaliter omnes homines ſaluos fieri, licet non omnes « ſaluentur. Quartum; Chriſti Sanguinem pro omnibus fuſum, « licet non omnes paſſionis myſterio redimantur.] «

Annales Bertiniani Ann. 853.

In relatione illa nihil vniuerſim ſiue in re ipſa, ſiue in circunſtantiis loci, temporis, perſonarum, & reliquorum deſiderari poteſt; hæc omnia magis exquiſitè, breuiùs & dilucidiùs maximè quoad cõditiones capitulorum illorum exprimere vix poſſibile: quæ quatuor Hincmari capitula tam in præludiis eius

A. 853. operis de Prædeſtinatione, quàm inter Concilia Galliæ tom. 3. ad annum 848. his verbis ſunt concepta, & hoc titulo inter Concilia.

Capitula quatuor apud Cariſiacum in Synodo contra Prædeſtinatianos conſtituta.

Primum. Quod vna tantum ſit Prædeſtinatio Dei.

» DEVS omnipotens hominem ſine peccato rectum cum Libero Arbitrio condidit, & in paradiſo poſuit, quem in ſanctitate iuſtitiæ permanere voluit; homo Libero Arbitrio malè vtens peccauit, & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis humani generis: Deus autem bonus & iuſtus elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam: cæteros autem quos iuſtitiæ iudicio in maſſa perditionis reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtinauit pœnam autem illis, quia iuſtus eſt:, prædeſtinauit æternam. Ac per hoc vnam Dei Prædeſtinationem tantummodo dicimus, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ.

II. Quod Liberum hominis Arbitrium per gratiam ſanetur.

» Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recepimus: Et habemus Liberum Arbitrium ad bonum, præuentum & adiutum gratiâ, & habemus Liberum Arbitrium ad malum, deſertum gratiâ; Liberum autem habemus Arbitrium, quia gratiâ liberatum, & gratiâ de corrupto ſanatum.

III. Quod Deus omnes homines velit ſaluos fieri.

» Deus omnipotens omnes homines ſine exceptione vult ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur: quod autem quidam ſaluentur, ſaluantis eſt donum; quod autem quidam pereunt, pereuntium eſt meritum.

IV. Quod Chriſtus pro omnibus hominibus paſſus ſit.

» Chriſtus Ieſus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit; ita nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit: licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur, quod verò omnes paſſionis eius myſterio non redimuntur, non reſpicit ad magnitudinem

dinem, & pretij copioſitatem: ſed ad infidelium, & ad non cre- « A. 853.
dentium eà fide, quæ per dilectionem operatur, reſpicit partem, «
quia poculum humanæ ſalutis, quod confectum eſt infirmitate «
noſtrà, & virtute diuinà, habet quidem in ſe vt omnibus proſit: «
ſed ſi non bibitur non medetur.] «

Quantùm ad tempus, quò edita ſunt hæc quatuor Capitula, ſuprà ſatis ſupérque demonſtratum & euictum duodecim certiſſimis argumentis ad quæ lectorem remittimus fruſtrà & malè, & nullo auctore hæc quatuor Capitula ſub placito Cariſiacenſi anno 848. immò veriùs 849. habito inter Concilia Galliæ repoſita: Et hoc anno exactâ Synodo Sueſſionenſi Regis mandato iuxta Annales Bertinianos, in conuenticulo fuiſſe edita nemo eſt tam clara in luce cœcutiens, qui non videat, vel etiam non videre tam diſſimulare valeat.

Quoad Titulum, obſeruandum, gratìs additum (in Synodo) contra fidem Codicis Hincmariani ex quo deſumpta hæc Capitula hoc Titulo ibi prænotata; hæc autem quatuor Capitula quæ ſequuntur contra Prædeſtinatianos conſtituta &c. Nulla habitâ mentione Synodi, vt reuera Synodus nullomodo dici poteſt, nec ipſe Hincmarus in prioris operis ſui præfatione hæc ſua quatuor Capitula auſus eſt Synodi nomine inſignire. Immo verò in illius præfatione (quæ ſola ex illo opere ſupereſt, & apud Flodoardum extat integra, Hiſtoriæ Rem. lib. 3. cap. 15.) ſæpiùs conferens Hincmarus hæc ſua quatuor Capitula cum Capitulis ſeu Canonibus Synodi Valentinæ, quibus ſua illa quatuor Capitula ipſo teſte tanquam inutilia immo noxia & abominanda reiecta ſunt, Capitula Synodi Valentinæ non niſi nomine & auctoritate Synodi profert; ſua verò Capitula nullo alio quam quatuor Capitulorum titulo illuſtrat: inuſitatá certè Hincmaro modeſtiâ, ſed non adhuc in mentem venerat Capitula illa furtim edita decreti Synodalis nomine decore inueſtire. In principio præfatio- Flodoard.
nis his vtitur verbis: Cæterùm Capitula Synodalia venerabilium « lib.3.c.15.
conſacerdotum noſtrorum trium ſcilicet Prouinciarum (ſicut «
ibidem continetur, & inferiùs ſcriptum inuenietur) vobis dela- «
ta, quæ noſtræ humilitati &c. Ob ſtudium cognoſcendæ verita- «
tis legenda & ventilanda dediſtis, reuoluimus, in quibus nos (li- «
cet nomina noſtra ſint tacita) deſignatione tamen effectus velut «
non Catholicos reprehenſos & ſine fraternitatis reſpectu deſpe- «
ctos reperimus: Capitula quoque quæ ob notam vobis & infrà «
innoteſcendam neceſſitatem ex Catholicorum Patrum ſenſibus «
& verbis excerpſimus velut inutilia, immo noxia repulſa & abo- «
minata inuenimus, quæ Capitula ſicut à nobis excerpta ſunt ſuis «
ſcriptis inſerere noluerunt &c.] «

Digitized by Google

A. 853. » Et ſub finem: primo ſcilicet mittentes ea quæ ab eiſdem fratri-
Ibidem. » bus noſtris in Synodo conſcripta fuiſſe leguntur, licet hinc ante
» alia fuiſſe conſcripta reperiantur; ſed quia hæc in ſuggillationem
» noſtram & contra excerpta à nobis Capitula confecta noſcuntur,
» ea primum iudicauimus ponere quæ maioris nominis, licet non
» auctoritatis, quia partim non veritatis, propter tamen Synoda-
» lem prætitulationem dignum duximus magni pendere. Deinde
» illa quæ à pluribus, & per aliorum manus de pluribus ex his cau-
» ſis accepimus: propter quam neceſſitatem ex Catholicorum Pa-
» trum (vt diximus) ſenſibus & verbis Capitula illa quatuor ex-
» cerpere procurauimus eâ conditione, vt de ſingulorum ſcriptis
» & ſingulis ſententiis, quæ in à nobis excerptis Capitulis conti-
» nentur, quædam prout neceſſe videbimus ponamus. Poſt hæc
» Capitula à nobis excerpta &c.] Et infrà etiam ſæpius de Capi-
tulis illis quatuor ſine vlla Synodi mentione.

Atqui ſi Capitula illa in Synodo fuiſſent edita quâ ratione fingi poteſt ab Hincmaro ſuo titulo defraudata? nec obſeruatione indignum Regem ipſum (licet Hincmari fraudibus & nequitiis irretitus nomen, auctoritatem & ſubſcriptionem ſuam his Capitulis accommodauerit, forſitan vt contra ſententiam animos aliquatenùs reprimeret, & ſic paci Eccleſiaſticæ conſulendnm duceret) nullo modo paſſum hæc Capitula inter Synodicas ſanctiones & leges Capitularibus ſuis ſancitas reponi: ſiquidem in Capitularibus Karoli præter Synodum Sueſſonenſem menſe Aprili celebratam, alteram Synodum ab iiſdem ferè Epiſcopis (quod notandum) videmus menſe Auguſto ipſo Rege præſente apud Vermeriam habitam, in qua ne verbum quidem de hoc Cariſienſi conuenticulo, nec de quatuor iſtis Capitulis, licet in hac poſtrema Synodo apud Vermeriam confirmata fuerint Capitula per Regem propoſita in Synodo Sueſſonenſi: ſed & Capitula
Syno. Vermer. c. vlt. » (inquit Synodus apud Vermeriam cap. vlt.) quæ Synodali con-
» ſultus Dominus Rex Karolus in Concilio memorato apud Sueſ-
» ſionis ciuitatem ſacro propoſuit conuentui, coram fidelibus ſuis
» in eodem palatio Vermeria relegi fecit, & ab omnibus conſonan-
» ter ſuſcepta ſunt & accepta.] Sed de quatuor iſtis Capitulis inter vtramque Synodum furtim & elanculum editis nullum verbum. In iiſdem etiam Capitularibus referuntur alia Capitula hoc eodem anno edita in duobus aliis conuentibus menſe Nouembri celebratis, apud Valentianas & apud Syluacum. Cur obmiſſa Capitula illa quatuor ſi legitimè fuiſſent edita? Cur penitùs obmiſſus ille Cariſienſis conuentus, niſi quia illegitimus, Regijs ſanctionibus indignus iudicatus, & ſic à Rege ipſo reprobatus?

Digitized by Google

A. 835.

Hincmarus verò poſteriori opere ſuo de prædeſtinatione contra Prudentium, Eccleſiam Lugdunenſem & duo Concilia Valentinum ſcilicet & Lingonenſe Capitulorum illorum defenſionem ſuſcipiens, ſolitâ ſinceritate nobili decretorum Synodalium titulo, illa decorauit: ſed nullibi apud Hincmarum memoratum, nec quo tempore edita illa quatuor Capitula, nec à quibus ſubſcripta fuerint: immò verò eiuſdem operis cap. 2. Hincmarus, licet agendum eſſet non tam de Cariſienſi illo placito in quo damnatus fuerat Gotteſchalcus (quod Synodalem conuentum impropriè nominat) quàm de hoc Cariſienſi conuenticulo, in quo de doctrina actum eſt, ſtudioſiſſimè & ad nauſeam Epiſcopos & Abbates & reliquos Eccleſiaſticos, qui illi interfuerant & nominibus & dignitatibus expreſſit: De hoc autem conuenticulo ne verbum quidem: & hoc ipſum eo animo ſic ibi inuolutum, vt poſteri omnes & alij etiam quibus hæc omnia non ſatis nota eſſent, Capitula illa quatuor quaſi appendicem illius condemnationis ab Epiſcopis illis, Abbatibus & reliquis Eccleſiaſticis viris ſubſcripta fuiſſe crederent, atque iſtâ Hincmari ſimulatione, & aſtutiâ deceptum R. P. Sirmondum credimus, qui hæc quatuor Capitula nomine Concilij Cariſienſis & ad annum 848. poſt recenſita Epiſcoporum illorum nomina, quaſi germanum illorum fœtum in publicum protulit, quo maior Capitulis illis auctoritas & reuerentia accederet.

Porro hæc Capitula non Synodi eſſe, ſed Hincmari quæ iam retulimus, & mox referemus pleniſſimè probant, ipſéque R. P. Sirmondus id fatetur in præfatoria operis Hincmari epiſtola ad lectorem. Duplex fuit, inquit, Hincmari aduerſus Prædeſtinatianos lucubratio, vna tres libros continens pro defenſione Cariſiacenſium eius Capitulorum contra Gotteſchalcum &c.] Sed fœtum illum Hincmari (ſeu magis vt ipſe loquitur ſpuria ex radice amaritudinis vitulamina) vt abortiuum partum & præcipitanter editum fuiſſe ab Hincmaro, ipſo teſte videamus: in eodem opere cap. 23. Sed cuicunque placet, inquit, benigno animo conferat Capitulum Sanctæ Arauſicanæ Synodi, cum Capitulo à nobis ad ſenſum excerpto, quia librum præ manibus tunc non habuimus, quando hoc Capitulum de ſenſibus orthodoxorum dictare coacti ſumus &c.]

Sirm. Epiſtola ad Lectorem in opere Hincm.

Hincmar. de Prędeſt. cap. 23.

Item cap. 30. in quibus verbis (inquit) ſi aliquam ſyllabam, non autem ſenſum immutauimus, non per ſtudium, nec per arrogantiam accidit, ſed quia librum eiuſdem Beati Proſperi præ manibus non habuimus, & ſpatium vt afferri valuiſſet, inſtantiâ Chriſtianæ deuotionis veſtræ cogente (ſicut ipſi melius ſcitis venerabilis princeps noſter Karole Rex glorioſe) obtinere ne-

Ibid. c. 30.

Mm ij

Digitized by Google

A. 853. » quiuimus, compellentes nos coarctatione digniſſimâ dantes
» exemplum ex libro Hieronymi de optimo genere interpretandi,
Ibid. c. 34. » quia non tantùm quærebatis alienæ compoſitionis verba, quàm
» ſinceræ & Epiſcopalis conſcientiæ Catholica documenta.] Et
» iterum cap. 34. ſub finem, de cuius Sancti viri, ſcilicet Proſperi,
» verbis vt ſimpliciter & veraciter omnibus legentibus fateamur,
» inſtantiâ deuotionis Domini & Chriſtianiſſimi Karoli Principis
» coacti, qui librum illius præ manibus non habuimus, quantum
» ad memoriam nobis venit, & breuitas temporis, & ſimultanea
» compulſio permiſit, hoc Capitulum humilitas noſtræ intelligen-
» tiæ delibauit.] Quid tam alienum à maturo, quod in Conciliis haberi debet examine? illa ſola præcipitatio & ſubitanea compulſio, ad Capitula illa reiicienda & explodenda ſufficeret.

Quinam verò Capitulis illis ſubſcripſerint ignotum: maluit Hincmarus (vt iam diximus) ob paucitatem, eorum numerum & conditionem ſilentio obuoluere; quinam autem eſſe potuerint, niſi Pardulus & alij quidam ſimiliter Hincmari fideles id eſt Hincmarianæ factionis participes, vel ſi qui fuere alij, quidni fraudibus illius decepti, & regiâ auctoritate compulſi? ſiquidem Hincmarus ipſe in præfatione poſterioris operis de Prædeſtinatione fatetur eorum aliquos paulò poſt in libertate exiſten-

Hincmar. in poſt. Præfat. » tes contrariam ſententiam publicè profeſſos; Adeo, inquit,
» quorumdam excreuit diſſentio, vt hæc diſſonantia ad veſtram
» perueniret notitiam & Synodali decreto pro zelo fidei & vna-
» nimitatis amore, antequam hæc nobis perſcrutanda committe-
» retis quatuor capitula Epiſcopali definitione vobis de Catholi-
» corum Patrum dictis colligi, & ſingulorum exigeretis manibus
» roborari: Poſteà verò & quorumdam ex his qui eiſdem capitu-
» lis ſubſcripſerant, & aliorum etiam in tantum eſt accumulata
» vecordia, vt neceſſe foret & iuſſionis veſtræ inſtantia & exe-
» cutionis noſtræ obedientia.] Salubriter igitur erubeſcant & conuertantur qui conuenticulum hoc paucorum Epiſcoporum, eorúmque factioſorum clandeſtinum, præcipitatum & libertate deſtitutum, pro legitimo & ſolemni Concilio in publicum obtendunt.

Rothadi libello proclam. Ex iis qui his quatuor capitulis renitentes ſubſcripſerunt & reclamauerunt, Rothadum Sueſſonenſem Epiſcopum Prouinciæ Remenſis fuiſſe nõ leui argumento eſt, quòd in libello proclamationis ad Nicolaum Papam, veram cauſam odij, quod Hincmarus in eum conceperat pluribus annis ante proclamationem illam exprimit, ex eo quòd illi conſentire nollet in iis, quæ Sanctis Patribus contraria eſſe ſentiebat, quod verè non rectiùs quam de his

Digitized by Google

A. 853.

quatuor Capitulis intelligi poteſt. Ego autem, inquit, quantùm poteram illum tolerans, in his ei nequaquam pro ſuo libitu acquieſcere volui, quæ ſacris perpendebam auctoribus eſſe contraria.]

Sed quicquid ſit de Rothado, licet Hincmarus nullum eorum, qui ſuis capitulis ſubſcripſere nominauerit, nihilominus in opere illo de Prædeſtinatione, quò Prudentii Tricaſſini Epiſcopi, cuius Tractoriam impugnat, auctoritatem deprimat, eò impudentiæ progreſſus eſt, vt ei capitulis illis ſubſcripſiſſe falsò improperet cap. 26. in principio: Cæterùm, inquit, Capitula à nobis ex Sanctorum Patrum dictis excerpta quæ reprehendit Dominus Prudentius venerabilis Epiſcopus, nobiſcum conſtituit atque firmauit &c.] Et vehementius in cap. 21. Cui Capitulo, inquit, cum aliis tribus de quibus ratio agitur in Conuentu Epiſcoporum Domnus ſubſcripſit Prudentius, poſtea autem in Epiſtola ad Vvenilonem ſuum Archiepiſcopum de ordinando Ænea Pariſiorum Epiſcopo directâ, quatuor ponens Capitula, ita de hoc primo dicit &c. Vnde miramur cum in præfata Synodo Capitulis ſuperiùs memoratis ſubſcripſerit, & Canonicas Sanctiones atque Decreta Apoſtolicæ Sedis Pontificum ſufficienter cognita de Synodali ſubſcriptione, atque profeſſione habeat, tam inconſultè & inconſuetè, ſine probabili conlatione, contra Regularum inſtituta huiuſmodi ſcriptum pro ordinationis conſenſu Coëpiſcopi ſui ad Archiepiſcopum & Coepiſcopos ſuos tranſmiſerit.]

Hincmar. de Prædeſt. cap. 26.

cap. 21.

Ita vt cui fraudes, ſimulationes & mendacia Hincmari non fuerint perſpecta, tam inuerecundæ & perfrictæ frontis Archiepiſcopum non credat, vt hæc vltrò contra veritatem aſſeueret. Ideóque fœliciter accidit quod ex occaſione rei geſtæ in Concilio Sueſſonenſi, præter ea quæ paſſim in hac diſſertatione occurrerunt, aliqua ex parte lubrici huius ingenii delineatam à ſede Apoſtolica imaginem expreſſimus, & qui opus illud de Prædeſtinatione vel leuiter expenderit, plurimas & peiores in auctores librorum Eccleſiæ Lugdunenſis & Patres Concilii Valentini, & Concilii Lingonenſis, & ſuppreſſo nomine in ipſum Lugdunenſem Archiepiſcopum impoſtoris calumnias reperiet.

Deinde in contrarium rei veritas ipſa per ſe reclamat: Prudentius (vt vidimus) ſolo Dei Catholicæ veritatis zelo, ſeruato quoque charitatis vinculo primus omnium contrariam ſententiam, vt orthodoxam profeſſus eſt, & iſtam Hincmarianis Capitulis aſſertam vt hæreticam impugnauit: in eadem ſententia acerrimè perſiſtens Ioannem Scotum etiam amicum vt hæreticum oppreſſit, duobus libris, diuerſis temporibus in publicum editis,

altero ad ipſos Hincmarum & Pardulum, altero ad Vvenilonem
A. 853. Archiepiſcopum ſuum : denique vbi Capitula iſta ad eius notitiam peruenere hoc eodem anno Tractoriâ ſuâ in publicum Epiſcoporum ſuæ Prouinciæ Concilium emiſsâ (vt mox videbitur) alia quatuor Capitula, Capitulis illis ex diametro oppoſita, ex neceſſitate fidei Catholicæ recipienda propoſuit. Quis quæſo in tam clara luce cæcutiens falſiſſimæ Hincmari calumniæ, vt memoriam tanti Præſulis poſt eius mortem ſugillet, & ſcripta eius dilaceret, & eorum auctoritatem deprimat, acquieſcere non dedignetur. Poſt mortem, inquam, obiit ſiquidem & quieuit in Domino 6. Aprilis 861. Et licet anno præcedenti opus ſuum incœperit Hincmarus, nihilominus in aliquot inſequentes annos protractum eſt, immo & poſt editionem multa immutauit vt videbitur ſuo loco. Nec non hic obſeruandum quòd Hincmarus
Hincmar. Epiſt. 24. ipſe Epiſtolâ 24. ad Egilonem nullam fidem ipſi Prudentio Præſuli indubitatæ fidei & probitatis in iis quę de Nicolao Papa in
» Annalibus ſuis ſcripſit, adhibendam cenſet : eo quòd, inquit, ad
» confirmandam ſuam ſententiam eos compoſuerit.] Quantò minùs Hincmaro Præſulum fraudulentiſſimo, & cauſæ tuendæ quam ſuam ſua nequitia fecit? Alioquin dicendum foret non ſolùm ab Hincmaro, ſed & à Rege ipſo paratas Prudentio inſidias, cúmque auctoritate Regiâ tam violenter oppreſſum, vt ſupremâ vi, quæ in conſtantem virum cadere poſſit, coactus ſubſcripſerit: Quod quàm indignum Regiæ majeſtatis, maximè in Karolo qui ſe modo Eccleſiæ Filium, eiúſque protectorem in Concilio Sueſſionenſi profeſſus fuerat, nemo eſt qui non videat.

Cap. 34.

CAPVT XXXIV.

Beati Prudentij Trecenſis Tractoria ad Prouinciæ ſuæ Coëpiſcopos, in qua Catholicam veritatem Capitulis quatuor Hincmarianis labefactatam, totidem aliis propugnat. 1. De Libero Arbitrio & Gratia. 2. De gemina Prædeſtinatione. 3. De Sanguine Chriſti pro ſolis credentibus effuſo. 4. Non alios Deum velle ſaluari, quàm qui ſaluantur. Ab Epiſcopis Epiſtolam illam reuerenter ſuſceptam & cõprobatam pluribus conjecturis euincitur.

CVm igitur ita ſe res haberet monitus Prudentius fraudulentâ Hincmari nequitiâ, in Palatio Cariſiaco à Rege ipſo & Epiſcopis quibuſdam ſubſcripta illa quatuor Capitula, ne ex his

Digitized by Google

veritati præiudicium ingeneraretur, non illa Capitula Regis reuerentiâ ſcriptis impugnare, ſed veritatem ipſam illis oppoſitam publicè modis omnibus profiteri decreuit. Eodémque anno ex obitu Ercanradi Pariſienſis Epiſcopi occaſione ortâ conuocatæ Synodi Senonenſis ad ordinationem alterius Epiſcopi, ad Synodum vocatus graui valetudine depreſſus Vicarium Eccleſiæ ſuæ Presbyterum miſit vnâ cum Tractoria ad Coepiſcopos ſuos, quâ conſenſus ſui pręſentiam eatenùs exhibet, vt is qui ordinandus eſſet, doctrinam Sanctorum Patrum, ſpecialiter ſuper quatuor Capitulis, quibus omnis Eccleſia Catholica aduerſus Pelagium, eiúſque hæreſeos ſequaces pugnauit, ſubſcribendo profiteretur; eáque Capitula quatuor expreſſit Hincmarianis oppoſita; & ſi ſecus ordinandus ſentiret, in ipſius ordinationem ipſe nullatenùs conſentiret: quam Tractoriam, quia cum Synodis Valentinâ & Lingonenſi impugnandam ſuſcepit Hincmarus, in præambulis ſui operis repoſuit, eandémque retulit R. P. Sirmondus inter formulas antiquas promotionum Epiſcoporum tom. 2. Conciliorum Galliæ pag. 656. integram hic reponendam operæ pretium duximus. A. 853.

Tractoria Prudentij Epiſcopi, quam per Vicarium miſit ad ordinationem Æneæ Pariſienſis, cum ipſe adeſſe non poſſet.

Patri Venerabili & cæteris Patribus Fratribúſque ſinceriſſimè diligendis, atque Coepiſcopis Reuerendis, Prudentius æternam in Domino ſalutem.

QVANTVM ad meritum peccatorum meorum ſpectat, iuſtiſſimo Dei iudicio, quantùm verò ad indebitas atque indeficientes eius miſericordias pertinere dignoſcitur, miſericordiſſimo ipſius munere, infirmitatibus penè omnibus notis depreſſus, ſancto deſiderabilíque veſtro conuentui adeſſe prohibeor. Quod autem poſſum præſentibus litteris, atque legato noſtræ Eccleſiæ Presbytero Arnaldo mei conſenſus præſentiam eatenus exhibeo: vt is qui ordinandus eſt, ſi Apoſtolicæ Sedis omnibus inſtitutis, & Beatorum Patrum Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Xiſti, Leonis, Gelaſii, Cœleſtini, Gregorii, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, Iſidori, Primaſii, Fulgentii, Hieronymi, Caſſiodori, Bedæ, aliorúmque adæquè Catholicorum, atque Orthodoxorum virorum & ſcriptis & dictis; ac ſpecialiter ſuper quatuor Capitulis, quibus omnibus Eccleſia Catholica aduerſus Pelagium, eiuſque hæreſeos ſequaces pugnauit ac vicit, atque

A. 853.

Cap. 33.

CAPVT XXXIII.

Capitula quatuor Cariſiaca aduerſus Gotteſchalcum non vllius legitimæ Synodi eſſe, ſed ab Hincmaro præcipitanter concinnata, eiúſque impulſu à Rege Karolo Caluo & paucis Epiſcopis, etiam aliquibus inuitis, qui poſtea reclamauerunt, ſubſcripta. Quinam verò illi Epiſcopi, ignotum. Cæterum inter eos B. Prudentium Trecenſem fuiſſe (licet aſſerat Hincmarus) ab omni veriſimilitudine alienum eſſe oſtenditur.

ADoriamur nunc furtiuum & clandeſtinum fraudis Hincmarianæ conuenticulum, actione 7. Concilij Sueſſonenſis, vt ibi habetur Rex Carolus duodecim propoſuit capitula, & conſultu eorundem Epiſcoporum ea per regnum ſuum innoteſcenda, exercenda & obſeruanda commonuit, præcepit, & confirmauit. Niſi Capitula quatuor (de quibus agendum) eiuſmodi fuiſſent, quæ non prohibente Regis præſentiâ, Hincmari, & fidelium ſuorum factione, tanquam fidei Catholicæ, & pacis Chriſtianæ inimica ab omnibus Epiſcopis reiicienda & explodenda certiſſimè præuidiſſent, ſine dubio inter reliqua vel ab Hincmaro, vel à Rege ipſo in Concilio illo quatuor aut quinque prouinciarum definienda, vel aliter recipienda propoſita fuiſſent: eo magis quo (vt vidimus) præualuerat factioſa Hincmari conſpiratio in perniciem Clericorum, qui ab Ebone poſt eius depoſitionem ſacros ordines ſuſceperant: ſed nec fidelium Hincmari conſpiratio, nec Regis præſentia tanto præiudicio in cauſa fidei ſufficiebat, nec falſis teſtibus, nec ſuppoſitis & adulteratis inſtrumentis, nec aliis ſimilibus technis tot tantorúmque Epiſcoporum (quorum vt vidimus, conſenſu contrarium in libello Prudentij expoſitum tacitè confirmatum fuerat) religio circumſcribi & ſeduci poterat. Neceſſarium fuit huic negotio peragendo ſecreti cõuenticuli tenebras requirere.

Peractâ Synodo Rex in Cariſiacum Palatium reuerſus cum quibuſdam Epiſcopis, Hincmaro, Pardulo & aliis paucis ex Hincmari fidelibus, vel etiam aliis ſed pauciſſimis, quatuor capitula ab ipſo Hincmaro præcipitanter (vt voluit) compoſita edidit, propriâ ſubſcriptione & Epiſcoporum qui illùc adducti fuerant, etiam quorumdam renitentium ſubſcriptione

Digitized by Google

roborauit. Rei geſtæ teſtem habemus omni exceptione maiorem quoad Hincmarum & ſequaces, auctorem eiuſdem æui; eiuſdem Prouinciæ, Hincmaro amiciſſimum, eiúſque perpetuum encomiaſtem, non ſolùm Gotteſchalco, ſed & Prudentio ob eius doctrinam iniquiſſimum, eoque magis admittendum, quò res noſtras maximè Galliæ Belgicæ, & Prouinciæ Remenſis per annos 41. ab anno 841. ad 882. exactiſſimè proſecutus eſt, & ſolus tam de ſupradicto Cariſiaco placito, quàm de hocce conuenticulo Cariſiaco & præcipuè de quatuor iſtis capitulis meminit, à ſcriptis Hincmari nunquam recedens, idque maiori curâ, & prudentiâ, quàm quæ ab Hincmaro fuere propoſita: is eſt author Annalium Bertinianorum. qui ex vetuſtiſſimo Codice Sancti Bertini, curâ & ſtudio R. P. Heriberti Roſuuedi Societatis Ieſu è puluere eruti in Hiſtoriæ Francorum tom. 3. pag. 150. & ſeqq. extant, ad annum hunc quem agimus 853. Sueſſionenſis Synodus & conuenticulum hoc ſubſequens in Cariſiaco his verbis exprimuntur. A. 853.

Anno 853. Karolus menſe Aprili Synodum Epiſcoporum iuxta vrbem Sueſſionum in Monaſteriū Sancti Medardi aggregans, duos Presbyteros Monachos eiuſdem Monaſterij ipſe Synodo præſidens, Epiſcopis iudicantibus degradari fecit, eo quòd Pipinum furari, & cum eo in Aquitaniam fugere diſpoſuiſſent. Ingmarus Remorum Epiſcopus omnes Eccleſiæ ſuæ Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos quoſcumque Ebo poſt depoſitionem ſuam ordinauit, Synodo iudicante depoſuit. Pipinus Karolo Sacramentum fidelitatis iurat, & inſuper habitum Monachi ſuſcipit, Regulæque obſeruationem more Monachi ſolito promittit. Karolus inde ad Cariſiacum veniens cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus Monaſticis quatuor Capitula edidit, & propriâ ſubſcriptione roborauit, quorum primum eſt: à Deo neminem prædeſtinatum ad pœnam, vnámque eſſe Dei Prædeſtinationem, quæ aut ad donū pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ. Secundùm; Liberum Arbitrium, quod in primo homine perdidimus, nobis præueniente & adiuuante Chriſti gratiâ redditum. Tertium; velle Deum generaliter omnes homines ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur. Quartum; Chriſti Sanguinem pro omnibus fuſum, licet non omnes paſſionis myſterio redimantur.] Annales Bertiniani Ann. 853.

In relatione illa nihil vniuerſim ſiue in re ipſa, ſiue in circunſtantiis loci, temporis, perſonarum, & reliquorum deſiderari poteſt; hæc omnia magis exquiſitè, breuiùs & dilucidiùs maximè quoad cōditiones capitulorum illorum exprimere vix poſſibile: quæ quatuor Hincmari capitula tam in præludiis eius

A. 853. operis de Prædeſtinatione, quàm inter Concilia Galliæ tom. 3. ad annum 848. his verbis ſunt concepta, & hoc titulo inter Concilia.

Capitula quatuor apud Cariſiacum in Synodo contra Prædeſtinatianos conſtituta.

Primum. Quod vna tantum ſit Prædeſtinatio Dei.

» DEvs omnipotens hominem ſine peccato rectum cum Li-
» bero Arbitrio condidit, & in paradiſo poſuit, quem in
» ſanctitate iuſtitiæ permanere voluit; homo Libero Arbitrio
» malè vtens peccauit, & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis
» humani generis: Deus autem bonus & iuſtus elegit ex eadem
» maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam quos per gra-
» tiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æter-
» nam: cæteros autem quos iuſtitiæ iudicio in maſſa perditionis
» reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtina-
» uit pœnam autem illis, quia iuſtus eſt, prædeſtinauit æter-
» nam. Ac per hoc vnam Dei Prædeſtinationem tantummodo
» dicimus, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retribu-
» tionem iuſtitiæ.

II. Quod Liberum hominis Arbitrium per gratiam ſanetur.

» Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus, quam per
» Chriſtum Dominum noſtrum recepimus: Et habemus Libe-
» rum Arbitrium ad bonum, præuentum & adiutum gratiâ, &
» habemus Liberum Arbitrium ad malum, deſertum gratiâ; Li-
» berum autem habemus Arbitrium, quia gratiâ liberatum, &
» gratiâ de corrupto ſanatum.

III. Quod Deus omnes homines velit ſaluos fieri.

» Deus omnipotens omnes homines ſine exceptione vult ſaluos
» fieri, licet non omnes ſaluentur: quod autem quidam ſaluen-
» tur, ſaluantis eſt donum; quod autem quidam pereunt, pereun-
» tium eſt meritum.

IV. Quod Chriſtus pro omnibus hominibus paſſus ſit.

» Chriſtus Ieſus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit
» vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit; ita nullus eſt,
» fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit: licet non omnes
» paſſionis eius myſterio redimantur, quod verò omnes paſſio-
» nis eius myſterio non redimuntur, non reſpicit ad magnitu-

dinem

dinem, & pretij copioſitatem: ſed ad infidelium, & ad non cre- « A. 853.
dentium eâ fide, quæ per dilectionem operatur, reſpicit partem, «
quia poculum humanæ ſalutis, quod confectum eſt infirmitate «
noſtra, & virtute diuinâ, habet quidem in ſe vt omnibus proſit: «
ſed ſi non bibitur non medetur.] «

Quantùm ad tempus, quo edita ſunt hæc quatuor Capitula, ſuprà ſatis ſupérque demonſtratum & euictum duodecim certiſſimis argumentis ad quæ lectorem remittimus fruſtrà & malè, & nullo auctore hæc quatuor Capitula ſub placito Cariſiacenſi anno 848. immò veriùs 849. habito inter Concilia Galliæ repoſita: Et hoc anno exactâ Synodo Sueſſionenſi Regis mandato iuxta Annales Bertinianos, in conuenticulo fuiſſe edita nemo eſt tam clara in luce cœcutiens, qui non videat, vel etiam non videre tam diſſimulare valeat.

Quoad Titulum, obſeruandum, gratis additum (in Synodo) contra fidem Codicis Hincmariani ex quo deſumpta hæc Capitula hoc Titulo ibi prænotata: hæc autem quatuor Capitula quæ ſequuntur contra Prædeſtinatianos conſtituta &c. Nulla habitâ mentione Synodi, vt reuera Synodus nullomodo dici poteſt, nec ipſe Hincmarus in prioris operis ſui præfatione hæc ſua quatuor Capitula auſus eſt Synodi nomine inſignire. Immo verò in illius præfatione (quæ ſola ex illo opere ſupereſt, & apud Flodoardum extat integra, Hiſtoriæ Rem. lib. 3. cap. 15.) ſæpius conferens Hincmarus hæc ſua quatuor Capitula cum Capitulis ſeu Canonibus Synodi Valentinæ, quibus ſua illa quatuor Capitula ipſo teſte tanquam inutilia immo noxia & abominanda reiecta ſunt, Capitula Synodi Valentinæ non niſi nomine & auctoritate Synodi profert; ſua verò Capitula nullo alio quam quatuor Capitulorum titulo illuſtrat: inuſitatâ certè Hincmaro modeſtiâ, ſed non adhuc in mentem venerat Capitula illa furtim edita decreti Synodalis nomine decore inueſtire. In principio præfatio- Flodoard.
nis his vtitur verbis: Cæterùm Capitula Synodalia venerabilium « lib. 3. c. 15.
conſacerdotum noſtrorum trium ſcilicet Prouinciarum (ſicut «
ibidem continetur, & inferiùs ſcriptum inuenietur) vobis dela- «
ta, quæ noſtræ humilitati &c. Ob ſtudium cognoſcendæ verita- «
tis legenda & ventilanda dediſtis, reuoluimus, in quibus nos (li- «
cet nomina noſtra ſint tacita) deſignatione tamen effectus velut «
non Catholicos reprehenſos & ſine fraternitatis reſpectu deſpe- «
ctos reperimus: Capitula quoque quæ ob notam vobis & infrà «
innoteſcendam neceſſitatem ex Catholicorum Patrum ſenſibus «
& verbis excerpſimus velut inutilia, immo noxia repulſa & abo- «
minata inuenimus, quæ Capitula ſicut à nobis excerpta ſunt ſuis «
ſcriptis inſerere noluerunt &c.] «

A. 853. » Et ſub finem: primo ſcilicet mittentes ea quæ ab eiſdem fratri-
Ibidem. » bus noſtris in Synodo conſcripta fuiſſe leguntur, licet hinc ante
» alia fuiſſe conſcripta reperiantur; ſed quia hæc in ſuggillationem
» noſtram & contra excerpta à nobis Capitula confecta noſcuntur,
» ea primum iudicauimus ponere quæ maioris nominis, licet non
» auctoritatis, quia partim non veritatis, propter tamen Synoda-
» lem prætitulationem dignum duximus magni pendere. Deinde
» illa quæ à pluribus, & per aliorum manus de pluribus ex his cau-
» ſis accepimus: propter quam neceſſitatem ex Catholicorum Pa-
» trum (vt diximus) ſenſibus & verbis Capitula illa quatuor ex-
» cerpere procurauimus eâ conditione, vt de ſingulorum ſcriptis
» & ſingulis ſententiis, quæ in à nobis excerptis Capitulis conti-
» nentur, quædam prout neceſſe videbimus ponamus. Poſt hæc
» Capitula à nobis excerpta &c.] Et infrà etiam ſæpius de Capi-
tulis illis quatuor ſine vlla Synodi mentione.

Atqui ſi Capitula illa in Synodo fuiſſent edita quâ ratione fingi poteſt ab Hincmaro ſuo titulo defraudata? nec obſeruatione indignum Regem ipſum (licet Hincmari fraudibus & nequitiis irretitus nomen, auctoritatem & ſubſcriptionem ſuam his Capitulis accommodauerit, forſitan vt contra ſententiam animos aliquatenùs reprimeret, & ſic paci Eccleſiaſticæ conſulendnm duceret) nullo modo paſſum hæc Capitula inter Synodicas ſanctiones & leges Capitularibus ſuis ſancitas reponi: ſiquidem in Capitularibus Karoli præter Synodum Sueſſonenſem menſe Aprili celebratam, alteram Synodum ab ijſdem ferè Epiſcopis (quod notandum) videmus menſe Auguſto ipſo Rege præſente apud Vermeriam habitam, in qua ne verbum quidem de hoc Cariſienſi conuenticulo, nec de quatuor iſtis Capitulis, licet in hac poſtrema Synodo apud Vermeriam confirmata fuerint Capitula per Regem propoſita in Synodo Sueſſonenſi: ſed & Capitula
Syno. Ver- » (inquit Synodus apud Vermeriam cap. vlt.) quæ Synodali con-
mer. c. vlt. » ſultus Dominus Rex Karolus in Concilio memorato apud Sueſ-
» ſionis ciuitatem ſacro propoſuit conuentui, coram fidelibus ſuis
» in eodem palatio Vermeria relegi fecit, & ab omnibus conſonan-
» ter ſuſcepta ſunt & accepta.] Sed de quatuor iſtis Capitulis inter vtramque Synodum furtim & clanculum editis nullum verbum. In iiſdem etiam Capitularibus referuntur alia Capitula hoc eodem anno edita in duobus aliis conuentibus menſe Nouembri celebratis, apud Valentianas & apud Syluacum. Cur obmiſſa Capitula illa quatuor ſi legitimè fuiſſent edita? Cur penitùs obmiſſus ille Cariſienſis conuentus, niſi quia illegitimus, Regijs ſanctionibus indignus iudicatus, & ſic à Rege ipſo reprobatus?

Digitized by Google

A. 835.

Hincmarus verò poſteriori opere ſuo de prædeſtinatione contra Prudentium, Eccleſiam Lugduuenſem & duo Concilia Valentinum ſcilicet & Lingouenſe Capitulorum illorum defenſionem ſuſcipiens, ſolità ſinceritate nobili decretorum Synodalium titulo, illa decorauit: ſed nullibi apud Hincmarum memoratum, nec quo tempore edita illa quatuor Capitula, nec à quibus ſubſcripta fuerint: immò verò eiuſdem operis cap. 2. Hincmarus, licet agendum eſſet non tam de Cariſienſi illo placito in quo damnatus fuerat Gotteſchalcus (quod Synodalem conuentum impropriè nominat) quàm de hoc Cariſienſi conuenticulo, in quo de doctrina actum eſt, ſtudioſiſſimè & ad nauſeam Epiſcopos & Abbates & reliquos Eccleſiaſticos, qui illi interfuerant & nominibus & dignitatibus expreſſit: De hoc autem conuenticulo ne verbum quidem: & hoc ipſum eo animo ſic ibi inuolutum, vt poſteri omnes & alij etiam quibus hæc omnia non ſatis nota eſſent, Capitula illa quatuor quaſi appendicem illius condemnationis ab Epiſcopis illis, Abbatibus & reliquis Eccleſiaſticis viris ſubſcripta fuiſſe crederent, atque iſtà Hincmari ſimulatione, & aſtutià deceptum R. P. Sirmondum credimus, qui hæc quatuor Capitula nomine Concilij Cariſienſis & ad annum 848. poſt recenſita Epiſcoporum illorum nomina, quaſi germanum illorum fœtum in publicum protulit, quo maior Capitulis illis auctoritas & reuerentia accederet.

Porro hæc Capitula non Synodi eſſe, ſed Hincmari quæ iam retulimus, & mox referemus pleniſſimè probant, ipſéque R. P. Sirmondus id fatetur in præfatoria operis Hincmari epiſtola ad lectorem. Duplex fuit, inquit, Hincmari aduerſus Prædeſtinatianos lucubratio, vna tres libros continens pro defenſione Cariſiacenſium eius Capitulorum contra Gotteſchalcum &c.] Sed fœtum illum Hincmari (ſeu magis vt ipſe loquitur ſpuria ex radice amaritudinis vitulamina) vt abortiuum partum & præcipitanter editum fuiſſe ab Hincmaro, ipſo teſte videamus: in eodem opere cap. 23. Sed cuicunque placet, inquit, benigno animo conferat Capitulum Sanctæ Arauſicanæ Synodi, cum Capitulo à nobis ad ſenſum excerpto, quia librum præ manibus tunc non habuimus, quando hoc Capitulum de ſenſibus orthodoxorum dictare coacti ſumus &c.]

Sirm. Epiſto'a ad Lectorem in opere Hincm.

Hincmar. de Prędeſt, cap. 23.

Item cap. 30. in quibus verbis (inquit) ſi aliquam ſyllabam, non autem ſenſum immutauimus, non per ſtudium, nec per arrogantiam accidit, ſed quia librum eiuſdem Beati Proſperi præ manibus non habuimus, & ſpatium vt afferri valuiſſet, inſtantià Chriſtianæ deuotionis veſtræ cogente (ſicut ipſi melius ſcitis venerabilis princeps noſter Karole Rex glorioſe) obtinere ne-

Ibid. c. 30.

A. 853. » quiuimus, compellentes nos coarctatione digniſſimâ dantes
» exemplum ex libro Hieronymi de optimo genere interpretandi,
Ibid. c. 34. » quia non tantùm quærebatis alienæ compoſitionis verba, quàm
» ſinceræ & Epiſcopalis conſcientiæ Catholica documenta.] Et
» iterum cap. 34. ſub finem, de cuius Sancti viri, ſcilicet Proſperi,
» verbis vt ſimpliciter & veraciter omnibus legentibus fateamur,
» inſtantiâ deuotionis Domini & Chriſtianiſſimi Karoli Principis
» coacti, qui librum illius præ manibus non habuimus, quantum
» ad memoriam nobis venit, & breuitas temporis, & ſimultanea
» compulſio permiſit, hoc Capitulum humilitas noſtræ intelligen-
» tiæ delibauit.] Quid tam alienum à maturo, quod in Conciliis haberi debet examine? illa ſola præcipitatio & ſubitanea compulſio, ad Capitula illa reiicienda & explodenda ſufficeret.

Quinam verò Capitulis illis ſubſcripſerint ignotum: maluit Hincmarus (vt iam diximus) ob paucitatem, eorum numerum & conditionem ſilentio obuoluere; quinam autem eſſe potuerint, niſi Pardulus & alij quidam ſimiliter Hincmari fideles id eſt Hincmarianæ factionis participes, vel ſi qui fuere alij, quidni fraudibus illius decepti, & regiâ auctoritate compulſi? ſiquidem Hincmarus ipſe in præfatione poſterioris operis de Prædeſtinatione fatetur eorum aliquos paulò poſt in libertate exiſten-
Hincmar. in poſt. Præfat. » tes contrariam ſententiam publicè profeſſos; Adeo, inquit,
» quorumdam excreuit diſſenſio, vt hæc diſſonantia ad veſtram
» perueniret notitiam & Synodali decreto pro zelo fidei & vna-
» nimitatis amore, antequam hæc nobis perſcrutanda committe-
» retis quatuor capitula Epiſcopali definitione vobis de Catholi-
» corum Patrum dictis colligi, & ſingulorum exigeretis manibus
» roborari: Poſteà verò & quorumdam ex his qui eiſdem capitu-
» lis ſubſcripſerant, & aliorum etiam in tantum eſt accumulata
» vecordia, vt neceſſe foret & iuſſionis veſtræ inſtantia & exe-
» cutionis noſtræ obedientia.] Salubriter igitur erubeſcant & conuertantur qui conuenticulum hoc paucorum Epiſcoporum, eorúmque factioſorum clandeſtinum, præcipitatum & libertate deſtitutum, pro legitimo & ſolemni Concilio in publicum obtendunt.

Rothadi libello proclam. Ex iis qui his quatuor capitulis renitentes ſubſcripſerunt & reclamauerunt, Rothadum Sueſſonenſem Epiſcopum Prouinciæ Remenſis fuiſſe nō leui argumento eſt, quòd in libello proclamationis ad Nicolaum Papam, veram cauſam odij, quod Hincmarus in eum conceperat pluribus annis ante proclamationem illam exprimit, ex eo quòd illi conſentire nollet in iis, quæ Sanctis Patribus contraria eſſe ſentiebat, quod verè non rectiùs quam de his

A. 853.

quatuor Capitulis intelligi poteſt. Ego autem, inquit, quantùm poteram illum tolerans, in his ei nequaquam pro ſuo libitu acquieſcere volui, quæ ſacris perpendebam auctoribus eſſe contraria.]

Sed quicquid ſit de Rothado, licet Hincmarus nullum eorum, qui ſuis capitulis ſubſcripſere nominauerit, nihilominus in opere illo de Prædeſtinatione, quò Prudentii Tricaſſini Epiſcopi, cuius Tractoriam impugnat, auctoritatem deprimat, eò impudentiæ progreſſus eſt, vt ei capitulis illis ſubſcripſiſſe falsò improperet cap. 26. in principio: Cæterùm, inquit, Capitula à nobis ex Sanctorum Patrum dictis excerpta quæ reprehendit Dominus Prudentius venerabilis Epiſcopus, nobiſcum conſtituit atque firmauit &c.] Et vehementius in cap. 21. Cui Capitulo, inquit, cum aliis tribus de quibus ratio agitur in Conuentu Epiſcoporum Domnus ſubſcripſit Prudentius, poſtea autem in Epiſtola ad Vvenilonem ſuum Archiepiſcopum de ordinando Ænea Pariſiorum Epiſcopo directâ, quatuor ponens Capitula, ita de hoc primo dicit &c. Vnde miramur cum in præfata Synodo Capitulis ſuperiùs memoratis ſubſcripſerit, & Canonicas Sanctiones atque Decreta Apoſtolicæ Sedis Pontificum ſufficienter cognita de Synodali ſubſcriptione, atque profeſſione habeat, tam inconſultè & inconſuetè, ſine probabili conlatione, contra Regularum inſtituta huiuſmodi ſcriptum pro ordinationis conſenſu Coepiſcopi ſui ad Archiepiſcopum & Coepiſcopos ſuos tranſmiſerit.]

Hinemar. de Prædeſt. cap. 26.

cap. 21.

Ita vt cui fraudes, ſimulationes & mendacia Hincmari non fuerint perſpecta, tam inuerecundæ & perfrictæ frontis Archiepiſcopum non credat, vt hæc vltrò contra veritatem aſſeueret. Ideóque fœliciter accidit quod ex occaſione rei geſtæ in Concilio Sueſſonenſi, præter ea quæ paſſim in hac diſſertatione occurrerunt, aliqua ex parte lubrici huius ingenii delineatam à ſede Apoſtolica imaginem expreſſimus, & qui opus illud de Prædeſtinatione vel leuiter expenderit, plurimas & peiores in auctores librorum Eccleſiæ Lugdunenſis & Patres Concilii Valentini, & Concilii Lingonenſis, & ſuppreſſo nomine in ipſum Lugdunenſem Archiepiſcopum impoſtoris calumnias reperiet.

Deinde in contrarium rei veritas ipſa per ſe reclamat: Prudentius (vt vidimus) ſolo Dei Catholicæ veritatis zelo, ſeruato quoque charitatis vinculo primus omnium contrariam ſententiam, vt orthodoxam profeſſus eſt, & iſtam Hincmarianis Capitulis aſſertam vt hæreticam impugnauit: in eadem ſententia acerrimè perſiſtens Ioannem Scotum etiam amicum vt hereticum oppreſſit, duobus libris, diuerſis temporibus in publicum editis,

Mm iij

veritati præiudicium ingeneraretur, non illa Capitula Regis reuerentiâ ſcriptis impugnare, ſed veritatem ipſam illis oppoſitam publicè modis omnibus profiteri decreuit. Eodémque anno ex obitu Ercanradi Pariſienſis Epiſcopi occaſione ortâ conuocatæ Synodi Senonenſis ad ordinationem alterius Epiſcopi, ad Synodum vocatus graui valetudine depreſſus Vicarium Eccleſiæ ſuæ Presbyterum miſit vnà cum Tractoria ad Coepiſcopos ſuos, quâ conſenſus ſui præſentiam catenùs exhibet, vt is qui ordinandus eſſet, doctrinam Sanctorum Patrum, ſpecialiter ſuper quatuor Capitulis, quibus omnis Eccleſia Catholica aduerſus Pelagium, ciuſque hæreſcos ſequaces pugnauit, ſubſcribendo profiteretur; eáque Capitula quatuor expreſſit Hincmarianis oppoſita; & ſi ſecùs ordinandus ſentiret, in ipſius ordinationem ipſe nullatenùs conſentiret: quam Tractoriam, quia cum Synodis Valentinâ & Lingonenſi impugnandam ſuſcepit Hincmarus, in præambulis ſui operis repoſuit, eandémque retulit R. P. Sirmondus inter formulas antiquas promotionum Epiſcoporum tom. 2. Conciliorum Galliæ pag. 656. integram hic reponendam operæ pretium duximus. A. 853.

Tractoria Prudentij Epiſcopi, quam per Vicarium miſit ad ordinationem Æneæ Pariſienſis, cum ipſe adeſſe non poſſet.

Patri Venerabili & cæteris Patribus Fratribúſque ſinceriſſimè diligendis, atque Coëpiſcopis Reuerendis, Prudentius æternam in Domino ſalutem.

QVANTVM ad meritum peccatorum meorum ſpectat, iu- «
ſtiſſimo Dei iudicio, quantùm verò ad indebitas atque in- «
deficientes eius miſericordias pertinere dignoſcitur, miſericor- «
diſſimo ipſius munere, infirmitatibus penè omnibus notis depreſ- «
ſus, ſancto deſiderabilique veſtro conuentui adeſſe prohibeor. «
Quod autem poſſum præſentibus litteris, atque legato noſtræ «
Eccleſiæ Presbytero Arnaldo mei conſenſus præſentiam eatenus «
exhibeo: vt is qui ordinandus eſt, ſi Apoſtolicæ Sedis omnibus «
inſtitutis, & Beatorum Patrum Innocentii, Zozimi, Bonifacii, «
Xiſti, Leonis, Gelaſii, Cœleſtini, Gregorii, Hilarii, Am- «
broſii, Auguſtini, Iſidori, Primaſii, Fulgentii, Hieronymi, «
Caſſiodori, Bedæ, aliorumque adæquè Catholicorum, atque «
Orthodoxorum virorum & ſcriptis & dictis; ac ſpecialiter ſuper «
quatuor Capitulis, quibus omnibus Eccleſia Catholica aduerſùs «
Pelagium, eiuſque hæreſcos ſequaces pugnauit ac vicit, atque «

A. 855. » ad Poſterorum memoriam litteris, auctoritate & veritate ple-
» niſſimis mandauit confitendo ſubſcribere, & ſubſcribendo con-
» fiteri voluerit, eius me ordinationi conſentaneum eſſe profiteor.
» Sin aliàs prorſus neque aſſentior, neque fidelibus Chriſti aſſen-
» tiendum ſuadeo. Capitulorum vero quatuor præmiſſorum ſe-
» riem, quamuis veſtram prudentiam multò viuaciùs, quàm
» meam extremitatem, compertam eſſe non dubitem, neceſſariò
» tamen breuiter adnectendam iudicaui, vt faciliùs quid ſentiam
1. » cui veritati conſentiam, veſtra bonitas recognoſcat. 1. Videli-
» cet vt Liberum Arbitrium in Adam merito inobedientiæ amiſ-
» ſum, ita nobis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum reddi-
» tum atque liberatum confiteatur interim in ſpe, poſtmodum au-
» tem in re, ſicut dicit Apoſtolus, *Spe enim ſalui facti ſumus*, vt Rom. 8
» tamen ſemper ad omne opus bonum Dei omnipotentis gratiâ v. 4.
» indigeamus, ſiue cogitandum, ſiue inchoandum, operandum ac
» perſeueranter conſummandum, & ſine ipſa nihil boni nos poſſe
2. » vllatenus aut cogitare, aut velle, aut operari ſciamus. 2. Vt Dei
» omnipotentis altiſſimo ſecretóque conſilio credat, atque fatea-
» tur, quoſdam Dei gratuitâ miſericordiâ ante omnia ſæcula præ-
» deſtinatos ad vitam, quoſdam imperſcrutabili iuſtitiâ prædeſti-
» natos ad pœnam. Vt id videlicet ſiue in ſaluandis, ſiue in dam-
» nandis prædeſtinauerit, quod ſe præſcierat eſſe iudicando factu-
3. » rum, dicente Propheta: *Qui fecit quæ futura ſunt*. 3. Vt credat LXX.
» & confiteatur cum omnibus Catholicis, Sanguinem Domini no- Iſa. 46.
» ſtri Ieſu Chriſti pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum v. 11.
» credentibus fuſum: non autem pro illis, qui nunquam in illum
» crediderunt, neque hodie credunt, nunquámque credituri ſunt,
» dicente ipſo Domino: *Venit enim Filius hominis non miniſtrari,*
» *ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis.*
4. » 4. Vt credat atque confiteatur Deum omnipotentem omnes
» quoſcunque vult, ſaluare, & neminem poſſe ſaluari vllatenus,
» niſi quem ipſe ſaluauerit: omnes autem ſaluari, quoſcunque ipſe
» ſaluare voluerit. Ac per hoc quicunque non ſaluantur, penitùs
» non eſſe voluntatis illius vt ſaluentur, dicente Prophetâ: *Omnia* Pſ. 134.
» *quæcunque voluit Dominus fecit in Cælo & in Terra, in mari & in* v. 6.
» *omnibus abyſſis*. Et licet quædam ſint alia, quibus in Pelagio
» damnatis vniuerſaliter Eccleſia conſenſerit, fategerit atque ſub-
» ſcripſerit: hæc tamen ſpecialiter aduerſus eum eiúſque compli-
» ces per Apoſtolicam Sedem inſtantiâ Beatiſſimi Aurelii Cartha-
» ginenſis Epiſcopi, atque Auguſtini cum aliis ducentis quatuor-
» decim Epiſcopis, ab eius prauiſſimis ſenſibus eruta, vindicata, &
» multis tam Epiſtolis, quàm libris toto orbe vulgata, omnis ho-
» diéque gaudet, confitetur, prædicat, & tenet atque tenebit Ec-

cleſia;

Digitized by Google

clesia; his per omnia conſentaneum prædicabilem paternitatem « A. 853.
fraternitatémque veſtram gratiâ ſupernâ inuictam atque præua- «
lidam, & ſuo munere gaudentem perpetuò conſeruare digne- «
tur.] «

Tractoriam hanc in Concilio Senonenſi ad ordinationem Æneæ in Epiſcopum Pariſienſem exhibitam, lectam, reuerenter ſuſceptam, & ratam habitam, à Vvenilone, & Coëpiſcopis ſuis, immò & iuxta formam præſcriptam Æneam Epiſcopum vel ſubſcripſiſſe, vel aliter profeſſum doctrinam contentam plurimis argumentis conijcere facillimè licet.

Primò, Doctrinam in hac Prudentij Tractoria expreſſam, veram & germanam eſſe Sanctorum Patrum, & totius Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, teſtimoniis ſuprà memoratorum omnium Sanctorum Patrum probauerat ſcriptis ſuis Prudentius, quæ tunc omnium Prouinciæ ſuæ Epiſcoporum terebantur manibus.

Secundò, Doctrina illa Sanctæ Scripturæ veritate & Sanctorum Patrum auctoritate firmata, aliquomodo ſuſcepta & confirmata fuerat ab iiſdem Prouinciæ Senoniæ Epiſcopis, qui anno 849. in Concilio Pariſienſi cum aliis conſenſerant, vt Prudentius librum ſuum mitteret ad Hincmarum & Pardulum.

Tertiò, Vvenilo Archiepiſcopus excerpta Capitula Prudentio tradiderat vt ſcriptis libellum Scoti, quem pro ſententia Hincmari illius impulſu ſcripſerat, refelleret, ſicque eiuſdem ſententiæ cum Prudentio Comprouinciali ſuo Epiſcopo eſſe ſatis profeſſus eſt.

Quartò, Lupus Abbas Ferrarienſis Archiepiſcopo ſuo clariſſimus & comes indiuiduus, ipſiuſque & Synodorum Prouinciæ Pariſienſis, & huiuſce Notarius vnà cum Prudentio veræ doctrinæ intrepidus aſſertor, & vindex acerrimus extitit.

Quintò, Eccleſiæ Lugdunenſis quæ retulimus ſcripta contra Ioannem Scotum, & de tribus Epiſtolis eiuſdem doctrinæ aſſertoria, Senonenſi Eccleſiæ non fuerunt tunc ignota: ideóque ad eandem Eccleſiam Lugdunenſem, vel tunc, vel initio ſequentis anni tranſmiſſa eadem quatuor Hincmari Capitula vt illa ſcriptis ſuis refutaret.

Sextò, Inſolitam formam Regiâ auctoritate decernendi Capitula, quæ veram vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ doctrinam non tantùm reſpicerent, ſed euerterent; idque inconſultis immò conſultò prætermiſſis Epiſcopis, qui ad vtramque Synodum & Sueſſionenſem, & Vermerienſem ante & poſt conuenerant, Eccleſiaſticæ diſciplinæ & libertati, & Religioni plurimùm noxiam eſſe indicatum fuit.

A. 853. Septimò, Inſolentiſſima Hincmari audacia & præſumptio, qui Regiâ abuſus auctoritate definitionem quæſtionum illarum non ſolum legitimis Synodis (vt à Lupo Ferrarienſi fuerat expetitum) impediret, ſed Regio nomine ipſe ſolus cum fidelibus ſuæ factionis complicibus clandeſtino conuenticulo vſurpare præſumeret, illis omnibus & ſcandalo & contemptui non eſſe non potuit.

Octauò, In Epiſtola Synodica de ordinatione Æneæ in Epiſcopum Pariſienſem, apud Lupum Ferrarienſem Epiſtola 99. & inter Concilia Antiqua Galliæ tom. 3. ad annum præſentem 853. Prudentius Tricaſſinus Epiſcopus, qui non niſi per Tractoriam ſuam præſens aderat, ſuo loco inter alios Epiſcopos numeratur: & ſic Tractoriam illam (quâ non aliter Æneæ ordinationi ſe conſentire profeſſus eſt Prudentius quam ſi Catholicæ doctrinæ in ea explicatæ ſubſcriberet) Synodo exhibitam, lectam, & reuerenter ſuſceptam conſtat.

Poſtremò poſt ordinationem Æneæ eadem ipſa Tractoria eidem ab Archiepiſcopo Vvenilone tradita fuit, vt ad Regem eam deferret, quò (vt veroſimile eſt) totius Prouinciæ iudicio permotus ab Hincmari perſuaſionibus in his quæſtionibus recederet, vel ſaltem iudicio Synodi eas definiendas permitteret. Ex quo ſatis intelligatur Prudentij Tractoriæ Æneam ſubſcripſiſſe.

Huius rei quæ Hiſtoriæ noſtræ ſeriem continet teſtis eſt Hincmarus ipſe in opere ſuo de Prædeſtinatione cap. 5. Et dominus Prudentius (inquit) in Epiſtola quam nobis veneratio veſtra, deferente eam vobis venerabili Æneâ Pariſiorum Epiſcopo tradidit, cuius in præfatis libris memoriam fecimus, quámque Vveniloni ſuo Archiepiſcopo, & cœteris Coepiſcopis ad ordinationem eiuſdem Æneæ Prudentius ipſe direxit, vt ſi ſecus ordinandus ſentiret, in ipſius ordinatione nullatenus conſentire deberet, &c.]

Hincmar. de Prædeſt. cap. 5.

Hic igitur celeberrimæ tanti Præſulis Tractoriæ fuit exitus vt in Sanctâ & venerabili Synodo exhibita, perlecta, ſummâ cum veneratione ſuſcepta, omnium iudicio comprobata, etiam Regi totius Synodi precibus oblata quaſi Hincmarianorum Capitulorum Theriaca, poſtremo à Rege ipſi Hincmaro tradita fuerit expendenda. Sed ille ſolitâ nequitiâ Tractoriam illam ſicut & reliqua tam ipſius Prudentij, quàm Lupi Ferrarienſis, Ratramni & reliquorum huiuſmodi ſcripta ſuppreſſit, vt ipſe teſtis eſt in præfatione poſterioris operis de Prædeſtinatione: quorum quædam, inquit, ſcripta recepimus ſed ea publicare noluimus ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis &c.] Donec poſt Valentinum Concilium primum opus ſuum, & poſt

Hincmar. Præfat. de Prædeſt.

Tullenſę, poſtremum illud de Prædeſtinatione edidit, in quibus ſe Tractoriæ huic reſpondiſſe profitetur, vt videbitur ſuo loco. A. 854.

CAPVT XXXV.

Cap. 35.

Cariſiaca Capitula ad Eccleſiam Lugdunenſem delata, vt de iis iudicium ferret, Anno 854. libello per Sanctum Remigium Præſulem ſuum edito, cui titulus eſt de Tenendâ immobiliter Scripturæ veritate, reijciuntur & exploduntur. Quid in vnoquoque reprehendat, & quæ pacis via tenenda ſit, ipſis libelli verbis indicatur.

Anno. 854.

INTERIM incunte Anno 854. inſignes aliqui pietate viri etiam fortè ex illis qui in Senonenſi Synodo conuenerant, nihil à Rege, quia totus ab Hincmaro penderet, ſed ab Eccleſia Lugdunenſi plurimum expectantes, eo quòd duobus prioribus ſcriptis zelum, Apoſtolicámque ſcientiam in tuenda vera Eccleſiæ Catholicæ doctrina demonſtraſſet, quatuor illa Hincmari capitula ad eandem miſerunt Eccleſiam, vt ſuâ non careret cenſurâ doctrina lethalis. Huius rei teſtis eſt eadem Eccleſia in principio libri ſui de Tenenda veritate Scripturæ. Quia peruenit ad nos (inquit) id eſt ad Eccleſiam Lugdunenſem, quædam ſchedula ſtudio fidelium & bonorum virorum, qui & ſuæ & aliorum ſalutis deuotè, ac laudabiliter ſollicitudinem gerunt, in noſtram notitiam perlata, atque vt ad eam ſedulò reſpondere ſtuderemus attentiùs commendata, in qua inſunt quatuor Capitula, maximè nouarum definitionum nuper (vt comperimus) in quodam fratrum noſtrorum Epiſcoporum Conuentu tractata, digeſta atque conſcripta &c.]

Lib de Tenend. Verit. Script.

Et poſt recenſita quatuor illa Capitula exprimit Eccleſia Lugdunenſis, quo ordine & qua ratione in refellendis illis proceſſerit. Hęc igitur cum legiſſemus (inquit) & adiuncto nobis fratrum noſtrorum, Deo donante benè ſtudentium, & rectè intelligentiū collegio, piâ & fideli attentione ſingula pertractaſſemus, grauiter perculſi & confuſi animo vidimus in eis, & Scripturæ Sanctæ certiſſimam veritatem, & Beatiſſimorum Patrum pręcipuéque S. Auguſtini reuerendam, & in omni Eccleſia Catholica receptiſſimam auctoritatem, nouo conatu & auſu nimis temerario impugnari, & quantùm in ipſis fuit, improuidè atque inſolenter labefactari &c.]

Ibidem.

A. 854. Ex quo conſtat quantæ ſint auctoritatis ſcripta Eccleſiæ Lugdunenſis, & quâ circumſpectione emiſſa, quantùm diſtent à præcipitatione, quâ Hincmariana Capitula fuere compoſita. Porro auctorem huiuſce libri quis fuerit, dubitare non licet alium fuiſſe quam eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopum Remigium ſcilicet, qui tunc certiſſimè Sedem illam tenebat. Siquidem verba

Ibidem.
» illa mox relata non niſi Eccleſiæ Præſuli conueniunt. Hęc igitur
» cum legiſſemus, & adjuncto nobis Fratrum noſtrorum &c. Collegio &c.] Sicut & quæ ſequuntur paulò poſt: In quibus etiam patet quo inſtinctu, quibus mediis & quo fine, Prǽſul ille digniſſimus quatuor illa Hincmari Capitula libello ſuo refutare compul-

Ibidem.
» ſus ſit. Hâc (inquit) charitatis affectione viſum eſt nobis atque
» complacuit, vt hæc qualiacunque ſunt & ad commonitionem no-
» ſtram: & ad eorum qui legere voluerint ędificationem & con-
» firmationem compendioſo & lucido, pro vt Dominus aſpirare
» dignatur ſermone ſcriberemus quicquid in eo dicendum putaui-
» mus, non noſtro ſenſu aut præſumptione, ſed manifeſtiſſimis
» Scripturarum teſtimoniis, & præfatorum Sanctorum Patrum
» venerabili auctoritate firmantes, à quorum veſtigiis & vnitate
» abſit, vt vel nos, vel illi, quorum charitate compulſi hæc di-
» cimus, vllatenùs recedamus: ne ab ipſis diuiſi, etiam ab ipſo
» Domino diuidamur, qui illis ſpecialiter dicit: *Qui vos audit me*
» *audit, & qui vos ſpernit me ſpernit* &c.]

Primum Hincmari Cap. De Prædeſt. refutatur.

Primum Hincm. capit. Refut.

Iſto igitur libello Eccleſia Lugdunenſis per Remigium recenſita illa quatuor Hincmariana capitula ſigillatim refellit, & ex primo Capitulo in quo de Prædeſtinatione agitur tria reiicienda conuincit; primùm quòd ita primus homo definitur Liberi Arbitrij à Deo conditus atque in Paradiſo conſtitutus, tanquam per ipſum tantummodo Arbitrium Liberum, abſque dono gratiæ in ſanctitate & iuſtitiâ potuiſſet permanere. Et contra probât Angelos factos non tantùm vt eſſentialiter eſſent, ſed etiam diuinâ gratiâ illuminante, vt lux & dies in Domino eſſent, cóſque & Spiritu Dei conditos, & eiuſdem

Ibidem cap. 1.
» gratia in æterna illa beatitudine ſolidatos. Sic (inquit) &
» primus homo Liberi Arbitrij à Deo conditus, quamdiu ſcu-
» to bonæ voluntatis Dei, id eſt, diuinæ gratiæ protectus atque
» munitus beatam vitam duxit cum Deo: poſtquam autem de ſua
» virtute præſumendo, & contra Creatorem ſe extollendo auerſus
» eſt ab illo, eius indignatione iram, id eſt, iuſtæ damnationis pœ-
» nam incurrit &c.]

Digitized by Google

Id ipſum confirmat celeberrimâ Sancti Auguſtini diſtinctione vtriuſque auxilij, naturæ ſanæ & naturæ lapſæ, & auctoritate Concilij Arauſicani, & ſic poſtremo hanc quæſtionem concludit. A. 854.

His itaque de prima quæſtione breuiter adnotatis, quiſquis ſincere & purè & Catholicè de illa primi hominis ſiue Angelica conditione, vel beatitudine ſentire cupit, attendat fideliter diuinam auctoritatem, attendat fideliſſimos Eccleſiæ Patres fideliſſimè diſputantes, attendat etiam Conciliis aggregatis id ipſum definientes, & non iuxta impium Pelagianum errorem credat primum hominem ſolo ſuo Arbitrio in bono quod acceperat, permanere potuiſſe: ſed etiam ipſum quamdiu ſtetit diuinâ gratiâ adiutum fuiſſe: nec omnipotentem Deum, vt idem homo in ſanctitate & iuſtitiâ permaneret tantummodo voluiſſe, ſed vt permanere poſſet etiam adiutorium dediſſe.] Ibidem.

Secundum quod pariter ab Eccleſia Lugdunenſi in primo illo capitulo improbatum fuit, illud eſt: quod electio non ex gratia gratuita, ſed ſecundùm præſcientiam in capitulo illo videatur ſtatuta. Sed hoc nos monet (inquit Eccleſia Lugdunenſis) cur in hac definitione, quâ per gratiam Dei & electi ad vitam æternam, & vita æterna eiſdem electis creditur præparata, ipſos tamen electos abſque vlla commemoratione gratiæ ſecundùm præſcientiam ſuam Deus elegiſſe dicatur. Quaſi gratia ſit quod electi perueniunt ad vitam, gratiæ quod vita æterna illis eſt præparata. Vt autem eligerentur non fuiſſe gratiam, ſed tantummodo præſcientiam: quod manifeſtè contrarium eſt Catholicæ fidei: quia omnipotens Deus in electione eorum quos prędeſtinauit & vocauit ad vitam æternam, non eorum bona merita præſciuit, tanquam ideo eos elegiſſet quia ex ſemetipſis bonos futuros præſciret: ſed ipſa electio, vt ex maſſa perditionis vaſa miſericordiæ fierent, abſque vllo bono merito ſola gratia fuit, per quam diſcreti ſunt à filiis perditionis, & adoptati in filios vitæ & reſurrectionis: Hanc namque electionem non meritorum ſed gratiæ, in qua non alicuius bona præſcita ſunt opera, ſed ſolâ tantùm diuinâ miſericordiâ pręparata, commendat nobis diligenter Apoſtolus, *de duobus geminis Iſaac & Rebeccæ* &c. Non itaque ſecundùm pręſcientiam meritorum, elegit Deus ex maſſa perditionis, quos faceret filios adoptionis, ſed gratis elegit, quos ab illa iuſta damnatione æqualiter omnibus debita miſericorditer liberauerit.] Ibidem.

Tertio denique in præfato primo capitulo improbat quod reproborum prædeſtinatio reiicitur, & inter reliqua: mirum eſt (inquit Eccleſia Lugdunenſis) quomodo aſſeritur omnipotens Deus cæteros, ideſt, omnes reprobos iuſto iudicio ſuo in maſſa

A. 853. » perditionis reliquiſſe, nec tamen prædeſtinaſſe, ſed tantùm
» pręſciſſe perituros. Si enim iuſtum iudicium Dei iam in il-
» lis præceſſit, & eodem iuſto iudicio in maſſa perditionis ſunt
» deputati, quomodo non tali iudicio iam perditioni ſunt de-
» ſtinati & prædeſtinati? &c. Quaſi omnipotens Deus quid
» iuſto iudicio ſuo de electis eſſet facturus & pręſcierit & prę-
» deſtinauerit: quid autem eodem iuſto iudicio de reprobis eſſet
» geſturus, præſcierit tantùm nec prædeſtinauerit: Cùm in vtra-
» que parte vnum ſit iudicium vna iuſtitia, quâ vel iuſtis pręmia,
» vel iniquis ſupplicia retribuuntur. Nam ſi hæc prædeſtinatio di-
» uini iudicij eſſet merito alicui violenta, vel iniuſta, vel pręiudi-
» ciaria, meritò iniuſtum Deum argueret, immo de illo apud
» quem non eſt iniquitas, nullatenùs credi deberet: cùm autem ma-
» nifeſtiſſimè non ſit violenta, quia nullum compellit vt malus ſit,
» & aliud eſſe non poſſit: non ſit iniuſta, quę illos tantummodo
» qui ſuo vitio in malis perſeuerauerint, punit: non ſit præiudicia-
» ria, qui non pręiudicat aliquem, vt quaſi eius ſententia, & non
» ſuo merito pereat: quid in ea reprehenditur, vel quaſi blaſphe-
» mum putatur, in qua ſola ęquitas, ſola iuſtitia inuenitur? hoc
» namque erga homines diuina prędeſtinatio quod & diuina præ-
» ſcientia agit, &c.]

Ibidem. » Et paulo poſt; ſi quis enim neget eſſe apud Deum pręſcientiam
» nec Prędeſtinationem manifeſtè infidelis eſt: ſi quis dicit quod
» pręſcientia & prędeſtinatio eius aliquem compellat, vt malus ſit
» & aliud eſſe non poſſit, horribiliter blaſphemat &c. Et ideo ple-
» nam & perfectam Prædeſtinationem iuſti iudicij Dei tam in par-
» te electorum quam in parte reproborum, ſicut omnino vera eſt,
» veraciter confiteamur, nemini miſericordiam Dei negantes, ne-
» mini conuerſionis gratiam derogantes, nemini aditum indul-
» gentię claudentes. Sed omnibus in iniquitate permanere volen-
» tibus vtilem & ſalubrem terrorem incutientes &c.]

Et poſtquam hoc ipſum pluribus ſacræ Scripturæ, & Sancto-
Ibidem. rum Patrum maximè Beati Auguſtini & Sancti Fulgentij auctо-
» ritate confirmauit. Et eſt nimis mirabile, inquit, immo horribi-
» le quomodo vt ſuis adinuentionibus & ineptijs credatur exigant.
» Cum ipſi beatiſſimos Patres & illuſtriſſimos Doctores Eccleſiæ
» abiecerint, ac per hoc niſi ſe citiùs corrigere ſtudeant, veriſſimè
» hæretici iudicari poſſunt, qui fidei & charitati, & ſinceriſſimæ
» Patrum doctrinæ non communicant &c.]

Ibdem. Et reiecta penitùs ementita libri Hypognoſticon & libelli de
induratione cordis Pharaonis auctoritate, ſic huius capituli re-
» ſponſionem concludit: Caueamus itaque in quantum Deo auxi-
» liante poſſumus, mendacia aduerſus fidem & veritatem ſurgentia,

Digitized by Google

&maximè hoc tempore, quando terribili Dei iudicio, & igno- " A. 854.
rantia maior in hominibus cœpit ſuccreſcere, & multiplex error "
liberiùs pullulare: ſed & ſi quis in ratione fidei vel errat vel er- "
rare putatur, vtique non mendacio vincendus eſt: ſed veritate "
ſicut & Beatus Auguſtinus ad quendam ſcriptorem improuidum "
Vincentium Victorem dicit. *Nos te ita volumus eſſe victorem vt* " Auguſt. Epiſt.
veritas vincat errorem, non error errorem, & quod eſt peius maior "
minorem.] "

II. Hincm. cap. de Libero Arbitrio & gratiâ rejicitur.

Quod ad ſecundum Hincmari capitulum, primò miratur cur tam confusè & obtusè & decurtatè de Libero Arbitrio definitum ſit. Cum Domino largiente, inquit, abundeat in Eccleſia eius " Sanctorum atque orthodoxorum Patrum de hac re pleniſſimæ " ac clariſſimæ definitiones &c.] Tum præcipuas quaſdam ex illis " refert ex decretali Cœleſtini Papæ Epiſtola, ex Concilio Arauſicano, & ex Sancto Auguſtino. Deinde propoſitionem illam huiuſce capituli impugnat: *Libertatem Arbitrij in primo homine perditam.* Quomodo, inquit, in hac noua definitione dictum " eſt, quod Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus? " Sancti Patres dicunt Liberum Arbitrium in præuaricatione Adæ " infirmatum. Dicunt naturalem poſſibilitatem & innocentiam " perdidiſſe, dicunt quod eo, id eſt Libero Arbitrio nemo benè vta- " tur ſine Chriſto: dicunt Liberum eſſe Arbitrium etiam ſi diuino " indigeat adiutorio.] "

De ſecundo capit.

Ibidem.

Tum agit de Libero Arbitrio infidelium: habent itaque, in- " quit, omnes homines etiam qui alieni ſunt à Chriſto Liberum " Arbitrium, ſed tale quale iſti Patres oſtendunt, id eſt in prçua- " ricatione Adæ infirmatum, naturali poſſibilitate & innocentiâ " ſpoliatum, ſine Chriſto nulli bono vſui aptum: habent omnes ho- " mines naturaliter mentem rationalem & intellectualem, quâ " poſſint diſcernere ac diiudicare cùm ad rationales annos venerint " inter bona & mala, inter iuſta & iniuſta. Habent etiam natura- " liter inſitum Arbitrium voluntaris, vt eodem Arbitrio poſſint " velle mala, poſſint velle etiam quædam bona; ſed humanâ affe- " ctione ad humanam ſocietatem atque honeſtatem pertinentia, " quæ eadem humanâ affectione, vel propter aliqua temporalia " commoda appetuntur, vel propter ipſam ſolummodo vitæ ho- " neſtatem: ſed huiuſmodi humana bona quę humanâ affectione " poteſt velle, poteſt etiam nonnunquam agere humana natura: " cùm propter temporalia bona appetuntur ſine dubio cupiditates " ſunt: cùm propter ſolam vitæ honeſtatem, ſine dubio inflata & "

A. 854. » elata ſunt, tamen poteſt ea diſcernere, poteſt etiam velle, po-
» teſt etiam habere, in quantum naturali bono adiuuatur & Dei
» diſpoſitione permittitur humana natura.]

Ibidem. Deinde pluribus de operibus infidelium maximè Philoſopho-
» rum agit: Talia namque bona, inquit, & in cæteris videri ſo-
» lent hominibus, & maximè in multis Philoſophis gentium, & in
» magnis viris, qui in republica præclari extiterunt, etiam mirabi-
» liter commendat & laudat hiſtoria. De qua vita humana iuxta
» humanam affectionem & conſuetudinem velut bona & laudabili
» Beatus Auguſtinus in tractatibus Euangelij ſecundùm Ioannem
» ſic apertè commemorat dicens: multi enim ſunt qui ſecundùm
» quandam vitæ huius conſuetudinem dicuntur boni homines, bo-
» ni viri, bonæ fœminæ innocentes, & quaſi obſeruantes ea quæ in
» lege præcepta ſunt, deferentes honorem Parentibus ſuis, non
» mœchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facien-
» tes, non falſum aduersùs quemquam teſtimonium perhibentes,
» & cætera, quæ in lege mandata ſunt, velut obſeruant, & Chri-
» ſtiani non ſunt: quia ergo omnia iſta quæ faciunt, neſciunt ad
» quem finem referant, inaniter faciunt. Dicant ergo Pagani benè
» viuimus, ſi per oſtium non intrant, quid eis prodeſt, vnde glo-
» riantur. Ad hoc debet enim cuique prodeſſe benè viuere, vt de-
» tur illi ſemper viuere. Nam cui non datur ſemper viuere, quid
» prodeſt benè viuere? quia nec bene viuere dicendi ſunt, qui fi-
» nem bene viuendi vel cæcitate neſciunt, vel inflatione contem-
» nunt: non eſt autem cuiquam ſpes vera & certa ſemper viuendi,
» niſi agnoſcat vitam quod eſt Chriſtus, & per ianuam intret in
» ouile. Fuerunt quidam Philoſophi de virtutibus & vitiis ſubtilia
» multa tractantes, diuidentes, definientes, qui etiam dicere au-
» derent hominibus: nos ſequimini, ſectam noſtram tenete ſi vul-
» tis benè viuere: ſed non intrarant per oſtium, perdere vole-
» bant &c.]

Ibidem. Nec tacet de neceſſitate gratiæ etiam in renatis ad ſingulos
» actus: Sed vt ipſum, inquit, voluntatis Arbitrium diuinâ affectio-
» ne diuina bona amet, intelligat, recipiat, exerceat, & perſeue-
» ranter teneat, non propter aliqua temporalia commoda, ſed pro-
» pter præmia æterna, nec propter ſolam præſentis vitæ honeſta-
» tem, ſed propter ſolam vitæ æternæ beatitudinem: vt hæc (in-
» quam) Arbitrium voluntatis humanæ poſſit velle, poſſit agnoſ-
» cere, poſsit accipere, poſsit habere, nullatenùs valet, niſi diuinæ
» inſpirationis gratiâ incitetur, illuminetur, & adiuuetur, ac velut
» ex mortuis ad vitam reſuſcitetur: quia & reuera illa humana vi-
» ta, humanâ affectione acta, hominibus videri poteſt quaſi vita,
» ſed Deo mortua eſt: hac ratione & bonum Liberi Arbitrij
in

Digitized by Google

in hominibus agnoſcitur, & Dei gratia omnimodis neceſſaria de- « A. 854.
claratur, per quam humana natura merito antiquæ præuaricatio- «
nis per fidem Chriſti regenerata atque innouata, & ad honorem «
ſui reformata principij, recipiat poſsibilitatem & innocentiam, «
quam in Adam perdidit, & per Chriſtum Libero benè vti incipiat «
Arbitrio: vt eius gratiâ poſſit in eo eſſe ſancta cogitatio, pium «
conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis: ſicque efficiatur «
humanæ voluntatis Arbitrium non ablatum, ſed liberatum, & «
de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de «
imprudente prouidum. Quod tantò magìs per Chriſtum in no- «
bis fit liberum, quantò minùs vitiis peccatiſque ſeruierit. Tunc «
autem erit verè & plenè liberum, quando iam perfectè libera- «
tum, in vitæ æternæ beatitudine, nullis ſeruiet vitiis & peccatis: «
ſicque illa Domini benigna promiſſio quâ ait: *Si vos filius libera-* «
uerit vere liberi eritis, hic innouatur in inchoatione fidelium, ibi «
perficietur in incorruptione regnantium.] «

. Deinde propoſitionem illam, Libertatem Arbitrij in primo ho- Ibidem.
mine perditam, iuxta diuerſos ſenſus, quibus intelligi poteſt di-
ſcutit. Si ergo (inquit) propterea dictum eſt in hac definitione, «
Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus, quaſi poſt illius «
hominis tranſgreſſionem nullum in hominibus remanſerit Arbi- «
trium, apparet quod non ſit conſonū veritati &c. Si autem propte- «
reà dictū eſt quia naturalem poſſibilitatem & virtutē Liberi Ar- «
bitrij qualis in illo primo homine condita eſt, merito illius præua- «
ricationis amiſimus: Cauendum eſt omnino, ne hoc, quod de amiſ- «
ſa eiuſdem Arbitrij libertate ſubiungitur, quam per Chriſtum «
Dominum noſtrum recipimus, ita ſit dictum, quaſi ex quo in «
Chriſto regenerati ſumus, talem ſtatum & virtutem Liberi Ar- «
bitrij receperimus, vt exinde in præſenti vita tales eſſe poſſimus, «
qualis ille homo erat ante peccatum: vt ſicut ipſe viuebat in pa- «
radiſo abſque vllo peccato, ita & fideles regenerati in Chriſto «
abſque peccato viuant in mundo; quod manifeſtè non pertinet ad «
ſtatum præſentis vitæ, ſed ad fœlicitatem vitæ æternæ &c. Quod «
ſi ſimpliciter tantummodo dictum eſt, vt propter inchoationem «
gratiæ, quam in regeneratione percipimus, iam Libertatem Ar- «
bitrij, quam in Adam perdidiſſe dicimur, recepiſſe videamur, «
cùm tamen eius plenitudo atque perfectio in futura vita fideliter «
expectanda credatur, quid neceſſe fuit tantâ ambiguitate & con- «
fuſione verborum clariſſimam obſcurare veritatem &c.] «

Illud autem obſeruandum ex diuerſis huius propoſitionis ac-
ceptionibus illam hic impugnari ab Eccleſia Lugdunenſi, quam
nihilominùs contra eundem Hincmarum & Ioannem Scotum in
prioribus ſcriptis enixè propugnare viſus eſt, ſed ibi fuſiùs ex-

O

A. 854. preſſit, vt vidimus nomine Liberi Arbitrij deperditi, nihil aliud intelligi, quam deperditam naturalem poſſibilitatem ad bonum non naturalem agendi vtrumuis facultatem, quæ in omnibus etiam infidelibus ſemper remanſit. Hic vero vt vidimus hunc ſanum intellectum Hincmariano Capitulo conuenire non poſſe probat ideóque impugnat.

Ibidem. Item alteram eiuſdem Capituli propoſitionem maximæ abſurditatis arguit: Iam, inquit, quanta abſurditas eſt in eo quo ſequitur, vt poſtquam dictum eſt, Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recepimus ſtatim ſubiungeretur. Et habemus Liberum Arbitrium ad bonum præuentum & adiutum gratiâ, & habemus Liberum Arbitrium ad malum deſertum gratiâ: quaſi poſtquam per gratiam Chriſti Domini regenerati ſumus, tunc cœperimus habere quomodo Liberum Arbitrium ad bonum, ita & liberum Arbitrium ad malum: quaſi ex illa regeneratione eùm gratiâ præuenimur & adiuuamur, habeamus Liberum Arbitrium ad bonum, & eùm eadem deſerimur gratiâ, habeamus Liberum Arbitrium ad malum, quæ hic ratio & conſequentia ſenſus inueniri poteſt? Nunquid ante illam regenerationem nullum omninò liberum habebamus Arbitrium nec ad bonum nec ad malum?]

Ibidem. Pluribus etiam probat indigere nos gratiâ Dei, non ſolùm ad bonum, ſicut in hoc Capitulo definitur, ſed & ad ipſum initium fidei: Item ad omnia & ſingula bona per ſingulos dies. Indigemus, inquit, gratiâ Dei ad omnia & ſingula bona, per ſingulos dies: dicente Pſalmiſtâ: *In quacunque die inuocauero te exaudi me.* Et iterùm: *in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam:* quam gratiam quotidianam & aſsiduam Dominus noſter Eccleſiæ ſuæ promittere dignatus eſt dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Indigemus eâ ad excitandam in nobis bonā voluntatem, ſicut Apoſtolus dicit: *Gratias autem Deo, qui dedit eandem ſolicitudinem in corde Titi:* Et beatus Dauid orat pro populo quem deuotè & alacriter offerentem Deo dona videbat, vt eandem bonam voluntatem, quam dederat in eis Deus, conſeruaret dicens: *Dominus Deus Abraham & Iſaac & Iſraël, Patris noſtri cuſtodi in ſempiternum hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.* Indigemus gratiâ Dei ad bona & ſalubria loquenda, ſicut ipſe Dominus in Euangelio dicit: *Non enim vos eſtis qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis,* qui etiam alibi promittit, *Aperi os tuum & ego implebo illud.* Indigemus Dei gratiâ ad omnes vias operum bonorum. Paulus Apoſtolus optare ſe dicit vbi ait: *Nam & qui ſumus in*

2. Cor. 8. v. 16.

Matth. 10. v. 20.

Digitized by Google

tabernaculo ingemiſcimus grauati in eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod eſt mortale à vita.] A. 834.

Et pluribus vt ex reliquis quæ huiuſce libelli reſtant facillimè coniici poteſt hoc idem propoſitum inſecuta eſt Eccleſia Lugdunenſis, & pacificâ coronide vt in reliquis aſſolet reſponſionem huiuſce Capituli abſoluit.

III. Hinc. cap. de voluntate Dei erga ſalutem omnium expenditur.

Sed neſcio quo fato tam in impreſſis codicibus quàm in manuſcripto Codice Bibliothecæ Thuanæ, qui vſque adhuc ſolus apparuit, reliqua deſunt ſicut & principium & maior pars reſponſionis ad tertium Hincmari Capitulum de voluntate Dei. Siquidem ſola concluſio reſponſionis ad hoc tertium Capitulum immediatè ad præmiſſa & ſine vlla nota ſubſequitur his verbis: « cùm ergo hæ duæ opiniones in præfato libello de hac re propoſitę & expoſitæ fuiſſent ſubiunctum eſt protinus valdè vtiliter & dictum quolibet quis acquieſcat modo non eſt hæreticum, niſi contentione hæreticum fiat.] » De 3. Capitulo. d. cap. 3.

Quæ ſententia habetur. In libello de tribus Epiſtolis in fine examinis quartæ quæſtionis de morte Chriſti; ideóque « libellum illum hîc memorans Eccleſia Lugdunenſis præfatum dicit, eo quod in iis quæ deſunt poſt agitatam pleniſſimè tertiam hanc quæſtionem, vt in reliquis actum eſt, ex Sacræ Scripturæ veritate, & Sanctorum Patrum auctoritate ſolitam viam pacis aperiens, eadem moderatione in hac quæſtione agendum, quam libello illo de tribus Epiſtolis ſequendam iudicauerat in altera de morte Chriſti cõtrouerſia. Vtrum pro ſolis fidelibus, an pro omnibus generaliter fuſus ſit ſanguis Chriſti, quolibet quis, inquit, acquieſcat modo, non eſt hæreticũ niſi contentione hæreticum fiat.] »

Eandémque pacis viam pluribus inculcat. Et quoniam tutiſſima, noſtróque ſæculo eo magis neceſſaria eſt pia hæc cautela, in quo nõ expectatâ ſedis Apoſtolicæ vel Cõcilij definitione plurimi non contemnendæ auctoritatis, vel etiã pietatis viri ea quæ non ſatis intelligunt improbantes, eò temeritatis proceſſerunt vt veram & germanam ſacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, ſedis Apoſtolicę & totius Eccleſiæ doctrinam, quaſi hæreticam execrari, etiam anathemate percellere præſumant, illam hic ſubbiicere animo quem Deo duce & rectore ſeruamus pacifico non dedignabimur.

Sit ergo inter nos (inquit Eccleſia Lugdunenſis) « etiam de hac re iſtiuſmodi pia cautela & moderatio, quatenus & Sanctis Patribus debitus ſeruetur honor, & quolibet quis acquieſcat modo ex illis ſenſibus, qui de hac ſententia ab eis poſiti ſunt, non iudicemus eſſe hæreticum, ſed potius vitemus contentionis Ibidem.

A. 854. » malum per quod etiam de pacificis & Eccleſiaſticis ſen-
» ſibus poteſt, qui contentioſus eſſe voluerit, hæreticum effi-
» cere quod ſentit. Itaque in rebus talibus cohibeamus nos ipſos
» ſalubri moderatione, vt nec contemnere audeamus, nec quaſi ne-
» ceſſariò affirmare conemur. Memores ſemper illius Apoſto-
» licæ ſententiæ: *Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos ta-*
» *lem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Legamus
» ergo pacificè,& quantùm Dominus donat intelligamus dog-
» mata Eccleſiaſticorum virorum, nec pro aliis Doctoribus ad-
» uersùs alios litigemus: Quia & ipſi inter ſe pacifici, vnuſ-
» quiſque in ſuo ſenſu, abundauerunt, alius quidem ſic alius
» verò ſic, expectantes fideliter atque humiliter quod Apoſto-
» lus promittit dicens: *Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque vo-*
» *bis Deus reuelabit*; Nam qui non tranquillè & pacificè mode-
» ratur quod ſentit, ſed ſtatim paratus eſt ad contentiones, diſ-
» ſentiones & ſcandala, etiam ſi non habeat hæreticum ſenſum,
» certiſſimè habet hæreticum animum. Quam pietatis modera-
» tionem ſi etiam iſti boni viri qui hanc definitionem ſtatuerunt,
» ſeruare voluiſſent, meliùs ſanè rem ſilentio præteriiſſent, & vni-
» cuique de ea ſecundùm fidem ſuam & auctoritatem, cui magìs
» acquieſcendum putaret, ſentiendum permitterent, finitóque in-
» ter eos tam longæ & pernicioſæ contentionis jurgio, pax & veri-
Ibidem. » tas Chriſti Eccleſiæ reformaretur.]

Poſtremò huic piæ & prudentiſſimæ cautelæ ſubijcit Eccle-
ſia Lugdunenſis quaſi collationem expoſitionum ſententiæ Apo-
ſtolicæ, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, & quò Hincma- 1. Tim.
rum eiúſque ſequaces à ſua generalitatis & vniuerſalitatis aſ- 2. v. 4.
ſeueratione magis excludat de infidelibus omnibus, qui ab exor-
dio mundi vſque ad finem in ignorantia Myſteriorum Fidei, vel
fuerunt, vel futuri ſunt, quid ſentiendum inquirit. Tutiúſque
cum Propheta & Apoſtolo tacendum contra præfati Capituli
Hincmariani ſententiam reſoluit: quod quoniam huic pacificæ,
quam inquirimus moderationi plurimum conducit, hic inte-
grum referre non grauabimur.

Ibidem. » Ecce enim (inquit) aliquis ſentiat & dicat, ſicut etiam anti-
» quitùs & ſenſum eſt & dictum; non dixit Apoſtolus vniuerſaliter
» & generaliter, & vt iſti addiderunt ſine exceptione, *Qui vult* 1. Tim.
» *omnes homines ſaluos fieri*, ſed ſpecialiter ad eos retulit, de 2. v. 4.
» quibus ſuprà dixerat *Pro omnibus hominibus, pro Regibus &*
» *his qui in ſublimitate ſunt*, vt quod dixit, *omnes*, omnia
» genera hominum intelligi voluerit, omnium ſcilicet Gentium,
» ſexuum, conditionum, Ordinum, Dignitatum. Quid habet hęc
» intelligentia inconſequens, aut contrarium veritati? Item

Digitized by Google

alius dicat & ſentiat, ſicut etiam à quibuſdam maioribus dictum « A. 854.
& ſenſum reperitur Apoſtolus, cum ſuperiùs orari iuſſiſſet *Pro* «
omnibus hominibus, pro Regibus, & his qui in ſublimitate «
ſunt, poſt illa omnia generaliter de vniuerſo genere humano «
ſubjunxit, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*: quid habet «
mali aut periculi etiam iſta intelligentia? neque enim qui ita «
ſentit, putat voluntati Dei, quâ *Vult omnes homines ſaluos fieri*, «
aliquem reſiſtere & contra ire: vt non poſſit implere quod velit: «
Et ambo ſibi, & iſte videlicet, & ille, licet diuerſa ſentientes «
fideliter atque vnanimiter concordant. Quod quolibet modo «
dixerit Apoſtolus de Deo, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*: «
tamen nullus hominum, niſi gratuitâ eius miſericordiâ ſalue- «
tur; nullus niſi iuſto eius iudicio perire permittatur. Certè il- «
lud in hac quæſtione manifeſtum eſt, quod etiam ſi generali- «
ter & indifferenter *Omnes homines Deus vult ſaluos fieri*, in «
aliorum tamen cordibus benignitate miſericordiæ ſuæ, ipſe ope- «
ratur eandem bonam voluntatem ſuam, vt & ipſi ſaluari velint, «
atque ſaluentur, qualibus & Apoſtolus dicit: *Cum timore &* «
tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini; Deus eſt enim qui «
operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate: In «
aliorum autem cordibus, ſeueritate iuſti & occulti iudicij ſui «
non operatur hanc ſalutarem voluntatem, ſed dimittit eos ſuo «
Arbitrio, vt quia noluerunt credere, iuſta vltione damnentur: «
Et hoc quidem de illis dici poteſt, qui verbum Euangelij au- «
dierunt, ſed duritiâ incredulitatis ſuæ recipere noluerunt: «
quid verò dicendum eſt de tanta multitudine impiorum, qui «
fuerunt ab exordio mundi vſque ad aduentum Chriſti, & ad- «
huc non negandi ſunt eſſe in extremis partibus orbis terræ, «
ad quos nullus vnquam prædicator acceſſit, nullum vnquam «
verbum fidei audierunt, qui vtique nullatenus potuerunt cre- «
dere ei, quem non audierunt, neque audire ſine prædicante, «
nec Prædicatorem recipere, qui nullus ad eos miſſus eſt. Nun- «
quid & tales propterea damnabuntur, quia non crediderunt, «
quod nunquam audire potuerunt? Et tamen omninò damna- «
buntur pro aliis peccatis ſuis, & principaliter pro illo primo «
& originali peccato, in quo omnes peccauerunt: quia non fru- «
Pſal. 78 ſtrà Scriptum eſt: *Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non no-* «
v. 6. *uerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt*: Et A- «
poſtolus dicit: *Dantis vindictam in flammam ignis, his qui* «
non nouerunt Dominum. Si quis & de talibus interroget, quid «
in eis egerit voluntas Dei, *Qui omnes homines vult ſaluos fieri*, «
& ad agnitionem veritatis venire: Quid reſpondebitur? non- «
ne homo cautus & pius magis eliget tacere, aut certè cum «

A. 854. „ Propheta & Apoſtolo exclamare: *Iudicia tua abyſſus multa:*
„ Et *O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam*
„ *incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

IV. Hincmari Cap. de omnibus & ſingulis hominibus per Chriſtum Redemptis improbatur.

De 4. Capitulo.

Add. Cap. 4.

IAM quod ad quartum & poſtremum attinet Hincmari Capitulum, tribus propoſitis quæſtionibus tot in illo erroneas propoſitiones refellit Eccleſia Lugdunenſis. Et in hac noua (inquit) „ & inuſitata definitione tres nobis quæſtiones proponuntur. Prima quòd dicitur quia nullus homo eſt, fuit vel erit, cuius natura in Chriſto aſſumpta non fuerit. Secunda, quod affirmatur, quod nullus eſt fuit, vel erit homo, pro quo Chriſtus paſſus non fuerit, licet non omnes eius myſterio redimantur. Tertia, quod adjungitur, quia eiuſdem Paſſionis eius myſterio non rediman- tur non ſolùm infideles, niſi illi ſoli qui eam fidem habent, quæ per delectationem operatur.] De prima quæſtione (inquit inter reliqua) hoc nobis credendum & tenendum videtur, quia ſuſceptio illa naturæ humanæ in Chriſto non fuit ex neceſſitate originis, ſed ex poteſtate, & gratia, & miſericordia, & dignatione ſuſcipientis: Cæteri namque homines non ex ſua voluntate & poteſtate, ſed ex Dei iudicio & diſpoſitione, originali neceſſitate & conditione noſcuntur. Dominus autem Ieſus Chriſtus &c. Sic per omnes illas generationes veraciter caro eius deſcendit, ſic ex eis veraciter natus, verus homo factus eſt, vt quod ei placuit miſerando & ſanando, ac redimendo inde aſſumeret, quod autem non placuit reprobaret: ſicut admirabili potentiâ & veritatem naturæ humanæ aſſumpſit, & eiuſdem naturæ vitium non aſſumpſit; vt illam ſuſcipiendo ſaluaret, & illud non ſuſcipiendo damnaret: quos autem indignos illâ miſericordiâ & redemptione iudicauit, alienos ab illa miſerabili ſuſceptione dereliquit &c. Et paulò poſt: Manifeſtè ergo conſtat, quia ſuſceptio illa redemptio fuit, vt qui ſuſcepti ſunt, ſint & redempti, & qui redempti ipſi ſuſcepti. Vnde & fideles in Chriſto ſunt, & Chriſtus in illis: infideles non ſunt in Chriſto, nec in eis Chriſtus, ſolis fidelibus dicit: quos ſibi per Sacramentum veræ Incarnationis & gratiam Redemptionis vniuit: *Manete in me, & ego in vobis, ſicut palmes non poteſt ferre à ſe fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis &c.*]

Idem ipſum pluribus aliis Sacrarum Paginarum auctorita-

tibus, Eccleſiaſticarum precum traditione, & Sanctorum Patrum maximè Sancti Leonis Papæ confirmat. Et inter plurima hęc habentur ex Sanctiſſimo illo ſummo Pontifice: nihil enim Redemptor noſter non ad noſtram ſalutem, aut egit, aut pertulit, vt virtus, quæ inerat Capiti, ineſſet & corpori: Nam primùm ipſa illa ſubſtantiæ noſtræ in Deitate ſuſceptio, qua *Verbum Caro factum eſt & habitauit in nobis*, quem hominum miſericordiæ ſuæ, niſi infidelem reliquit exſortem, & cui non communis natura cum Chriſto eſt, ſi aſſumentem recipit & eo Spiritu eſt regeneratus, quo ille primogenitus. Item ex Beato Gregorio Magno; interpellat autem pro nobis Dominus non voce ſed miſeratione, quia quod damnari in Electis noluit, ſuſcipiendo ſeruauit: Et ex Sancto Hilario: non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tamen in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit.] A. 854. Ibidem.

De ſecunda quæſtione. Quid aliud (inquit Eccleſia Lugdunenſis) reſpondere poſſumus; niſi vt primùm ipſos qui hoc definierunt, ſedulò interrogemus & admoneamus, vt vigilanter & fideliter penſare ſtudeant, ne fortè minùs conſiderando quod dicendum erat, contra fidem & conſcientiam ſuam talia dixerint & ſcripſerint. Nam vt taceamus de his qui nunc ſunt, vel adhuc vſque ad finem ſæculi futuri ſunt, in quibus vtique & Antichriſtus erit, certè de illa innumerabili multitudine impiorum, qui fuerunt ab initio mundi vſque ad aduentum Chriſti, & in ſua impietate mortui in æternis pœnis ſunt condemnati, nec ipſos qui hæc dixerunt credere putamus, quod pro eis in ſua impietate mortuis, & æterno iam iudicio condemnatis Dominus paſſus eſſe credendus ſit. Si enim pro eis paſſus eſſe creditur, cur non etiam pro Diabolo & Angelis eius ſimiliter paſſus eſſe credatur? &c. Et paulò poſt: Sicut ergo pro illis impiis & damnatis Angelis nullatenus Dominus Ieſus Chriſtus dicendus eſt paſſus: ita pro iſtis impiis & damnatis hominibus abſit omninò, vt paſſus eſſe credatur: Quia hoc nimis eſt contrarium diuinæ veritati, nimis aduerſum Catholicæ fidei, quæ indubitanter credit ac docet, quòd Dominus noſter ſuam Paſſionem & Mortem, atque ad inferos deſcenſionem, illis ſolis iam defunctis, & quamuis apud inferos, tamen in locis tranquillitatis & lucis conſtitutis exhibuit, qui in fide futuri aduentus eius ac Redemptionis, & in hoc ſæculo vixerant, & illuc per mortem tranſierant, vbi etiam tempus implendæ ac perficiendæ eiuſdem Redemptionis ſuæ, per Paſſionem & deſcenſionem ad eos Domini, pro deſiderio expectabant &c.] Ibidem.

De cæteris verò hominibus, qui ab eius Paſſione vſque nunc

A. 854. » fuerunt aut ſunt, aut vſque in finem ſæculi futuri ſunt, Catholica » fides tenet, & Scripturæ Sanctæ veritas docet, quòd pro omnibus credentibus, & per gratiam Baptiſmi ex aqua & Sancto Spiritu regeneratis, & Eccleſiæ incorporatis, verè Dominus & Saluator noſter ſit paſſus: neque enim verè aliter Baptizari potuerunt, niſi in morte eius: nec verè à peccatis ſuis ablui, niſi in Sanguine eius &c.]

Deinde pluribus Sacræ Scripturæ teſtimoniis probat hanc veritatem, Chriſtum mortuum pro ſolis fidelibus, eámque confirmat ex ſacratiſſimo Miſſæ Sacrificio quod pro ſolis fidelibus

Ibidem. » in Eccleſia, nunquam pro infidelibus offertur. Quapropter (inquit) de omnibus credentibus in Chriſtum & in Chriſto regeneratis, rectè & veraciter creditur, quòd pro eis Dominus Chriſtus ſit paſſus. Hoc námque tota ſeries Scripturæ Sanctæ veteris ac Noui Teſtamenti, ſi diligenter inſpiciatur, & fideliter conſideretur, manifeſtè atque indubitanter atteſtatur. Quod etiam magnificè & nimis granditer, vniuerſalis, & celeberrima ab ipſo Domino & Apoſtolis traditæ Eccleſiæ commendat auctoritas, quæ oblationem Corporis & Sanguinis Chriſti, id eſt myſterium Paſſionis & Mortis eius, tantummodo pro Eccleſia Catholica toto orbe diffuſa, videlicet pro omnium fidelium ſocietate atque vnitate; Et pro illis ſolis defunctis, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, fideliter offert: vnde & confidenter & veraciter in ipſa myſteriorum frequentatione pro fidelibus ſupplicans ad Deum dicit. Reſpice Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & Crucis ſubire tormentum. Et hunc ritum Dominicæ oblationis tantæ pietatis & Religionis attentione cuſtodit, vt cum illa Myſteria offeruntur, nullum omninò infidelem, nullum Cathecumenum, nullum niſi gratiâ Baptiſmatis regeneratum intereſſe patiatur: tanquam verè oſtendens atque conteſtans pro illis Dominum in ara Crucis oblatum, paſſum, ac mortuum, & pretioſum eius Sanguinem fuſum, pro quibus, & in Altari Eccleſiæ, illa Sacroſancta & cœleſtis oblatio in Myſterio Paſſionis eius ac mortis offertur. Vnde & quoſdam qui illam ſacratiſſimam oblationem, vel pro Cathecumenis, vel pro quibuſque paruulis viuentibus ſiue defunctis faciendam dixerunt, velut Hæreticos Eccleſia deteſtata eſt. Sicut Beatus

Auguſt. ad Vincent. Vict. » Auguſtinus in libro quem ad Vincentium victorem ſcribit, manifeſtiſſimè oſtendit dicens: *Noli credere me dicere, nec docere Sacrificium Chriſtianorum pro his, qui non Baptizati de Corpore exierunt offerendum, ſi vis eſſe Catholicus*, &c. Et multò poſt. Hinc eſt quod in illa Beati actione Myſterij ex auctoritate

ytique

Digitized by Google

vtique diuinâ, & traditione Apoſtolicâ à Sanctis Patribus oratio « A. 854.
pro defunctis fidelibus ſpecialiter poſita eſt, quæ ita ſe habet, «
Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum, «
qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pa- «
cis &c.] «

Et tandem hanc ſecundam (quæ præcipua eſt) quæſtionem, viâ pacis propoſitâ ſic concludit: Ex his igitur omnibus diligen- « ter ac fideliter conſideratis certiſſimè & clariſſimè oſtenditur, « pro omnibus fidelibus Chriſti, qui fuerunt, aut ſunt, vel erunt, « factam eſſe Paſſionem Chriſti: pro fidelibus Chriſti offerri Sa- « crificium Chriſti: pro Corpore Chriſti immolari Corpus Chri- « ſti: De his verò, qui adhuc in infidelitate atque impietate « detinentur, manifeſtum eſt ex hac regula fidei, quod quicun- « que ex ipſis per Dei Gratiam fuerint ad fidem conuerſi, & in « Chriſto regenerati, etiam pro ipſis confitendum ſit factum « eſſe, quod pro omnibus fidelibus factum conſtat: de cæteris « verò, qui in ipſa infidelitate atque impietate ſua perſeueran- « tes ſunt perituri, ſi de Scripturæ Sanctæ auctoritate, quod « etiam pro talibus Dominus paſſus ſit, certiſſimis & clariſſimis « teſtimoniis nobis demonſtrare potuerint boni viri, qui talia « definierunt, dignum omninò eſt vt credamus & nos: ſi ve- « Nota. rò non potuerint, ceſſent contendere pro eo, quod non legunt, « pudeat eos definire quod neſciunt, timeant ſtatuere quod nul- « lum Sanctorum Patrum Concilium, nullum Apoſtolicæ Sedis « Pontificum, nullum Eccleſiaſticorum dogmatum Decretum « hactenus inueniant ſtatuiſſe. Quod & ſi quid à Sanctis & Venera- « bilibus Eccleſiæ Doctoribus, vel ſcriptum, vel dictum, vnde « huiuſcemodi ſenſus occaſio ſumi poſſe videatur, inueniunt, ſal- « uâ eorum debitâ reuerentiâ cohibeant ſe potiùs, & ſubmittant « ſe humiliter diuinæ auctoritati: hoc namque & Paſchalis Agni « ſacra illa epulatio myſticè nobis commendat cùm dicitur: *Si* « *quid reſiduum fuerit igni comburetis*: Sicut Beatus Gregorius ex- « Gregorius. ponit dicens: quod ex Agno remanet igni comburimus: quan- « do hoc quod de Myſterio Incarnationis eius intelligere vel « penetrare non poſſumus, poteſtati Spiritus Sancti humiliter « reſeruamus, vt non ſuperbè quis audeat vel contemnere, vel « denuntiare quod intelligit, ſed hoc igni tradat, cùm Sancto « Spiritui reſeruat.] «

Audiant (quæſo) & aduertant qui duce infauſto (iuxta Lupum Ferrarienſem) Fauſto Regienſi, profundæ calliditatis viro (iuxta Sanctum Iſidorum:) immo verſipelli vulpecula (iuxta Baronium) fictitias, & erroneas eius ad Lucidum & Lucidi ad Synodum Epiſtolas, quibus anathema fulminatur in eos, qui di-

A. 854. xerint quòd Chriſtus non pro omnibus mortuus ſit, nec omnes homines ſaluos eſſe velit, pro veris & legitimis Arelatenſi videlicet & Lugdunenſi Conciliis nobis obtrudunt. Audiant (inquam) ipſammet Lugdunenſem Eccleſiam, cui ſua Concilia, ſua legitima placita maximè nota eſſe debuerunt, diſertis verbis profitentem: *Nullum omninò eſſe huiuſmodi Sanctorum Patrum Concilium*, & ab eadem Eccleſia moniti tandem reſipiſcant, nænias illas, & Scotorum pultes auerſentur. *Pudeat eos* cum ſociis, *definire quod neſciunt, timeant ſtatuere quod nullum Sanctorum Patrum Concilium, nullum Apoſtolicæ Sedis Pontificum, nullum Eccleſiaſticorum dogmatum decretum hactenus inueniant ſtatuiſſe.*]

Ibidem. Denique de tertia quæſtione, inquit, quâ definitum eſt, quia ſicut infideles non redimuntur myſterio Sanguinis Chriſti: ita nec fideles redempti ſunt, qui non habuerint eam fidem, quæ per dilectionem operatur: quid neceſſe eſt aliquid dicere? Cùm ex his quæ ſupra iam dicta ſunt, manifeſtiſſimè oſtendatur, & omnibus infidelibus nullam eſſe redemptionem in Chriſto, & omnes fideles qui fideliter accedunt ad fidem, & gratiam regenerationis, ibi accipiant veram Redemptionem, vbi accipiunt veram regenerationem: quia nec verè poſſunt regenerari, niſi eos & à poteſtate Diaboli, & à ſeruitute peccati verè conſtet redimi, nec verè poſſunt redimi, niſi lauacro indulgentiæ expiati, & à reatu delicti, & à dominatu Principis mundi efficiantur abſoluti; niſi quod hoc in iſta definitione abſurdiſſimum eſt. Quod Dominus Ieſus Chriſtus etiam pro impiis in ſua impietate pereuntibus dicatur paſſus: & fidelis quiſque fideliter Baptiſmo eius regeneratus, Myſterio Paſſionis eius affirmetur non eſſe redemptus &c.]

Deinde aliquot Scripturæ locos in ſpeciem oppoſitos ſibi conciliat, & tandem adductis plurimis Sanctorum Patrum teſtimoniis Cypriani, Ambroſij, Leonis Papæ, Hieronymi & Auguſtini, Myſterium Redemptionis Chriſti pro ſolis fidelibus, mirâ tam pietate quàm doctrinâ exponens libro ſuo coronidem imponit. Ex quibus vnum aut alterum, quod ex Sancti Auguſtini Tractatu 45. & 48. in Ioannem Euangeliſtam deſumpſit, hic adducere ſufficiet ex Tractatu 45. Nunquid qui audierunt oues erant, ecce audiuit Iudas & lupus erat, ſequebatur ſed pelle ouinâ tectus Paſtori inſidiabatur, aliqui verò eorum qui Chriſtum Crucifixerunt non audiebant & oues erant &c. Quomodo ergo iſta ſoluitur quæſtio, audiunt non oues, & non audiunt oues: ſequuntur vocem Paſtoris quidam lupi, & ei quædam contradicunt oues; poſtremo Paſtorem occidunt oues: ſed quando non audiebant, oues nondum erant, vox audita eos mutauit, & ex lupis oues

(Auguſt. Tract. 45. in Ioann.)

Digitized by Google

 A. 855.

fecit.] Et ex Tractar. 48. Eſtote (inquit) oues, oues credendo " Ibidem
ſunt oues, Paſtorem ſequendo ſunt oues, Redemptorem non con- " Tract. 48.
temnendo ſunt oues, per oſtiũ intrando ſunt oues, exeundo & paſ- "
cua inueniendo ſunt oues: quomodo ergo iſtis dixit, *Non eſtis ex* "
ouibus meis? quia videbat eos ad ſempiternum interitum præde- "
ſtinatos, non ad vitam æternam ſui Sanguinis pretio comparatos.] "

CAPVT XXXVI. Cap. 36.

Concilium Valentinum tertium, Anno 855. à trium Prouinciarum Epiſcopis congregatum, Præſide Remigio Lugdunenſi, è ſedecim Canonibus quos edidit, ſex Prioribus doctrinam Catholicam ab Hincmaro & aliis Gotteſchalci aduerſariis impugnatam, ſtudioſè fortitérque propugnat. Cariſiaca verò quatuor & 19. Ioannis Scoti quibus ſcilicet conſtat liber eius, ab auditu fidelium penitùs explodit.

ANNO ſequenti 855. menſe Ianuario, Lotharij Imperatoris iuſſu in cauſa Valentini Epiſcopi criminibus diffamati, celebratum eſt Concilium Valentinum tertium ab Epiſcopis trium Prouinciarum, Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis, nu. 14. Remigius Lugdunenſis huius Concilij Præſes eâ charitate, quâ ſingularibus Eccleſię ſuæ ſcriptis Capitula illa quatuor Cariſienſis Conuenticuli impugnauerat, tribus trium Epiſcoporum Epiſtolis pleniſſimâ reſponſione ſatisfecerat, & quâ Florus Ioannis Scoti ineptias aniléſque fabulas refutauerat, eâdem (inquam) charitatis affectione prouocatus & admonitus, ea omnia quæ per Hincmarum geſta cognouerat, & quę in Eccleſia Lugdunenſi ſcriptis ſuis probauerat vel improbauerat, Concilio illi trium Prouinciarum pleniſſimè expoſuit, vt quid in illis quæſtionibus tenendum, quid ſequendum, ab omnibus illis Epiſcopis Synodali iudicio & Canonicâ definitione ſanciretur. Synodus verò diſcuſſis diligenter & examinatis ijs quæ Epiſcopo Valentino objecta fuerant, 16. edidit Canones, inter quos 6. primi harum quæſtionum definitiones continent. Primus, quòd nouitates vocum omni ſtudio vitandæ ſint. Secundus, de æterna Dei Præſcientia Bonorum & Malorum. Tertius, de Prædeſtinatione Dei Electorum ad vitam, & Impiorum ad mortem. Quartus, de Redemptione Sanguinis Chriſti, de quatuor Cariſienſibus Capitulis & aliis in

Anno. 855.

A. 855. Ioannis Scoti Erigenæ Capitulis. Quintus, quòd omnes regene-
rati à peccatis abluti ſint, non tamen omnes ſalui fiant. Sex-
Conc. Valent. 3. tus, de Gratia & Libero Arbitrio: hi ſex Canones hoc tenore
conditi ſunt.

Can. 1. » 1. Quia Doctorem Gentium in fide & veritate fideliter
» commonentem, obedientérque audimus. *O Timothee depo-* 1. Tim.
» *ſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitio-* 6. v. 20.
» *nes falſi nominis ſcientia: quam quidam promittentes circa fi-*
» *dem exciderunt:* Et iterum: *Prophana autem & inaniloquia de-* 2. Tim.
» *uita: multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt* 2. v. 16.
» *cancer ſerpit:* Et iterùm: *Stultas autem, & ſine diſciplina quaſtio-* v. 23.
» *nes deuita, ſciens quia generant lites: ſeruum autem Domini non opor-*
» *tet litigare:* Et iterum: *Nihil per contentionem, neque per inanem* Phil. 2.
» *gloriam:* Paci quantùm Deus dederit & charitati ſtudere cupien- v. 3.
» tes, attendentes pium eiuſdem Apoſtoli conſilium: *Sollicite ſer-* Epheſ.
» *uare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Nouitates vocum & præ- 4. v. 3.
» ſumptiuas garrulitates, vndè potiùs inter fratres contentionum &
» ſcandalorum fomes excitari poteſt, quàm ædificatio vlla timoris
» Dei ſuccreſcere, cum ſtudio omni deuitamus. Indubitanter autem
» Doctoribus piè & rectè tractátibus verbum veritatis, ipsiſque Sa-
» cræ Scripturæ luciditlimis expoſitoribus, id eſt Cypriano, Hila-
» rio, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, cæteriſque Catholicâ pie-
» tate quieſcentibus reuerenter auditum, & obtemperanter intelle-
» ctum ſubmittimus, & pro viribus quæ ad ſalutem noſtram ſcri-
» pſerunt amplectimur. Nam de Pręſcientia Dei & de Prædeſtina-
» tione, & quæſtionibus aliis, in quibus fratrum animi non parum
» ſcandalizati probantur. Illud tantùm firmiſſimè tenendũ eſſe cre-
» dim⁹, quod ex maternis Eccleſię viſcerib⁹ nos hauſiſſe gaudemus.

Can. 2. » 2. Deum præſcire & præſciſſe æternaliter, & bona quę boni erant
» facturi, & mala quæ mali ſunt geſturi, quia vocem Scripturæ
» dicentis habemus: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor,* Dan. 13
» *qui noſti omnia antequam fiant*, fideliter tenemus & placet tene- v. 42.
» ri, bonos pręſciſſe omninò per gratiam ęterna pręmia accepturos:
» Malos præſciſſe per propriam malitiã malos futuros, & per ſuam
» iuſtitiam in æterna vltione damnandos, vt ſecundùm Pſalmiſtam:
» *Quia poteſtas Dei eſt, & Domini miſericordia, reddas vnicuique ſe-* Pſa. 61.
» *cundùm opera ſua*: Et ſicut Apoſtolica doctrina ſe habet, *His qui-* v. 12.
» *dem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & in-* Rom.
» *corruptionẽ quærunt, vitam æternam; his autem, qui ex contentione, &* 2. v. 7.
» *qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & in-*
» *dignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis ope-*
» *rantis malum.* In eodem ſenſu idem alibi: *In reuelatione* (in- 2. Theſſ.
» quit) *Domini Ieſu Chriſti de Cœlo cum Angelis virtutis eius, in* 1. v. 7.

igne flammæ dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, & qui « A. 854.
non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Christi, qui pœnas da- «
bunt in interitu æternas, cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, & «
admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: Nec prorſus vlli «
malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non «
poſſet: ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate, ille ſicuti «
Deus, *qui nouit omnia antequam fiant*, præſcriit ex ſua omnipo- «
tenti & incommutabili maieſtate: nec ex præiudicio eius ali- «
quem, ſed ex merito propriæ iniquitatis credimus condemnari. «
Nec ipſos malos ideo perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed «
quia boni eſſe noluerunt, ſuóque vitio in maſſa damnationis, vel «
merito originali vel etiam actuali permanſerunt. «

3. Sed & de Prædeſtinatione Dei placuit & fideliter placet iuxta « Can. 3.
Rom. 9. v. 21. auctoritatem Apoſtolicam, quæ dicit: *An non habet poteſtatem fi-* «
gulus luti ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud verò «
in contumeliam? Vbi & ſtatim ſubiungit. *Quod ſi volens Deus* «
oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa «
patientia vaſa iræ aptata ſiue præparata in interitum, vt oſtenderet «
diuitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. «
Fidenter fatemur Prædeſtinationem electorum ad vitam, & Præ- «
deſtinationem impiorum ad mortem: in electione tamen ſaluan- «
dorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum, in dam- «
natione autem periturorum, meritum malum præcedere iuſtum «
Dei iudicium. Prædeſtinatione autem Deus ea tantùm ſtatuiſſe, «
quæ ipſe vel gratuitâ miſericordiâ, vel iuſto iudicio facturus erat «
Isa. 45. v. 11. ſecundùm Scripturam dicentem. *Qui fecit quæ futura ſunt:* In «
malis verò ipſorum malitiam præſciſſe, quia ex ipſis eſt, non præ- «
deſtinaſſe, quia ex illo non eſt. «

Pœnam ſanè malum meritum eorum ſequentem, vti Deum, qui «
omnia proſpicit, præſciuiſſe & prædeſtinaſſe, quia iuſtus eſt. «
Apud quem eſt (vt Sanctus Auguſtinus ait) de omnibus omnino «
rebus tam fixa ſententia, quàm certa præſcientia: Ad hoc ſiqui- «
Prou. 19. v. 29. dem facit ſapientis dictum: *Parata ſunt deriſoribus iudicia, &* «
mallei percutientes ſtultorum corporibus: De hac immobilitate «
præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, per quam apud eum futura «
iam facta ſunt, etiam apud Eccleſiaſtem benè intelligitur dictum. «
Eccl. 3. v. 14. *Cognoui quod omnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpe-* «
tuum. Non poſſumus his addere, nec auferre, quæ fecit Deus, vt «
timeatur. Verùm aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe diuina «
poteſtate, videlicet vt quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolùm non «
credimus: ſed etiam ſi ſunt, qui tantum mali credere velint cum «
omni deteſtatione (ſicut Arauſica Synodus) illis Anathema di- « Can. 2.
cimus. «

A. 855. » 4. Item de redemptione ſanguinis Chriſti, propter nimium errorem qui de hac cauſa exortus eſt, ita vt quidam ſicut eorũ ſcripta indicant, etiam pro illis impiis qui à mundi exordio vſque ad paſſionem Domini in ſua impietate mortui, æterna damnatione puniti ſunt, effuſum eum definiant, contra illud Propheticum: *Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne:* Illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum ac docendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam: ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et Apoſtolus: *Chriſtus* (inquit) *ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* Porro Capitula quatuor quæ à Concilio fratrum noſtrorum minùs proſpectè ſuſcepta ſunt, propter inutilitatem vel etiam noxietatem & errorem contrarium veritati: ſed & alia Capitula numero XIX. ſyllogiſmis ineptiſſimè & mendaciſſimè à quodam Scoto concluſa, vbi non argumentum fidei, ſed potiùs commentum perfidiæ paret, nullâ omninò philoſophicâ arte, vt arroganter à quibuſdam iactatur, conſtructum, ſed inani fallaciâ, & deceptione imperitiſſimè confuſum, à pio auditu fidelium penitùs explodimus, & vt talia & ſimilia caueantur, per omnia auctoritate Spiritus Sancti interdicimus: nouarum etiam rerum introductores ne diſtrictiùs feriantur, caſtigandos eſſe cenſemus.

Can. 4.

Oſee. 13. v. 14.

Ioan. 3. v. 14.

Hebr. 9. v. 28.

Ex Cod. MS. Thuano & Hincmar. in præfat. operis & cap. 30.

Can. 5. » 5. Item: firmiſſimè tenendum credimus, quòd omnis multitudo fidelium ex aqua & Spiritu Sancto regenerata, ac per hoc veraciter Eccleſiæ incorporata, & iuxta doctrinam Apoſtolicam in morte Chriſti Baptizata, in eius ſanguine ſit à peccatis ſuis abluta: quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio, niſi fieret & vera redemptio. Cùm in Eccleſiæ ſacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium, ſed prorſus totum verum, & ipſâ ſui veritate ac ſinceritate ſubnixum. Ex ipſa tamen multitudine fidelium & redemptorum, alios ſaluari æternâ ſalute, quia per gratiam Dei in redemptione ſua fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes: *Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit:* Alios quia noluerunt permanere in ſalutem fidei, quam initio acceperunt, redemptioniſque gratiam potiùs irritam facere prauâ doctrinâ, vel vitâ, quàm ſeruare elegerunt, ad plenitudinem ſalutis & ad perceptionem æternæ beatitudinis, nullo modo peruenire. In vtroque ſiquidem doctrinam pij Doctoris habemus: *Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſu-*

Matth. 10. v. 22.

Rom. 6. v. 3.

Digitized by Google

mus: Et *omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* “ A. 855.
Heb. 10. v. 22. Et iterùm: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi* “
corda à conſcientia mala, & abluti corpus aquâ mundâ, teneamus “
v. 26. *ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem:* Et iterùm: *voluntariè pec-* “
cantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur “
v. 28. *pro peccatis hoſtia.* Et iterùm: *Irritam quis faciens legem Moyſis,* “
ſine vlla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur: quanto ma- “
gìs putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, “
& ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & “
ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? “

Sexto. Item de gratia, per quam ſaluantur credentes, & ſine qua “ Can. 6.
rationalis creatura nunquam beatè viuit, & de Libero Arbitrio per “
peccatum in primo homine infirmato, ſed per gratiam Domini “
Ieſu fidelibus eius redintegrato & ſanato, id ipſum conſtantiſſimè “
& fide plenâ fatemur, quod Sanctiſſimi Patres auctoritate ſacra- “
rum Scripturarum nobis tenendum reliquerunt, quod Africana, “
quod Arauſica Synodus profeſſa eſt, quod Beatiſſimi Pontifices “
Apoſtolicæ ſedis Catholicâ fide tenuerunt. Sed & de natura & “
gratia in aliam partem nullo modo declinare præſumentes. Inc- “
ptas autem quæſtiunculas, & aniles penè fabulas, Scotorúmque “
pultes puritati fidei nauſeam inferentes, quæ periculoſiſſimis & “
grauiſsimis temporibus, ad cumulum laborum noſtrorum, vſque “
ad ſciſsionem charitatis miſerabiliter & lachrymabiliter ſuccre- “
uerunt, nè mentes Chriſtianæ inde corrumpantur, & excidant à “
ſimplicitate & caſtitate fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, penitus re- “
ſpuimus: & vt fraterna charitas cauendo à talibus auditum caſti- “
get, Domini Chriſti amore monemus. Recordetur fraternitas “
malis mundi grauiſsimis ſe vrgeri meſſe nimiâ iniquorum, & pa- “
leis leuium hominum ſe duriſsimè ſuffocari. Hæc vincere ferueat, “
hæc corrigere laboret, & ſuperfluis cœtum piè dolentium & ge- “
mentium non oneret: ſed potiùs certâ & verâ fide quod à Sanctis “
Patribus de his & ſimilibus ſufficienter proſecutum eſt, ample- “
ctamur.] “

Sunt & alij in hoc Concilio plurimæ auctoritatis definiti Canones, inter quos ſeptimus ad reſtitutionem Eccleſiaſtici vigoris in ordinatione Epiſcoporum, licet ab Hincmaro fuerit improbatus, ſed à piis omnibus, maximè ab illuſtriſsimo Cardinale Baronio plurimùm, nec ſatis vnquam laudatus eſt, & 12. contra eos, qui ſingulari certamine crudeliſsimo ſpectaculo cruorem belli effundunt in pace. Sed nihil ad rem.

Cap. 37.

CAPVT XXXVII.

Quàm præſtantes Epiſcopi, Hincmari ipſius iudicio, qui ad hanc Synodum Valentinam conuenerunt, præſertim Remigius Synodi præſes, Canonúmque (vt credere par eſt) conditor, quod tamen Hincmarus agnoſcere detrectat propter inſignem viri auctoritatem: quid in ſingulis ſex illis Canonibus Synodus ſpectarit, breuiter indicatur. Quantoperè hallucinentur qui Gotteſchalcum hoc Concilio damnatum fuiſſe exiſtimauerunt.

OMNES qui huic affuerunt Concilio Epiſcopi num. 14. ex tribus illis Prouinciis doctrinâ & morum probitate cele-
Hincmar. in 1. Præf. » bres, etiam teſtimonio ipſius Hincmari. Miramur (inquit in
» præfatione prioris operis) de tantis & talibus viris Archiepiſ-
» copis & Epiſcoporum primoribus:] Sed S. Remigius huius Concilij præſes & Genius, vt Auguſtinus Africanorum, omnéſque Prouinciæ Lugdunenſis Epiſcopi Hincmaro ipſi fide & doctrinâ & pietate notiſsimi, vt ipſe teſtis eſt in præfatione po-
Idem in 2. Præfat. » ſterioris operis de Prædeſtinatione. [In cuius Remigij (inquit)
» deuotione, Coëpiſcoporúmque ipſius Diœceſeos, quorum etiam
» & ante ordinationem mentem Catholicam atque doctrinam,
» ſicut & vos non latet cognouimus, &c. Et paulò poſt: nos ta-
» men plures, qui eorum & fidem & doctrinam & prudentiam
» nouimus &c.]

Et iterùm in eodem opere, capite 36. pag. 320. in illorum
» probitate maximam fiduciam habere teſtatur: [In quibus
» (inquit) ſicut in ſpiritalibus viris maximam de nobis ha-
» bemus fiduciam, quorum & vitam religioſam, & doctri-
» nam Catholicam, & ordinationem Canonicam non ignora-
» mus &c.]

Horum Canonum authorem fuiſſe ipſum Remigium Concilij præſidem, quem Scriptorem vidimus vtriuſque libelli Eccleſiæ Lugdunenſis, de tribus Epiſtolis, & de tenenda veritate Scripturæ, ex verborum & ſenſuum conſonantiâ obſeruauit ipſe Hincmarus in prædicto opere de Prædeſtinatione cap.
Hincmar. de Prædeſt. cap. 31. » 31. pag. 232. his verbis: ſed & in præfata Synodo Capitulis

quæ

quæ nobis dediſtis in quaterniunculis vnius conſacerdotis noſtri « A. 855.
ſeptem ſubiunctas inuenimus, non veritate ſed nomine regulas, «
&c. (de quibus ſupra) quæ verborum & ſenſuum conſonantiâ, «
eiuſdem auctoris, cuius & Capitula noſtræ humilitati à veſtrâ «
data ſublimitate fore creduntur.] Quis tamen ſit ille ſcriptor ignorare ſe ſimulat in præfatione eiuſdẽ operis ſub finem. [Quis vero, inquit, ſit illorum capitulorum compoſitor, cui quaſi à « Ibidem in Præfat.
nouo cogimur reſpondere, ipſe ſe prodet cùm neceſſariò vrgebi- «
tur ad lucem veritatis venire.] Nam licet ibi agatur de canonibus « Concilij Lingonenſis, idem nihilominus intelligendum de canonibus Concilij Valentini, qui vnicâ clauſulâ ſuppreſsâ, de quatuor Cariſienſibus Capitulis, idem ipſum non ſenſu tantùm, ſed verbis ipſis & eodem ordine continent, ipſo Hincmaro teſte in eodem opere cap. 30. pag. 231.

Verùm Canonum illorum auctorem Remigium agnoſcere maximè refugiebat Hincmarus; quoniam adeo apud omnes (vt iam vidimus) probata erat Remigij virtus & pietas, vt eum Præſulem ſpectatæ fidei, doctrinæ, & prudentiæ ipſemet Hincmarus palam & publicè profiteri neceſſe habuerit: Et tacito nomine auctorem ſimulat eſſe Ebonem Gratianopolitanum Epiſcopum, hoc prætextu, quod in præfatione Concilij ſolus ex Epiſcopis nominetur poſt Archiepiſcopos hac notâ: *Collaborante eis quam maximè venerabili Ebone Gratianopolitano Epiſcopo*: Quod veriſimiliter additum ob labores ab eo impenſos, curam & diligentiam adhibitam in diſcutiendis Valentini Epiſcopi comprouincialis ſui criminationibus & obiectionibus, in cuius cauſam Imperatoris iuſſu Epiſcopi Valentiæ conuenerant: Nullomodò verò ob editionem Canonum, maximè quoad 6. primos in quibus agitur de Prædeſtinatione, Præſcientia Dei, & reliquis, quorum Remigius Concilij præſes ſingularem & præcipuam haberet notitiam, ob agitatas & ſæpiùs expenſas quæſtiones illas in Eccleſiâ ſua Lugdunenſi, tribus præcedentibus annis, & compoſitos libellos ex quibus (ipſo Hincmaro teſte) Canones illi deſumpti ſunt.

Et obiter obſeruandum, Concilium hoc, cuius ſex illi priores Canones de quibus agitur in Concilio Lingonenſi, vt iam vidimus, fuerunt confirmati cum omnibus definitionibus ſuis, ab vniuerſa Eccleſia ſuſceptum, tacito conſenſu approbatum & confirmatum fuiſſe, ſolo Hincmaro reclamante, qui toto opere illo de Prædeſtinatione Concilium hoc & Lingonenſe perpetuo ſcommate perſequitur, & ſolâ compilatoris deſignatione infamat. Et ſicut in comitiis Remenſis Prouinciæ, ſolita oppreſſione per fideles ſuos quicquid propoſuerat, ſolus definire ſolitus erat,

A. 855. Comprouinciales ex eius ore pendebant, in eius ſententiam pedibus ire ſemper parati, vt conqueſtus eſt Rothadus in ſupplici libello ſuo ad Nicolaum Papam: ita Canones huius Concilij ſolius compilatoris opus eſſe inſimulat, ipſóſque Canones non minùs quàm Gotteſchalci ſenſa infamat & redarguit: vt ex ſubiectis verbis patebit quæ habentur in cap. 34. pag. 288:

Hincmar. de Prędeſt. cap. 34.

„ [Sicque talium virorum prædicatione, inquit, à Chriſto illuminatâ & ab Apoſtolis fundatâ Catholicâ toto orbe diffusâ Eccleſiâ, conſiſtente: iſti moderni Prædeſtinatiani, qui quantùm reſcire poſſumus, diuerſi ordinis, & habitus, diuerſæque profeſſionis, nec ad decimum numerum peruenerunt, in tribus tantùm Prouinciis contra tantorum doctrinam (ſicut legitur) mures egreſſi de cauernis ſuis, & velut puſtulæ humore noxio coaleſcente de loco in loco ſcatent in corpore, atque velut putres & corruptæ cicatrices Eccleſiæ membra fœdare tentantes, ſe Catholicos eſſe dicunt, ſuíſque Capitulis vel potius pediculis, Eccleſiarum Præſules nimio errore & ſine diſcuſſione vel examinatione ordinatos, atque non appropinquantes Apoſtolicæ formæ, denotare ſeù infamare præſumunt.]

Sed & de ſingulis Canonibus breuiter obſeruandum. In primo cautum fuit nouitates vocum vitandas eſſe, propter ſophiſticum Ioannis Scoti Erigenæ quadruuium, qui & ſenſus & verba ipſa Sacrarum Literarum inuertere non erubuit.

In ſecundo definitum, nec prorſus vlli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſet, nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis condemnari, quòd vtrúmque Rabanus, & Hincmarus, ex Prædeſtinatione reproborum ad pœnam neceſſariò ſequi malè contenderent.

In tertiò fidenter aſſeritur Prædeſtinatio electorum ad vitam, & Prædeſtinatio impiorum ad mortem, ſicut in ſcriptis omnibus Eccleſiæ Lugdunenſis, Prudentij, vtriuſque Lupi, Ratramni & ipſius miſerabilis monachi, nullo vel minimò diſcrimine: Eodémque Canone iiſdem verbis repetitur Anathema in eos qui dicerent, aliquos ad malum diuinâ poteſtate prædeſtinatos, ſi qui eſſent, qui tantum malum crederent: vt autem illo ſæculo nullos fuiſſe, immo eo nomine ſolum Gotteſchalcum qui Sancti Auguſtini ſententiam ſequeretur, diffamatum conſtat, ita & Sancti Auguſtini ſæculo, eodem Prædeſtinatianorum nomine illius ſectatores infamatos, nec ſequitur ex iiſdem verbis, ſi qui ſunt qui tantùm mali credere velint, aliquos fuiſſe tempore Arauſicæ Synodi, qui illud crederent, ſicut nec tempore Valentinæ. Immo verba illa disertè ſignificant, vtróſque Epiſcopos & Arauſicanos & Valentinos non exiſtimaſſe, eſſe aliquos qui tantum malum crederent.

Digitized by Google

A. 855.

In quarto, pro ſolis in Chriſtum credentibus Sanguinem Chriſti effuſum, definitum vnà cum Eccleſia Lugdunenſi, Prudentio, Lupo Ferrarienſi, & ipſo miſerabili monacho: licet enim pro ſolis electis fuſum eſſe aſſerere videatur, hoc vbi de æterna ſalute & irretractabili Dei voluntate agitur: immo verò Hincmarus, ipſe etiamſi de miſerabili illo Monacho aliter ſentire videatur, nihilominus in opere de Prædeſtinatione cap. 33. pag. 248. poſt allatam Prudentij ſententiam de morte Chriſti pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum credentibus, continuò addidit. Sed & Gotteſchalcus in hanc venit ſententiam.] Item, quod obſeruandum, Hincmari quatuor Capitula vnà cum Syllogiſticis Ioannis Scoti Erigenæ concluſionibus, 19. Capitulis contentis hoc canone fuere damnata.

Hincmar. de Prædeſt. cap. 33.

In quinto, quod Baptizari in Chriſto, in eius ſanguine à peccatis ſint abluti definitum, contra Hincmari quartum Capitulum, in quo Paſſionis Chriſti myſterio non redimi cenſet niſi credentes eâ fide, quæ per dilectionem operatur: Húneque errorem in prædicto Hincmari Capitulo notat & reuincit per S. Remigium Eccleſia Lugdunenſis, in libello de Tenenda veritate Scripturæ (vt iam vidimus) ex quo loco hic Canon deſumptus eſt: Et male Hincmarus, vt hac nota ſe liberet, in fine prioris præfationis & cap. 35. operis de Prædeſtinatione pag. 304. errorem illum poſt edita quatuor illa Capitula, in Pitacio Gotteſchalci ad amicum à ſe repertum profitetur: Sed hoc fortè immeritò, vt alia plurima, illi imputatum: nec etiam quod ipſe refert de redemptis Sacramento Baptiſmatis, non Chriſti Sanguine, in omnibus conueniunt errori hoc canone damnato: nec etiam error illius miſerabilis Monachi (ſi quis fuerit) ab errore Hincmarum ipſum liberaret, eo minùs quod quartum Hincmari Cariſiéſe Capitulum non fictum Gotteſchalci Pitacium (de quo nullus vnquam præter Hincmarum meminit, Canone illo damnatum. Et iam obſeruatum ipſo Hincmaro teſte, Gotteſchalcum expreſsè profeſſum, ſicut & Prudentium, Sanguinem Chriſti non pro ſolis electis, ſed pro omnibus credentibus fuſum. Et ſic mera Hincmari tergiuerſatio, merum effugium.

In ſexto denique Capitulo idipſum aſſertum, quod Sanctiſſimi Patres auctoritate Sacrarum Scripturarum nobis tenendum reliquerunt, quod Africana, quod Arauſica Synodus profeſſa eſt, quod Beatiſſimi Pontifices Apoſtolicæ Sedis Catholicà fide tenuerunt. Sed & de natura & gratia in aliam partem nullomodo declinare præſumentes, quid ſanctius? Sed quid profeſſioni miſerabilis illius monachi, quam ſuprà ex ipſo Hincmaro retulimus, conſimilius fingi vel requiri poteſt. Hoc ipſum ſiquidem, nec·

A. 855. quid vltra quod in ipſo impugnare poſſet in quæſtione propoſita de Libero Arbitrio, retulit Hincmarus in opere ſuo de Prædeſtin.

Hincmar. de Prædeſt. cap. 21.

» cap. 21. pag. 118. his verbis. Inde & Gotteſchalcus modernus Præ-
» deſtinatianus in libello ad Rabanum Archiepiſcopum dicit ad
» locum; de quo videlicet Libero Arbitrio quid Eccleſiæ Chriſti
» tenendum ſit atque credendum, cùm à cæteris Catholicis Patri-
» bus euidenter ſit Deo gratias diſputatum, tum præcipuè contra
» Pelagianos & Cœleſtianos à Beato Auguſtino pleniùs & vberiùs
» &c. inculcatum; vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Docto-
» ris fructuoſiſſimis aſſertionibus malueram niti, quàm erroneis
» opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque præſumpſit in
» locis, tam fidei Catholicæ, quàm Beatorum etiam Patrum in-
» uictiſſimis auctoritatibus, infœlicis Caſſiani pernicioſum nimis
» dogma ſequens, reniti.] Idem ipſum prorſus ſed alius verbis iſto Canone inculcatum nemo non videt.

De Voluntate Dei.

Sed & hìc obſeruandum, quæſtionem de voluntate Dei à Remigio & Eccleſia Lugdunenſi pleniſſimè tractatam, in libello de tribus Epiſtolis tutando ſententiam miſerabilis illius Monachi, & de tenenda veritate Scripturæ, tertium Hincmari Cariſiacum Capitulum impugnando, in hoc Concilio nihilominus prætermiſſam; quo conſilio penitus ignotum: Sed abſurdiſſima eſt Hincmari coniectura in opere de Prædeſtinatione cap. 24. pag. 150. hinc,

Hincmar. de Prædeſt. cap. 24.

» inquit, compoſitor illorum capitulorum, quæ nobis, vt eis reſ-
» pondeamus dediſtis, expreſſiùs nihil dixit, vt putamus, quia per-
» cepit ſe poſuiſſe de verbis Sancti Cœleſtini, quæ in Capitulo 4.
» ſcripſerat, vbi dicit: tanta enim eſt erga omnes homines bonitas
» Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona:] Nec enim verborum illorum meminit Concilium Valentinum: nec etiam verba illa de omnibus hominibus ſine exceptione, ſed de ſolis fidelibus intelligi poſſunt. Immo verò Hincmari ſententia & Capitula eius quatuor ſine vlla exceptione Concilio illo damnata, quaſi minùs proſpectè ſuſcepta propter inutilitatem vel etiam noxietatem, & errorem contrarium veritati, tam in tertio Capitulo in quo de voluntate Dei, quam in reliquis tribus ſine vlla diſtinctione: Verùm hæc quæſtio de voluntate Dei veriſimiliter prætermiſſa, quod ea in idem recidat, cum altera de morte Chriſti, vt ex eodem principio, ex prima Timot. 2. v. 4. & 6. ſimul ortæ, & ab omnibus qui ante quatuor illa Cariſienſia Capitula ſcripſere Prudentio, vtroque Lupo & aliis, hæc quæſtio de voluntate Dei vel omiſſa, vel ſub alterâ tractata fuerit, vt in principio huiuſce diſſertationis obſeruatum. Et in hoc apparet Patres Concilij Valentini non in omnibus ſecutos ſcripta Remigij Lugdunenſis: ſed hanc quæſtionem conſultò cauſis nobis incognitis

A. 855.

prætetmiſſam: Et ſic liberrimis ſuffragiis, non ex præiudicata præſidis auctoritate & ſentenria illos ſancitos Canones, vt in Cariſienſi Conuenticulo actum, & in aliis ſub Hincmaro comitiis obſeruari ſolitum.

Nec etiam obſeruatione indignum eſt, quód (ſi Vſſerium excipias) omnes quotquot huc vſque de Gotreſchalco ſcripſerunt (& maximè Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius eximium Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lumen) quibus opus Hincmari de Prædeſtinatione non innotuir, ex antiquis Scriptotibus, ſcilicet ex Annalibus Fuldenſibus, Truhemio & Flodoardo, illum hæreſi notatum, & in hoc Concilio Valentino tetrio, Scotorum nomine quaſi ipſorum principem damnatum retulerunt. Nec leui coniecturâ: cum ſiquidem a plurimis iuxta Rabani Epiſtolas ad Notingum & Eberardum, & Synodicam ad Hincmatum aſſeruiſſe

Rabani Synod. ad Hincm.

notetur: Tales eſſe in hoc mundo quoſdam qui proprer Prædeſti- «
nationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab er- «
rote & peccato ſe corrigete, quaſi Deus eos feciſſet ab inino in- «
corrigibiles eſſe, & pænè obnoxios in interitum ire.] Eamque «
hæreſim cernerent in ſecundo Canone illius Concilij damnatam, de Gotteſchalco intellexerunt, & quod Canone quartò additum eſt; & alia Capitula num. 19. ſyllogiſmis ineptiſſimè & menda-

Conc. Valent Can. 4. & 6.

ciſſimè à quodam Scoto concluſa & Can. 6. Scotorumque pul- «
tes puritati fidei nauſeam inferentes, &c. penitus reſpuimus.] «
De Gotteſchalco quaſi Scotorum illorum Principe interpreтati ſunt. Hæc ſunt verba ipſius Illuſtriſſimi Catdinalis, Annalium Eccleſiaſticotum tom. 10. ad annum 855. in principio, de hoc

Baron. ad Ann. 855.

agentis Concilio: [Occaſio huius congregandi Epiſcoporum «
conuentus præcipua illa fuit, quód Scoti quidam vagi homines, «
quorum princeps Gotreſchalcus, de Prædeſtinatione & Præſciē- «
tia Dei, de gratia & Libeto Arbitrio prauas opiniones in vulgus «
ſpargere laborabant, ex quibus Catholica doctrina corrūperetur: «
his occurrentes Epiſcopi in nouitatem vltores exurgenres, nihil «
præterea in Eccleſiam inducendum cenſuerunt, quàm quod San «
ctiſſimi Patres Doctores Eccleſiæ fideles omni ſinceritate do- «
cuiſſent in Affrica olim in Concilio Cartaginenſi, in Galliis in «
Concilio Arauſicano, quibus eſſet in his omnibus inhætendum: «
nempe bonos non niſi per grariam Dei ſaluari, malos per ſuam «
damnari iniquitatem; nec ipſos malos (vt dicebant ipſi) ideo «
perire, quia boni eſſe non potuerant, ſed quia eſſe noluerunt; «
Gotteſchalcum enim illum in ſecundo Concilio Moguntino ſub «
Rabano, fuiſſe horum errorum auctotem & magiſtrum diſcipu- «
lotum ſatis ſuperiùs ſuo loco demonſtratum eſt.] «

Cum igitur certo certiùs hodie conſtet in illis Canonibus, vbi

A. 855. de Ioanne Scoto & Scotorum pultibus, eorum nomine agi de ſolo Ioanne Scoto Erigena ipſum Gotteſchalcum impugnante, & ex Hincmaro ipſo in præfatione prioris operis in principio, in præludiis operis poſterioris de Prædeſtinatione in fine, & in illo opere paſſim pateat doctrinam miſerabilis illius Monachi non aliam eſſe, quàm quæ tertio & ſequentibus Canonibus huiuſce Concilii comprobata eſt, immo ipſam ſpecificè in omnibus Concilio illo confirmatam; Hincmarum verò ipſum deſpectum, volut non Catholicum reprehenſum, eiúſque quatuor Cariſienſia Capitula, velut inutilia, immo noxia, damnata & interdicta: Sequitur veram ſententiam miſerabilis illius Monachi in doctrina Concilii Valentini (quod in omnibus abſolutè Capitulis & definitionibus ab vniuerſa Eccleſia Catholica, & ſingulariter ab Illuſtriſſimo Cardinali ſuſceptum & laudatum cognoſcitur) etiam ab ipſo Illuſtriſſimo Cardinali, dum damnare intendit, approbatam: ipſum Gotteſchalcum, etiam dum ab inſcio vt hæreticus notatur, ibidem tacito nomine Catholicum iudicatum: Cariſienſia verò Hincmari quatuor Capitula, quorum quaſi adulterini ſeminis ſeu ſpurij vitulaminis, nullo modo, nec vllibi meminit Illuſtriſſimus Cardinalis, in confirmatione & approbatione huiuſce Valentini Concilii tacitè damnata, & à pio fidelium auditu penitus exploſa fuiſſe nemo non videt.

Cap. 38.

CAPVT XXXVIII.

Valentini Canones cum aliis eadem de re ſcriptis Lothario Imperatori oblati, ab eoque (qui paulò poſt hoc ipſo anno 855. cùm prius Monaſterium Prumienſe ingreſſus ſæculo renuntiaſſet, è viuis exceſſit) Ebboni Gratianopolitano cura demandata, vt ad fratrem Karolum Caluum cuncta deferret, quod cùm Ebbo præſtitiſſet, anno ſequenti Rex pro more Hincmaro omnia tradidit.

DE Concilio hæc dicta ſufficiant. Nunc de eius executione agendum: Antiquum Eccleſiæ morem fuiſſe, vt ſi error in fide inſurgeret Synodali iudicio damnandus, ne eo plures Eccleſiæ inficerentur, ſaltem peracto iudicio latæ ſententiæ vel Canonum breuiculum cæteris Eccleſiis in diuerſis regni partibus conſtitutis, per literas Synodicas ad omnium Epiſcoporum notitiam

A. 855.

deferretur, teſtis eſt Eeclesia Lugdunenſis, dum id non obſeruatum fuiſſe ab Hincmaro in condemnatione Goteſchalci queritur in libello aduerſus Ioannem Scotum, cap. 4. Qui ſi (de Goteſchalco inquit) aliquid tam grande & periculoſum contra fi- «
dem Catholicam docere præſumpſit, vt neceſſariò Synodali iu- «
dicio tali ac tantâ damnatione plecteretur, profectò dignum fue- «
rat, *Iuxta antiquum Eccleſiæ morem*. vt tantus error propter «
cautelæ ſtudium, nè eo plures inficerentur, cæteris Eccleſiis in «
diuerſis regni partibus conſtitutis, etſi non in initio quando tan- «
tum malum eſt deprehenſum, vel in fine quando eſt tanta ſeueri- «
tate damnatum, ſaltem poſtea, per literas Synodicas & Eccle- «
ſiaſticas ad omnium fratrum & Coepiſcoporum notitiam de- «
ferretur.] «

Libell. contra Scotum cap. 4.

Similiter antiquiſſimis Ecclesiæ inſtitutis, vſu continuo maximè in regno noſtro confirmatis, etiam à Chriſto ipſo ſic diuiſum fuiſſe totius Ecclesiæ regimen inter Sacerdotes & Reges, vt quod illi docerent, iſti, quaſi Epiſcopi ad extra executioni demandarent, obſeruauerat ab anno 848. Lupus noſter Ferrarienſis Epiſtola 81. ad Amulum Lugdunenſem Archiepiſcopum, Remigii deceſſorem. Rex Regum, inquit, idémque Sacerdos Sacer- «
dotum, qui ſolus potuit Eccleſiam regere, quam redemit, «
poſtquam humanitatem ſuam in cœlum euexit, ſemper cum ſuis «
futurus diuinitate, poteſtatem ſuam ad eandem gubernandam «
Eccleſiam in Sacerdotes diuiſit & Reges, vt quod Sancti doce- «
rent Pontifices, & ipſi ſuppleterent & impleri facerent deuotiſſi- «
mi Reges.] «

Lupus Ferrar. epiſt. 81.

Quamobrem peracto Concilio Curæ fuit Remigio, qui ipſi præfuerat, adeundi Lotharium Imperatorem eorum Regem, ipſique deferre Canones ſancitos in Concilio vna cum 19. Ioannis Scoti Capitulis in eo damnatis, cum duobus Eccleſiæ Lugdunenſis Libellis de tribus Epiſtolis, & de tenenda veritate ſcripturæ, & aliis ſcriptis, quò non ſolum ſancitos Canones regiâ auctoritate in regno ſuo impleri & obſeruari procuraret: ſed etiam eoſdem, maximè 6. aut 7. primos cum omnibus illis ſcriptis ad Regem Karolum ſuum deferendos mandaret, cúmque exhortaretur, vt in regno ſuo nequitiam illam vlteriùs progredi non ſineret, Hincmari & ſectatorum audaciam & petulantiam reprimeret, & Canonum illorum publicationem & obſeruationem iniungeret.

Imperator Lotharius quod à Remigio & aliis Epiſcopis ſuis fuerat rogatus adimplere pollicitus, eodem anno Lethali morbo correptus, ſæculo & Regno penitùs abrenuntians, ſolius ſalutis æternæ memor & peragendæ in reliquum vitæ pœnitentiæ

A. 856. ſollicitus, Monaſterium Prumienſe ingreſſus, tonſus eſt, & habitu Monachi humiliter ſuſcepto 4. aut 6. Kalendas Octobris mortalem hominem exuit, & ad vitam perrexit æternam, diſpoſito prius inter filios qui ſecum morabantur regno, & Curâ Eboni Epiſcopo Gratianopolitano demandatâ & iniunctâ, vt Canones illos cum ſupradictis omnibus ſcriptis, quæ in ſcrinio ſuo depoſuerat, ad Karolum Caluum Regem fratrem ſuum, cum ſupremis Imperatoris morientis precibus deferret, vt ſaluberrimæ & ſanctiſſimæ Remigij Lugdunenſis & reliquorum trium Prouinciarum Epiſcoporum petitioni, & obſecrationi pro Dei gloria ſatisfaceret.

ANNO 856. Hoc eodem Anno vel ſequenti 856. Ebo Gratianopolitanus ad Regnum Caroli Calui profectus, Regem ipſum apud Vermeriam Palatium adiit, Canones Concilii Valentini, vnà cum excerptis 19. Ioannis Scoti Capitulis in eo damnatis, & ſcriptis Eccleſiæ Lugdunenſis libellis de tribus Epiſtolis, & de tenenda veritate Scripturæ, obtulit, fratris defuncti preces expoſuit, ſicque mandati fidem pleniſſimè exſoluit. Quo affectu acceptus Ebo, quo animo Rex ipſe Canones & Eccleſiæ Lugdunenſis libellos ſuſceperit, quid Eboni pollicitus fuerit, ignotum; hic ſolus ſuſceptæ delegationis apparet exitus, ſcilicet Regem cùm hoc anno 856. Menſe Septembri in villa Rotomagenſis Epiſcopii quæ Nielfa dicitur, in excubiis contra Nortmanorum excurſiones & deprædationes degeret, eoſdem Canones cum 19. Capitulis & ſcriptis ſupradictis Hincmaro dediſſe, vt ad illa quæ ipſi viderentur Catholicè ex orthodoxorum magiſterio reſponderet. Nec horum omnino aliud extat teſtimonium, quàm quod apud Hincmarum curſim in diuerſis locis expreſſum habetur in præfatione

Hincm. in 1. Præfat.

» prioris operis. Cæterùm, inquit, Capitula Synodalia Venerabi-
» lium Conſacerdorum noſtrorum, trium ſcilicet Prouinciarum,
» ſicut ibidem continetur, & inferiùs ſcriptum inuenietur, vobis
» delata, quæ noſtræ humilitati iuxta Scripturam præcipientem,
» *interroga Sacerdotes legem meam*, quia & fidei legem eſſe legi-
» mus præcedentium Regum more, ob ſtudium cognoſcendæ ve-
» ritatis legenda & ventilanda dediſtis, reuoluimus, &c.] Et pau-
» lo poſt: inſeruerunt etiam in iiſdem ſuis ſcriptis de quibuſdam
» ſexdecim (leggendum 19.) Capitulis quaſi nobis debeant impu-
» tari, de quibus nihil audiuimus, vel vidimus, antequam Vene-
» rabilis Ebo Gratianopolitanus Epiſcopus vobis ea, quaſi à bonæ
» memoriæ fratre veſtro Lothario tranſmiſſa apud Vermeriam Pa-
» latium detulit, &c. Hæc de 19. Ioannis Scoti Erigenæ Capitu-
» lis: & in fine eiuſdem præfationis. Et quia, inquit, libellum de
» ſcrinio bonæ memoriæ fratris veſtri Lotharii, ſine nomine au-
ctoris

Digitized by Google

&oris ſuſcepimus, in quo ſigillatim, per loca ſingula, Capitula à " A. 856.
nobis excerpta ſunt poſita & aſſenſu illius, quiſcunque ille fue- "
rit, reprehenſa ſunt & damnata &c.] Hæc de libello de Tenen- "
da Veritate Scripturæ, ſine vlla hæſitatione intelligenda, de quo
pluribus in poſteriore opere de Prædeſtinatione cap. 22. & 27.

Item in eodem opere cap. 31. pag. 232. Sed & in præfata Sy- " Hincmar. de Prædeſt.
nodo Capitulis quæ nobis dediſtis in quaterniunculis vnius con- "
ſacerdotis noſtri ſeptem ſubjunctas inuenimus non veritate ſed "
nomine regulas, quia non fidei ſicut ibidem ſcriptum reperimus "
regulæ, ſed ad infidelitatem ſimplicibus protenſa ſunt retiacula, "
quæ verborum & ſenſuum conſonantiâ, eiuſdem auctoris cuius & "
Capitula noſtræ humilitati à veſtrâ data ſublimitate fore credun- "
tur. Quarum initium eſt primo loco ponendum & vehementius "
&c.] Hæc de libello de Tribus Epiſtolis in quo habentur hæ
ſeptem fidei Regulæ verbis ab Hincmaro expreſſis incipientes,
ſine dubio ſcripta ſunt: & ſic de ſupradictis omnibus ſcriptis con-
ſtat è Scrinio Imperatoris, ipſius iuſſu per Ebonem ad Regem
Karolum apud Vermeriam delatis. Quod verò Hincmaro tradi- Hincmar. in 2. Præfat.
ta fuerint apud Nielfam, ille ipſe in præfatione poſterioris operis
de Prædeſtinatione teſtatur his verbis. Hæc eadem námque Ca- "
pitula, ſicut facilè reminiſci poteſtis, ante triennium nobis in villa "
Rothomagenſis Epiſcopi, quæ Nielfa dicitur, quando in excu- "
biis contra Nortmannorum infeſtationem degebamus, ſub titulo "
quaſi in Valentina Synodo conſcripta fuerint anno Incarnationis "
Dominicæ 855. ſub Lothario Imperatore dediſtis: vt ad illa "
quæ nobis viderentur Catholicè ex Orthodoxorum magiſterio "
reſponderemus.] "

Hoc anno 856. hæc contigiſſe obſeruauit R. P. Sirmondus in
notis ad Karoli Calui Capitula ad tit. 17. cap. 3. vbi de placito
Kalendis Septembris in villa Nielfa, quod cum Annalibus Ber-
tinianis optimè concinit in quibus hoc anno Piratæ Danorum
mediante Auguſto Sequanam ingrediuntur & vaſtatis direptiſ-
que ex vtraque fluminis parte ciuitatibus, procul poſitis Mona-
ſteriis atque villis, locum qui dicitur etiam Foſſa Giualdi Sequa-
næ contiguum ſtationíque munitiſſimum deligunt, vbi hyemem
quiete tranſigunt.

CAPVT XXXIX.

Hincmarus quo ſe ſuaque Capitula tueretur, prius opus ſuum de Prædeſtinatione annis 857. & 858. conſcripſit, cuius nunc ſola extat Præfatio: tres in ea contentæ Hincmari querelæ exploduntur. Prima, quod ſua Capitula Valentinis Canonibus inſerta non fuerint. Secunda, quod 19. Capitula in illis damnentur, quaſi ea ad ſe pertinerent, cùm de iis nihil penitùs inaudierit, quod impudens mendacium eſſe demonſtratur. Tertia; de Valentinis Canonibus quaſi ab aliquo confictis, quod ineptiſſimis argutiis contra propriam mentem aliis perſuadere contendit. Obiter oſtenditur Prædeſtinatianos hæreticos nondum notos Hincmaro fuiſſe.

ANNO 857. & 858.

Hincmar. in 1. Præfat. in principio.

HVc vſque Hincmarus ſcriptis omnibus, quæ in iſtis controuerſis quæſtionibus à Prudentio, Lupo Ferrarienſi, Ratramno, Eccleſiâ Lugdunenſi, & aliis in publicum exierant, & ad notitiam eius vel à Rege ipſo, vel aliunde peruenerant, reſpondere ſolitis, artibus vt ipſo teſte vidimus, ſubterfugit: Vt verò Canonibus Concilij Valentini tertij, Epiſcoporum trium Prouinciarum ſe vt non Catholicum reprehenſum & deſpectum reperit, & Capitula ſua quatuor velut inutilia immò noxia repulſa & abominata inuenit, idque rogantibus Epiſcopis illis, Imperatoris precibus ſingulari Ebonis delegatione ad Regem in toto regno publicatum, Regem ipſum ob ſtudium cognoſcendæ veritatis diſcuſſionem illorum requirere vidit, tunc neceſſitate compulſus prius opus ſuum de Prædeſtinatione, quod non extat, pro defenſione ſua & Capitulorum illorum quatuor conficere diſpoſuit, quod duobus annis 857. & 858. vt potuit executus eſt:

Hincmar. Epiſt. 26.

Illos duos annos in priore illa reſponſione inſumptos credimus, quia vt ipſe teſtis eſt paſſim, maximè in Epiſtola 26. ad Nicolaum Papam ſub finem, de illorum numero, peccatis ſuis exigentibus, factus erat de quibus ſcriptum eſt: Impedimenta ſæculi fecerunt eos miſeros, ita vt rarò in Decretis feſtiuitatibus in ſede ſua propter multas occupationes & neceſſitates Eccleſiæ & regni eſſe illi permitteretur: Et (ſi credere fas eſt) ſi Epiſcopus ordinatus non eſſet, & vitare valeret, Epiſcopalem ordinem non ſubiret.]

Digitized by Google

A. 857. & 858.

Quapropter plurimis illis occupationibus, diſtentum hoc opus ſatis prolixum intra annum non abſoluiſſe veriſimile eſt: Et ſane poſterius de Prædeſtinatione in tertium aut quartum annum protractum videbimus, nec etiam opus de non Trina Deitate niſi pluribus annis concinnatum; ſiquidem in præfatione poſterioris operis de Prædeſtinatione de eo agens; Quas reſponſiones (inquit) furatis horulis à diuerſis occupationum diſtentionibus, qui cogitationum ferias non habemus &c. committere ſchedulis tumultuario ſermone ſtuduimus.] Tum de priori hoc opere hæc habet. Quoniam iam in præfatis relationibus prouocati multiplicibus multiplicium inlationibus, multipliciter multiplicibuſque conlationibus, non ſine (ſicut ſcimus & confitemur) Lectoris tædio, ſenſu ſed tamen Catholico in tribus libris laſcinioſo ſermone reſpondere ſtuduimus.]

Fldoard. lib. 3. cap. 15

De hoc eodem opere hæc habet Flodoardus lib. 3. cap. 15. collegit atque compoſuit volumen ingens plures continens libros de Prædeſtinatione Dei & Libero Arbitrio, contra quoſdam reprehenſores ſuos Epiſcopos, maximéque contra Gotteſchalcum, atque Ratramnum Corbeienſem ad Karolum Regem, cui talem præfert Epiſtolam.] Eâmque refert integram in formam præfationis in qua præter ea quæ iam protulimus Hincmarus queritur. Primò quod capitula ſua quatuor Cariſienſia Canonibus Concilij illius damnata, non fuerint illis ipſis Canonibus inſerta. Secundò, quod meminerit 19. Capitulorum quaſi ſibi debeant imputari, de quibus nihil audiuerit, vel legerit, nec cum multum quæſierit inuenire valuerit, vnde credit inuidiâ falsò ſuppoſita. Tertiò, ſimiliter Canones illos Concilij Valentini falſos & confictos in ſuggillationem ſuam, arguere plurimis argutiis intendit, vnde eis quaſi ſub dubietate tantum reſpondere profitetur. Item ordinem quem in libris ſuis obſeruaturus ſit exponit. Primò, reponendos Canones illos Valentini Concilij propter Synodalem prætitulationem, deinde illa, inquit, quæ à pluribus & per aliorum manus de pluribus ex his cauſis accepimus &c. Poſt hæc Capitula à nobis excerpta de Patrum ſenſibus & verbis, vt illa excerpſimus, ponere procurabimus &c. Et quia libellum, inquit, de Scrinio bonæ memoriæ fratris veſtri Lotharij ſine nomine auctoris ſuſcepimus, in quo ſigillatim per loca ſingula Capitula à nobis excerpta ſunt poſita, & aſſenſu illius, quiſcunque ille fuerit reprehenſa ſunt & damnata, cùm de Catholicorum Patrum dictis noſtra Capitula ſi poterimus confirmare curabimus, ipſius etiam reprehenſiones ponemus, & eas quantùm Dominus dederit confutare ſtudebimus. Tunc demum ponemus de Capitulo confratrum noſtrorum 5. (de quo ſupra) &c. Et ſic tandem ſubijcie-

In Præfat. prioris operis.

A. 857. » mus illa decem & ſex (legendum 19.) Capitula, pro quibus de
& 858. » Scotorum pultibus confratres noſtri ſine culpa noſtra in hac dum-
» taxat cauſa nos paſcere decreuerunt, & quid de iiſdem Capitulis
» ſentiamus ex Catholicorum Patrum ſenſibus oſtendemus.] Hæc ex ipſius Hincmari verbis fuit librorum illorum diſtributio, hic ſcopus qui vtinam extarent, vt ſiquidem nondum ad ſupremam quam poſtremo de Prædeſtinatione opere attigit fraudulentiam peruenerat, minori fuco compoſiti, plurimum lucis & Præſidij, adſtruendæ quam inquirimus veritati præferrent.

Sed priuſquam vlteriùs procedamus tres illæ Hincmari querelæ parumper expendendæ. Quo ad primam malè & nullo fundamento queritur Hincmarus, illa ſua quatuor Capitula non fuiſſe in Concilij Canonibus expreſſa, ne ab illis legerentur in quorum manus Canones illi deuenirent, non enim illud in Conciliorum Canonibus obſeruari ſolitum: nec capitulis illis quatuor, quibus Hincmarus oppoſitam Gotteſchalci & aliorum doctrinam damnare intendit, eorum ſententiam vllomodo expreſſit. Sed & Concilij Canones poſt libellum Eccleſiæ Lugdunenſis de Tenenda Veritate Scripturæ editi; in quo capitula illa quatuor verbo ad verbum bis expreſſa & pleniſſimè refutata fuerunt, qui libellus etſi ad Hincmarum antea non perueniſſet, cum his canonibus à Patribus Concilij Imperatori traditus, & ab Imperatore ad Regem Karolum tranſmiſſus, vnà ſimul in manus Hincmari delatus

In 1. Præfat. » eſt: corruit igitur quod ait Hincmarus. Prius enim ſi de con-
» ſcientia rectę intelligentiæ fuere confiſi, ponentes ea quæ deſtrue-
» re nitebantur, ſicut illa cum integritate ſua acceperant, in quibus
» euellenda & diſſipanda erant legentibus demonſtrare, & tunc illis
» per auctoritatem deſtructis atque diſperſis ſua rationabiliter &
» ordinabiliter plantare debuerant, ac in ſublime ędificantes extol-
» lere &c.] Siquidem illud in libello illo de Tenenda Veritate Scripturæ obſeruatum, hoc verò canonibus Concilij definitum & ſancitum.

Quod ibidem addidit Hincmarus, capitula ſua in quibuſdam alio ſenſu & aliis verbis vt abominanda monſtrarentur, & aliis ſupreſſis in canonibus Concilij memorata, vt etiam Africanæ & Arauſicanæ Synodis aduerſa crederentur, gratis, non ex veri-
Conc. Valent. Can. 4. » tate dictum ex præcedentibus apparet, ſiquidem nullomodo
» memorata fuere illa capitula, niſi in verbis illis, porro ca-
» pitula quatuor quæ à Concilio Fratrum noſtrorum minùs
» proſpectè ſuſcepta ſunt propter inutilitatem, vel etiam no-
» xietatem & errorem contrarium veritati à pio auditu fide-
» lium penitùs explodimus.] Et vbi de doctrina agetur pleniùs eluceſcet.

Digitized by Google

De 19. Capitulis quaſi ad ſe pertinerent his verbis proponit Hincmarus: inſeruerunt etiam in eiſdem ſuis ſcriptis de quibuſ- « dam ſexdecim Capitulis, quaſi nobis debeant imputari, de qui- « bus nihil audiuimus, vel vidimus antequam venerabilis Ebo « Gratianopolitanus Epiſcopus vobis ea, quaſi à bonæ memoriæ « fratre veſtro Lothario tranſmiſſa apud Verneriam Palatium « detulit, quorum Capitulorum auctorem nec ibi annotatum in- « uenimus, nec cum multum quæſierimus inuenire valuimus: vn- « de putamus quia alicuius inuidiâ ad cuiuſquam opinionem infa- « mandam fuerint compilata, ſicut ſæpe legimus, vt de multis « pauca commemoremus &c.] «

A. 857. & 857. Alteram quærelam in Præfat. I.

Primò obſeruandum errore ſcribæ poſitum 16. Capitulis pro 19. & Hincmarum ipſum in ſchedula legiſſe 19. patet ex cap. 30. poſterioris operis de Prædeſtinatione pag. 23. ſed & alia Capi- « tula numero decem & nouem, ſyllogiſmis ineptiſſimè & men- « daciſſimè concluſa & reliqua ſicut & hic compoſitor iſte modò « diſpoſuit &c.] Nè in hoc vel minimus Hincmaro erroris præ- « textus prætendatur. Item ipſamet 19. Capitula ad Hincma- rum tranſmiſſa, quibus opere illo reſpondere profitetur, Can. 4. à quodam Scoto mendaciſſimè dicuntur concluſa & Can. 6. quaſi Scotorum pultes repulſa: vnicus ille Ioannes Erigena in Regno & in curia Regis Karoli Scotus celeberrimus, eius co- mes indiuiduus menſæ & cubiculi iuxta Matthæum Vveſmona- ſterienſem, quotidie cum Hincmaro verſabatur: ſed & ab Hinc- maro & Pardulo hæc Capitula 19. ſcribere compulſus eſt, im- mo ipſis Hincmaro & Pardulo rogantibus eadem Capitula in- ſcripſit, dicauit & vnà cum præfixa ad eos Epiſtola dedicato- ria ad eos emiſit ab anno 851. vt ſuprà ſatis ſupérque ex ipſis il- lorum ſcriptis probatum eſt, & probatum etiam non illis igno- tam iam tunc fuiſſe Prudentij Capitulorum illorum correctio- nem, qua ab anno 852. Ioannem illum Scotum Aulicum deli- neauit & refellit, & nihilominùs Hincmarus de illis Capitulis (ſi ei credatur) nihil audiuit nec vidit. Et cum illorum Capi- tulorum auctorem multum quæſierit inuenire non valuit, & Capitula illa alicuius inuidia ad cuiuſquam opinionem infaman- dam fuiſſe compilata putauit. Quis tantam non hominis cu- iuſlibet è plebe, ſed Præſulis, Metropolitani, qui Eccleſiæ & Re- gni neceſſitatibus ſemper intentus cogitationum ferias non ha- beret, & in præfatione ad Regem ipſum, nequitiam non mire- tur, impudentem & infrunitam fallaciam æquo animo ferre, & fidem vllam à lectoribus in reliquis exigere poſſit?

Hincmar. de Prædeſt. cap. 30.

Hâc fraudulentâ nequitiâ duplici fine vſus eſt Hincmarus: pri- mo quò ſe liberaret à cenſura Cœleſtini Papæ, quâ Epiſtolâ ad

veritatis & fidei redire contemnentes fraternè, & ſæpius commonerent, & auctoritatis diuinæ & Sanctorum Patrum ſcripta nobis proponerent, & vt in vnum conuenirenus nos cum manſuetudine & lenitate inuitarent &c.] Idem iterum inculcat in præfatione poſterioris operis; his Capitulis (inquit) quæ nobis nuper dediſtis, pro noſtri ingenioli capacitate ſub dubietate tamen reſpondimus, quia non credidimus vt fratres, & Coëpiſcopi noſtri contra regulas Eccleſiaſticas aduerſum nos talia debuiſſent conſcribere: præſertim cùm non ignorarent Dominicis inſtitutionibus & legibus Sancto Spiritu promulgatis præfixum eſſe, qualiter ſi in ſæpè fatis capitulis fidei obloqueremur nos compellare, & tunc Synodali iudicio nos noſtráſque ſententias à ſua debuiſſent communione explodere.]

A. 857. & 858.

In Præfat. poſter.

Sed aduertendum (vt ſuprà vidimus) Hincmarum cum Pardulo ſcriptis ad Eccleſiam Lugdunenſem Epiſtolis condemnationem Gotteſchalci cum eius propoſitionibus, & quod ab ipſis vel cæteris obiectum fuiſſet expoſuiſſe. Et ſuper his Eccleſiæ Lugdunenſis ſententiam expetiiſſe: illis verò pleniſſimè ſatisfactum per Remigium Amuli ſucceſſorem & Eccleſiam Lugdunenſem libello de tribus Epiſtolis. Hincmarum autem & Pardulum vel non expectatá reſponſione, vel acceptà & vtrolibet modo contemptâ, conuenticulo ſeorſim à paucis ad opus illud ſelectis habito, inſciis etiam non ſolum Lugdunenſis Prouinciæ ſed etiam viciniotibus quatuor Prouinciarum Epiſcopis, qui paucis antea diebus vnà cum illis in Concilio Sueſſonenſi conuenerant, & paulo poſt apud Vermeriam iterum conuenerunt auſu temerario in cauſa fidei, quæ omnem reſpiceret Eccleſiam quatuor illa edidiſſe Capitula, quibus vera Eccleſiæ & Sanctorum Patrum doctrina vnà cum ipſius Eccleſiæ Lugdunenſis ſententia fuiſſet impugnata: ita vt eadem Eccleſia Lugdunenſis, nè venenum Capitulorum illorum longiùs ſerperet, libello ſuo de tenenda veritate Scripturæ illa ipſa pleniſſimè refellere neceſſe habuerit. Deinde iiſdem ſcriptis pleniſſimè in Concilio perſpectis ſuprà dictos Canones eâdem neceſſitate exigente fuiſſe ſancitos, quos cum illis ſcriptis interpoſitâ Imperatoris & Regis Karoli auctoritate viâ Regiâ ad ipſos Hincmarum & Pardulum deferendos Synodus procurauit. Et ſic Hincmarus & Pardulus ſibi ſolis imputent quod auſu temerario & ſacrilegâ præſumptione iura omnia & Canonicum ordinem ſubuerterint: Remigius cùm Eccleſia Lugdunenſi & reliqui Concilij Valentini Epiſcopi nemini iniuriam inferentes ad tutandam veram Eccleſiæ Doctrinam æquo & legitimo iure decertarunt: in perſonas nihil actum, doctrina verò, cauſâ pleniſſimé cognitâ viſis non ſolùm Capitulis

A. 857. & 858. Hincmari ſed & ſcriptis eius & Parduli Epiſtolis non tam definita, quàm vindicata fuit.

In 1. Præfat. Altera Hincmari argutia, quâ fictitios eſſe Concilij Valentini Canones probare contendit, hæc eſt: quia prætermiſſis „ (inquit) aliorum ſacerdotum nominibus ſolius Ebonis no„ men cum Archiepiſcopis eſt ibidem iactantur, vt quibuſdam „ videtur, expreſſum, & quòd quàm maximè in hoc ipſe „ collaborauerit quaſi è regione ſit ſenſum vt etiam cum Ar„ chiepiſcopis maior cæteris & doctior in ſententia fuerit.] Sed iam ſatis ſupérque obſeruatum celebratum fuiſſe Concilium vt cauſa Epiſcopi Valentini criminibus diffamati, cognoſceretur, Concilio illo calumniam reuictam, obiectionibus factis plenè diſcuſſis, & in hoc Ebonem comprouincialem & vicinum Epiſcopum teſtium auditioni & reliquæ proceſſus inſtructioni veriſimiliter commiſſum & deputatum, & relatorem etiam optimè & ſingulari ſtudio verſarum: ideóque cum Archiepiſcopis nominatum quòd maximè cum eis collaborauerit. Nec verba illa ad Concilij definitiones & Canones poſſe referri ex verbis ipſis ſatis patet. Eoque minus quod (vt obſeruauit Hincmarus) in Conciliis vbi de definitionibus agitur aliquem præ cæteris Epiſcopis deſignari ſit inauditum. Sed etiam de Ebone ipſo multò minùs quem doctrinâ ſuprà cæteros excelluiſſe à nemine proditum eſt, cùm contrà quæſtiones illæ in Eccleſia Lugdunenſi ſæpiùs multùmque verſatæ, ſcriptis Remigij huius Concilij præſidis, pleniſſimè diſcuſſæ, & quaſi abſolutæ fuerint: Ex quibus ſcriptis ipſo Hincmaro teſte deſumpti & quaſi ſelecti Canones Concilij.

Et hîc aduertenda Hincmari impudens audacia ſua omnia & Capitula iſta quatuor, & libros de Prædeſtinatione non ſuo tantùm, ſed etiam collegarum Epiſcoporum nomine profert: & legitimos Concilij Epiſcoporum trium Prouinciarum Canones vnius eſſe op[illegible]s fingit, & auctorem ſeu compilatorem, quem vult notat, vt legitimas Concilij definitiones infamare, & calumniari ad libitum valeat. Etiam delatos ab Imperatore ad Regem Karolum Canones per Ebonem Epiſcopum, quem & religioſum & Concilio interfuiſſe obſeruat, quaſi falſos & confictos inſimulat, quæ maior peruicacia fingi poteſt? ſed & ex hac præfatione aduertendi Hincmarianæ nequitiæ gradus: licet in hoc ſicut in poſteriore opere de Prædeſtinatione Canones illos cum Remigij & Eccleſiæ Lugdunenſis, & reliquorum ſcriptis ſuſceperit impugnandos, hîc quidem ſimulat falſos, & capitula illa Ioannis Scoti ſuppoſita. Sed Epiſcoporum omnium virtutem laudat & merita, ipſius Ebonis etiam laudes profert, & auctorem Cano-

num

Digitized by Google

num illorum eſſe non poſſe affirmat Canones ipſos Concilij Valentini propter Synodalem prætitulationem licet fictos prætendat, magnipendere ſe ſimulat, Sancto Auguſtino & in eius vita & poſt mortem ab eius doctrinæ inimicis Pelagianorum ſcilicet reliquiis conflatam inuidiam vt illam vilifacere præualerent &c. obſeruat, & ſi quæ protulerit non fuerint probata, doctioribus & Catholicis aurem accommodare ſe profitetur: illic verò Ebonem & ordinationem eius infamat, derogatorem ſuum appellat, Canones Concilij, quos certos habet, non niſi compilatoris nomine refert, veluti ſpuria vitulamina & hæreſim reuictam inſequitur, antiquam Prædeſtinatianam hæreſim ab ipſo Auguſtino, Proſpero, & cœleſtino ſummo Pontifice, pro Pelagianorum reliquiis, quæ Sancti Auguſtini ſcripta vilifacere ſtuduerant, impugnatam & reuictam fingit: Concilij Valentini Patres Eccleſiam Lugdunenſem, Prudentium, & reliquos veræ doctrinæ & orthodoxæ fidei aſſertores, quaſi hæreticos nouorum Prędeſtinatianorum hæreſi criminatur (vt ſuo loco videbitur) cur tam varie? niſi quia ſuperbia eorum qui te oderunt (Domine) aſcendit ſemper, & impius cum in profundum venerit, contemnit. A. 857. & 858.

Sed interim hic referenda, quæ de pacifica conſertatione, de Ebonis probitate, & de Sancti Auguſtini obtrectatoribus in illa, quam expendimus præfatione recenſuit Hincmarus; Reliquis ſiquidem iam ſatisfactum.

Quo ad primum. Dum operis ſui diſtributionem & diſpoſitionem exprimit, capitula ſua quatuor diuinis & authenticis Scripturis & orthodoxorum Patrum ſenſibus concordare ſe demonſtraturum pollicetur, eum hoc inuſitato ſibi modeſtiæ ſpecimine. Denique ſi talium, inquit, vt diximus ſententiis concordari capitula, quæ excerpſimus, demonſtrare non potuerimus, parati ſumus doctioribus & catholicis aurem accommodare, ſenſum ſubdere, & ſine contentione nos doctrinæ illorum ſubiicere.] Hincmar. in Præf. 1. operis.

De Ebone hæc ſunt ipſius verba: miramur de tantis & talibus viris Archiepiſcopis & Epiſcoporum primoribus maximè autem de Ebone, qui religioſus eſt, vt audiuimus, quippè ſicut ab ipſis penè cunabulis ſub religione & habitu regulari nutritus in Remenſis Eccleſiæ monaſterio, vbi requieſcit Sanctus Remigius in quo loco religioſo ſuam exegit ætatem, quouſque à Domino Ebone auunculo ſuo tunc Remorum Archiepiſcopo ibidem Diaconus conſecratus, & Abbas Monachorum ad regularem ordinem tenendum & gubernandum, conſtitutione Epiſcopali eſt ordinatus: quémque ita humilitatis tenore nutritum, & humilitatis locum appetere & tenere velle didicimus, vt illi & omnibus ſcriptum Ibidem.

A. 857. » eſt. *Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te locum tuum* Eccleſ.
& 858. » *ne demiſeris &c.* Quámque humilitatem pro loco tuto contra 10. v.
» elationis ac iactantiæ ſpiritum, præfatum religioſum virum ob- 14.
» nixè tenere velle audiuimus, & pro certo credimus, & ideirco
» diſcredimus iſta capitula ab eo confecta &c.]

Denique de æmulis & obtractatoribus Sancti Auguſtini & eius doctrinæ & ab ipſis confictis capitulis vt illius doctrinam vilifacere præualerent his verbis proſequitur Hincmarus. Vnde pu-
Ibidem. » tauimus (de 19. Ioannis Scoti capitulis) quia alicuius inuidiâ
» ad cuiuſquâm opinionem infamandam fuerint compilata, ſicut
» ſæpe legimus, vt de multis pauca commemoremus, veluti
» Epiſtola capitulorum extitit, quam venerabilis Ibas Epiſcopus
» ſuam eſſe in Synodo denegauit; & ſicut quidam æmuli de verbis
» Beati Auguſtini adhuc in ſua vita fecerunt, quæ ille argutè &
» Catholicè repulit, quantum ad illius notitiam exinde peruenit,
» poſt eius etiam obitum quidam inuidi capitulatim de ipſius
» ſcriptis, ex his etiam vnde nunc agitur colligere curauerunt, vt
» illius doctrinam orthodoxam atque vtillimam ob perſonæ illius
» inuidiam vilifacere præualerent, & lectores deuotos ab illius
» dilectione aclectione & neceſſaria credulitate auerterent. Quæ
» videlicet æmulorum mendacia ex delegatione Sanctæ Sedis Ro-
» manæ per Cœleſtinum Papam Sanctus Proſper Catholico &
» prudenti ſtilo falſa eſſe & imprudenter obiecta oſtendit, & me-
» morati ac memorandi viri doctrinam orthodoxam eſſe lucidiſſi-
» mè demonſtrauit.]

Inter reliqua notanda verba illa de inuidis & æmulorum mendaciis &c. *Vt illius doctrinam orthodoxam atque vtillimam, ob perſonæ illius inuidiam vilifacere præualerent, & lectores deuotos ab illius dilectione ac lectione & neceſſaria credulitate auerterent:*] Quæ non niſi de Maſſilienſibus & ſimilibus Pelagianorum reliquiis intelligi poſſunt, nullomodo verò fictis Prædeſtinatianis conueniunt, qui (iuxta Hincmari & Higyni ſui ſeu Prædeſtinati commentum) nomen & doctrinam Auguſtini mentiebantur, libros ſuos Auguſtini titulo prænotabant, vt videre eſt apud Hincmarum in opere poſteriore de prædeſtinatione cap. 1. pag. 6. vbi hæc pro fundamento ſui de priſcis Prædeſtinatianis com-
Hincmar. de Prędeſt. cap. 1. » menti ex Higyno ſuo refert. Nonageſima hæreſis, inquit, quam
» in præfatione noſtra diximus de nomine Auguſtini Epiſcopi eſſe
» mentitam Prædeſtinatianorum nomen accepit:] illius verò præfationis cuius hic meminit Hincmarus & in auctore quem recens R. P. Sirmondus nomine Prædeſtinati in publicum emiſit hęc
Prædeſtinat. in præfat. » ſunt verba. Tandem aliquando non tam editus quam deprehen-
» ſus ad manus noſtras peruenit liber, qui Auguſtinum mentitur in

Digitized by Google

titulo, cum ſe hæreticum oſtendat in textu, quis enim ne- " A. 857.
ſciat, Auguſtinum orthodoxum ſemper fuiſſe Doctorem, & tam " & 858.
ſcribendo quam diſputando omnibus hæreticis obuiaſſe? Volen- "
tes ergo inimicum fidei noſtræ inter fratres dogma induce- "
re, Catholicum ſuprà liminare libri ſui titulum poſuerunt, "
qui liber veluti ſepulchrum fœtens à foris quidem Auguſtini "
nomine dealbatur, intus verò ſcaturit vermibus mortuorum, "
&c.] "

Sic igitur tantum abeſt vt in priore hac, quam expendimus Hincmari præfatione nomine æmulorum Sancti Auguſtini, qui illius doctrinam ob perſonæ inuidiam vilifacere & lectores deuotos ab illius dilectione ac lectione & neceſſaria credulitate auertere conarentur, intelligere potuerit & voluerit fictos illos Prædeſtinatianos: quinimò illis ipſis auctoribus & Hincmaro & Hygino ſeu Prædeſtinato, ficti illi Prædeſtinatiani oppoſitum omninò intendebant, ita vt locus hic Hincmari non niſi de Maſſilienſibus & aliis Pelagianorum reliquiis, quos certiſſimè Auguſtinus Proſper & Cœleſtinus Papa ſcriptis ſuis vt inimicos gratiæ Chriſti, & Auguſtinianæ doctrinæ perſecutores impugnauerunt. Et ſic commentitia illa veterum Prædeſtinatianorum hæreſis nondum Hincmaro nota, nondum ſæculo illo fabricata & expoſita, cum primum illud opus de Prædeſtinatione concinnauit Hincmarus. Quod ſi aduertiſſet R. P. qui ex commentitiis Hincmari ſui figmentis non tam Hiſtoriam, quàm fabulam Prædeſtinatianam recens concinnauit, forſitan melioribus intentus, ab opere emeritis vigiliis ſuis & fructuoſiſſimis laboribus tam indigno abſtinuiſſet.

Huius prioris operis de Prædeſtinatione & Libero Arbitrio ſolus meminit Hincmarus, & ex illo Flodoardus, nulla nec minima coniectura eſt in aduerſantium perueniſſe notitiam, maximè Eccleſiæ Lugdunenſis Remigij, & reliquorum Præſulum, qui Concilio Valentino interfuerant.

CAPVT XL.

Anno 859. Valentini Canones in Lingonenſi Synodo confirmati, & 15. poſt diebus in Concilio Tullenſi 12. Prouinciarum coram tribus regibus, Karolo Caluo, duobúſque eius Nepotibus publicè relecti: Tumultuante verò Hincmaro eiuſque ſequacibus excitatus motus, per Remigium compoſitus, & alteri Synodo plenior totius Controuerſiæ diſcuſſio reſeruata. Interim tamen inſerti actis Concilij Tullenſis Canones Lingonenſes, & ab hinc vſque Concilium Valentinum primum & Lingonenſe, apud omnes Catholicos legitimarum Synodorum robur & auctoritatem obtinuere.

ANNO ſequenti 859. idem fermè ipſi Epiſcopi trium Prouinciarum Lugdunenſis, Viennenſis, & Arelatenſis, qui Concilium Valentinum tertium cebebrauerant à Rege ſuo Karolo Imperatoris filio ad Concilium Tullenſe apud Saponarias euocati in quo futurus eſſet Karolus Caluus cum ſuo Hincmaro & plurimis Regni Epiſcopis in cauſa Vvenilonis Archiepiſcopi Senonenſis læſæ Maieſtatis & perduellionis Rei in ſuburbio Lingonicæ vrbis circa Calendas Iunias 15. diebus ante Concilium Tullenſe conuenerunt, in quo 16. Canones ediderunt ad inſtructionem Dominici populi, ſed præcipuè ſex ſupradictos Valentini 3. Concilij Canones confirmauerunt eâ lege, vt in Concilio Tullenſi producerentur, rocitarētur, & omnibus Epiſcopis probati ab vniuerſis reciperentur & obſeruarentur. Verùm quoniam in Concilio Valentino non ſolùm doctrina Catholica quatuor Hincmari Capitulis oppoſita expreſſe quatuor aliis Canonibus definita & ſancita fuerat, ſed etiam Canone 4. Capitula illa quatuor quaſi minùs proſpectè ab Epiſcopis in Concilio ſuſcepta propter inutilitatem vel etiam noxietatem & errorem contrarium veritati expreſsè damnara fuerant, ne ex verbis illis Rex ipſe Karolus Caluus, qui quatuor illis capitulis ſubſcripſerat, & Hincmarus, qui eorum auctor erat, contentionis & querelę occaſionem ſumerent, abſtinendum clauſulâ illâ, quaſi non neceſſariâ cenſuerunt. In reliquis omnibus ſex illis Canonibus Concilij Valentini confirmatis & iterum verbo ad verbum ſancitis.

Eodémque menſe poſt 15. dies in Concilio Tullenſi apud Saponarias conuęnientibus Epiſcopis duodecim Prouinciarum adſi-

Digitized by Google

A. 859.

dentibus Karolo caluo, eiuſque nepotibus Regibus, Remigius Lugdunenſis non ſolùm ſex illos, ſed & reliquos concilij Lingonenſis canones protulit & depoſuit comprobandos, eiſque publicè recitatis Hincmarus eiuſque fideles Remenſis Prouinciæ Epiſcopi commoti ſunt, ita vt quidam eorum factioſiores (quos fide Chriſtianę zelo ſuccenſos dicit Hincmarus) aliqua Synodo voluerint ſuggerere, & Remigium ipſum eiuſque coepiſcopos blando ſibilo (inquit ille) charaxare: ſed motus illi à Remigio modeſtè fuere compoſiti eo venerabiliter perorante, vt ad proximè futuram Synodum Catholicorum libros Doctorum quique deferre curarent, & ſicut melius ſecundum catholicam doctrinam in commune inueniſſent, de cætero omnes vnanimiter tenerent: ſicque communi Epiſcoporum omnium ſententia definitum can. 10 his verbis. Relata ſunt denique in eadem Synodo quædam capitula ſuper quibus quorundam fratrum ſenſus diſſentire probantur. Vnde conuenit inter Epiſcopos, vt Deo fauente pace & tranquillitate recuperata ſimul conueniant, & prolatis Sanctarum Scripturarum atque catholicorum Doctorum ſententiis, quæ ſaniora ſunt concordi vnanimitate ſequantur.]

Hincmar. in 2. præfat.

Conc. Tullenſ. Can. 10.

Sexdecim illi concilij Lingonenſis canones, actis concilij Tullenſis inſerti ſunt, vt notauit R.P. Sirmondus tom. 3. concil. Galliæ in prædicto concil. Lingon. Non ſic de quatuor illis Hincmari capitulis vnde conijcere licet illa in concilio non fuiſſe recitata, licet Hincmarus in plurimis infidelis, & ſic in reliquis nullius fidei, hoc aſſerat, quòd eo magìs reiiciendum (licet non magni ſit ponderis) quod verba Hincmari quibus hoc innuit [& in craſtinâ alia quædam capitula de quibus poſt locuturi ſumus relecta fuere] apertiſſimè ſuperaddita & poſtea reliquis inſerta apparent, ſiquidem reliquorum legitimum verborum ſenſum corrumpunt: Quoniam commotio quam à ſe ipſo & fidelibus ſuis excitatam agnoſcit per interpoſitionem illius clauſulæ ad lectionem capitulorum illorum quatuor refertur, quæ certiſſimè ex auctoris mente ad canones concilii Lingonenſis referenda eſt, vt cuilibet mediocriter attento patebit ex verbis ipſis quæ mox referentur: ſed prius obſeruandum canones illos poſt biduum in eadem Synodo à Remigio ipſo vnâ cum Epigrammate Regi Karolo oblatos, ſed more ſolito ibidem à Rege ipſi Hincmaro traditos, vt tempore congruo ſenſum ſuum illo exponeret, verum canonum illorum ſenſui concordaret. Eorum omnium teſtem vnicum habemus Hincmarum ipſum in poſterioris operis de Prædeſtinatione ad Karolum Regem præfatione quæ etiam apud Flodoardum habetur integra hiſtoriæ libro tertio capite 16. his verbis.

Præfat. 2. Hincm.

Flodoard. lib. 3. cap. 16.

Nuper elapſo menſe immò per Indictionem ſeptimam an-

A.859. » no Incarnationis Dominicæ 859. dediſtis nobis quædam ca- » pitula, ſicut noſtræ dixiſtis humilitati à Remigio reuerentiſſi- » mo Lugdunenſium Archiepiſcopo veſtræ porrecta ſublimita- » ti, iubentes, vt tempore congruo de his verbis redderemus » reſponſum: ſi vnanimes vno ore eorumdem capitulorum ſen- » ſui concordaremus; an quia vobis à cana Patrum fide in qui- » buſdam diſſentire videbantur, noſter ſenſus, quem à catho- » lico tramite non deuiare credebatis, ab eis in aliquo diſ- » ſideret &c. Quæ ſiquidem capitula in conuentu Epiſcopo- » rum habito in territorio Tullenſi, in villa quæ dicitur Sa- » ponarias ante biduum, quàm vobis porrecta fuerint, ſunt » recitata, proferente eâ Synodo Domno Remigio Lugdunen- » ſium Archiepiſcopo, quæ ſicut (dixit, & in Epigrammate eorun- » dem capitulorum continetur) in hoc ipſo anno, in Kalen- » dis nihilominus ibidem deſcriptis, & in ſuburbio Lingonicæ » vrbis, ad inſtructionem Dominici populi ipſe & ſibi com- » prouinciales Epiſcopi. [Et in craſtina alia quædam capitula » de quibus poſt locuturi ſumus relecta fuere.] Super quibus » ſicut quibuſdam ex Fratribus viſum eſt, quorundam ſenſus » eſt motus. Nam vt verè & nos fateamur noſtræ conſcientiæ » ſuper pridem capitulis, quæ vt diximus Remigius Archie- » piſcopus Synodo præſentauerat, recitatis, catholicorum ad » memoriam adducentes Doctorum traditiones, non modicè ſe » concuſſerunt; vnde noſtrûm quidam fidei Chriſtianæ zelo » ſuccenſi aliquâ Synodo voluerunt ſuggerere, ſed motus no- » ſtri ab eodem venerabili Archiepiſcopo Remigio Lugdunen- » ſium ſunt modeſtè compoſiti, eo venerabiliter perorante, vt » ſi quorumcumque noſtrorum ſenſus ab eiſdem prolatis capi- » tulis in aliquo diſſentiendo ſe commoueret, ad proximè fu- » turam Synodum catholicorum libros Doctorum quique de- » ferre curemus, & ſicut meliùs ſecundùm catholicam & Apo- » ſtolicam doctrinam in commune inuenerimus, de cætero om- » nes vnanimiter teneamus. In cuius deuotione coëpiſcoporum » ipſius Diœceſeos, quorum etiam & ante ordinationem men- » tem catholicam atque doctrinam, ſicut & vos non latet co- » gnouimus, quantùm ſenſui puſillitatis noſtræ fidem accommo- » dare audemus, percepimus: quia non ex ipſis, vt non dica- » mus per ipſos, Synodo capitula ipſa fuere prolata. Quapro- » pter, quamuis blando Sibilo eos quidam charaxare volue- » runt, de eo quod Sanctus Cœleſtinus Epiſcopos Gallicanos » redarguit dicens: Quid illis (inquit) ſpei eſt, vbi magiſtris » tacentibus hi loquuntur, qui ſi ita eſt eorum diſcipuli non fue- » runt, timeo ne conniuere ſit hoc tacere &c.] Nos tamen plu-

 A. 859.

res qui eorum & fidem & doctrinam & prudentiam nouimus, “
minùs in eis iſta noſcentibus, ſententiam pro diſſentione Ba- “
ptiſmi de Beato Cypriano à Beato Auguſtino collaudatam ſæ- “
pe numero propoſuimus &c. Videlicet vt cum omnium in vnius “
propoſitione fuerit definita conſultatio, cunctorum valeat ad “
omnes emanare ſolutio &c.] “

Ex his patet primò clauſulam illam [*Et in craſtinâ quædam* “
alia capitula de quibus poſt locuturi ſumus relecta fuere] vt præmiſimus ab ipſo Hincmaro cùm poſtea opus ſuum correxit & emendauit gratis ſuperadditam, quæſito ſcilicet colore futuræ objectioni, quòd capitula ſua quatuor in illo Tullenſi Concilio proferre erubuerit, illis ſiquidem verbis & rectus ſententiæ ſenſus corrumpitur, & rei geſtæ veritas deprauatur. Et ſic ex Hincmaro ipſo in 1. operis ſui editione, conſtat ſolos Concilii Lingonenſis canones in concilio Tullenſi fuiſſe recitatos. 2. Solos Hincmari & fidelium Prouinciæ Remenſis Epiſcoporum animos fuiſſe commotos, non aliorum Epiſcoporum 12. Prouinciarum; ideoque dictum in ſupradicto canone 10. *Super quibus quorumdam fratrum ſenſus diſſentire probantur*, quos Hincmarus, ſeipſum & Prouinciæ ſuæ Epiſcopos fuiſſe fatetur. 3. Inter illos fuiſſe quoſdam qui in gratiam Hincmari etiam Præſules & doctrinâ & pietate & auctoritate præſtantiſſimos non illi conſentientes in plena Synodo ſibilo charaxare ſoliti eſſent. 4. Remigium & reliquos Prouinciæ Lugdunenſis Epiſcopos, eius doctrinæ & pietatis fuiſſe, quæ etiam Hincmaro & ſuorum plurimis honori eſſet & reuerentiæ. 5. canones illos vtriuſque concilii & Valentini, & Lingonenſis ex ipſius Hincmari confeſſione non fuiſſe alicuius compilatoris, ſeu Ebonis, vel alterius commentum, ſed veras illorum conciliorum definitiones, maximè ipſius Remigii præſidis, cuius virtus, morum ſanctitas, & doctrina ea fuit, vt Hincmarus hic & alibi paſsim illa profiteri compulſus fuerit: nec eius ſcripta niſi ſuppreſſo illius nomine, & quaſi incerti auctoris infamare auſus ſit. 6. Denique mira hinc elucet ipſius Hincmari peruicacia, vbi ſiquidem retulit canones illos in duabus Synodis definitos, à Remigio venerabili Antiſtite prolatos, & Synodo depoſitos, ab ipſo venerabiliter perorante, motus illos compoſitos, ab illo ipſo Karolo Regi cum Epigrammate oblatos, Remigii etiam & comprouincialium Epiſcoporum men[illegible]m catholicam doctrinam & prudentiam ſæpiùs extulit, immò verò vt gnarus & prudens contra ſuorum petulantiam defendit: ibidem ta- “ Hincmar. in præfat. 2.
men contrà quantùm (inquit) ſenſui puſillitatis noſtræ fidem ac- “
commodare audemus, percepimus quia non ex ipſis, vt non “
dicamus per ipſos Synodo capitula ipſa fuere prolata.] In

A. 859. » his & ſubſequentibus mira contradictio, & peruicax au-
» dacia.

Sed & obſeruandum Capitula illa quatuor Hincmari ſeu conuenticuli Cariſienſis, his Concilij Valentini & Lingonenſis Canonibus reprobata damnata, ſancitámque eorum auctoritate doctrinam contrariam: Concilio verò Tullenſi cautum quidem, proximo Concilio prolatis Sanctarum Scripturarum atque Catholicorum Doctorum ſententiis, quæ ſaniora ſunt, concordi vnanimitate ſequerentur: ſed interim de quatuor illis capitulis nihil prouiſum: immò ſoli Canones Concilij Valentini & Lingonenſis lecti & publicati, & actis Concilij Tullenſis inſerti, & ſic confirmati. Capitula illa quatuor tacitè reprobata, ſaltem donec aliter fuiſſet definitum. Atqui nunquam aliter definitum; Hincmarus non amplius auſus Conciliis ſequentibus, maximè anno ſequenti in altero Concilio Tullenſi quatuordecim Prouinciarum Epiſcopos excitare vt prolatis Sanctarum Scripturarum atque Catholicorum Doctorum ſententiis quatuor ſua capitula iam ſæpius reprobata probarent & confirmarent, vel aliter quàm quod ſupradictis Canonibus definitum eſſet, aliquid ſequendum decernerent. Et ſic Canones illi vtriuſque Concilij Valentini & Lingonenſis reiectis illis quatuor ſpuriis & illegitimis Hincmari capitulis auctoritatem legitimarum definitionum & Decretorum Synodalium ſemper retinuerunt. Vt ex hoc huc vſque tacito conſenſu confirmatos conſtat, & expreſsâ etiam Sedis Apoſtolicę definitione ſancitos iam probamus.

Cap. 41.

CAPVT XLI.

Doctrina Concilij Lingonenſis à Nicolao Papa confirmata teſte Beato Prudentio Trecenſi, & Annalibus Bertinianis. Adriani primi ipſiúſque Nicolai, nec non & auctorum qui hoc ſæculo ante motam illam contentionem ſcripſerunt, de quæſtionibus in controuerſiam vocatis ſenſus: Hincmari calumnia aduerſus Lupum Ferrarienſem in cauſâ Venilonis Archiepiſcopi Senonenſis.

SIQVIDEM illos ipſos Concilii Lingonenſis Canones Romam ad Nicolaum Papam eodem anno delatos fuiſſe, & ab ipſo

Digitized by Google

A. 859.

ipſo comprobatos, auctor eſt Sanctus Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus in Annalibus ſuis qui non extant, licet temporibus illis in omnium manibus verſarentur, ſed ab Hincmaro ipſo referuntur in Epiſtola 24. ad Egilonem Senonenſem Archiepiſcopum Romam delegatum, his verbis. Qui etiam videlicet Domnus Prudentius in Annali geſtorum noſtrorum Regum, quæ compoſuit ad confirmandam ſuam ſententiam geſtis, anni Dominicæ Incarnationis 859. indidit dicens: NICOLAVS *Papa Pontifex Romanus de Gratia Dei, & Libero Arbitrio, de Veritate geminæ Prædeſtinationis, & de Sanguine Chriſti, vt pro credentibus omnibus fuſus ſit, fideliter confirmat, & Catholicè decernit.* Quod per alium non audiuimus nec alibi legimus, vnde quoniam ipſa geſta, quibus hæc conſcripta ſunt, iam in plurimorum manus deuenerunt, neceſſe eſt vt taliter de hoc Domno Apoſtolico ſuggeratis, ne ſcandalum inde in Eccleſia veniat, quaſi ipſe (quod abſit) talia ſicut Gotteſchalcus ſentiat: Et precor vt de mea parte nihil ei dicatur, quia commotum dicitur habere ſuum animum erga me: multis ad eum contra me ſcribentibus & mihi derogantibus, ne ſcandalum in me inde retorqueat, vnde culpam non habeo. Ipſum autem Annale quod dico Rex habet, & ipſe eſt liber, quem coram vobis in Eccleſia vbi vos nobis commendauit, coram vobis ab illo mihi præſtitum ei reddidi.]

Hincmar. Epiſt. 24.

Prudentij, non minùs probitate morum, & ſanctitate vitæ quam doctrinâ Præſulis eximij, qui etiam poſt mortem vt ſuo loco videbimus, in Sanctorum album relatus eſt, fides ſola ſufficeret huic adſtruendæ veritati, adeo vt quantò ex ſolita Hincmari nequitia in omnibus etiam veriſimilioribus eius dictis fides mutat: Tanto ex Sancti Prudentij ſinceritate, etiam in iis quæ ſolo eius teſtimonio niterentur, certiſſima fides adſtruatur, ſed hoc ipſum confirmatur ex pluribus eorum, quæ in hac controuerſia inſecuta ſunt argumentis.

Prætermiſſis iis omnibus quæ in commune adduci poſſent, quòd Canones illi non niſi germanam Sancti Auguſtini doctrinam continent, cuius quaſi dotis Eccleſiæ Summis Pontificibus ſemper ſumma cura fuit, quod Nicolaus Papa Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & Catholicæ doctrinæ vindex fuit acerrimus, Hincmarianæ nequitiæ infenſiſſimus, injuſtæ quam in miſerabilem illum Monachum exercuit, oppreſſionis reuincendæ ſtudioſiſſimus, & reliquis ſimilibus, in iis quæ ſolam horum Canonum doctrinam reſpiciunt immorabimur.

Primò, Concilii Lingonenſis Canones Romam delatos pro-

Tt

A. 859. batur, ex hoc quod ex Codice Bibliothecæ Vaticanæ nunc primùm in lucem prodierunt, vt notatum tomo tertio Conciliorum Antiquorum Gall. paginâ centeſimâ quinquageſimâ tertiâ, confirmatos verò à Nicolao Papa; ex eo quòd pro legitimis Eccleſiæ definitionibus ab vniuerſa Eccleſia ſemper recepti fuerint.

» Secundò, cùm Hincmarus anno 862. Nicolao Papæ ſcripſiſ-
» ſet fidei ſuæ depromendo tenorem, & ſuam quam contra Gotteſ-
» chalcum fidei Catholicæ dependere ſatagebat defenſionem] iuxta Flodoardum lib. 3. cap. 15. Summus Pontifex & ſententiam eius, & quam pararet defenſionem deſpexit ibid. cap. 14. vt videbitur ad annum 862.

Flodoard. lib. 3. c. 15.

Tertiò, cùm iterùm Hincmarus anno 864. ſcripſiſſet eidem Summo Pontifici de damnatione miſerabilis illius Monachi, eiuſque ſuppoſitas hæreſes, & veterum Prædeſtinatianorum commenta referendo, anno ſequenti nihil præter minas & fraudis ſuæ improperium à Summo Pontifice retulit, vt ad annos illos videbitur ex Flodoardo dicto cap. 14. & Nicolai Papæ, & Hincmari Epiſtolis.

Quartò, cùm anno 866. ſupradictâ ad Egilonem Epiſtolâ ſcripſiſſet neceſſe eſſe, vt taliter de his, quæ retulerat Prudentius in Annalibus Papæ ſuggereret, ne ſcandalum inde in Eccleſiam redundaret, quaſi ipſe talia, ſicut Gotteſchalcus ſentiret, nullum aliud obtinuit reſponſum, quàm SVPERBIÆ, DOLOSITATIS, & CRVDELITATIS improperium, quibus palam & publicè à Summo Pontifice fuit notatus, vt ipſemet agnouit Epiſtolâ 26. ad Nicolaum Papam, in qua etiam erga Summum Pontificem congratulationem non omiſiſſet, ſi vel minimo verbo denegaſſet quòd à Prudentio notatum fuerat.

Quintò, his omnibus peractis & plenè proſpectis Auctor Annalium Bertinianorum Hincmaro eiúſque doctrinæ addictiſſimus, etiam in contemptum ipſius Summi Pontificis vt videbitur infra cap. 41. idem ipſum quod Prudentius hoc ipſo anno, & iiſ-
» dem etiam verbis retulit. NICOLAVS Pontifex Romanus
» de Gratia Dei & Libero Arbitrio, de veritate geminæ
» Prædeſtinationis, & Sanguine Chriſti, vt pro credentibus
» omnibus fuſus ſit, fideliter confirmat & Catholicè decer-
» nit.]

Annalium Bertin. an. 859.

Denique etiam obſeruandum eam in tribus illis quæſtionibus fuiſſe ſententiam Nicolai Papæ, eo veriſimiliùs, quòd in quæſtione de gemina Prædeſtinatione, quæ præcipua fuit, Adrianus Papa primus ſub finem præcedentis ſæculi gemina Epiſtola, 96. ad Egilonem Epiſcopum & 97. ad Epiſcopos per vniuer-

Digitized by Google

ſam Spaniam commorantes idem ipſum expreſſiſſimè confirma- A. 859.
uerat his verbis, quæ à Sanɛto Fulgentio mutuatus eſt: quiſquis
autem, inquit, non eſt prædeſtinatus ad gloriam, inuenitur ſine Hadrian. PP. Epiſt. 96. & 97
dubio præſcitus ad pœnam, quæ ideo in Dei præparatione
prędeſtinata cognoſcitur, vt per eam infidelitas atque iniqui-
tas puniatur, propter quod Beatus Iudas Apoſtolus quoſdam
prædeſtinatos dicit in Iudicium, his verbis: *Subintroierunt*
Iudæ 4 *enim quidam homines impij, qui olim præſcripti & prædeſti-*
nati erant in hoc iudicium Dei noſtri: vigilanter autem in do-
ɛtrina Spiritus Sanɛti prędeſtinatos impios non dicit ad pecca-
tum, ſed ad Iudicium, id eſt non ad impietatem, ſed ad punɛtio-
nem: non enim prædeſtinati ſunt ad hoc quod vitio ſuo impieta-
tes admittunt, ſed ad illud quod à iudicio æquitatis diuinæ re-
cipiunt &c.]

Item de Gratia & Libero Arbitrio quis fuerit ſenſus Nicolai Papæ Epiſt. 43.
Nicolai Papæ, vt ex vngue Leonem conijcere licet ex dua-
bus eius Epiſtolis, trigeſimâ quintâ & quadrageſimâ tertiâ: ſeu
tomo tertio Concil. antiquorum Galliæ trigeſimâ ſextâ &
quadrageſimâ oɛtauâ, in cauſa Rothadi Epiſcopi Sueſſonenſis.
In poſteriori ad Clerum & plebem Sueſſonicam ſcribens: De-
nique nullus dubitat (inquit) quas deuotio veſtra proprio
deſtituta præſidio, ipſa quantùm ad hominem pertinet orpha-
na remanens, varias & multiplices calamitates pertulerit, ſed
Ioã. 14. v. 18. ille qui fidelibus Diſcipulis dixit: *Non relinquam vos orpha-*
nos, non ſolùm pręſenti ſuâ Maieſtate protexit, ſed etiam,
propitiâ, quâ deſolati & deſtituti eratis pro ſua redonauit
pietate reɛtorem, nobis ſcilicet qui in eo viuimus moue-
mur, & ſumus, ad eum vobis reddendum nutu ſuæ miſera-
tionis Interivs imperans & competenter erudiens &c.]
Et in altera Epiſtola ad Regem Carolum Caluum: Niſi tan- Eiuſdem Epiſt. 35.
tâ (inquit) coram ſummo Deo vos humiliatione incuruaſſetis,
nequaquam nobis licet indignis ſeruis eius obedientiæ colla
tantâ facilitate ſubmitteretis. Operatur autem idem ipſe Deus
in vobis hoc, qui & laudandus eſt propter hoc, quique præ-
uidit vos, & ad regni gubernacula deſtinauit, quo auɛtore
vobis fœlicia accident (vt cernimus) tempora, & proſpe-
ris proſpera (vt audiuimus) ſuccedunt. Quapropter eius mi-
ſericordiam glorificamus, & quia ignoramus quo hæc in vo-
bis iudicio diuinitùs patrantur, dileɛtionem veſtram inſtan-
tiſſimè adhortamur, vt memores fragilitatis humanæ nulla
vos commoda eleuent, nulla ſecunda diſſoluant: Sed ſemper
ad voſmetipſos recurrite, & quia nihil eſt in homine, vnde

A. 859. » extolli debeat, ſedulà conſideratione perpendite. Si qua ergo cœlitus tribuuntur ad votum, largitorem ante oculos veſtra reuocare ſolertia non obmittat &c.]

Sed & alterâ, quæ vigeſima ſeptima eſt, & tom. tert. Conciliorum Galliæ quinquageſima tertia habetur, eiuſdem Summi Pontificis Epiſtolâ ad Ludouicum Germaniæ & Karolum Caluum Galliæ Reges, efficacem Chriſti gratiam in cordibus fidelium operantem, breuiter ſed dilucide bis expreſſit in principio Epiſtolæ. Credimus (inquit) ex Dei dono (filij chariſſimi) proceſſiſſe quod vnanimes, & fide non fictâ junxiſtis. Vnde fit vt vno animo, & vno ore per vos glorificetur Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Regníque veſtri decus conjunctio veſtra proficiat & ſalutem.] Et circa medium vbi de Lothario Rege commouendo agitur: Forſan (inquit) omnipotens Deus cor eius ad ſibi placita inclinare dignabitur, & de Præuaricatore tandem faciet conuertendo dilectum.]

Eiuſdem Epiſt. 27.

Poſtremò de Sanguine Chriſti, quod pro omnibus & ſolis credentibus fuſus ſit, confirmatum & Decretum à Nicolao Papa eo magis iudicandum, quòd non ſolùm ea vera ſit, & antiquorum Patrum ferè omnium, & totius huc vſque Eccleſiæ doctrina: Sed & ante vtrumque Concilium & Valentinum tertium, & Lingonenſe, ante ſcripta Eccleſiæ Lugdunenſis, Prudentii & vtriuſque Lupi ſupra recenſita, idipſum fuerit traditum ab illis, qui eodem ſæculo commentariis ſuis expreſsè Euangelium Mathæi, & Epiſtolas Pauli Gentium Apoſtoli, interpretati ſunt, nec contentionibus illis ſeſe interſeruerunt, licet vtriſque placitis ſeu Synodis, in quibus miſerabilis illius dum viueret Monachi cauſa verſata eſt, interfuerint Haymone ſcilicet Alberſtatenſi Epiſcopo in Commentariis ſuis in Epiſtola prima ad Timoth. & Beato Paſchaſio Ratberto Abbate Corbeienſi, in Commentariis ſuis in Matthæi cap. 26. Quorum ille placito Moguntino, hic Cariſienſi anno 848. & 849. interfuit, vterque vt doctrinâ, ſic & ſanctitate & pietate eximium Eccleſiæ illo ſæculo lumen. Ille ad verba illa *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*: Subaudis (inquit) qui ſaluantur &c.] Et paulo poſt ad illa: *Qui dedit redemptionem pro omnibus*: Subaudis (inquit) Electis: Et ibidem in eandem ſententiam pluribus. Hic verò Paſchaſius ſcilicet Ratbertus exponens verba illa Matthæi 26. cap. *Qui effuſus eſt pro multis in remiſſionem peccatorum*: Pro multis quidem (inquit) ſed non pro omnibus, quia non omnes credunt Euangelio, neque credunt in eum.] Quid igitur mirum idem ipſum à ſummo Pontifice fuiſſe comprobatum?

Haymo Alberſt. in 1. Tim. 2.

1. Tim. 2. v. 4. v. 6.

B. Paſchaſius in Mat. cap. 26.

Math. 26. v. 28

Quin imò & hoc ipſum palam profeſſus eſt idem ipſe ſummus Pontifex Nicolaus in præfatione Epiſtolæ ſuæ 42. ſeu tom. 3. Conc. ant. Galliæ 47. ad vniuerſos Galliarum Epiſcopos, dum aſſerit Chriſto vnicam eſſe ſponſam Eccleſiam ſcilicet vniuerſam, quæ illi veraciter & principaliter ſit omnia; & loco omnium. Et ſic dum ab Apoſtolo pro omnibus mortuus dicitur pro ſola Eccleſia quæ ipſi eſt omnia mortuus eſſe cenſendus ſit: Hæc ſunt eius verba quamuis ſingularum Eccleſiarum quæ propter diuerſitatem terrarum multæ eſſe dicuntur, cùm vna ſit, & vnica ſponſo ſuo, ſicut ipſe in canticis canticorum dicit: *Vna eſt columba mea.* Et per Pſalmiſtam: *Erue de manu canis vnicam meam:* Paſtor & Epiſcopus ac Pontifex Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui hanc creauit & redemit, exiſtat, ita vt illi veraciter ac principaliter iſta ſit omnia, iuxta quod fidelibus per primum Apoſtolum dicit: *Conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum;* & iuxta quod egregius prædicator de eo loquens talis (inquit) decebat vt nobis eſſet Pontifex &c.]

Nicolaus Papa Epiſt. 42.

Cant. 6. v. 8. Pſal. 21. v. 21. 1. Pet. 2. v. 25.

Itaque qui tot teſtibus, tot argumentis reluctati, Nicolaum Papam iuxta annales Prudentij, & Bertinianos decreto ſuo canones illos Concilij Lingonenſis confirmaſſe inficiantur, tam clara in luce vltrò cæcutientes, non tam ipſi quid verum ſit opinor non vident, quàm videre ſe diſſimulant.

Nec obiter meminiſſe erit ingratum Vvenilonem Archiepiſcopum Senonenſem Perduellionis à Rege ipſo Carolo Caluo in Concilio Tullenſi delatum, hoc ipſo anno in gratiam Regis receptum, vt conſtat ex his ipſis annalibus Bertinianis, in his verbis. Guanilo Epiſcopus Senonum abſque audientia Epiſcoporum Karolo Regi reconciliatur] & reuera ſequentibus Conciliis affuit, etiam Tullenſi ſecundo ſequenti anno habito, & poſt mortem à Rege ipſo plurimis præconiis celebratus fuit teſte Nicolao Papa ad Regem ipſum Epiſtola 54. vnde patet hallucinari plurimos propter illum Guanellonis nomen proditoribus tributum cenſentes: ſed Hincmarus perfidâ nequitiâ in Lupum Ferrarienſem, eo quod ipſi reſiſtens veram Eccleſiæ doctrinam intrepidè tueretur, hâc occaſione captatâ mendaciis & calumniis ſolitis diſcordias inter ipſum & Vvenilonem ſeminare ſtuduit, Vveniloni perſuadere conatus Lupum depoſitionem eius procuraſſe, ſcilicet Regi auctorem fuiſſe libellum accuſationis proferendi in Vvenilonem: cuius nequitię ab ipſo Vvenilone monitus Lupus eidem purgatoriâ Epiſtolâ 124. reſcripſit, Hincmarum Metropolitani Epiſcopi titulo ſignificans, eo quòd ſingularem Pallij vſum ex priuilegio adeptus, & auctoritate regiâ præpotens præ cæteris, Metropolitani dignitate & titulo præcelleret. Non eſt mirum

Annal. Bertin. Ann. 859.

Lupus Ferrarienſis Epiſtola 124.

Digitized by Google

A. 859. » (inquit Lupus) ſi vos tamdiù Metropolitanus Epiſcopus menda-
» cio fefellit, quando Dauid nequam ſeruus veriſimili figmento ad
» horam decepit, prædiorum quibus donatus fuerat, medietate
» ſeruus ille multatus eſt. Epiſcopo verò timendum eſt ne promiſ-
» ſionum Cœleſtium integritate priuetur, cùm teſte ſapientiſſimo
» Salomone eum deteſtetur anima Dei qui ſeminat inter fratres diſ-
» cordias &c. Et paulo poſt: quomodo enim tantæ poſſem effici
» prauitatis, vt depoſitionem eius cuperem, cuius acceperam diui-
» nitùs conſecrationem, teſtem eum ſecurus facio, cuius experie-
» mur vterque iudicium &c.] Sed hæc ex leuioribus & ſolitis Hinc-
mari nequitiis.

CAPVT XLII.

Cap. 42.

Anno 860.

Concilium Tullenſe ſecundum 57. Epiſcoporum ex tribus Regnis & 14. Prouinciis, anno 860. habitum, cuius ſententia circà veram de Gratia & Libero Arbitrio doctrinam ex præfatione Synodicæ expenditur, licet ex profeſſo ea de re nihil ageretur.

ANNO 860. menſe Octobri celebratum eſt ſecundum Tullenſe Concilium in villa Tuſſiaco Regibus iiſdem præſentibus ab Epiſcopis 14. Prouinciarum, in quo illi ferè omnes qui præcedenti affuerant conuenerunt, præcipuè Remigius Lugdunenſis & Hincmarus Remenſis cum ſuis comprouincialibus, vnà cum Vvenilone Senonenſi, qui præcedenti non interfuit. In eóque de diſciplina Eccleſiaſtica actum: & lati Canones in ſacrarum rerum peruaſores & aliorum criminum reos: nihil tamen hic proferre auſus eſt Hincmarus de ſuis Cariſienſibus Capitulis, neque in reliquis quibuſlibet quæ poſteà interceſſerunt Synodis, certus Capitula illa in clandeſtino Cariſienſi conuenticulo ſuo genio & proprio ſenſu definita, iam à duobus trium Prouinciarum Conciliis vel expreſsè damnata vel per contrariæ ſententiæ definitionem exploſa, à celeberrimo illo 57. Epiſcoporum Concilio fore pariter damnanda & reiicienda, prudens maluit in tacitè prouiſa per præcedens Concilium reiectione perſiſtere, eique acquieſcere, quàm præuiſam futuræ condemnationis confuſionem ſuſtinere, & contumeliam pati.

Et reuera qualis eſſet Epiſcoporum illorum 14. Prouinciarum in quæſtionibus controuerſis ſententia ſatis apparet ex pulcherrima & doctiſſima Concilij illius Epiſtola verè Synodali, (non qualis fuit Rabani, proprio marte & ſuo nomine exacto placito

Moguntino ad Hincmarum Epiſtola, quam malè Synodicam vocant) ſed verè & propriè Synodicâ, quippè in ipſo Concilio & nomine Epiſcoporum omnium 14. illarum Prouinciarum edita contra rerum Eccleſiaſticarum peruaſores, & pauperum prædatores, in cuius præfatione Epiſcopi illi præcipuam Beati Auguſtini de Gratia & Libero Arbitrio doctrinam, pleniſſimè & doctiſſimè profeſſi ſunt.

Synodica Conc. 2. Tullenſ.

Primò ſiquidem prælocuti de ſumma Trinitate & rerum omnium creatione, agentes de rationali creatura Angelica & humana ad imaginem & ſimilitudinem Dei cum Libero Arbitio condita, profitentur Liberum Arbitrium ſoli cogenti neceſſitati eſſe oppoſitum, ſine peccandi poteſtate veriſſimè & propriiſſimè conſiſtere, poteſtatem illam peccandi ex imperfectione creatæ naturæ, poſteà gratiâ Dei perficiendę procedere, ſicut mori, mutari, falli, miſer fieri, & vinci, ſic peccare poſſe Deo nullomodo conuenire. Et ſic non eſſe de eſſentia Liberi Arbitrij: his verbis.

Duas quoque harum creaturarum ſuarum rationales creaturas «
ſcilicet Angelicam & humanam imaginis & ſimilitudinis ſuæ do- «
te ditatas cum Libero Arbitrio condidit: vt ſicut ipſe non neceſ- «
ſitate, ſed naturâ eſt bonus & voluntariè: ita & ipſæ rationales «
creaturæ non conſtrictę neceſſitate, ſed bonę eſſent, vt naturâ ita «
& voluntariè: quia ſi tales eſſent vt liberæ voluntatis Arbitrio «
malum vitare, & bonum non poſſent agere, lapidibus & cęteris «
rebus inſenſibilibus, atque irrationabilibus potiùs, quàm Deo ſi- «
miles eſſent, & meritò illius retributione carerent: nec eſſet vnde «
pro qualitate voluntatis, & actionis remunerarentur à Deo: qui «
ideo bonus eſt, quia vult, non quia cogitur, quíque bonum velle «
non ex accidenti, ſed vt bonus & omnipotens eſſet, eſſentialiter «
habet: cui ſecundùm quorumdam opinionem ſententię non repu- «
2. Tim. gnat quod dicit Apoſtolus: *ſe ipſum negare non poteſt:* Porro «
2. v. 13. nec peccare nec mori poteſt. Et tamen non ſalsò Angelus & ho- «
mo, qui potuere peccare imaginis & ſimilitudinis eius dignitate «
donati leguntur: quia aliud eſt ſimilitudo, & aliud ſignaculum ſi- «
militudinis, & aliud imaginem eſſe, & aliud ad imaginem factum «
eſſe: ſolus quippè conſubſtantialis filius eſſentialiter imago inui- «
ſibilis, & ſplendor & figura eſt ſubſtantiæ Dei Patris, ſic ad om- «
nipotentis hoc vel magis omnipotentiam pertinet, quia aliud non «
poteſt, quàm bonum velle, & aliud quàm bonus & omnipotens «
eſſe, & ſe ipſum negare, peccare quoque, vel mori, mutari, falli, «
miſer fieri, ſeu vinci non poteſt. Hæc atque huiuſmodi abſit, vt «
poſſit omnipotens, ſed quia non vult non poteſt, quia & velle non «
poteſt. Non enim poteſt iuſtitia velle facere quod iniuſtum eſt, «
aut ſapientia velle quod ſtultum eſt, aut veritas velle quod fal- «

Digitized by Google

A. 860. » ſium eſt. Ac per hoc non ſolùm oſtendit veritas omnipotentem eſ-
» ſe quod iſta non poſſit, ſed etiam cogit veritas omnipotentem non
» eſſe, qui hæc poſſit. Volens eſt enim Deus quicquid eſt. Aeternus
» ergo, & incommutabilis, & verax, & beatus, & inſuperabilis vo-
» lens eſt. Si ergo poteſt eſſe quod non vult, omnipotens non eſt:
» eſt autem omnipotens: ergo quicquid vult poteſt: & ideo quod
» non vult eſſe non poteſt, qui propterea dicitur omnipotens, quo-
» niam quicquid vult poteſt, &c.]

Secundò de Angelis ad cognoſcendum Deum & perpetuò collaudandum in Cœlo collocatis, alios ex ſuperbia per Liberum Arbitrium cecidiſſe: alios verò per idem Liberum Arbitrium in voluntate conditoris permanſiſſe, & eius gratiâ & retributione iuſtitiæ accepiſſe in munere, vt non velint & valeant eſſe mali: his verbis. [Ex his námq; rationabilibus creaturis Angelica videlicet &
» humanâ Angelos ad ſe cognoſcendum atque perpetuò collaudan-
» dum in cœleſti gloria collocauit, vnde pars quædam Angelorũ ex
» ſuperbia debriata per Liberum Arbitriũ cecidit, qui appellantur
» Diaboli, & tales ſuo vitio ſunt effecti, vt iam nõ velint, nec poſſint
» mereri eſſe boni, ſicut & illi qui per Liberum Arbitrium in volun-
» tate conditoris permanſerunt, ipſius gratiâ & retributione iuſtitię
» acceperunt in munere, quod creator cuius ſignaculum ſimilitudi-
» nis ſunt, habet eſſentia, vt non velint, nec valeant eſſe mali.]

Tertio vbi actum de creatione hominis in paradiſo deliciarum conſtituti: & de interiori homine, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate & veritate, & in quo dum exterior homo noſter corrumpitur, renouamur de die in diem, ſic Libero Arbitrio conſtitutum fuiſſe hominẽ docent in ſtatu innocentiæ, vt ſicut Angeli in accepta lege vitę, & diſciplinę permanere poſſet; his verbis.
» [Iſdem namq; primus homo (quia & Eua ipſa eſt Adam) conditus,
» vt dominaretur craturæ à Creatore factę, & diſponeret orbẽ terra-
» rum in iuſtitia & ęquitate, & in directione cordis iudicium iudica-
» ret, ſi in accepta lege vitæ & diſciplinę Libero Arbitrio permanſiſ-
» ſet, videlicet ſi in conditoris voluntate perſeueraſſet, vt nõ pecca-
» ret, nec ipſe moreretur, nec mortales neq; mortis ac gehennæ filios
» generaret. Sed merito huius permanſionis & retributione iuſtitię:
» ſicut & Sancti Angeli acceperunt, accepiſſet in munere quod Crea-
» tor, ad cuius imaginem & ſimilitudinem conditus eſt, habet eſſen-
» tiâ, vt nec peccare vellet, nec iam cadere poſſet.]

Quartò hominem Libero Arbitrio abuſum, Deum deſeruiſſe, & deſertum peccando cecidiſſe, & per malũ velle perdidiſſe bonum
» poſſe. Tum de Maſſa perditionis: [Ipſi autem (inquiunt) diabolo
» inuidenti, quia illuc erat homo terrenus per debitam obedien-
» tiam aſcenſurus, vnde ipſe cecidit per ſuperbiam Angelicus
Spiritus,

 A. 860.

Spiritus, & mendacia ſuadenti plus credens, quàm voluntati «
ſui Conditoris obediens, abuſus Libero Arbitrio deſerüit Deum, «
& deſertus iuſtè à Deo, peccauit, cecidit, & per malum velle «
perdidit bonum poſſe, qui per poſſe bonum vincere potuit velle «
malum: Quâ de re facta eſt maſſa perditionis totius humani ge- «
neris, de qua ſi nullus ad ſalutem eriperetur, irreprehenſibilis «
eſſet Dei iuſtitia; quia verò multi ſaluantur, ineffabilis eſt Dei «
gratia.] «

Quintò per peccatum non perditum, ſed etiam poſt peccatum relictum Liberum Arbitrium, ſed ad bonum ſemper gratiâ dirigendum, gratiâ liberandum, gratiâ ſanandum, gratiâ præueniendum, gratiâ adiuuandum, & gratiâ coronandum, vt ſic gratiâ ſaluetur mundus, & ex Libero Arbitrio iudicetur mundus.
[Sed Iuſtus Dominus, inquiunt, iuſtitiam diligens, & iniquita- «
tem non volens, eis, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam «
fecit, nec poſt primi hominis caſum vult tollere violenter ſuæ «
voluntatis Arbitrium Liberum, quibus reddere paratus eſt meri- «
Pſal. 33. tum, vt ſcriptura demonſtrat. *Quis eſt*, inquiens. *homo qui vult* «
v. 13. *vitam?* Et ac ſi reſpondenti, Ego: Dominus dicit: *Diuerte à* «
Pſal. 53. *malo & fac bonum.* Et è regione volens ſaluari dicit: *Voluntariè* «
v. 8.
Pſal. 27 *ſacrificabo tibi, & ex voluntate mea confitebor illi*, de quo ſcri- «
v. 7. ptum eſt; *Quia non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.* «
Pſal. 83. Vt autem ambulantes ambulent, & perſeuerent in innocentia, «
v. 13. ſanat & adiuuat eorum Arbitrium gratia: atteſtante Apoſtolo; «
1. Cor. *Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed abundantiùs illis omnibus* «
15. *laboraui. Non autem ego ſed gratia Dei mecum.* Quibus & aliis «
v. 10. claret Scripturæ ſententiis, quoniam poſt caſum primi hominis «
ineſt homini ad benè volendum, & ad bonum incipiendum, & «
perficiendum, atque in bono perſeuerandum Liberum Arbi- «
trium gratiâ liberatum, & gratiâ de corrupto ſanatum, gratiâ «
præuētum, adiutum, & coronandum. A bono autem deficiens, & «
in malo proficiens homo poſt caſum primi hominis habet Arbi- «
trium Liberum, ſcilicet iuſtitiæ liberum, peccati ſeruum, quo «
qui ſe elongant à Deo volente congregare filios nolentis Hieru- «
ſalem, peribunt. Vnde quia gratia Dei eſt, ſaluatur mundus, & «
quia ineſt Liberum Arbitrium homini iudicatur mundus.] «

Sextò denique vbi docuerunt ad exemplum Chriſti Ducis & Doctoris neminem niſi per labores ac dolores, quos in primo parente meruimus, regnū Dei promereri poſſe: Nec quemquam in iſtius doloris agone certantem ſine viatico ſubſiſtere. Tum agunt de temporalibus Eccleſiæ bonis, aliqua etiam interſerentes de gratuita Prædeſtinatione electorum, eorúmque numero, his verbis. [Ne ſæculum deperiret, donec omnes qui ſaluandi ſunt, id eſt «

A. 860. » omnes Prædeſtinati (veluti ſcriptum eſt) Filij Dei, qui erant diſ-
» perſi, id eſt in maſſæ generaliter perditæ ex debito relictione
» conſperſi, & ex ea antequam mundus fieret Prædeſtinatione Dei,
» cui nihil præteritum tranſiit, acceditque futurum, electi, ſcilicet
» gratiâ Dei, congregentur in vnum in plenitudinem videlicet
» Cæleſtis ac Sempiternæ Eccleſiæ, ad quam tanti ex hominibus
» ſaluatis, & eidem ſociandis ſunt aſcenſuri, vnde diabolus cum
» ſuis ſequacibus cecidit, quanti illic electi Angeli remanſerunt:
» vt vnum ouile vnius Paſtoris ſcilicet, & indiuiduæ Trinitatis per-
» petuâ viſione & perfectâ cognitione, quæ eſt non ſolum homi-
» num, ſed & Angelorum vita, ſine fine gaudeat ſocietate glorioſâ
» repletum.]

Ex his omnibus in Synodica contra rerum Eccleſiaſticarum peruaſores ad vniuerſum populũ emiſsâ, luce clariùs patet, quàm alieni fuerint Epiſcopi illi Galliarum, Trium regnorum, 14. Prouinciarum, numero ſaltem 57. à Pelagianæ Hæreſis reliquiis, & Scotorum pultibus, quas Hincmarus cum ſuo Ioanne Scoto illis temporibus, periculoſiſſimè renouauit.

Cap. 43.

CAPVT XLIII.

De poſteriori Hincmari opere aduersùs Gotteſchalcum, quod hoc anno 860. cœptum, ſed non ante 863. perfectum & editum fuiſſe demonſtratur: poſt editionem ab Auctore ipſo correctum & interpolatum, vt cùm B. Prudentio iam in cœlum recepto falsò exprobat quòd Cariſiacis Capitulis ſubſcripſerit. Cauſa repetiti operis. Prædeſtinatianorum fabula, quam in medium adducere nunc primum illi in mentem venit.

IAm verò expendamus pultes illas puritati fidei nauſeam inferentes, & ineptas de veteribus Prædeſtinatianis fabulas, quas ex prædeceſſoribus ſuis Gennadio Maſſilienſi & Higino, ſuo ſeù Antiprædeſtinato Reuerendi Patris Sirmondi mutuatus eſt Hincmarus, & in libro ſuo poſteriore de Prædeſtinatione, quem hoc ipſo anno cœpit, & duobus vel tribus poſterioribus concinnauit ſuis coloribus adornatas periculoſiſſimis illis temporibus nequiſſimè & lachrymabiliter expoſuit, vt mox apparebit. Et primò inſpiciendum quo tempore editus liber ille. Tum de iis quæ ad rei geſtæ Hiſtoriam ſpectant, tum etiam de iis quæ hanc ab Hinc-

Digitized by Google

maro expoſitam priſcorum Prædeſtinatianorum fabulam, etiam recens à R. P. Sirmondo addititiis ornamentis decoratam, quaſi fundamentum totius huius voluminis attingunt, pleniùs Deo duce & ſtilum noſtrum regente agendum, cæteris quæ doctrinam reſpiciunt, in calcem diſſertationis noſtræ poſt mortem miſerabilis illius Monachi reiiciendis.

Igitur hoc eodem annò 860. cœptum hunc librum cuilibet obuium, ex principio præfationis eius in his verbis nuper elapſo Menſe Iunio per indictionem ſeptimam, Anno Incarnationis Dominicæ 859. dediſtis nobis quædam Capitula, &c.] vt ſuprà: & circa medium: hæc eadem námque Capitula, ſicut facilè reminiſci poteſtis, ante Triennium nobis in villa Rotomagenſis Epiſcopij quæ Nielſa dicitur, quando in excubiis contra Normannorum infeſtationem degebamus, ſub titulo quaſi in Valentina Synodo conſcripta fuerint, &c. dediſtis] ſuprà probatum illud Menſe Septembri Anno 866. contigiſſe, & ſic elapſum Triennium hoc anno ineunte contigit.

Hincmar. de Prædeſt. Præfat.

Sed licet illud ipſum repetatur cap. 30. huiuſce operis his verbis: [de hoc Capitulo quędam dempta inuenimus ex eo quod nobis ante Triennium, ſicut ſupra memorauimus in Nielſa Rothomagenſis Epiſcopii commiſiſtis:] Nihilominus opus iſtud non niſi duobus aut tribus ſequentibus annis concinnatum probatur. Primò ex eo quod ipſe fatetur in eadem præfatione ſub finem: quas reſponſiones (inquit de hoc libro agens) furatis horulis à diuerſis occupationum diſtentionibus, qui cogitationum ferias non habemus, ſicut de ſententiis Sanctorum Patrum accepimus &c. committere ſchedulis tumultuario ſermone ſtuduimus] & ſuprà notatum ex eius Epiſtola 26. ad Nicolaum Papam illum ita impedimentis ſæculi ex neceſſitatibus Eccleſiæ & regni diſtentum, vt raro in decretis feſtiuitatibus in Sede ſua eſſe illi permitteretur: & R. P. Sirmondus in Synopſi Chronica ad opera Hincmari hoc anno, obſeruauit librum alium tunc & ſequenti anno ſcripſiſſe Hincmarum, cui titulus, de Diuortio Lotharij, & Teutbergæ Reginæ.

Hincmar. de Prædeſt. cap. 30.

Ibidem in Præfat.

Hincm. Epiſt. 26.

Sirm. Synopſis Chron.

Secundò Auctore Flodoardo lib. 3. cap. 15. Hincmarus cum hanc dependere ſatagebat defenſionem, ſcripſit Nicolao Papæ, eámque defenſionem ei ſignificauit, his verbis, [ſcripſit etiam Præfato Papæ Nicolao fidei ſuæ depromendo tenorem, & ſuam contra prænotati Gotteſchalci errorem, quam fidei Catholicæ dependere ſatagebat defenſionem] illud autem contigiſſe Anno 862. ſub finem vel initio anni 863 Auctor eſt Hincmarus ipſe Epiſtolâ 17. ad Nicolaum Papam, apud Flodoardum d. lib. 3 cap. 14. dum refert ſe per Odonem Epiſcopum de his primum Papæ

Flodoard. lib. 3. c. 15.

Ibid. ca. 14.

Digitized by Google

A. 860. » ſcripſiſſe, his verbis : [Vnde quoniam per alios audieram ad » Sanctitatem veſtram verba veniſſe (ſcilicet de damnatione & » recluſione Gotteſchalci) niſi auctoritati veſtræ quædam ex verbis » & Catholicorum ſenſibus in rotula, qualiter contra ipſius peſti- » feri hominis ſenſum ſentiam per Odonem Epiſcopum, & nihil » inde reſponſionis accipere merui.] Odonis ſiquidem Beluacenſis Epiſcopi legatio Romam ſub finem anni 862. vel initio anni 863. contigit, vt patet ex Epiſtola Nicolai Papæ 21. ad Epiſcopos Synodi Sylvanectenſis & ex conſenſu Baronij in Annalibus, & R. P. Sirmondi in Conciliis antiq. Galliæ tom. 3. ad annum 863. & ſic conſtat librum hunc Hincmari de Prædeſtinatione non hoc anno 860. ſed anno 863. tantùm perfectum.

Nicolaus PP. epiſt. 21.

Neque hoc obſeruaſſe erit inutile : licet enim Hincmarum perfrictæ frontis hominem nullis mendaciis & fraudibus, quò auctoritatem & ſententiam ſuam adſtrueret parcentem, præcedentia & quæ inſecuta ſunt pleniſſimè euincant : nihilominus vix credere valemus adhuc ſuperſtiti Prudentio (ſiquidem anno ſequenti 861. 6. Aprilis migrauit ad Dominum) imperterritæ virtutis Præſuli auſum fuiſſe Hincmarum impingere, quod quatuor ſuis Conuenticuli Cariſienſis Capitulis ſubſcripſiſſet, & ob tractoriam ſuam oppoſitum adſtruentem, cenſuras Canonicas incurriſſet (vt ſuprà vidimus ad annum 853.) hæc certè calumnia ſeueriſſimam, ſed legitimam tanti Præſulis, quem ille terrore magis quàm amore proſequeretur, cenſuram non euaſiſſet.

Nec etiam obſeruatione indignum, hoc ipſum Opus de Prædeſtinatione præcipitanter editum ab ipſo Hincmaro, poſtea correctum & emendatum, ipſo teſte in Præfatione ad Lectorem his » verbis : [Omnes in quorum manus hoc laboris noſtri opuſcu- » lum venerit, ſupplici deuotione per Charitatis viſcera poſtula- » mus, vt quoniam de ipſis ſchedulis Notariorum ante emenda- » tionem, inſtante Domino noſtro Rege Karolo celeritate illud » tranſcribi fecimus, & idcirco in locis plurimis eradi, & emenda- » ri quædam neceſſitas compulit : ſi nactâ occaſione aliquis æmu- » lus recta hinc eraſerit, & fortè praua ſuperinduxerit, aut ſcripto- » rum imperitiâ ſecus tranſcripſerit, alienum nobis errorem non » imputent.] Et vt in hac emendatione ſuperinductam vidimus clauſulam de recitatione quatuor Cariſienſium Capitulorum in Concilio Tullenſi contra fidem prioris editionis, grauiſſima ſimiliter coniectura eſt tunc etiam ſuperaddita, quæ de falſa illa Prudentij ſubſcriptione poſt eius mortem commentus eſt Hincmarus ; eoque magis quod cap. 5. cum primùm eius Tractoriam retulit, nullo modo ſuppoſitæ illius ſubſcriptionis meminit. Nec etiam in titulo ipſi Tractoriæ in præludiis præfixo, licet ampliſſi-

Hincmar. Præfat. ad Lectorem.

mo, quod veriſimiliter non fuiſſet obmiſſum. Et plurima alia ex lectione operis, ex re cauſæ quam fouebat Hincmarus fuiſſe ſuperaddita, cuilibet ſi leuiter mentem aduerterit facillimè apparebit. A. 860.

Sed non ſatis liquet quænam denuò ſcribendi fuerit neceſſitas poſt editum anno 857. & 858. prius opus de Prædeſtinatione & Libero Arbitrio in illos ipſos Canones Concilio Valentino ſancitos in Concilio Lingonenſi confirmatos, & in eadem ipſa ſcripta Eccleſiæ Lugdunenſis & reliquorum: itaut nihil nouum additum ſit, cui reſpondere ſolùm neceſſe fuerit: hanc rationem reddidit auctor ipſe in præfatione ad Karolum Regem ſub finem:
quoniam, inquit, in præfatis relationibus prouocati multiplici- "
bus multiplicium illationibus, multipliciter multiplicibuſque "
conlationibus, non ſine (ſicut ſcimus) & confitemur Lectoris "
tædio, ſenſu ſed tamen Catholico, in tribus libris laciniofo ſer- "
mone reſpondere ſategimus, ſed in hac maximè benigno Lectori "
nos ſatisfacere autumamus, quia ſingulorum ſingulas ſemper po- "
nentes ſententias, ſingulariter ad obiecta & reſiſtentia fidei reſ- "
pondere ſtuduimus.] "

Verùm enim verò præcipua repetiti huiuſce operis ratio fuiſſe videtur nouum Hincmari de veteribus Prædeſtinatianis commentum. Nouum, inquam, etiam Hincmaro, nullibi ſiquidem eius huc vſque meminit, nec in Epiſtola ad Amulum & Eccleſiam Lugdunenſem, nec in priori opere de Prædeſtinatione, immo contrà, in illius (vt ſuprà vidimus) præfatione ea ipſa quæ iam vult fuiſſe antiquorum Prædeſtinatianorum dogmata, ingenuè, agnouit aliud quidem agendo, Maſſilienſium & Reliquiarum Pelagianorum fuiſſe commenta. Hincmarus igitur non minimum cauſæ vulneratę & deſperatæ Patrocinium fore ratus, ſi ex præiudicio alicuius antiquioris Synodi, vel Decreti Pontificij vel Sanctorum Patrum, & præcipuè Sancti Auguſtini ſententia, damnata in veteribus hæreticis aduerſantium dogmata oſtentare poſſet, antiquata iam Maſſilienſium, & aliorum huiuſmodi Pelagianæ hæreſis fautorum in fictos Prædeſtinatianos deliramenta renouare, & nouis figmentis decorare ſtuduit.

Huic Commentitiæ fabulę viam aperuerat Ioannes Scotus (vt ſuprà vidimus) dum hæreſim, quam fingit Gotteſchalcanam Prædeſtinationibus neceſſitates inferentem, mediam poſuit inter Pelagianam, quę dono diuinę gratię derogat, & contrariam, quę gratuitę gratię donum ſic confirmat vt Libertatem Arbitrij condemnet. Sed cautiùs Hincmarus eam ipſam eſſe voluit fictam illam Prędeſtinatianam, quam ab Auguſtino ipſo, Proſpero, Papa Cœleſtino, & Arelatenſi ficto Concilio reuictam & con-

A. 860. demnatam aſſeruit: & ſic ex plurimis Sanctorum Patrum teſtimoniis, Summorum Pontificum Decretis & antiquarum Synodorum definitionibus non ampliùs diſputandum, renitentes à Synodis arcendos, eliminandos, anathematizandos arguit: & quam concinnauit veterum Prædeſtinatianorum fabulam, ita proſecutus eſt; vt in ea totius operis ſui fundamentum repoſuerit: Primum Caput in hoc inſumptum, quando, & vbi, & vnde hæc Prædeſtinatiana hæreſis primùm exorta fuerit, & per quos, & qualiter reuicta atque compreſſa extiterit: in examine cuiuſque Capituli verbis Canonum Concilij Lingonenſis, Tractoriæ Prudentij, Capitulorum Cariſienſium & ipſius Gotteſchalci fermè ſemper, veterum Prædeſtinatianorum, quæ fingit dogmata præpoſuit, eorum ſæpiſſimè alibi meminit; & poſtremo ante Epilogum Capitulo quid agendum ſit contra eos, qui damnatam ſemel hæreſim renouant, 25. paginis proſecutus eſt: Illúdque
» Capitulum hoc titulo prænotauit: [Et quoniam nuper remota
» hæreſis olim, vt oſtendimus, in veteribus hæreticis eſt reuicta,
» quid de huiuſmodi prauè ſentientibus Eccleſiaſtica decernat au-
» ctoritas, per duodecim Capitula præmiſſis ſubnectere procura-
» uimus.]

Denique in hac ipſa fabula ita ſibi complacuit Hincmarus vt hoc ipſo anno, vel initio ſequentis, in Epiſtola ad Rodulphum Bituricenſem & Frotarium Burdegalenſem Aquitaniæ Metropolitanos, de nuptiis Stephani & filiæ Regimondi Comitis, tom. 3. Concil. Antiq. Galliæ, extra rem etiam ingratis eam intexuerit

Hincmar. Epiſtola ad Rodulph. Bituric.

» his verbis. [Non aduertentes quia ſic adulterino ſenſu interpre-
» tabantur verba Apoſtoli, ſicut & illi contra quos olim Beatus
» Auguſtinus iſtos libros deſcripſerat: & Affricana Synodus, quæ
» præmiſimus definiuit, quando & Cœleſtianos euiſcerauit, &
» ipſas etiam Pelagianorum medullas excuſſit. Nec mirum: ſic
» enim prauo erant infecti dogmate, ſicut & moderni Prædeſtina-
» tiani, qui veterum Prædeſtinatianorum hæreſim quaſi de San-
» cti Auguſtini verbis compilatam inſtaurare laborant, quorum
» capita confregit, & verticem capillorum perambulantium in de-
» lictis ſuis conquaſſauit atque contriuit Beatus Cœleſtinus Papa,
» in Epiſtola decretali ad Venerium & cæteros Gallicanos Epiſco-
» pos, & idem Beatus Auguſtinus in libro de corruptione & gra-
» tia, & de Prædeſtinatione Sanctorum ac bono perſeuerantiæ:
» ſed & Sanctus Proſper ex delegatione Sedis Apoſtolicæ in abſo-
» lutionibus obiectionum Gallorum, Vincentianorum, atque
» Maſſilienſium, in libris etiam de Vocatione gentium, Catholico
» ſenſu, & perfectâ euidentiſſimæ rationis facundâque doctrinâ
» eorum argumenta diſſoluit: verba autem eorumdem auctorum

vnde imperiti Magiſtri talia inſulſa captarunt, hîc poneremus, ſi " A. 860.
non pro ſolutione nodum componere vitaremus.] Quid magis "
abſonum diſſolutioni nuptiarum, de qua agitur in prædicta Epiſtola, ſed ex pruritu diſſeminandæ huiuſce fabulæ in Aquitania, quam vt vidimus in Concilio 14. Prouinciarum apud Tuſiacum (cuius iuſſu hanc Epiſtolam ſcribere profitetur) propalare non auſus eſt.

Sed & anno 864. his Scotorum pultibus Nicolaum Papam paſcere non erubuit Epiſtolâ ſuâ apud Flodoardum hiſtor. Remenſ. lib. 3. cap. 14. his verbis. [Si autem veſtra Catholica ſapientia vult ſcire quæ (Gotteſchalcus) contra Catholicam fidem ex vetere hæreſi Prædeſtinatiana, quæ primum in Africa poſteà in Galliis, per idem tempus quando & Neſtoriana hæreſis eſt exorta, & tempore Cœleſtini Papæ ipſius auctoritate & inſtantiâ Sancti Proſperi eſt reuicta, dicere videatur, de multis pauca vobis numero, ſed non pondere capitulatim ſignificamus

Flodoard. lib. 3. cap. 14.

Dicit quod & veteres Prędeſtinatiani dixerunt, quoniam ſicut Deus quoſdam ad vitam æternam, ita quoſdam prædeſtinauit ad mortem æternam: Dicit quod & veteres Prædeſtinatiani dixerunt; quoniam non vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſed tantùm eos qui ſaluantur, &c. Dicit quod & veteres Prædeſtinatiani dixerunt: quod non pro totius mundi redemptione &c. Ieſus Chriſtus ſit Crucifixus &c. Dicit quomodo diſpari traditione ſed & pari errore, quod & veteres Prædeſtinatiani dixerunt, exponens ſententiam Apoſtoli Petri: *Eum qui emit eos Dominum negantes, baptiſmi* inquit ſacramento eos emit, non tamen pro his crucem ſubiit &c.] Sed Hincmarus veriſimiliter monitus à ſummo Pontifice (qui vt vidimus Concilij Lingonenſis Canones, & eorum quos ille quaſi hæreticos Prædeſtinatianos inſequitur dogmata confirmauerat) & ob aniles illas de veteribus Prædeſtinatianis fabulas ludibrio habitus, ab iis deinceps abſtinuit, nec in poſterioribus ſcriptis vllis, etiam in geminis Epiſtolis, quibus miſerabilis illius Monachi doctrinam, vt hæretica Romæ haberetur, omnibus argutiarum ſuarum coloribus delineauit, veterum vel nouorum Prædeſtinatianorum vllo modo meminit.

Digitized by Google

Cap. 44.

CAPVT XLIV.

De Sancto Prudentio. Celeberrima eius memoria à calumniis Annalium Bertinianorum & ſimilibus vindicata, & ſanctitas comprobata.

REI geſtæ ratio requirere videretur, vt opus illud Hincmari de Prædeſtinatione, quod nobilem aduerſus Prædeſtinatianos diſſertationem vocat R. P. Sirmondus in Epiſtola ad lectorem, breuiter expenderemus: ſed ne altiori fabulæ Prædeſtinatianæ indagine longiùs excurrat ſuſcepta hæc Hiſtorica & Chronica Gotteſchalcanæ controuerſiæ diſſertatio, diſquiſitionem nobilis illius fabulæ & pleniſſimam euerſionem alteri diſſertationi quæ huic ſubiicietur, integram ſeruare non inutile nec ingratum fore duximus. Dum igitur opus illud meditaretur & pararet Hincmarus anno 861. S. Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus, inuictiſſimus illius Antagoniſta & orthodoxæ fidei contra hæreſis Pelagianæ reliquias aſſertor & vindex acerrimus, non minus ſanctitate morum quam doctrinâ eximius, migrauit ad Dominum 6. Aprilis. (Anno A. 861.)

Sanctiſſimi huiuſce Præſulis obitum hoc anno contigiſſe vnicus teſtis eſt auctor Annalium Bertinianorum, qui ex Hincmari ſui, & Pelagianarum partium quas fouebat zelo amariſſimo cenſor iniquiſſimus, ſanctiſſimam tanti Præſulis memoriam probris & maledictis proſequendo, Annalium ſuorum annum hunc his verbis infuſcare ſtuduit. „ GALLICIDO cognomento PRVDENTIVS Tricaſſinæ ciuitatis Epiſcopus, natione Hiſpanus, „ apprimè literis eruditus, qui ante aliquot annos Gotteſchalco „ Prædeſtinatiano reſtiterat, pòſt felle commotus contra quoſdam „ Epiſcopos ſecum hæretico reſiſtentes, ipſius hæreſis defenſor „ acerrimus, indéque non modica inter ſe diuerſa, & fidei aduerſa „ ſcriptitans moritur: ſícque licèt diutino languore fatigaretur, vt „ viuendi, ita & ſcribendi finem fecit.] (Annales Bertin. an. 861.)

Etſi ex hoc ſolo articulo cuilibet non iniquo cenſori pateat Pelagianæ virulentiæ impoſtura, eâque tanti Præſulis ſanctimoniam & ſaniſſimam doctrinam ne minimùm lædi poſſe certiſſimum ſit, nihilominùs & felle commotum Auctoris illius animum, & virulentam eius in ſanctiſſimum Præſulem calumniam expendere non pigebit. Imprimis obſeruandum auctorem illum Metropolitani ſui Hincmari factioni ſic addictum, vt eos omnes qui

Digitized by Google

A. 861.

qui eius opreſſioni aduerſati ſint, ſine vllo æquitatis & iuſtitiæ, ſeu etiam dignitatis & auctoritatis diſcrimine, ſimilibus probris & calumniis oneret: idque duobus exemplis in Rothado Sueſſionenſi Epiſcopo, & Nicolao Papa non minus ſanctitate quam doctrinâ celeberrimo probaſſe ſufficiet: illum (quem violentiſſimam ab Hincmaro opreſſionem paſſum, ex Epiſcopali Sede in carcerem detruſum, à Nicolao Papa & Eccleſiâ Romanâ publico, celeberrimo, & æquiſſimo iudicio ad Epiſcopalem Sedem cum Hincmari increpatione reſtitutum videbimus) Auctor ille Annalium Bertinianorum ad annum 862. vt hominem ſingularis amentiæ, mutatum in belluam, & nouum Pharaonem infamat. Vbi Rothadus (inquit) Sueſsionum Epiſcopus homo ſingularis amentiæ, in Synodo Prouinciali regulariter Epiſcoporum communione priuatus &c. Et paulo poſt. Nouus Pharao, propter cordis ſui duritiam, & vetera ſcelera repreſentans, * homo mutatus in belluam propter deſignatos exceſſus geſtorum Siriæ continentur, quorum corrigi noluit, in ſuburbio Sueſſiorum deponitur.] Et ad annum 865. ſolemne illud reſtitutæ Epiſcopalis ſedis iudicium ſic infamat: Arſenius Sedis Apoſtolicæ legatus ad Karolum veniens vniformes ſicuti Ludoico & Lothario Regibus Epiſtolas ſuas ſatis honorificè tradidit, & Rothadum canonicè à quinque Prouinciarum Epiſcopis deiectum, & à Nicolao Papa non regulariter, ſed potentialiter reſtitutum ſecum reducens Karolo præſentauit.]

Annal. Bertin. an. 861.

* Locus corruptus.

Idem ad ann. 865.

Verum author ille ſummum Pontificem Nicolaum primum, non minùs pietate & morum ſanctitate quàm doctrinâ conſpicuum, eo quod Pontificali authoritate, Hincmari ſuperbiam, violentiam & fraudulentam nequitiam ſæpius repreſſerit, non minori impudentiâ & nequitiâ Annalibus illis Bertinianis impetere & calumniari non erubuit: primò ad annum 858. promotionem eius quæ viâ Spiritus Sancti vnanimi totius Romani Cleri voce, ipſo etiam reclamante (vt ex Anaſtaſio Bibliothecario qui præſens aderat, refert Baronius in Annalibus ad eundem annum) nequam ille Bertinianus ſugillat his verbis: Benedictus Romanus Pontifex moritur: Nicolaus præſentiâ magis ac fauore Ludouici Regis, & Procerum eius quam Cleri electione ſubſtituitur]

Annales Bertin. an. 858.

Secundò ad annum 865. eò dementiæ prouehitur vt eius Apoſtolicas literas malitioſæ interminationis inauditarum maledictionum notet. Nicolaus Papa (inquit) Arſenium Ortenſem Epiſcopum & Conſiliarium ſuum cum Epiſtolis ad Ludouicum & Karolum fratres, ſed & ad Epiſcopos & Primores regnorum illorum, ea quæ Lotharius per fratrem petierat continentes, non

Idem an. 865.

A. 861. „ cum Apoſtolica manſuetudine & ſolitâ honorabilitate, ſicut Epiſ-
„ copi Romani Reges conſueuerant in ſuis Epiſtolis honorare ſed
„ cum malitioſa interminatione tranſmittit.] Et ibidem iterum:
„ Quo & Arſenius rediens Epiſtolam Nicolai Papæ plenam terribi-
„ libus & à modeſtia Sedis Apoſtolicæ antea inauditis maledictio-
„ nibus detulit ſuper eos, qui ante hos annos eidem Arſenio mul-
„ tam theſauri ſummam prædantes abſtulerant.] Denique ad an-
Idem ann. 8. „ num 867. Rex (inquit) obuium habuit Egilonem Sennenſem
„ Archiepiſcopum cum Epiſtolis Nicolai Papæ de reſtitutione Cle-
„ ricorum Remenſis Eccleſiæ Vulfadi ſcilicet & collegarum eius.
„ Pro quibus valde ſatagens, vt in ſuis habeantur gradibus reſtitu-
„ ti, multa Hincmaro Remorum Archiepiſcopo impoſuit in eiſdem
„ Epiſtolis, quæ non eſſe vera, manifeſtâ ratione conſtabat.]

Nec etiam author ille ad annum 872. ex ſenſu ipſius Hincmari abſtinuit ab inculpanda, & vituperanda œcumenica octaua Synodo Conſtantinopolitana, quam ſuſcepit & ſemper vt veram &
Annales Bertin. an. 872. „ legitimam venerata eſt Vniuerſalis Eccleſia. In qua Synodo (in-
„ quit ille) de imaginibus adorandis aliter quam orthodoxi Do-
„ ctores antea definierant, & pro fauore Romani Pontificis, qui eo-
„ rum votis de imaginibus adorandis annuit, & quædam contra an-
„ tiquos Canones: ſed & contra ſuam ipſam Synodum conſtitue-
„ runt.]

Quod ipſum nequam ille à ſuo Hincmaro mutuatus eſt ex opere illius 55. Capitulorum ad Hincmarum Laudunenſem, in quo Capitulo 20. non ſolùm ſex tantum œcumenicas Synodos recipit & ſeptimam Nicænam ſcilicet ſecundam, quam apud Græcos vniuerſalem pſeudoſynodum de imaginibus vocat, penitus explodit, & imaginum venerationem damnat, ſed etiam (quod in impreſsis codicibus omiſſum eſt) apud Cardinalem Baronium
Baronius ad an. 794. Annalium tom. IX. ad annum 794. num. 63. nimis temerè vt ob-
Hincmar. in opere 55. Capitul. cap. 20. ſeruauit Cardinalis Illuſtriſsimus, ſummos Pontifices perſtrinxit
„ his verbis. Auctoritate itaque huius Synodi (Francofordienſis
„ videlicet) nonnihil repreſſa eſt imaginum veneratio, ſed tamen
„ Hadrianus, & alij Pontifices in ſua opinione perſeuerarunt, &
„ mortuo Karolo ſuarum pupparum cultum vehementiùs promo-
„ uerunt, adeo vt Ludouicus Karoli filius libro longè acriori inſe-
„ ctatus ſit imaginum cultum quàm Karolus.]

Putidum illud & virulentum obtrectationis virus, quod in Rothadum Sueſsionenſem Epiſcopum & Nicolaum ſummum Pontificem, Annaliſta ille nequam effudit ex Epiſtolis ipſius Hincmari 17. & 26. ad eundem ſummum Pontificem hauſit: ſicut & quod in Gotteſchalcum vt prædeſtinatianum hæreticum blaterat; quod verò in ſanctiſsimum præſulem Prudentium tanquam ante aliquot

annos Gotteſchalco reſtiterit, & poſt ſelle commotus contra quoſdam Epiſcopos ſecum hæretico reſiſtentes ipſius hæreſis defenſor acerrimus, indéque non modica inter ſe diuerſa & fidei aduerſa ſcriptitans mortuus ſit, impudentiſſimè mentitus eſt, nullo auctore in gratiam Hincmari ſui, cui ſanctiſſimus ille præſul pro vera Chriſti gratia intrepidè aduerſatus eſt. Tanta ſiquidem fuit illius virtus vt licet eum tanquam ſibi aduerſantem Gotteſchalci fautorem falsò notet Hincmarus Epiſtola 24. ad Egilonem, eius tamen memoriam etiam poſt mortem veneratus ſit & ſemper habuerit illibatam, hoc ſolo excepto, quod in ſuſcepta cauſam eum furtiuis & ſubdolis quatuor Cariſiepſibus Capitulis ſubſcripſiſſe, deinde reſiliiſſe (vt ſuprà vidimus) falſo commentus ſit: Ex quo Bertinianus ille Annaliſta fidus Hincmari ſui aſſecla anſam arripere potuit huiuſcemodi in ſanctiſſimum præſulem calumniæ, quæ licet ex ſe ipſa corruat, eius tamen omnimodam falſitatem paucis hîc exhibere non pigebit. A. 861.

Primò Sanctum *Prudentium ante aliquot annos Gotteſchalco reſtitiſſe.*] Falſiſſimum: Ex quo enim ab Hincmaro monitus ſententiæ in illum latæ, & ab eo conſultus vtrum ad cœnam Dominicam admittendus eſſet, non denegandæ Eccleſiaſticæ & Catholicæ communionis auctor fuit, dehinc primus omnium & ex eo reliqui Catholicæ veritatis, quæ in miſerabili illo Monacho multùm periclitaretur, in Hincmarum ipſum & aſſeclas, quam deinde ad mortem vſque indeclinabiliter & inſuperabiliter tutatus eſt, defenſionem intrepidè ſuſcepit, vt quæ retulimus ſuprà paſſim demonſtrant.

Secundò. *Poſt ſelle commotus contra quoſdam Epiſcopos ſecum hæretico reſiſtentes ipſius hæreſis defenſor acerrimus.*] Similiter falſiſſimum: ſiquidem Sanctus Prudentius Catholicæ veritatis ab initio tutelam & defenſionem ſolo ipſius zelo amplexus eſt, & charitatem fraternam cum Hincmaro, & reliquis vſquequaque ſeruauit illibatam; Siquidem ab eo conſultus ex officio & conſcientia reſpondit; Librum ſuum priorem ex conſenſu Synodi in vinculo charitatis ad Hincmarum & Pardulum cum hac præfatione emiſit: « optaueram quidem mei Patres admodum reuerendi, « fratréſque in Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto plurimum diligendi de propoſitis quæſtionibus ſecreto amicabilique vobiſcum « tractare colloquio, & quicquid ſupernæ gratiæ dono ſanius ſalubriuſque videri poſſet, remotâ penitus vincendi peruicaciâ, repulsâque ſua cuique ſtudia tuendi libidine diligenter exquirere. « Verùm obliquatis in diuerſa rebus, adeo auerſus reſilij, vt ne « voluntatem meam ſaltem exponendi facultas ſuppeteret. Vnde « quoniam colloquendi libertas tantoperè denegata eſt, coactus «

Epiſtola Prudentij ad Hincm. & Pardul.

A. 861. » ſum eo ſinceriſſimæ charitatis affectu, quem veſtræ vnanimitati » peculiariter debeo, literariam quantulacunque eſt, operam exhi- » bere, & quod votis conceperim ſcriptis edicere &c.] Quid requiri poteſt magis alienum à putidiſſima illa calumnia? Poſteriore libro in Ioannem Scotum Erigenam hortatu Metropolitani ſui Vvenilonis Catholicæ fidei defenſionem eâ moderatione ſuſcepit, vt nec Hincmari, nec Parduli, nec alterius cuiuſlibet Epiſcopi contrà ſentientis vllomodo meminerit, vt etiam charitatem & beneuolentiam quâ erga Scotum illum affectus erat, voluerit, vt corrigeretur ſaluam retinere. His ſiquidem verbis librum illum exorſus eſt, » Blaſphemias tuas (Ioannes) atque impuden- » tias, quibus in gratuitam gratiam, iuſtitiámque inflexibilem » procax inueheris, percurſo tuæ peruerſitatis libro, quem ſub no- » mine cuiuſdam Gotteſchalci, aduerſus omnes Catholicos effu- » diſti, eò moleſtiùs accepi, quò te familiariùs amplectebar, pe- » culiariùs diligebam.] Et in fine Epilogi profitetur librum ſuum correctionis illius gratiâ exaratum. Tractoriam denique, quam in Cariſienſia Hincmari Capitula quatuor emiſit, eâ prudentiâ moderatus eſt, vt ne de illis quidem Capitulis, nec de Hincmaro, Pardulo & aliis eius fidelibus minimum verbum ediderit, hoc vno contentus orthodoxam fidem, quam ſemper & ſcriptis ſuis, & verbis tutatus eſt, Synodo ſuæ Prouinciæ, cui infirmitatibus omnibus penè notis detentus intereſſe prohiberetur, exhibere; poſt hæc quid ineptius, quid impudentius, quàm ſanctiſſimum Præſulem in cauſa fidei felle commotum contra quoſdam Epiſcopos, hæreſis factum defenſorem acerrimum comminiſci?

Prudentius côtra Scotum cap. 1.

Poſtremò. *Indéque non modica inter ſe diuerſa & fidei aduerſa ſcriptitans moritur.*] Non modica quidem & quæ manibus omnium tererentur, vt teſtatur Hincmarus Epiſtolâ 24. ad Egilonem, & præter ſupradicta, poëmata quædam, & alios verſus, vt patet ex veteri Euangeliorum manuſcripto Codice Eccleſię Tricaſſinæ, quos publici iuris fecit Nicolaus Camuſat in Catalogo Epiſcoporum Trecenſium fol. 163. in Sancto Prudentio. Item Annales Eccleſiaſticos qui deſiderantur, de quibus Hincmarus in prędicta Epiſtola 24. & præcepta ex veteri & nouo teſtamento à Sancto Prudentio in vſum & vtilitatem publicam excerpta, quę in Bibliotheca Petauiana manuſcripta nondum excuſa ſeruantur. *Sed inter ſe diuerſa.*] Ex ſcriptis quæ extant, immò etiam ipſo Hincmaro teſte falſiſſimum. *Et fidei aduerſa ſcriptitans moritur.*] Quis impudentiſſimam Pelagiani Rabulę in ſanctiſſimum Præſulem, cuius & pietas & doctrina pro ſęculo piis omnibus admirationi, & vniuerſæ Eccleſię venerationi ſemper extitit, ęquo animo ferre poſſit?

Digitized by Google

Vt Hincmari calumnia in Prudentium, dum falsò aſſeruit eum heterodoxis & furtiuis illis quatuor Cariſienſibus ſubſcripſiſſe Capitulis, locum prębuit huic eius aſſeclæ memoriam Sanctiſſimi Præſulis Annalibus ſuis proſcindere, & vt hęretici in hęreſim perſeuerantis lacerare. Similiter ex hoc alter non melioris eruditionis Monachus præſumpſit, in manuſcripto codice operis illius in Ioannem Scotum Erigenam, in auerſa tituli pagina cenſuram hanc Pelagianam apponere. Hic liber quiquaſi ad defenſionem fidei contra infidelitatem loquitur, & teſtimonia Scripturarum & Catholicorum nomina profert, cautè legendus eſt, & in eius lectione Apoſtoli eſt ſequenda ſententia, quâ dicit. *Omnia probate, quod bonum eſt tenete:* Nam compoſitor eius PRVDENTIVS de quibuſdam Eccleſiaſticis dogmatibus non ſentit Catholicè, ſicut alia eius ſcripta demonſtrant.] Quam notam refert Nicolaus Camuſat Tricaſſinus, in eodem Catalogo dicto folio 163. eamque hâc cenſurâ perſtringit: Sed hoc iudicium tanti viri Sanctimoniam, limatámque & ſanam doctrinam minuere non debet, ex alicuius fortaſſe capite profectum, cuius non erat ea doctrinæ capacitas, vt operibus, Diui Prudentij perlegendis, peruidendiſque ſufficeret, quæ myſteriis ex reconditiſſimis Theoſophiæ adytis, ac penetralibus petitis refertiſſima ſunt, quod perſpicuè palam erit cùm memoratus liber è tenebris in lucem prodierit.]

In auerſa pagina libri contra Ioann. Scotum.

Antiquit. Tricaſſ. Nic. Camuſat fol. 163.

Nec obſeruaſſe pigebit manuſcriptum illum Codicem olim fuiſſe Altiuillarenſis Monaſterij, in quo ſub cuſtodia Satellitum & fidelium Hincmari Gotteſchalcus per 20. annos ergaſtulo incluſus fuit, vt habetur in plurimis Codicis illius paginis, & inter reliqua hæc leguntur verba: Liber Sancti Petri Apoſtoli & Sancti Niuardi Archiepiſcopi Altiuillaris Monaſterij: legenti vita, auferenti ſit perpetuum Anathema. Amen.] Ita vt valdè probabile ſit notam illam inimicâ manu ab aliquo fidelium illorum appoſitam.

Quicquid ſit ex his, quis non miretur infrunitam Pelagianarum reliquiarum nequitiam, & infrænatam proteruiam in proterendis & infuſcandis ſcriptis, & memoriâ Sanctiſſimorum & Doctiſſimorum Præſulum, qui contra quotidianos eorum inſultus orthodoxæ fidei & veræ Chriſti gratiæ tuendæ partes ſuſceperunt? immò quis miretur? cùm videat non in minimam crucis Chriſti partem vocatos, opprobriis ſæpius hìc oneratos, vt maiori gloriâ cum Chriſto fulgeant in regno. Sic Sanctus Auguſtinus à Maſſilienſibus & aliis Gallis, ſic Sanctus Proſper & alij illius diſcipuli à Vincētio & ſimilibus Pelagianorum reliquiis,

Digitized by Google

obiectis calumniis impetiti. Sic IX. ſæculo Sanctus Remigius Lugdunenſis Archiepiſcopus ab Hincmaro. Sanctus Prudentius & Nicolaus Papa ab eius ſimiolo ſeu ſymmiſta Bertiniano. Sic noſtro ſæculo Iprenſis Epiſcopus & ſimiles perfectæ Chriſti gratiæ intrepidi defenſores non minoribus opprobriis & calumniis impetiti, modo vt Sedi Apoſtolicæ, quam in primis reuerentur, minus obſequentes, modo vt ſacro Sancti Concilij Tridentini, quod toto corde amplectuntur, Decreta reiicientes, modo quaſi Regiæ Maieſtati, quam ex animo venerantur, rebelles & inimici, modo vt Caluiniſtarum, quos vt hæreticos deteſtantur reuincunt & debellant, ſectatores & aſſeclæ, quotidianis Pelagianarum reliquiarum probris agitantur & ſubiacent. Quidergo quaſi Apoſtolorum filij, *Eunt gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*: *Scientes, quoniam* (ſecundùm Apoſtolum) *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundetur*. Siquidem locus hic afflictionis, hîc conuallis lachrymarum donec videamus Deum Deorum in Sion: hic eſt vbi in lachrymis ſeminamus, vt poſt modum in gaudio metamus: hic eſt inquam Ægyptus, hîc eſt fornax ferrea, vbi Spiritalem Iſraëlem diris oportet lateribus fatigari, donec terram promiſſionis ingrediamur: id eſt donec Dominus, cum ei perfectè placuerimus, in regione viuorum ſe nobis promiſſum oſtendat: hic opus eſt vt quæ ad templi Sancti ſtructuram pertinent, ſummi artificis manu, & prouiſione aptentur: vt cum tonſiones, ſonitus, præſſuræ, ac perſecutiones ſæculi tranſeuntis tranſierint ſine aliqua tortitudine vel inæqualitate in cœleſti fabrica tanquam lapides viui, idonei in omnibus comprobemur.] Hæc ſunt verba Sanctiſſimi illius pariter ac Doctiſſimi totius Eccleſiæ Præſulis Nicolai, quæ in cauſa Rothadi, de quo mox agemus anno 863. ad Epiſcopos Synodi non Syluanectenſis ſed Sueſſionenſis emiſit; & habetur tom. 3. Antiq. Conc. Gall. inter Epiſtolas illius 21.

Act. 5. v. 41. Rom. 5. v. 3.

Nicolaus Papa Epiſtola ad Epiſ. Conc. Sueſſion. tom. 3. Conc. Ant. Gall. 21.

Iam ſupereſt vt offuſam in Sanctiſſimum Præſulem Prudentium calumniarum nubem publicâ & ſolemni Eccleſię Gallicanæ ſanctitatis eius profeſſione penitùs diſcutiamus. Imprimis Demochares Doctor Sorbonicus, qui Concilio Tridentino interfuit in libro de diuino Miſſæ ſacrificio Pariſiis typis edito ab anno 1562. Catalogum Epiſcoporum Trecenſium recenſuit in quo 37. numeratur. SANCTVS PRVDENTIVS, hoc ſanctitatis Elogio.

Demochares in Catalogo Epiſ. Trec.

Deinde Nicolaus Camuzat Tricaſſinus, in Promptuario ſacra-

Antiquit. Tricaſſ.

Digitized by Google

rum antiquitatum Tricaſſinę diocœſis, in Catalogo Epiſcoporum Trecenſium pag. 160. ea Eccleſiæ ſuæ Archiuis & publicâ ſolemnitate hæc habet. 37. SANCTVS PRVDENTIVS Hiſpanicis oris ortus, vt Sancti Frodoberti hiſtoria prodit. Exceſſit autem ex viuis anno 864. aut non multo ſecus. Eius reliquiæ ligneâ capſulâ inſitę in primaria Tricaſſium æde aſſeruantur, in qua feſtum eius ſexto Aprilis peragitur nouem lectionibus, & officium fit de communi Confeſſorum. Nullum tamen rerum ab eo geſtarum recitatur elogium, vnde datur colligere eius vitæ memoriam aut incendiis, vaſtitatibus, ſeu ſubuerſionibus, bellorum impetu, vel aliis caſibus inductis intercidiſſe. Extant tamen quædam priſci temporis monumenta, in quibus laudatur &c.] Nic. Camuzat.

Similiter in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt Authore Philippo Ferrario Alexandrino ordinis Seruat. Beatæ Mariæ Virginis Sacrę Theologię Profeſſore Ticinenſi, ad Vrbanum 8. Pontif. max. edito Venetiis ab anno 1625. ſexto Aprilis ſeu 8. Idus Aprilis hęc habentur: in Gallia SS. Prudentij Epiſcopi & Vvermebandi Abbatis:] Et ibidem in notis Prudentij Epiſcopi ex Maurol. hac die: hic fuit 38. Epiſcopus Trecenſis vti Tabulę Democh. habent.] Philippus Ferrarius in Catalogo Sanct.

Item in actis Sanctorum quotquot toto orbe coluntur menſe Ianuario auctoribus Ioanne Bollando & Godefrodo Henſchenio ſocietatis Ieſu Theologis in eorum notis ad octauum Ianuarij in vita Sancti Frodoberti Abbatis hæc de Sancto Prudentio habentur. Colitur Sanctus Prudentius Trecenſis ſexto Aprilis recenſetur 37. Trecenſis Epiſcopus, interfuit Conc. Pariſienſi anno 846. Turonenſi quarto, anno 849. Sueſſionenſi ſecundo, anno 853.] Bollandus in Ianuario.

Denique Sanctiſſimi illius Præſulis elogium omnium optimè & pleniſſimè proſecutus eſt, in publicum optimè meritus Andræas Du-Sauſſay ad Epiſcopatum Tullenſem Regiâ nominatione prouectus in ſuo Martyrologio Gallicano ad octauum Idus ſeu ſexta Aprilis his verbis. Auguſtæ Trecarum Sancti Prudentij Epiſcopi & Confeſſoris: hic ex Hiſpanis oris ortus, diuiniſque ornamentis præditus, maximéque religionis zelo & doctrinarum ſacrarum ſcientiâ illuſtris, cum in Galliam à Saracenis pulſus perfugiſſet, omnium amorem, ac admirationem in ſe traxit; vnde defuncto Adalberto Trecenſi Præſule, conſonis Cleri ac populi votis, apud quos tunc degens claruerat 37. illius Antiſtes electus, atque ordinatus eſt: quo ſuſcepto onere, ſicut lucerna ſuper candelabrum Martyrologium Gallic. And. Du Sauſſay.

Digitized by Google

CAPVT XLV. CAP. 45.

De hymni verſiculo : Te trina Deitas vnâque poſcimus ab Hincmaro cantari prohibito, Ratramni libro, & Gotteſchalci ſchedulâ (quod Trina Deitas dici poſſit) Hincmari libro confutatâ.

ANno 862. & tribus ſequentibus tria potiſſimum expendenda occurrunt, ſchedula à Gotteſchalco emiſſa (de trina Deitate) ſingulari Hincmari libro impugnata, cui titulus (de non trina Deitate.) Iniuſta & violenta per eum Rothadi Sueſſionenſis Epiſcopi Comprouincialis ſui depoſitio, & in Monaſterium detruſio, per Nicolaum Summum Pontificem appellatione interpoſitâ iuſtiſſimè vindicata; Et multiplices eiuſdem Summi Pontificis circa inhumanam miſerabilis illius Monachi vexationem, Paſtoralis ſollicitudo, toties fraudulentis Hincmari artibus deluſa. Licet hæc tria vt ſimul ferè hoc quadriennio contigerunt, iuxta ordinem Chronicæ huiuſce diſſertationis ſimul expendenda viderentur, nihilominus vitandæ repetitionis gratia, & in ſolatium lectoris, ſeorſim diſcutere non ingratum fore duximus. Et primum quæſtionem illam de trina vel non trina Deitate in ſcholis nullo modo verſatâ, quò dicendorum ſeries magis coaleſcat: ſed prius ineffabilem illam Triadem humillimâ ſubiectione adorantes, Sanctiſſimi Spiritus gratiam toto corde proſtrati inuocemus, vt *qui cœpit in nobis opus bonum perficiat in diem Chriſti Ieſu*: ideòque communi totius Eccleſiæ voce cum Doctore Angelico ſupplices canamus. Phil. 1. v. 6.

Te trina Deitas, vnâque poſcimus,
Sic nos tu viſita, ſicut te colimus,
Per tuas ſemitas duc nos quò tendimus
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

Huiuſce contentionis hæc fuit origo: Vniuerſalis Eccleſia ab omni æuo Officium peragens plurimorum Martyrum, elegantiſſimum hunc hymnum cuius Auctor ignoratur, canere ſolita eſt.

Sanctorum meritis inclyta gaudia
Pangamus ſocij, geſtáque fortia
Nam gliſcit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.

Yy

A. 862.

Hi ſunt, quos retinens mundus inhorruit,
Ipſum nam ſterili flore peraridum
Spreuere penitùs, téque ſecuti ſunt
Rex Chriſte bone cœlitùs.
Hi pro te furias, atque ferocia
Calcarunt hominum ſæuáque verbera:
Ceſſit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia.
Cæduntur gladiis more bidentium
Non murmur reſonat, non querimonia
Sed corde tacito mens benè conſcia
Conſeruat patientiam.
Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido Sanguine laureis
Ditantur benè fulgidis.
Te * trina Deitas vnáque poſcimus
Vt culpas abluas, noxia ſubtrahas
Des pacem famulis; nos quoque gloriam
Per cuncta tibi ſæcula. Amen.

* Iam *Summa Deitas*

Nunc verò loco antiquiſſimi illius verſiculi
Te trina Deitas vnáque poſcimus
legitur & canitur Te Summa Deitas vnáque poſcimus.

Ex quo tempore, an à ſæculo Hincmari, ignotum: non enim etiam in Metropoli Remenſi vnanimi Eccleſiæ conſenſu hanc immutationem receptam, immo Religioſos Sancti Benedicti Monachos diu multúmque reluctatos mox videbimus. Verùm immutationis illius in illa Prouincia circa annum 852 aut 53. dum in ergaſtulo Altumuillarenſis Monaſterij recluſus iaceret Goteſchalcus, Auctorem fuiſſe Hincmarũ ipſemet teſtatur in libello de non trina Deitate pag. 414. & 450. hoc fundamento quòd eius ſenſu trina Deitas abſque hæreſi dici non poſſet; quia, vt ibidem inquit, inter reliqua pag. 428. Patris & Filij & Spiritus Sancti vna eſt Deitas, quæ Trinitas eſt vnitas, & hâc vnitate, id eſt, Deitate, quæ trina eſſe non poteſt, quoniam pluralitate & numero, qui in perſonis eſt, caret, vnus Deus, Sancta Trinitas inſeparabilis etiam in perſonis diſtinctis ſenſu eſt intelligenda, &c.]

Hincm. de non Trina Deit. pág. 428.

Ex tunc plurimi non minùs doctrinâ, quàm pietate in Eccleſia præſtantes viri, quibus veneranda antiquitas cùm rugis ſuis, in iis maximè quæ ab Eccleſia recepta, & vſu aſſiduo conſtabilita eſſent, cordi & ſummæ religioni ſemper fuit, immutationem & alterationem illam æquo animo ſubire non potuerunt. Vni-

uerſali iuris regulâ à Iuriſconſulto Marcellino traditâ religioſiſſimè cautum ex Solemnibus nihil facilè immutandum. l. 14. ff. de Regulis Iuris. Vnde Vlpianus in l. 2. ff. de Conſtit. Principum. In rebus nouis conſtituendis, inquit, euidens vtilitas eſſe debet, vt recedatur ab eo quod diu æquum viſum eſt] & Sanctus Auguſtinus Epiſtola 118. ad Ianuarium omnimodam innouationem in Eccleſia vt noxiam fugiendam, in iis quidem quæ ab vniuerſa Eccleſia recepta ſunt, quaſi Scripturis Sanctis inhærendum docet. Similiter, inquit, etiamſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia, nam & hinc quin ita faciendum ſit diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.] In iis verò quæ per loca regionéſque variantur faciat, inquit, quiſque quod in ea Eccleſia, in quam venit inuenerit] hac generali & certiſſima adhibita & ratione & regula: ipſa quippe, inquit, mutatio conſuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat. Quapropter quæ vtilis non eſt, perturbatione infructuoſa, conſequenter noxia eſt.] A. 862. Auguſt. Epiſt. 118. ad Ianuarium.

Hâc definitione vt ſalua & illibata ſeruaretur Eccleſiaſtici ritus religio, ipſáque Eccleſia ab errore quem etiam hæreſis & blaſphemiæ notaret Hincmarus, oſtenderetur incolumis, Religioſiſſimi ordinis Sancti Benedicti Monachi (qui plurimi erant ſæculo illo, vt ſemper fuere, & ſanctitate vitæ & doctrinâ ſeù omnimoda conditione percelebres) huic innouationi ſcriptis ſuis refragati ſunt ipſo Hincmaro teſte in libro illo de non trina Deitate pag. 436. & 442. Sed inter illos præcipuus fuit vt doctrinâ, ſic etiam animi imperterriti fortitudine & conſtantiâ in Hincmarum Metropolitanum ſuum Ratramnus Corbeienſis Monachus, qui volumen ingens edidit ad Hildegarium Meldenſem Epiſcopum, in quo ex libris Beatorum Hilarij & Auguſtini probare intendit ſicut trinum & vnum Deum; ita trinam & vnam Deitatem Catholicè dici poſſe. Huiuſce operis ſicut & reliquorum omnium quæ in hac controuerſia contigerunt, ſolum teſtem habemus Hincmarum libro illo *de non trina Deitate*, ex quo ſparſim ex diuerſis locis colligere neceſſe habuimus, quæ hic referentur, prologum ſuum ſic exorſus eſt: Diu eſt, quod quidam occaſione acceptâ de finalitate hymni, cuius Auctor penitus ignoratur, in qua dicitur, Hincm. de non trina Deitate in principio.

Te trina Deitas vnáque poſcimus.

Delectabiliter vocum nouitatibus, vt innoteſcerent incumbentes, cœperunt contendere, quòd ſicut Trinus & vnus Deus, ita trina & vna Deitas, & debeat & Catholicè valeat dici, vnde quique pro ſuo modulo ſcriptitarunt, inter quos & Ratramnus Corbeiæ Monaſterij Monachus, ex libris Beatorum Hilarij & Auguſtini, dicta eorumdem detruncando & ad prauum ſuum ſenſum

A. 862. » incongruè inflectendo (ſicut & Macharium Antiochenum Epiſ-
» copum, de quàmplurimis Catholicorum libris feciſſe in ſexta
» Synodo legimus) ex hoc volumen quantitatis non modicæ ſcri-
» bens ad Hildegarium Meldenſem Epiſcopum compilauit.]

Tempus editi à Ratramno ingentis illius voluminis notat Hincmarus pag. 450. & 451. paulò ante Synodum quinque prouinciarum videlicet Remorum, Rotomagorum, Turonum, Senonum, & Lugdunenſium apud Sueſſorum Ciuitatem] quæ habita eſt in Menſe Aprili anno 853. Ibid. p. 451.

Huic innouationi cum ſuo Ratramno reluctatos fuiſſe religioſiſſimos ordinis Sancti Benedicti Monachos, & nonobſtante etiam Hincmari prohibitione decantare perſeueraſſe illius hymni verſiculum.

Te trina Deitas vnáque colimus.

» Ipſe ibidem teſtis eſt pag. 436. his verbis: Benefacient igitur
» venerabiles fratres noſtri Monachi viri religioſi, ſi ita vt ſcriptum
» habetur in Beati Benedicti regula, quam iureiurando ſe obſerua-
» turos profeſſi ſunt, obedientiam dependentes eidem Patri San-
» ctiſſimo, immo Sancto Spiritui, qui per eum locutus eſt, relictis
» non neceſſariis ſuperſtitioſiorum compoſitionibus, Sancti Am-
» broſij, ſicut ipſe Sanctus Benedictus præcepit, vel nominatiſſi-
» morum atque orthodoxorum hymnos, de quibus ſufficienter
» habent, in diurnis ac nocturnis laudibus vſi fuerint, in quibus &
» Catholica fides redolet, & piæ ſunt preces, & mirabilis eſt com-
» poſitio, ne pro talibus, ſicut ex hymni cuius initium eſt
» Sanctorum meritis inclyta gaudia,
» cuiúſque compoſitorem hactenus inuenire nequiuimus, finali-
» tate, vbi à quibuſdam cantatur, vel potiùs blaſphematur:
» Te trina Deitas,
» aut ſcienter, aut neſcienter ſcandalum in Eccleſiâ moueant, quæ
» aliis multis perturbationibus concutitur & vexatur, ſcientes quid
» mereatur qui ſuo vitio vnum ſcandalizauerit de puſillis creden-
» tibus, dicente Paulo: *Sic autem peccantes in fratres & percutien-* 1. Cor.
» *tes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis*: Et neceſſe 8. v. 12.
» ſit eos canonicâ ſeueritate percelli, &c.] de hac poſtea.

Circa annum 863. Gotteſchalcus in Altumuillarenſi Monaſterio in ergaſtulo incluſus, ſub ſeueriſſima Satellitum & aliorum Hincmari fidelium cuſtodia, abſque miſericordia à quindecim annis coercitus, ab aliquo confratrum monitus Hincmarum in Prouincia ſua illum hymni verſiculum decantare prohibuiſſe, & Ratramnum contrà volumen illud ingens edidiſſe, ipſe libris deſtitutus ſchedulam ſcripſit, in qua argumentis potiùs quàm Sanctorum Patrum, & Scripturarum auctoritatibus vetuſtiſſimam

Digitized by Google

A. 862.

& receptiſſimam hanc hymni clauſulam comprobauit, & trinam Deitatem dici poſſe confirmauit. Hoc Hincmarus ipſe teſtatus eſt in præfato Prologo, in quo poſt ea, quæ de Ratramni volumine retulimus; hæc autem, inquit, audiens Gotteſchalcus Orbacenſis Monaſterij Remenſis Eccleſiæ pſeudo-monachus, tam « inuidiâ mei, quem in Eccleſia cantari trinam Deitatem vetuiſſe « audierat, quam more ſuo, qui noua & antea inaudita, canæque « orthodoxorum intelligentiæ contraria adinuenire, ac proferre ab « incunte ætate ſuæ vitioſæ indolis delectabiliter ſtuduit, & in eodẽ « ſtudio permanſit, inde plurima ſcribere, & ad quoſcunque po- « tuit primùm latenter, deinde quantùm ſibi licuit aperte mittere « procurauit; nouiſſimè diebus iſtis hanc ſubiunctam ſchedulam, « quæ ad nos communiter per complices & ſatellites ſuos perue- « nit, inde conſcripſit.] Quam verius dixiſſet Hincmarus per complices & ſatellites meos, non ſuos: vt ſiquidem multoties obſeruauimus, tam arctâ & inhumanâ per illos Hincmari ſatellites cuſtodiâ reſtrictus fuit, vt ab omnium communicatione ſicut Eccleſiaſticâ communione ſegregatus, & librorum etiam copiâ deſtitutus eſſet, nec quidquam, nec cuiquam ſcriberet, niſi in quantùm ſinerent & Hincmaro expedire cernerent.

Hincmar. de non trina Deitate in Prologo.

Sed & obſeruandum ex his verbis [nouiſſimè diebus iſtis hanc ſubiunctam ſchedulam conſcripſit] paucis diebus emiſſam illam ſchedulam, antequam Hincmarus eandem ſcripto libello ſuo de non trina Deitate refutaret; eum autem libellum Hincmaro ipſo teſte ibid. pag. 552. cœptum ſtatim poſt librum de Prædeſtinatione, quem nondum anno 863. perfectum fuiſſe probauimus. Et ſic conſtat hanc ſchedulam non ante annum illum 863. à Gotteſchalco conſcriptam, ſed anno illo vel ſequenti ſaltem emiſſam ex hinc probatur, quia (vt videbitur) anno 864. Hincmarus Epiſtolâ ad Nicolaum Papam Gotteſchalcum hæreſis notat eo quòd Deitatem Sanctæ Trinitatis trinam eſſe diceret: quod, inquit, Prædeſtinatiani veteres non dixerunt, iſte vt audaciùs, ita « & perniciosiùs dicit, Deitatem Sanctæ Trinitatis trinam eſſe.] In « ſchedula verò, quam integram libro ſuo inſeruit Hincmarus, & cui titulus præfertur non quod trina ſit Deitas, ſed quod trina Deitas dici poſſit, hæc præcipua habentur.

Flodoard. lib. 3. c. 14.

Quiſquis eſt ille qui dicit, quòd nequaquam Deitas trina dici « Catholicè poſſit, ſed ſolummodò Deitas vna ſit, debet interro- « gari ſubtiliter, quomodo dicat vnam, vel qualiter? Vtrum ſcilicet « naturaliter, an perſonaliter: ſi reſpondet & dicit vnam Deitatem « eſſe credendam & confitendam perſonaliter, niſi ſuum concitus « corrigat ſenſum, reuera cum Sabellio audire mereatur anathema ſic præſentialiter; vt mereatur illud etiam patiiure perpetualiter. «

Schedula Gotteſchalci quod trina Deitas dici poſſit.

Digitized by Google

A. 862. » Hinc enim hæretici Sabelliani dicti nuncupatique ſunt etiam Pa-
» tripaſſiani, quia noluerunt nec omnino potuerunt negare Deum
» Patrem Paſſum, dum Deum perſonaliter ſomniauerunt vnum,
» non ſicut Eccleſia Sancta Catholica, & Apoſtolica credit & con-
» fitetur Deum naturaliter vnum, & perſonaliter trinum. At ſi me-
» tuens Anathemate ritè percelli, & illud cum Patripaſſianis pati,
» dixerit Deitatem eſſe naturaliter vnam, credere conſequenter de-
» bet & confiteri, ſi tamen vult veniam mereri, prorſus eſſe perſo-
» naliter Trinam, ſicut ſcilicet Deum naturaliter vnum, conſtat
» eſſe procul dubio perſonaliter trinum. Ac per hoc ſicut non poteſt
» in hymnis, & in Sanctorum Patrum libris, vbi dicitur Trinus &
» vnus Deus, immutari & dici Sanctus & vnus Deus, ita nimirum
» ſine mortis exitio immutari non poteſt, vbi dicitur Trina & vna
» Deitas, vt ibi dicatur, Sancta & vna Deitas: quia reuera cum hoc
» nec ibi poſſit vllatenus fieri, vbi non eſt addita, & vna ſed ſolum-
» modo dicitur Deitas trina, multò minus ibi poteſt fieri vbi Dei-
» tas trina dicitur & vna &c.] Et pag. ſeq. reſtat igitur & ſupereſt
» vt illi qui ſunt Grammatici, ſi nolunt eſſe ſimul & hæretici, non
» præſumant fateri in Eccleſia veracis Dei, veritatis Dei, veri Dei
» quòd Τριθεοτία, id eſt Trina Deitas vlla ratione pluralis exiſtat
» numeri, cum ſit, vt claret, vtique ſingularis, velut nouerunt vni-
» uerſi, qui vel mediocriter artis Grammaticæ ſunt periti. Sicut
» enim Trinitas numeri ſingularis eſt iuxta illud, Benedicta ſit San-
» cta Trinitas: ſic etiam numeri ſingularis eſt Τριθεοτία Trina Dei-
» tas; cum tamen conſtet è contra numeri pluralis Arrianorum eſſe
» Τριθεοτίας, id eſt tres Deitates à Catholicis iure damnatas. Igitur
» iure ſub nomine ſingulari Trinæ & vnæ Deitati ſuppliciter velut
» expedit, competit, congruit, dicimus
» Te trina Deitas vnáque poſcimus, &c.]

Delatâ ad Hincmarum per ſatellites ſuos ex ergaſtulo miſera-
bilis illius Monachi hâc ſchedulâ, cum pluribus aliis breuiori-
bus, quarum aliquas libro illo inſeruit Hincmarus, ille ad peti-
tionem & inſtantiam Clericorum Remenſis Eccleſiæ refutatio-
nem ſchedulæ illius ſuſcepit, libello illo de non trina Deitate,
quem ab anno 864. parauit. Nec vſque ad annum 868. poſt mor-
tem Gotteſchalci perfecit, vt ipſe teſtis eſt pag. 552. his verbis. Hæc
Hincm. de non Trina Deitatę. » omnia, inquit, poſt librum de Prædeſtinatione contra Gotteſ-
» chalcum & complices eius aſſerentes, quia ſicut quoſdam ad vi-
» tam, ita quoſdam Deus prædeſtinauit ad mortem, de Authenticis
» Scripturis & Catholicorum dictis collectum, ſtatim in initio ſuæ
» de Trina Deitate Blaſphemiæ collegi & ſcripſi, & per me ac per
» fratres meos, ſed & per frequentia ſcripta, vt reſipiſceret à ſuis in
» Deum blaſphemiis, ſenſum & os ſuum reuocaret ſæpe commo-

Digitized by Google

nui, ſed apud eum nihil profeci, &c.] & continuò mortem illius miſerabilis Monachi refert. A. 862.

Ab anno 853. in eadẽ cauſa Ratramnus Corbeienſis Monachus, ex libris beatorũ Hilarij & Auguſtini volumen non modiex quãtitatis ſcribens ad Hildegarium Meldenſem Epiſcopum ediderat: Quid niſi ſanè celeberrimi illius ſuo ſæculo ſcriptoris (quem notat dicta beatorum Hilarij & Auguſtini detruncando, & ad prauum ſuum ſenſum incongruè inflectendo ſcripſiſſe) volumen hoc refutauit, potiúſquàm ſchedulas, quas in ergaſtulo miſerabilis ille monachus & libris, & humanâ conſolatione priuatus ſibi priuatim parauerat, ſeù veriùs in quibus plurimas etiam diuerſas quæ in hac quæſtione meditando ipſi in mentem venerant ſententias, vel cogitationes in memoriæ ſolatium depoſuerat; quidni ipſi obiici potuiſſet: *Contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam?* videamus tamen quo apparatu in hunc agonem deſcendat: qua propter (inquit in prologo ad Clerum Remenſis Eccleſiæ) miniſterio dignatione diuinâ indignitati meæ impoſito, ad hanc ſollicitudinis curam ac ſtudium non modo veſtris petitionibus ſum inuitatus, verùm & tractus, & quantùm ipſa Deitas, quæ Trinitatis eſt vnitas dederit, & occupatio multiplex, atque contumacia, inertiaque ſenſus mei permiſerit, exequi ea quæ petitis procurabo, ponens cum integritate [illegible]i in hoc opuſculo noſtræ ſeruitutis eiuſdem Gotteſchalci ſchedulas &c.] Quid hîc opus totius Cleri preces, totius regni ſollicitudinem, indictum à Deo Paſtorale miniſterium in medium adducere, vt priuatas ex ergaſtulo chartulas ceu ſchedulas extrahat & refutet? Ibidem in Prologo.

Sed quâ fronte miſerabili illi monacho omni communicatione, ſicut & communione & libris etiam deſtituto, imprimis exprobrat, quòd proprij ſenſus aſſertionibus ſine ſcripturæ teſtimoniis, & ſine Catholicorum ſententiis allegauerit: Quia ſicut Deus naturaliter vnus, & perſonaliter dicitur trinus; ita Deitas naturaliter vna, perſonaliter trina dici debeat. In hoc nihilominus Hincmarus vniuerſam illius blaſphemiam conſtituit, pag. 422. his verbis. Hæc eſt ſumma totius ſuæ blaſphemiæ quam hinc prolixo ſermone confecit, in quo vt piſcis vel auis, aut quodlibet animal per inquietudinem ſe voluens, amplius peſſimis blaſphemiarum maculis & nodis ſtrictioribus inretiendo ſemet innexuit, volens proprij ſenſus aſſertionibus ſine ſcripturæ teſtimoniis, ſinéque Catholicorum ſententiis allegare, quia ſicut Deus naturaliter vnus, & perſonaliter dicitur trinus, ita Deitas naturaliter vna, & perſonaliter trina dici debeat.] Ibid. p. 422.

Deinde contrariam ſententiam ſuam quâ ratione firmet Hincmarus oſtendit: ſed quod (inquit) dicit Deum perſonaliter tri-

A. 862. » num & naturaliter vnum, verum dicit, quod autem dicit confi-
» teri docere Deitatem ſic perſonaliter Trinam, ſicut naturaliter
Ibid. pag. 468. » vnam, profectò mentitur: quia Deitas ipſa eſt natura pluralitate
» carens & numero, quâ naturâ vel Deitate ſancta & inſeparabilis
» Trinitas (ſicut ſcriptum eſt: *Audi Iſrael Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt*: Pater ſcilicet, & Filius, & Spiritus Sanctus, per- Deut. 6. v. 4.
» ſonaliter trinus, vnus eſt naturaliter Deus &c.] Et inter reliqua
Gotteſchalcum cum Arrio comparat, eoſque errore pares eſſe
» aſſerit, quanquam diuerſa loquantur pag. 468. hoc (inquit) quod
» dictum eſt à Deo in creatione primi hominis *faciamus hominem* Gen. 1.
» *ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, Diabolus malè inter- v. 26.
» pretans aſſumptâ parabolâ, primis parentibus dixit. *Eritis ſicut* Gen. 3. v. 5.
» *dij*: quem ſecutus Arrius gradus in Sancta Trinitate faciens, con-
» tra præceptum Domini in lege dicentis: *Non aſcendatis per gra-* Exod. 20. v.
» *dus ad altare meum*; Tres Deitates in Sancta Trinitate dogmati- 26.
» zauit: nunc Gotteſchalcus è diuerſo vnam Deitatem in tribus
» perſonis Sanctæ Trinitatis partitur, dicens: ſicut Sancta Trinitas
» vna eſt eſſentialiter atque naturaliter, ſic procul dubio eſt perſo-
» naliter trina Deitas, quæ vt Catholici Doctores dicunt & verũ eſt,
» Trinitatis eſt vnitas, quâ naturaliter vnus Deus eſt Trinitas, quæ
» videlicet Deitas, ſi perſonaliter trina foret vnitas Trinitatis, quod
» eſſe non poteſt; quia quod vnum eſt in eo in quo vnum eſt, diuiſio-
» nem non recipit, in tribus perſonis diuiſa vel partita fuiſſet] &
» paulòpoſt: vnde ſunt Arrius atque Gotteſchalcus iuxta Poëtam.
» *Ambo errore pares quamquam diuerſa loquantur.*
» Si enim quando hic nouus Ariolus, perniciosior fortè, quàm
» quilibet Ariolus dixit: ſicut Sancta Trinitas eſſentialiter atque na-
» turaliter eſt vna, ſubiunxiſſet, ſic perſonaliter eſt trina, conſtaret
» ſententia. Quod autem ſubiunxit ita *Deitas perſonaliter eſt trina*,
» non ſolùm contra Catholicam fidem eſt, verùm, & hoc quod
» præmiſit impugnat, ſicut & præmiſſa ſubſequentia deſtruunt,
» &c.]

Hæc ſumma & origo & ratio huiuſce controuerſiæ, hæc præcipua vtriuſque partis fundamenta & argumenta; in quâ concertatione plurima ſunt obſeruanda. 1. vnicam contentionis cauſam fuiſſe innouationem Hincmari, qui antiquiſſimum & receptiſſimum non ſolùm in eius Prouincia, ſed in vniuerſa fermè Eccleſia Latina Hymni Eccleſiaſtici verſiculum, quem vt Hæreticum & blaſphemum impugnauit decantari prohibuit, & immutare præſumpſit, ita vt legitimæ Ratramni, Gotteſchalci & reliquorũ Religioſorum eiuſdẽ Prouinciæ Monachorũ Ordinis Sancti Benedicti querelę inſtantiæ cedendum eſſet. Nullâ aliâ perſpectâ ratione quam ea quâ Eccleſia facillimè omnes fermè reuiſcit Hæreticos,

vetuſtatis

vetuſtatis ſcilicet præſcriptione. Quis enim eos non audiat cum « Capreolo epiſcopo clamantes vt expugnata nouitate antiquitas « defenderetur, cuius epiſtola in Concilio Epheſino publicè lecta « ab omnibus epiſcopis plurimum fuit laudata.] Teſte Vincentio « Lirinenſi in Commonitorio aduersùs hæreſes cap. 42. & iterum cum Sixto Presbytero Romano poſtmodum Summo Pontifice; « nihil vltra liceat nouitati, quia nihil addi conuenit vetuſtati, & « cum Cœleſtino Papa: deſinat itaque ſi ita res eſt, inceſſere no- « uitas vetuſtatem.] Ibidem cap. 43. ſed in hoc quis Hincmari « frontem non miretur, dum in prologo Ratramnum & reliquos innouationi reſiſtentes, delectabiliter vocum nouitatibus vt innoteſcerent decumbere calumniatur, & Gotteſchalcum ipſum noua & antea inaudita, canæque orthodoxorum intelligentiæ contraria adinuenire ac proferre queritur?

A. 862.

Vincentius Lirin. in Commonit. cap. 42.

2. Nec minùs admiranda ignauia & inertia Hincmari, quod Ratramno prætermiſſo, qui volumen ingens ab ipſa Hincmari prohibitione ex libris Sanctorum Hilarij & Auguſtini ediderat, ſchedulis illis Gotteſchalci ex ergaſtulo erutis refutandis ſeſe addixerit: nec non impudentiſſima illius nequitia dum illudit & crimini vertit miſerabili illi Monacho, quod Scripturæ & Sanctorum Patrum teſtimoniis ſententiam ſuam in ſchedulis illis non obfirmauerit, quaſi quem ille in ergaſtulo conſtrictum & libris & omni humanâ conſolatione deſtitutum retineret, pleniſſimâ libertate frueretur; eundémque pluribus calumniis onerat, quaſi libros corrumperet, ſatellites haberet; illas & alias ſchedulas plurimis ſcriberet, reuelationes fingeret, & alia plurima, quæ quaſi ab inimico mendaciſſimo, & fraudulentiſſimo conficta explodenda magìs quàm expendenda veniunt.

3. Notandum Gotteſchalcum nullâ ſchedularum illarum profeſſum triplicem dici debere Deitatem, ſed tantum Trinam dici poſſe Trinitatem, quod toto cœlo ab illo priori diſtat, ita vt illud hæreticum ſit, hoc non item: Cum tamen in Flodoardo Gallico idiomate traducto (quo ſolo vſus eſt Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius) triplex pro Trina appoſitum fuerit, vnde in recenſenda ex Flodoardo Gotteſchalci ſententia, ad annum 848. num. 13. apud Illuſtriſſimum Cardinalem ſic habetur: non minùs « perniciosè quàm audacter defendit id quod antiqui Prædeſtina- « tiani non dixerunt, quod Deitas Sanctæ Trinitatis triplex ſit.] « Ex quo Illuſtriſſimus Cardinalis miſerabilem illum Monachum hæreticum eſſe meritò cenſuit: quæ verſio ſeu veriùs deprauatio ſimiliter erroris anſam præbuit doctiſſimo & clariſſimo viro Domino Fauchet Monetarum Curiæ Protopræſidi, vt Antiquitatum Gallicanarum tom. 2. lib. 3. cap. 12. errores Gotteſchalci ex

Baronius ad annum 848.

Digitized by Google

A. 862. Flodoardo recenſens, Deum Patrem majorem Deo Filio illum aſſeruiſſe retulerit. Quod quàm fabuloſum ſit nemo non videt.

4. Vbi primùm ſchedulã illam in quã Gotteſchalcus Trinam Deitatem dici poſſe contẽderet, nactus eſt Hincmarus, Nicolao Papæ „ ſenſa illius quæ hæreſis notat, recenſendo. Quod (inquit) Præ„ deſtinatiani non dixerunt iſte vt audacius, ita perniciosius dixit „ Deitatem Sanctæ Trinitatis Trinam eſſe.] Summus verò Pontifex Hincmaro reſcribens, ne minimum quidem huiuſce iuxta ſenſum Hincmari blaſphemiæ, nec reliquarum fictarum hæreſeon verbum edidit: Immò (vt ſequenti capite videbitur) Hincmari proteruiam & calumniam retudit. Nec ex ſilentio Summi Pontificis approbata credenda eſt Hincmari innouatio & verſiculi illius immutatio, quoniam ignota fuit Summo Pontifici, vt pote cuius nullomodo meminerit Hincmarus in Epiſtola.

5. Obſeruandum Religioſiſſimos Ordinis Sancti Benedicti Monachos huic innouationi viriliter refragatos, veterem vſum verſiculi illius, Te Trina Deitas, etiam in Prouincia Hincmari retinuiſſe & decantare ſolitos in Eccleſia, etiam poſt mortem Nicolai Papæ & ipſius Gotteſchalci: Nec enim ante vtriuſque obitum qui circa annum 868. obtigit, perfectum & editum fuiſſe illum Hincmari librum de non Trina Deitate oſtendimus: ſed maximè attendenda eſt violenta & inhumana Hincmari ſuperbia, qui Monachis illis ui dicto ſint obedientes, nihil minus quam in ergaſtulum retruſionem & verbera, iuxta Regulam Sancti Benedicti & Agatenſes Canones minatus eſt pag. 442. his

Hincmar. de non Trina Deitate pag. 442.

„ verbis: denique ſi quod abſit aliqui de Fratribus noſtris hinc pro „ finalitate hymni, vnde abſque vlla neceſſitate exorta eſt iſta cer„ uicoſa contentio, Trinam Deitatem defendendo, vel de Præde„ ſtinatione Sanctorum & relictione reproborum, vel quòd Deus „ non vult omnes homines ſaluos fieri, & non ſit pro omnibus, Chri„ ſtus paſſus, cum dicat Paulus Apoſtolus: *Deus omnes homines vult* 1. Tim.
„ *ſaluos fieri*, & Petrus: quia *neminem vult perire* &c. Et contra do- 2. v. 4.
„ ctrinam Apoſtolicam de Baptiſmatis Sacramento, in quo nulla „ eſt diſcretio renatorum: pro quibus Capitulis contra Catholi„ cam fidem & doctrinam Beati Auguſtini in libro de Correptione „ & Gratia, & de Prædeſtinatione Sanctorũ ac bono perſeuerantiæ, „ atque Hypomneſticon; & contra Decreta Sancti Cœleſtini Pa„ pæ, ex cuius delegatione Beatus Proſper, hinc exortam hære„ ſim per auctoritatem Scripturarum & doctrinam Beati Auguſti„ ni reuicit & compreſſit in Galliis, contráque cæterorum Ortho„ doxorum traditionem ſentiens condemnatus eſt Gotteſchalcus, „ vel de omnibus quæ Apoſtolicæ Sedis & ſex generalium Syno-

Digitized by Google

dorum auctoritate definita ſunt, deinceps dogmatizare & irre- « A. 862.
uerentius in ſua obſtinatione permanere præſumpſerit, vindictæ «
Canonicæ ſubjacebit &c.] Deinde quam Canonicam vindictam «
intelligat exprimit dum pag. ſeq. ſubjicit. Agathenſe Conci- « Ibid. pag.
lium cap. 38. decreuit dicens Monachos quos verborum increpa- « 443.
tio non emendauerit, etiam verberibus ſtatuimus coërceri: quod «
& Sancta Regula eodem Spiritu Sancto, quo & ſacri Canones «
in venerandis Conciliis, per os Beati Benedicti promulgata 2. «
capit. iubet indiſciplinatos ſcilicet & inquietos duriùs arguere, & «
improbos, & duros ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum, «
vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coërcere.] Et «
paulo poſt: ſi per contemptum deinceps offenderint (quod dici- «
mus ſatis inuiti) quem non correxerint verbera, & cum gradus «
priuatione atque à Corporis & Sanguinis Chriſti ſeparatione, vt «
Gotteſchalcus pertinaciſſimus damnatus eſt, condemnabitur exi- «
lij, vel ergaſtuli relegatione &c.] «

Denique licet tandem inualuerit in Eccleſia immutatio illa, nec ſolum in Prouincia Remenſi, verùm etiam in Eccleſia Gallicana & Romana verſiculus ille, Te ſumma Deitas, loco veteris, Te Trina Deitas, in hymno illo,

Sanctorum meritis inclyta gaudia,

Decantari ſolitus ſit, à quo tempore, quâue ratione id acciderit penitus ignotū, ſed quicquid ſit certiſſimum eſt ſententiam illam quod Trina Deitas dici poſſit à Ratramno, Gotteſchalco & ſimilibus aſſertam, & à ſolo Hincmaro vt blaſphemam impugnatam, à nemine in Eccleſia non ſolùm hæreſis, ſed ne erroris ſimpliciter notatam. Immò verò diuinâ Prouidentiâ cautum vt à Doctore Angelico idem ipſe verſiculus,

Te Trina Deitas vnáque poſcimus.

Fuerit appoſitus in celeberrimo hymno, quem Eccleſia vniuerſalis ex Decreto Sedis Apoſtolicæ recepit, & quot annis à quatuor ſæculis decantare conſueuit in auguſtiſſimo totius Eccleſiæ triumpho, in laudem & honorem pretioſiſſimi Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub Sacramento Altaris deliteſcentis quod Sanctus Epiphanius in panario hæreſi 75. de Aerio num. 3. adorationis œconomiam vocât τὴν οἰκονομίαν τῆς λατρείας. Et cùm fœlicis memoriæ Vrbanus octauus Summus Pontifex hymnos omnes in Eccleſia Romana ex ritu Concilij Tridentini decantari ſolitos recenſuerit, & plurimos vel ex minimo dubio immutauerit hymnus ille

Sacris ſolemniis iuncta ſint gaudia &c.

Et maximè verſiculus ille, de quo agitur

Te Trina Deitas vnáque poſcimus,

A. 862. Illibatus & intactus remanſit: ita vt iuxta Auguſtinum Epiſtolâ 119. ad Ianuarium, de illius integritate & ſana doctrina vel minimum dubitare inſolentiſſimæ iam ſit inſaniæ.

Cap. 46.

CAPVT XLVI.

De Rothado Sueſſionenſi Epiſcopo: iniuſta & violenta eius per Hincmarum in Concilio Sueſſionenſi depoſitione, & in Monaſterialem cuſtodiam detruſione, cum eiuſdem per Nicolaum Papam abſolutione & reſtitutione.

HVc vſque perpendimus intolerabilem Hincmari in Goteſchalcum miſerabilem Monachum ſæuitiam, & in ſinceram quam ille tueretur Eccleſiæ doctrinam, obſtinatum & pertinacem animum: nunc attendenda & ponderanda non minor eius proteruia, nec minùs inſolens oppreſſio in optimum emeritæ militiæ Præſulem in Eccleſiæ caſtris magna ſemper cum laude verſatum, vt cum Illuſtriſſimo Cardinale Baronio loquamur ad an. 863. nu. 93. [ſeu etiam cum æquiſſimo ipſius iudice Nicolao PP. epiſt. 40. ad Karolū Regem, in Epiſcopum conſcientiâ purū conuerſatione innocentem, columbarum ſimplicitate, ac prudentia ſerpentis inſignem.] Licet autem in cauſa Rothadi nec de doctrina, nec de Goteſchalco quicquam ageretur, non minimùm ſuſceptæ cauſam iuuat perpendere, quo animo in Synodis ſuæ Prouinciæ ſeſe habere ſolitus eſſet Hincmarus, quibus fraudibus, quantâ nequitiâ, & calumniâ in Præſulem illum verſatus ſit, propter generalem & ab omnibus receptam iuris Canonici regulam: *Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.* cap. ſemel de Regulis iuris in 6. Quod (inquam) ab omnibus vtriuſque iuris Doctoribus vnanimi conſenſu probatum eſt, quotieſcunque agitur de eodem genere mali iuxta l. 3. §. ſi autem ff. de ſuſpectis tutoribus. An remouendus ab adminiſtratione quaſi in hac ſuſpectus ex eo quod in alia malè verſatus ſit, & l. ſi cui §. ſi tamen ff. de accuſationibus. Quod qui calumniatus ſit in accuſatione prima, calumniari etiam præſumatur in 2. hoc ipſum intendimus: videamus igitur quid actum ſit.

Nicolai Papæ Epiſtola 40. ad Karol. Reg.

Rothadus ad Cathedram Sueſſionenſem prouectus temporibus Ludouici Pij ab anno 834. & 835. cum Encharado Pariſiorum Epiſcopo ab Imperatore mandatum ſuſcepit, vt Ebonem Metro-

Flodoard. lib. 2. c. 20.

Digitized by Google

politanum ſuum Remenſem Archiepiſcopum fugientem reuocaret, & in Monaſterio Sancti Bonifacij eidem & Clericis & Laïcis qui cum eo erant neceſſaria miniſtrari & Synodum expectare præciperet] hæc ipſa ſunt verba Flodoardi hiſtoriæ Remenſis lib. 2. cap. 20. & eodem anno 835. interfuit Synodo habitæ apud Theodonis Villam, in qua iſdem Imperator ab Epiſcopis iterum reconciliatus eſt, Ebo verò ob conſpirationem in Regiam & Imperatoriam Maieſtatem damnatus, gradúque ſuo deiectus eſt, in antiquis Conc. Gall. tom. 2. ad annum 835. Hincmarus autem ſub Karolo Caluo eiúſque auctoritate cuius animum obſederat poſt decennium circa annum 845. ad Metropolim Remenſem promotus eſt, vt erat illuſtri familia ſatus, ingenio ſubtili, & verſatili, nec non ſcientia clarus & Regis gratiâ præpotens, plurimis ſuæ Prouinciæ Epiſcopis ſummæ venerationi & quaſi admirationi fuit: ita vt non pauci aulici vaporis ſectatores, eidem in omnibus aſſentatores, in ſententiam eius præcipites manibus & pedibus irent. A. 861.

Sed Rothadus viâ Regiâ progredi ſolitus adulationis & aſſentationis illius inimicus, iuris & æqui ſolummodò ſollicitus facillimè indignationem eius incurrit: *Grauis fuit illi etiam ad videndum quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius*, Sap. 2. verſ. 15. Antiquiſſimæ Hincmari à Rothodo auerſionis teſtis eſt ipſemet Hincmarus in damnatione Gotteſchalci ab anno 849. Epiſtolâ ad Nicolaum Papam apud Flodoardum hiſt. lib. 3. cap. 14. dum hanc rationem reddit, cur Rothado proprio Epiſcopo Gotteſchalci cuſtodiam non dimiſerit. Quoniam (inquit) Rothadus, de cuius parrochia erat, illi neſciebat reſiſtere, & nouitates amans timebatur à nobis, ne diſceret praua ſentire, qui noluit diſcere recta docere.] Sed & Rothadus ipſe ſupplici ſuo ad eundem Papam appellationis libello hanc ipſam ſuggerit rationem in principio his verbis. Venerabilis igitur Metropolitanus Hincmarus Sanctæ Remenſis Eccleſiæ Antiſtes quibuſdam occaſionibus exortis acri circa me infeſtatione certans diù multis ac variis laboribus meam vexabat exiguitatem: Ego autem quantùm poteram illum tolerans, in his ei nequaquam pro ſuo libitu acquieſcere volui, quæ Sacris perpendebam Auctoribus eſſe contraria.] Quæ ſatis commodè intelligi poſſunt de controuerſis illis quæſtionibus de Prædeſtinatione & Gratia, ſeu de trina Deitate, nec de aliis videmus dici potuiſſe.

Flodoardus hiſt. lib. 3. cap. 14.

Libellus proclamat. Rothadi.

Quicquid ſit, vt obſeruauit Nicolaus Papa in decreto abſolutionis & reſtitutionis ad omnes Eccleſiæ Romanæ Epiſcopos, quod habetur in 39. eius Epiſtola & 44. in Conc. Antiq. Gall. tom. 3. Hincmarus cum complicibus ſuis per octo annos medita-

A. 861. tus eſt quemadmodum Rothadum ab Epiſcopatu ſuo deiiceret.
Nicolai Papæ Epiſtola 39. » Notum ſit (inquit) dilectioni veſtræ fratres mei & filii chariſſimi » quod quidam Gallorum Epiſcopi zeli & inuidiæ Diaboli facibus accenſi, quia mors (ſicut Scriptum eſt) *per inuidiam introiuit in orbem terrarum*, Sap. 2. v. 24. huic fratri noſtro Rothado venerabili viro » inſidiantes, & per octo circiter annos, quemadmodum illum » proprio priuarent Epiſcopatu iudicio meditati ſunt &c.] Nullum enim magis, quàm Hincmarum verbis illis Nicolaus Papa ſuggillat vt obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ad annum 863. num. 100. & ipſemet Papa teſtatur Epiſtola ſequenti
Eiuſdem Epiſtola 40. » ad Regem Karolum. Sed horum (inquit) immo huius contumaciæ nullus auctor niſi Hincmarus Remorum Epiſcopus extat &c.]

Huius verò vexationis & nequitiæ colorem hunc nactus eſt Hincmarus, vt patet ex præfato proclamationis libello: Rothadus Presbyterum aliquem, quia in ſtupro fuerat deprehenſus & abſciſus, regulariter depoſuerat, eundem nihilominus ſacerdotio fungi in ſua parrochia Hincmarus concesserat, & poſt triennium eum, quem Rothadus in depoſiti locum ſubſtituerat, violentiſſimè rapi, ad ſe adduci & excommunicatum in carcerem detrudi iuſſit, & Presbyterum illum à Rothado depoſitum, Eccleſiæ Sueſſionenſi reſtituit: huic verò violentiſſimæ opreſſioni reſiſtentem Rothadum vt contumaciæ & obſtinationis reum damnauit, Epiſcopatu depoſuit, & Monaſteriali carcere incluſit. Quod his verbis in illo proclamationis libello Sedi Apoſtolicæ
Libellus proclamat. Rothadi. » expoſuit Rothadus. Meus etenim Archiepiſcopus voluntatis ſuæ » propoſitum quantùm poterat implere curauit, factúſque eſt gratìs meus ipſe accuſator, ipſe teſtis, ipſéque iudex; & ſicut me » abſentem prout voluit culpabat, ſic & temerè iudicare nec timuit, nec retractauit ſed inter alia, quæ mihi mendaciter obiiciebat, hoc vnum ſpecialiter ingeſſit, quod Presbyterum, cuius » ſuprà feci mentionem, iniuſtè depoſuiſſem. Quod proculdubio » falſum eſt, vt multi idonei teſtes, & Epiſcoporum & cæterorum » Clericorum ſiue Laïcorum & nouerunt & noſcunt. Quem tamen » ipſe iam tribus annis tranſactis abſque meo conſenſu ſeu conſultu » in ſuam receperat communionem, eíque ſacerdotali officio, quo » cum xxxiij. Epiſcoporum iudicio legaliter priuatus erat, contra » Canonum ſtatuta fungi præcepit. Illum verò presbyterum quem » in locum damnati per tres etiam circiter annos ſubſtitutum habebam, per violentiam me ignorante ſibi fecit adduci: Nam cum » in Dominicorum die ipſe Presbyter paratus eſſet in Eccleſia Miſſarum ſolemnia populo celebrare iuſſu Archiepiſcopi repentè ibi » homines affuerunt, qui Presbyterum extra Baſilicam dolo edu-

Digitized by Google

centes ſubitò rapuerunt, & infatigabili curſu citiùs ad eius præ- « A. 861.
ſentiam pertraxerunt, quem ipſe mox excommunicatum in carcerem retrudi iuſſit, illùmque depoſitum genitalibus truncatum in meæ parrochiæ Eccleſia reſtituit. Hinc quoque mihi contumaciæ & obſtinationis imputabat reatum, quoniam ſibi in talibus inobediens exiſterem; hoc à me exigere volens, vt non quaſi confrater & Coëpiſcopus, ſed vt proprius Clericus ad ſua vota famularer.] «

Sic Hincmarus ipſe Epiſtola 17. ad Nicolaum Papam apud Flodoard. lib. 3. cap. 13. hanc præcipuam depoſitionis Rothadi cauſam adducit eius inobedientiam, licet deinde de ſacris ſuæ Eccleſiæ deprædatis vaſis eum grauare intendat. Sed quanto artificio quáue fronte illa digniſſimo illi Præſuli impingat huc adducere non pigebit: Qui ergo ſcit (inquit) ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſtè ferre debet aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed « Flodoard. lib. 3. c. 13.
obedientiam, quam exigit ipſe dependat, quam Rothadus à ſuis exigere magìs, quàm ſacris regulis ſategit dependere, cùm etiam Sancti Angeli in cœlo legantur ſuis potioribus obedire, & ideo ad hoc peruenit vt deiici promeruerit, quem per plures annos & beneficiis impenſis & monitis atque obſecrationibus per me & per Coëpiſcopos, ac per quoſcumque familiares potui, ad obediendum, ſacris regulis commonere curaui. Multorum etiam & per literas Metropolitanas, & ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate minas ei inculcare curaui, & ex lectione Catholicorum, quam grauiter offendebat ei oſtendere ſtudui, ad quæ reſpondebat, quia nihil aliud facere ſciebam, niſi ei meos libellos tota die oſtendere, vnde à multis & frequentiſſimè redargutus fui, cur incorrigibilem & miniſterio ſacro inutilem tamdiù ſcienter contra Dei voluntatem, & ſacram auctoritatem portarem. Ego verò quamuis ſæpiſſimè & Regem & Coëpiſcopos ac vicinos ſuos, & etiam me multò ſæpiùs quaſi ex ſtudio ad iracundiam prouocare ſatageret, licet non poſſet, ſciens periculoſiſſimum eſſe in ſacerdote perturbatam & præcipitem iram, præcipitémque proferre ſententiam, & perſecutionem ſupplere ſæuitiam, diſſimilitudines morum, contumacias inobedientium, & malignarum tela linguarum, diù illum non ſine timore de periculo animarum ſibi commiſſarum portaui, & cùm ampliùs portare non debui, ad plurimorum Epiſcoporum Concilium, vt vel eos audiret deduxi &c.] «

Et paulo poſt de ſacris vaſis electorum (inquit) ſe commiſit iudicio; & amplius quàm quingenti interfuerunt diuerſi ordinis viri, videntes quando calix aureus cum gemmis à Caupone & tabernaria per miſſum Regis de illius pignore ſumptus, & delatus fuit in Synodum, & ſcientes coronas argenteas à Iudæo, cui illas dede- «

A. 861. » rat, reſumptas, & facultates Eccleſiaſticas ab eo ſuppreſſas,& la-
» tenter commendatas, indéque receptas & Eccleſiæ redditas, &
» vaſcula argentea,quæ non pauci ponderis à longo tempore in Ec-
» cleſia pependerunt.Sed & alia quæ ſui Deceſſores, cæterique fide-
» les pro remedio animæ ſuæ eidem Eccleſiæ obtulerunt, ab eo ſi-
» ne conſenſu Metropolitani, ac Coëpiſcoporum, & ſine Oecono-
» mi ac Presbyterorum & Diaconorum ſuæ Eccleſię conſenſu, pro
» libitu ſuo donata.]

Baronius ad annum 865. In his quis cum Illuſtriſſimo Cardinale Baronio ad annum 865. num. 34. non miretur Hincmari, ſi quæ obiicit vera non ſunt, adeo in mentiendo promptam audaciam, vel ſi vera ſunt, ſique tam iuſtam (vt ſcriptis præ ſe fert) aduerſus Rothadum cauſam foueret, cur adeo refugerit iudicium Apoſtolicæ Sedis, toties interpellatus litteris eiuſdem Pontificis. Cum vel per Nuntium ſaltem ea obſignata Epiſcoporum, vel aliorum teſtimonio ad iudicium tanto tempore Romæ ventilatum mittere toties requiſitus impigrè debuiſſet: verum(inquit) quæ ab ipſo in Rothadum grauiora ſuis ad Nicolaum Papam literis inſeruntur, eo magis mendacij ſuſpecta redduntur, quod ex iis quæ dicta ſunt appareat in dato ſæpiùs Synodali conuentu contra eundèm Rothadū (in quo omnia communi conſpiratione iudicum & accuſatorum aduerſus eum ſunt actitata) de illis quæ primo loco prouidenda erant, nulla vel leuis ſaltem ab accuſatoribus mentio facta eſt, vt inter alia quæ ipſe in hac ſua habet Epiſtola de ſacris vaſis ſuæ Eccleſiæ per ipſum dolo malo ſublatis ac diſtractis, de quibus nullam in tota cauſa à quoquam delatam querelam audiuimus.]

Hæc Baronius: ſed præterquam quod nec in Concilio Romam delato, nec aliter etiam ab accuſatoribus quicquam huiuſmodi in Rothadū prolatum, nec quidem oppoſitum fuit, ipſe Summus Pontifex Epiſtolâ ſuâ ad Epiſcopos Concilij, non quidē Syluanectenſis (vt in titulo præfertur) ſed Sueſſionenſis (vt mox probabitur) quæ 21. numeratur in tomo 3. Conc. Antiq. Gall. teſtatur ex ſerie geſtorū & plurimis vicinorum Epiſcoporū & aliorum nō ſuſpectæ fidei virorū teſtimoniis, & innocentiam Rothadi & calumniā Hincmari, & complicium eſſe conſtantem. Immo verò Odonem ipſum Beluacenſem Epiſcopū contra Rothadum, Romam miſſum à Summo Pontifice interpellatum, nihil accuſationis publicę Rothado obiicere voluiſſe. Quin etiam hâc ipsâ Epiſtolâ, ex qua retulimus Hincmari in Rothadū obiecta crimina ſeu verius cōuitia, ipſemet diſertis verbis proteſtatur ſe non, vt Rothadi accuſatorem, ſed vt à Rothado & vicinis Epiſcopis accuſatū Vicarios ſuos mittere, quò probet appellationi ad Sedē Apoſtolicam interpoſitę aduerſatum non fuiſſe.

Hincmar. Epiſtola ad Nicolaum PP. » Cum quo (inquit) quia vobis placet, cui cuncta bona placent,

placent, mittimus Vicarios noſtros, non vt accuſatores ad confli- « A. 861.
gendú, ſed vt à Rothado atque à vicinis noſtris, qui cauſam pleni- «
ter ac veraciter aut neſciunt aut ſcire non volút accuſati, quod non «
in contemptum Sedis Apoſtolicę ſecundùm Sardicenſes Canones, «
Sedem Apoſtolicam, ſed eum qui ad electorum iudicium de certis «
Capitulis prouocauit, iuxta Carthaginenſes & Africanos Cano- «
nes, ac Decreta Beati Gregorij regulariter iudicauimus, veſtrę sú- «
mæ auctoritati humiliter intimandum &c.] Quid pluribus opus vt «
probetur ea quæ in Rothadú obiecit Hincmarus, penitùs falſa eſſe? An neceſſe hîc per anticipationem proferre prolatá à Summo Pontifice honorificentiſſimam pro Rothado abſolutionis ſententiam, vel Elogium, quo diſſolutam fabricatorum mendacij calumniam probatam huiuſce digniſſimi Præſulis innocentiam confirmauit Epiſtolâ 40. ad Karolum Regem tom. 3. Conc. Gall. 45. his verbis: omnia falſitatis arguméta deſtructa ſunt, & fabricatóres men- « Nicolai Papæ Epiſtola 40.
dacij terga ſubito conuerterunt, at vero Rothadus Epiſcopus con- «
ſcientiâ purus, conuerſatione innocens, columbarum ſimplicitate «
ac prudentiâ ſerpentis inſignis &c.] Quis poſt hæc non alternati- «
uè cum Illuſtriſſimo Cardinali, ſed abſolutè non poſſiţ non mirari eiuſdem Hincmari adeo in mentiendo promptam audaciam?

Iam expendendus ordo iudicii, qué longè alium, quàm huc vſque & ab Illuſtriſſimo Cardinali Baronio in Annalibus, & à R.P. Sirmondo in Conciliis antiquis Galliæ relatus eſt, fuiſſe probabimus ex auctore ſynchrono, fido Hincmari ſectatore, & encomiaſte, ſcilicet ex Annalibus Bertinianis, qui in hoc nullomodo à ſupplici Rothadi libello diſſentiunt, licet contrariá in eum ſcilicet ſententiam tueantur. Siquidem & apud Baronium & apud Sirmondum depoſitus fertur Rothadus in Concilio Syluanectenſi, ex falſa inſcriptione Epiſtolæ Nicolai Papæ, quæ habetur 21. tom. 3. Conc. antiq. Gall. ad Epiſcopos Synodi Syluanectenſis pro Sueſſionenſis, vt patet ex libello illo Rothadi & ex Annalibus Bertinianis: inde etiam ibidem à Sirmondo erronèe poſitum Concilium Syluanectenſe, in quo Rothadus Epiſcopus Sueſſionéſis Hincmari Archiepiſcopi factione damnatus, gradúque ſuo deiectus & in Monaſterium retruſus dicitur anno Chriſti 863. quod falſum: Nullum ſiquidem tunc fuit Concilium Syluanectenſe, & in Concilio Sueſſionenſi ab anno 862. damnatus, depoſitus & in Monaſterialem carcerem retruſus fuit Rothadus, nec huius Concilij, nec duorum aliorum præcedentium, Sueſſionenſis alterius ſcilicet & Piſtenſis (in quibus de Rothado & anno 861. & 862. actum eſt) meminit Sirmondus in Concilijs antiquis Galliæ.

Hæc igitur iudiciarij ordinis in Rothadú ſumma: ille quòd iuxta ſententiam Hincmari Presbyterum illum in ſtupro deprehenſum, truncatum & depoſitum recipere in Eccleſia Sueſſionenſi de-

A. 861. trectaret, anno 861. in Prouinciali Synodo ab Hincmaro in ſuburbio Sueſſionenſi habito quaſi regulis Eccleſiaſticis contumax Epiſcopali communione priuatus eſt, donec obediret. Hæc ſunt verba Annalium Bertinianorum ad annum 861. Hincmarus Durocortori Remorum Archiepiſcopus Synodo Comprouinciali apud Martyrium Sanctorum Criſpini & Criſpiniani ſecùs ciuitatem Sueſſionis, Rothadum ipſius vrbis Epiſcopum Regulis Eccleſiaſticis obedire nolentem Epiſcopali priuat communione, ſecundùm decreta Canonum donec obediat.]

Annal. Bertinian. ann. 861.

A. 862. Anno ſequenti 862. circa Kalẽdas Iunij cùm à Rege indicta fuiſſet celeberrima Synodus quatuor Prouinciarum, vna cum placito Regio ad quod omnes Primores regni condixerat ad locũ, qui Piſtis dicitur, illic ſeſe præſentẽ exhibuit Rothadus: cúmq; ab Hincmaro & cõplicibus à Synodi ingreſſu prohiberetur, propter excõmunicationem in Synodo Sueſſionenſi in eum latã interpoſitã appellatione ad Sedem Apoſtolicã, ab excommunicatione illa prouocauit, cui deferendũ in Synodo illa quatuor Prouinciarum eſt decretum, & ne penitùs prohiberetur diſpoſitũ: ſic ſiquidem habetur in iiſdem Annalibus ad annum 862. Karolus horum Pater omnes Primores regni ſui ad locũ, qui Piſtis dicitur, vbi ex vna parte Andella, & ex altera Andina, Sequanam influunt, circa Iunij Kalendas cum multis operariis & carris conuenire facit, & Sequanã munitiones conſtruens aſcendendi vel deſcendendi nauibus propter Nortmannos aditum intercludit. Ipſe cum vxore ſuper Ligerim in loco, qui Maidunus, datis per ſuos ſacramentis cũ Karolo ſuo loquitur: ſed eo quaſi ſubitò, ſed voce ſummiſſã & animo contumaci erecto in Aquitaniam remeante: ipſe ad Piſtis quo placitũ ſimul & Synodum ante condixerat, redit, & inter operandum de Sanctæ Eccleſiæ ac Regni negotiis cũ fidelibus ſuis tractat. Vbi Rothadus Sueſſiorũ Epiſcopus homo ſingularis amentiæ in Synodo Prouinciali regulariter Epiſcoporum communione priuatus, cum ſua ſe contumacia quatuor Prouinciarum Concilio præſentauit; quem fraternus conuentus ne deponeretur, penitus ſub appellatione Sedis Apoſtolicæ ſeruare diſpoſuit.] Et hìc obſeruandum his Annalibus de Concilio Piſtenſi concinere Capitularia Regis Karoli Calui in quibus tit. 29. hæc habentur.

Annal. Bertian. 862.

Synodi Piſtenſis.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Karolus gratiã Dei Rex, & Epiſcopi, Abbateſquoque & Comites ac cæteri in Chriſto renati fideles, qui ex diuerſis Prouinciis ſuper fluuium Sequanam, in locum qui Piſtis dicitur, vbi exigentibus peccatis noſtris aliquamdiù ſedes fuit Nortmannorum conuenimus, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXII. anno XXIII. Regni Domini noſtri Karoli Regis glorioſi indictione X.]

Karoli Calui Capitulor. tit. 29.

Verùm receptã & ratam habitam fuiſſe in Synodo illa Piſtenſi appellationem interpoſitã à Rothado ad Sedem Apoſtolicã, ipſemet libello proclamationis ſuæ ad Nicolaum Papã fuſiùs proſequitur, vt videbitur, modò priùs retulerimus quę immediatè ſequuntur in prædictis Annal. Bertinianis, licet corruptè de electis à Rothado 12. iudicibus iuxta fraudulentam Hincmari calũniam, & de inſecuta pariter eius depoſitione in ſuburbio Sueſſorum ciuitatis eodem anno. Sed iſdẽ (inquit auctor ille de Rothado) poſt eiuſdẽ Concilij (Piſtenſis ſcilicet) iudiciũ inde appellauerat, expetens * conſtitutis 12. ab eadẽ Synodo iudicij exequendi iudicibus, nouus Pharao propter cordis ſui duritiã & vetera ſcelera repreſentatus, homo mutatus in belluã propter deſignatos exceſſus geſtorum * Sytię cõtinentur, quoniam corrigi noluit, in ſuburbio Sueſſorũ ciuitatis deponitur.] «

A. 862.

Annales Bertinian. ad an. 862.

* *locus corruptus.*

Locus hic corruptus vt in margine notatur, & quædam deſiderari videntur; ſed iuxta Hincmari ſenſum & verba ſupradictæ ad Nicolaum Papam Epiſtolæ, & nominẽ ſingularis amentiæ in belluã mutatum, & prætermiſſa prouocatione ad Sedem Apoſtolicam duodecim iudices elegiſſe fabulatur, item condemnationem & depoſitionem Rothadi non anno 863. (vt vult Sirmondus) ſed anno 862. non in Concilio Siluanectenſi (vt idem poſt Baronium obſeruauit) ſed in ſuburbio Sueſſorum ciuitatis (vt ipſemet Rothadus expoſuit in ſuo libello) veriſſimè teſtatur.

Iam videamus vniuerſum Hincmarianæ & diabolicæ nequitię apparatũ & progreſſum, in depoſitione & omnimoda vexatione optimi illius Præſulis, qualem ipſe ingenuè & ſine fuco retulit ſupplici ſuæ proclamationis libello ad Nicolaum Papam. Dúmque ad Synodum (inquit de Piſtenſi Synodo) iuſſu Religioſi Regis Karoli « pro vtilitate Sanctæ Dei Eccleſiæ conuocatã Epiſcopi conueniſ- « ſemus; & ipſe (Hincmarus) quaſi omnium Dominus præſidens ac « prępualens ſententiam in me damnationis violenter ac præcipitan- « ter iaculari acceleraret, hanc ego Apoſtolicam Sedem atque Apo- « ſtolicum Præſulem vniuerſalis Eccleſiæ Summum Prouiſorem ap- « pellare maturaui. Cúmque mihi hoc denegare non præſumeret « Sanctã Synodo decernente, ægrè tamen eundi præbebat aſſenſum, « conſtituens dinumeratos dies vltra quos omninò non retarda- « rem iter. Inde ego feſtinato curſu ad noſtram ciuitatem reuerſus, « de inſtanti itinere moras non patiebar, quàm lętus ſi ad Apoſtolo- « rum limina contendere meruiſſem, vt ad Domini mei tanti Ponti- « ficis & piiſſimi Patris, omnium ad ſe confugentium tutiſſimi de- « fenſoris ac protectoris ſacram peruenirem præſentiam: cúmque « iam è vicino parati itineris immineret egreſſus, litteras Domino « meo Regi, & meo Archiepiſcopo dirigere curaui, noſtrã illis Ec- « cleſiam committens, multúmq; poſtulans vt iuxta ſuum vterque « officium eam dirigere procurarent, donec de me Excellentiſſimus «

Libellus proclamat. Rothadi ad Nicolaũ Papam.

A. 862. » Romanæ vrbis Præſul finem determinaret legitimum. Miſi & lit-
» teras ad illum olim Presbyterum, pro cuius ego regulari depoſi-
» tione, quia in ſtupro fuerat deprehenſus, & abſciſus à meo iudica-
» bar Metropolitano, vt & ipſe mecum huc ante tuam (Domine Pa-
» pa) audientiam examinandus adueniret. Quarum exemplaria præ
» manibus habeo, & ſi vobis placet Apoſtolatui veſtro offeram. Ali-
« qua quoque Capitula conſcripta cuidam noſtro Fratri & Coëpiſ-
» copo tranſmiſi ſub eodem temporis articulo per eaſdē manus de-
» ferens, quæ vt præmiſſum eſt, memorato Regi & Antiſtiti deſtina-
» ueram. In quibus ſanè Capitulis mea talis poſtulatio cōtinebatur,
» aliis Epiſcopis, qui in meam damnationē participare nolebant in-
» ſinuanda, vt ipſi parati eſſent, ſicut fraternitatis amatores & ſecta-
» tores charitatis, iuxta Beatiſſ. Apoſt. ſanctionem meam defendere 1. Pet. 3.
» ac tueri ſalutem. Sed ille meus vnanimis Frater, cui hanc mei curā v. 15.
» committebam, tunc defuit. Hincmarus tamen continuò cauſam
» perſenſit. Adhuc Dominus Rex, & iſdem meus Prælatus in eodem
» loco manebant, vbi ſub vna eadémque mora meæ paruitatis Epi-
» ſtolæ, & illa capitula vti relatum eſt, præſentabantur. Móxque
» Hincmarus ipſe Archiepiſcopus ſcriptorum portitorem diligen-
» ter iuſſit inquiri, cur illis non oſtenderet apices quos ſigillatim
» detulerat. Qui confiteri compulſus reſpondendo ſubiunxit. Quid
» ille inquiens ad quem mihi crediti ſunt, perferendi, non hic modo
» apparet. Nec ceſſauit ille, donec perſuaſo Rege ſubitò quaſi colle-
» ctâ Synodo ex ipſis qui ſupererant Epiſcopis, Presbyterum in-
» troduci fecit inuitum, ipſum videlicet litterarum latorem. Cœpe-
» runt hinc & inde in medio poſitum mouere, pulſare, & perur-
» gere, ſicuti callidè per inſidias argumentatum erat, vt litteras quas
» Rothadus per eum ſuo ad Synodum Metropolitano direxerat, ci-
» tiùs præſentaret. Neq; ad Synodū miſſus ſum, ait, neque à Rothado
» Epiſcopo, cuius nec ego ſum clericus, litteras accepi Hincmaro red-
» dendas. Cúmque nullomodo Presbyter ipſa vellet Capitula pro-
» dere, iubente tamen Rege coactus reddidit: móxque Hincmarus
» Regem poſtulauit, vt Tranſulfum Abbatem ad me dirigeret, qui
» ad noſtrā ciuitatem celerrimè perueniens, me iam paratū, vt noſtrū
» iter arriperē, inuenit; tunc ipſe Abbas in atrio Eccleſiæ aſſiſtēs pu-
» blicâ voce ex verbo Regis & Hincmari Archiepiſcopi Auctoritate
» prohibere curauit, vt nullus omninò ab ipſa ciuitate mecū egrede-
» retur, ac ire volentem Romam me proſequeretur. Nequaquā ita fa-
» ciā, ego ſubintuli, ſed ſicut primùm Romanū appellaui Pontificem,
» iter diſpoſitū Deo auxiliante minimè differam. Hinc ego mirabar
» & ſtupebā quid ſibi vellet talis immutatio, aut cur me à meo itinere
» retarderēt. Sed priùs aliquot dies fama vulgabat, quod Hincmarus
» Archiepiſcopus dicere volebat, quaſi ego per aliqua capitula ſcribēs
» renouari mihi iudiciū petiueram. Quod certè falſiſſimū eſt, cùm nec

A. 863.

illa Capitula ad eũ direxi,neq; de aliquo tali iudicio ibi mentionem egi, nec electorum Iudicũ, ſecundùm ſacros Canones,aut nomina, aut certè numerũ expreſſi. Teſtor Deum Creatorẽ omniũ,quia nec in cogitatione mihi ſubripuit,vt appellationem huius eminentiſſimæ Sedis ad aliam aliquo modo rationem diuerterẽ. Proh dolor! ablata eſt migrandi facultas, & circumſeptus cuſtodiâ in eadem ſum ciuitate retentus. Acceleratur itaque de conuocanda Synodo, quâ in ſuburbio noſtrę ciuitatis congregatâ, Rex inclytus à Concilio eſt inuitatus. Tunc tres Hincmarus Archiepiſcopus Epiſcopos ad me miſit, mandans ad Synodum ipſam, vt ſine mora venirem: quibus ego reſpondi, quod non mihi ita liceret, neque ego hoc vllatenus auderẽ, vt in prę iudicio S. Romanæ Eccleſię omnium Eccleſiarum Matris, eiuſq; excellẽtiſſimi Rectoris circa poſito, cuicumque præbeam aliquomodo aſſenſum. Ad illam ſummã auctoritatem ſine intermiſſione appello, cui nullus poteſt contradicere, quæ à Domino noſtro Ieſu Chriſto per B. Petrum Apoſtolũ tantũ meruit principatum. Iudicium ergo illius ad quam proclamaui expeto, nec alibi niſi Romæ iudicari conſentio, quia præpoſterus ordo eſt inferiorem ſuperiori anteferri. His auditis qui miſſi fuerant Synodo renuntiauerunt. Iterum 2. & 3. me continuatim inuitantes in eadem inuenerũt ratione perſiſtere. Nouiſſimè verò induſtriosè perſuadebant, ſuam offerentes fidem, nihil incommodi perpeſſurũ, aut ſaltem Domino Regi in proximo loco Synodi locuturus occurrerem. Quod etiam mihi noſtri Fratres, Eccleſiæ noſtræ filij, iam ſuadere cœperunt, vt pio Principi meæ paruitatis exhiberem præſentiam. Annui ego, & ad locum quò me ducebant tranſiui, Sacerdotalibus veſtitus indumentis, Sanctũ Euangelium & lignũ Sanctæ Crucis circa mea pectora gerens. Cúmq; me in quoddam Diuerſorium pro foribus Synodi à noſtris omnibus ſeparatum introduxiſſent, obnixis precibus poſtulaui per Leudonem Diaconũ, vt Dominus Rex locum mihi indulgeret ſecum loquendi, qui mox pro ſua pietate ad me indignũ venire dignatus eſt, méque benignè audiuit, ſed exaudire non eſt permiſſus. Nam cum illum valdè ſuppliciter anxièque rogarem, vt mihi Romam eundi libertatem, ſicut ipſe conceſſerat, non tolleret, Sanctámque Apoſtolicam Sedem in ſuis priuilegiis honoraret, reſpondit hoc ad meum ſpecialiter Metropolitanum, ſanctúmque pertinere conuentum, ſe tantùm ſacris Epiſcoporum monitis ac diſpoſitionibus humiliter obediturum profitebatur: & illicò recidens in Synodum abiit, ibíque reſedit. Rurſus tres conſequenter Epiſcopos ad me miſerunt, qui multùm fortiter ad Synodum, vt introïrem hortabantur, méque impellebant nunc blandiendo, nunc minando, me ſubuertere volentes: ſed ego toto anniſu iuxta votorum meorum primam intentionem perſeuerare contendi. Porro cùm me perſpice-

Nota.

Digitized by Google

A. 863. » rent ſuis nolle ſtudiis acquieſcere; obſeratis oſtiis in eadem ſum
» cella incluſus, neque egredi omnino poteram, donec de me pec-
» catore, ſicut quibuſdam tunc placuit, diffinirent. Meus etenim
» Archiepiſcopus voluntatis ſuæ propoſitum, quantum poterat,
» implere curauit; factúſque eſt gratis meus ipſe accuſator, ipſe te-
» ſtis, ipſéque iudex: Et ſicut me abſentem prout voluit culpabat,
» ſic & temere iudicare, nec timuit, nec retractauit.]

Ibidem. » Et paulo poſt: Denique ſæpe fatus Archiepiſcopus meus in eo-
» dem Concilio, tanquam Imperator triumphans & tanquā Summus
» Eccleſiæ Pontifex decernens ſubjugatā ſuo potentatui & op-
» preſsā Fratrū humilitate, iam mihi intrepidè, & vt reor impiè iu-
» dicium depoſitionis emiſit: parui pendens quod vlli vlteriùs inde
» eſſet rationem redditurus, & quaſi hoc nulli deberet in ſe ipſo cō-
» fidens. Et illud ſatis innotuit, quando me, quia ipſum ſolum offen-
» deram, nullius poſſe alterius ſubleuari auxilio demonſtrare cona-
» batur, totúmq; mihi noceret, quod aliud ſperabā petebámq; præ-
» ſidium. Et ecce tres Epiſcopi, quos Hincmarus huiuſmodi ſimpli-
» citatis eſſe nouerat, ſententiā excommunicationis, immò conſpi-
» rationis ab ipſo meo dānatore acceptā, ad me violenter incluſum
» properabant, & ſicut illis injunctum fuerat, lachrymoſis ſuſpiriis
» mihi propinabant. Mox ego in terra prouolutus orabam & adiu-
» rabam per nomen æterni Dei, vt ab iſto iudicio ceſſarent, mihíque
» vt aſſiduè petebam, Romam proficiſcēdi licentiam non adimerēt.
» Tunc è veſtigio tanquam in latronem more ſatellitum homines in
» me manus injecerunt, méque rapaciter ad carceralē duxere cuſto-
» diam. Quantis poſtea ſim affectus injuriis, ac per diuerſa loca di-
» ſtractus, quanto fuerim labore fatigatus, tædet me pudétque re-
» ferre: ad hoc namque coarctare ſatagebant, interdum aliquos ho-
» nores, id eſt vnam Abbatiam repromittentes atque ſpondentes,
» tantùm vt in meam damnationem ego ſubſcriberem. Interea or-
» dinatur Epiſcopus in cathedra viuentis; quamuis ne vnquam poſt
» appellationem Romani Pontificis hoc fiat, ſacri Canones euiden-
» ter vitare noſcuntur.]

Sic Rothadus tandem Summo Pontifici violentiſſimam Hincmari, quam paſſus eſſet oppreſſionem ingenuè expreſſit, confirmatam plurimorum Præſulum atteſtationibus, qui horrore tam nefandæ & inauditæ nequitiæ Rothadi defenſionem ſuſcipientes, ipſius Hincmari accuſatores apud Nicolaum Papam primi extitere, eodem Summo Pontifice teſte Epiſtolā ſuā ad Epiſcopos Synodi non Syluanectenſis ſed Sueſſionenſis.

Receptā igitur ab eodem anno 862. per Nicolaum Papam Rothadi depoſiti & in carcerali cuſtodia conſtituti ſupplicij in Hincmarum querelā, cum appellatione ad Sedem Apoſtolicam, idem Summus Pontifex veraci ac querulo fidelium multorum exinde

A. 863.

dolentium clamore, violentiſſimæ illius oppreſſionis certior factus ſuam ad Hincmarum, quæ 29. habetur & tom. 3. Conc. Antiq. Gall. 19. emiſit Epiſtolam vt Rothadum Epiſcopali Sede deiectum eidem intra 30. dies omnimodo reſtituat, aut Romam cum eo ad dicendam cauſam veniat, interminatione poſitâ ſuſpẽſionis, niſi intra 30. dies paruerit: Fidelium (inquit) multorũ exinde dolentiũ « auditu veraci cognouimus, quòd Rothadus &c. Epiſcopatus etiã « abſens expoliatus honore, & in exilium deportatus, hactenus in « Monaſterio retruſus exiſtat, vnde gemimus valdéque dolemus: « nam cùm debuerat honoribus pro ſua ſenectute multiplicibus ampliari, & pro tot laboribus ac obſequiis in Eccleſia Dei pariter, « & Principibus mũdi fideliter ac vtiliter impẽſis, majori dignitate « frui, & iam tandem ſine cuiuſquam impulſione quietus exiſtere, « nunc è contra dehoneſtatus & ad iniuriam B. Petri Apoſtolorum « Principis, cuius Sedem appellauerat, fame & ſiti, ac innumeris « maceratus miſeriis, ac depoſitus pariter & abiectus exiſtit. Vnde « valdè miramur ac vehementiſſimè obſtupeſcimus &c.] «

Nicolai Papæ Epiſt. 29.

Alterâ ſimiliter Epiſtolâ, quæ vtrobique ſequitur, Nicolaus Papa Regem Karolum hortatur, vt Rothadum honori priſtino reſtitui faciat, & ad Apoſtolicam Sedem quam appellauit venire permittat, indicat etiam quid hac de re Hincmaro ſcripſerit, & læſum Rothadum ex plurimorum relatione ſe didiciſſe intimat.

Pontificiis acceptis litteris Hincmarus ne legere quidem eas dignatus eſt, vt ipſemet Nicolaus Papa conqueſtus eſt Epiſtola 41. ad eundem Hincmarum tom. 3. Conc. Gall. 46. quam Epi- « ſtolam (inquit) contemplatus etiam ſolo tactu tuo indignam iu- « dicans, Dioſcorum in hoc imitatus, ſaltem hanc legere nullo mo- « do conſenſiſti &c.] Parere igitur detrectat, Rothadum carcere « incluſum retinet ac plurimis afficit iniuriis, Eccleſiaſticam libertatem oppreſſam, Regiam auctoritatem, Regémque ipſum minùs honorificè habitum ſuggerit & ſugillat: & an. ſeq. 863. tam Regio quàm Epiſcoporum Synodi Sueſſionenſis nomine, Odonem Epiſc. Beluacenſem inter fideles ſuos præcipuũ, vt pote quem ad Abbatiam Corbeienſem & exhinc ad Beluacenſem Epiſcopatum in ſua Prouincia Regio fauore euexerat Legatũ Romã mittit, vt à Sũmo Pontifice Sueſſionenſis non Syluanectenſis Synodi cuius acta detulit, depoſitioniſque Rothadi quaſi à iudicibus ab eo electis in ea factæ confirmationẽ referret. Sed perſpectâ Hinc. & cõplicium nequitiã poſtquã Odo Legatus à Sũmo Pontifice interpellatus nihil accuſationis publicæ Rothado obiicere velle palã proteſtatus eſt, Nicolaus PP. violentiſſimæ illius oppreſſionis queritur; & tantum abeſt vt fraudulentis eorũ petitionibus annuerit, quinimò Synodi illius contra Rothadum acta reſcindens, iuſſit vt à carcerali cuſtodia ſoluatur, vel ab exilio reuocetur, Romámque ad retractandum

Nicolai Papæ Epiſt. 41.

ANNO 863.

A. 863. iudicium cum Synodi Legatis dirigatur, & Odonem ipſum cum Apoſtolicis litteris tam ac Epiſcopos Concilii Sueſſionenſis quàm ad Hincmarum, & querulis ac minacibus ſi in pertinacia perſiſtant, & aliis ad Regẽ ipſum hortatoriis in Galliã remiſit. Epiſt. ad Epiſcopos Synodi non Syluanectenſis, vt malè in titulo præfertur, ſed Sueſſionenſis. Primò rationẽ reddit cur eorũ petitionibus annuere non poſſit. Propterea (inquit) de Rothadi damnatione Apoſtolicæ Sedi referre iure ſtudentes, petiſtis vt noſtrâ etiam auctoritate rata eſſe probarentur, quæ de eo apud vos in Concilio acta fuiſſe perhibuiſtis. Quod agere penitùs recuſamus, quoniam nos, vt eadem ad Flauianum Sancti Leonis dicta ponamus, qui Sacerdotum Domini matura volumus eſſe iudicia, nihil poſſumus incognitis rebus cuiuſquam partis iudicio diffinire, priuſquam vniuerſa quæ geſta ſunt veraciter audiamus. Sed fortaſſe dicitis vos vniuerſa, quæ de eo geſta ſunt, nobis per Scripturæ ſeriem veraciter retuliſſe, & per Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Odonem, qui penè conſiliis veſtris ſemper affuerit, cuncta pleniter intimaſſe. Quibus ſcitote nos ſatis credere, & ad cuſtodiam diſciplinæ Eccleſiaſticę conſenſum præbere potuiſſe, niſi excuſationes & defenſiones illius, ſuggeſtorúmque ſeries innocentiam ipſius & veſtram nocentiam demonſtrantium, à vicinis veſtris compluribus Apoſtolatu, porrectæ apud nos haberentur, & Frater & Coëpiſçopus noſter Odo nihil accuſationis publicæ voluerit à nobis interrogatus ei obijcere.]

Nicolai Papæ Epiſt. 21. tom. 3. Conc. Gal.

Deinde Nicolaus Papa auctoritatem Apoſtolicæ Sedis contra Imperatorum leges, duorum Heroum (vt vocat) Innocentij ſcilicet & Gregorij teſtimoniis comprobat, & Sardicenſis Concilii Capitulo quarto interpoſitam à Rothado ad Sedem Apoſtolicam appellationem confirmat.

D. Epiſt. 21.

3. Geminum & vtrumque abſurdum & falſiſſimum Hincmari & complicium contumaciæ colorem refellit: Sed ſicut (inquit) in ſuggeſtionum veſtrarum inuenimus ſcriptis non habuiſſe Rothadum appellationis vocem affirmare conamini, eo quòd non habuerit bonam cauſam, cùm conſtet &c.] Et paulo poſt: Sed dicitis poſt appellationem Apoſtolicæ Sedis illum vocem mutaſſe, & Epiſcoporum Concilium expetiſſe: quibus cum pace veſtra fatemur, quamuis veſtris aſſertionibus fidem adhibeamus, & ita feciſſe illum, quoniam non eſt, quod poſſit non credi ſanctimonio, veraciter teneamus &c.] In quo admiranda inſolentiſſima Hincmari calumnia & omnimoda nequitia. Actis illis Concilii ſic inſerendo, Rothadum ab appellatione interpoſita reſiliiſſe, & Epiſcoporum iudicium expetiiſſe, vt Papa negare non potuerit, quod tamen ſuo loco ex ipſa Summi Pontificis ſententia ipſius ore prolata falſiſſimum eſſe videbimus.

4. Nico-

4. Nicolaus Papa Epiſcoporum illorum violentum in Rothadum proceſſum contemptus in Sedem Apoſtolicam arguit. D. Epiſt. 21.
Sed (inquit) ad ſcripta veſtra tendentes quæ nunc per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Odonem ad Sedem Apoſtolicam deſtinaſtis, inuenimus iam dictum ſanctiſſimum virum iudicio ac conſenſu veſtro, & Epiſcopatu priuatum, & in Monaſterio hactenus eſſe retruſum: inſuper & in Cathedra ipſius alterum Epiſcopum ordinatum. Quod quàm ſit execrandum quàmque à nobis nulla penitus patientiâ tolerandum dici non præualet, etiam ſi cuncti corporis artus vertantur in linguas &c.]

Tum præcipit Epiſcopis, qui in depoſitione & exilio ceu incarceratione Rothadi vel iudicium dederant, vel conſenſum præbuerant, vt eum mox ab exilio reuocarent, & Romam illum ad ſuam cauſam in Apoſtolica præſentia peragendam ac determinandam deſtinent, immo dirigere nullo modo poſtponant, & aliquos Epiſcopos vel Vicarios mittant, vicem eorum & perſonam habentes. Niſi præſcripta de Rothado intra xxx. dies perficiant à Miſſarum ſolemniis celebrandis prorſus quo vſque obediant vult eſſe extorres: hâc etiam ſuperadditâ interminatione: ſcientes profecto (inquit) quoniam ſi poſt hæc in Sanctarum regularum & noſtrarum contemptum fueritis diutiùs conuerſati, ipſum quidem Rothadum à nobis, Apoſtolicæ Sedis more à damnationis vinculo fore ſoluendum, atque conuocato Epiſcoporum cœtu, foueam, quam ei paraſtis, vobis procul dubio præparandam.] D. Epiſt. 21

Denique, vt quæ in fine Epiſtolæ de Balduino & Lotharij vxoribus habetur, quaſi extra rem prætermittamus, monet eoſdem Epiſcopos, quantùm eorum interſit vt Eccleſiæ Romanæ priuilegia intemerata ſeruentur. Quoniam priuilegia Sedis Apoſtolicæ (inquit) tegmina ſunt, vt ita dicamus totius Eccleſiæ Catholicæ: priuilegia (inquam) huius Eccleſiæ munimina ſunt circa omnes impetus prauitatum; nam quod Rothado hodie contigit, vnde ſcitis quòd cras cuilibet non eueniat veſtrum &c.] D. Epiſt. 21

Singulari verò Epiſtolâ ad Hincmarum poſt recenſitam eius ſæcularem ſapientiam & familiaritatis apud Regem fiduciam, ipſi iniungit ac præcipit, vt lectâ, inquit, ſanctionis noſtræ paginâ, quam per Odonem communem fratrem & Coepiſcopum beatitudini tuæ atque cæteris comminiſtris tuis direximus, quæ de ſæpe nominato Rothado decreuimus, vnâ cum eis ſtudeas conſummatione perficere &c.] Deinde præhabitâ exhortatione, vt Regem ad diuina præcepta ſemper erudiret, ſemper accenderet, & vt in ea quam cœpit deuotione erga Sanctam Romanam Eccleſiam Apoſtolicamque Sedem permaneret, hanc comminationem Nicolai Papæ Epiſt. 28. ad Hincmar.

A. 863. » ſubiicit. Poſtremò, inquit, ad memoriam tuam reducere volu-
» mus nos ecce iam 2. vt Virum Venerabilem Rothadum Apoſto-
» licæ Sedi deſtinaſſes, Sanctitati tuæ miſiſſe. Quod prouidendum
» eſt ſi 3. dilectioni tuæ dirigere pro hoc ipſo coacti fuerimus, ne in
» contemptores Sacrorum Canonum diffinitiuam ac perempto-
» riam (quod non optamus) ſententiam proferamus.]

Nicol. Pap. Epiſt. 3. ad Regẽ Kar.

Tertia ad Regem ipſum Epiſtola (vt in eius Epit. tom. 3. Conc. Gall. habetur) intercedit pro Balduino, & de Rothado iudicat quid ſcripſerit ad Hincmarum & reliquos Epiſcopos, Regémque hortatur, vt illum Romam dirigat, tum de acrioribus literis ſuis ſatisfacit, quibus Karolus fuerat offenſus.

Nicol. Pap. Epiſt. 31. ad Rothadũ.

Quartã etiam adiecit Nicolaus Papa ad Rothadum Epiſtolam, quâ paucis inſinuat, quid in eius cauſa actũ eſſet, & ſpem eius eri-
» git: credimus, inquit, Dei miſericordiam tibi proximè affuturam,
» quæ te & ſicut Danielem educat de lacu leonum, & ſicut prodi-
» gum filium primâ induat ſtolâ] eúmque admonet, vt Romam
veniat cùm primùm ei data fuerit licentia, quod ſi negetur, Se-
» dem Apoſtolicam appellare non ceſſet: ſtude, inquit, quantùm
» potes, vt cum tibi Rex & Epiſcopi, quemadmodum ſtatuimus
» licentiam dederint Romã properandi, mox vtcunque venire non
» differas: quod ſi huc veniendi non tibi tribuerint facultatem, tu
» tamen id ipſum nobis intimare ſtudeto; verùm quantùm a[illegible]es,
» quibus potes & quomodo potes, Apoſtolicam Sedem appellare,
» & hanc adire velle manifeſtare ne ceſſes: ſi tamen te iniuſtè læ-
» ſum noſti, & bonam te cauſam habere per Dei gratiam arbitra-
» ris &c.]

Obſeruandum obiter in fine eiuſdem Epiſtolæ tom. 3. Concil. antiq. Gall. haberi data 4. Kalendas Maias Indict. XI. eodem ſcilicet tempore quo reliquæ Odoni redeunti traditæ ſunt. Ille ſiquidem vt mox videbimus, poſt duos menſes eodem anno in Galliam reuerſus literas Apoſtolicas Metropolitano ſuo exhibuit. Apud Baronium verò perperam vt videtur in eadem Epiſtola, legitur Indict. XII. ex quo Illuſtriſſimus Cardinalis ad annum ſequentem eam retulit.

Nec etiam prætermittendum Summum Pontificem nihil Paſtoralis vigilantiæ omiſiſſe, quò rei geſtæ circa Rothadum & alios ab Hincmaro oppreſſionem paſſos veritas ei magis innoteſceret; Ideóque cùm in regnum Lotharii Legatos ſuos Rodoaldum & Ioannem Epiſcopos eodem tempore mitteret, vt per diocæſim Sueſſionicam iter haberent in mandatis dedit, quò ſi quæ in Rothadum accuſationes ederentur exciperent, & Sedi Apoſtolicæ renuntiarent: ſed tantum abeſt, vt inquirentibus illis querelæ in Rothadum delatæ ſint, quinimo Sueſſonicæ ciuitatis tur-

Digitized by Google

bæ multę ipſis occurrentes, Epiſcopum ſuum & Paſtorem Rothadum plurimâ inſtantiâ ſibi reſtitui expetierunt. Vnde Rothadus ſupplici proclamationis libello ad Nicolaum Papam: Denique requirere dignetur, inquit, veſtra Sancta Paſtoralis ſollicitudo atque diligentia, quale mihi immerito teſtimonium noſtra perhibuit Eccleſia, quando veſtris Venerabilibus Legatis Rodoaldo atque Ioanni, obuia fuit turba Ciuitatis noſtræ, ac circumiacentis regionis, & quid ab eis expetere magnis clamoribus multíſque precibus circa ſuum Paſtorem ſatagebant. Licet ab Erchanrao Epiſcopo meo condiocœſaneo magnis minis, atque percuſſionibus admodum prohiberentur, Regis atque Archiepiſcopi mei interdictione denuntiatâ, ne omnino aliquid huiuſmodi clamare præſumerent.] A. 863. Libellus proclamat Rothadi.

Tum ipſe Nicolaus Papa Epiſtolâ 4. ad Karolum Regem: ſanè (inquit) his interim omiſſis conſiderare libet, quia priùs Odo venerabilis Epiſcopus præſentialiter poſitus, & inde cæteri noſtri Legati nihil accuſationis aduersùs Rothadum Epiſcopum ſe detuliſſe teſtati ſunt:] Legatos verò in Galliam & Sueſſionenſem vrbem veniſſe, & ibi à Rege ipſo honorificè exceptos & muneribus donatos ante Synodum Metenſem menſe Iunio teſtantur Annales Bertiniani ad hunc annũ his verbis. Karolus miſſos Domini Apoſtolici Nicolai Raduoldũ ſcilicet Portuenſem Epiſcopũ, & Ioannem Ficortenſem Epiſcopũ ſatis honorificè Sueſſionis in Monaſterio S. Medardi recepit, quos aliquandiu ſecum retinuit, & conceſsâ Balduino, qui ad limina Apoſtolorũ confugium fecerat, indulgentiâ, pro cuius obtentu venerant, cum Epiſtolis ad Apoſtolicam Sedẽ redire muneratos abſoluit: Iidem autem Apoſtolicæ Sedis Legati Metis adeunt Synodũ habituri ex delegatione Apoſtolica, circa medium menſem Iunium pro diuortio, quod inter Lotharium & vxorem ſuam Theotbergam acciderat &c.] Nicol. Papæ Epiſt. 40. Annales Bertinia. An. 863.

Igitur Odone Beluacenſi in Galliam reuerſo Hincmarus literas Apoſtolicas 9. Kalendas Iulij ſuſcipiens, in contumeliam Summi Pontificis per quatuor menſes apud ſe retinens, eas nemini paſſus eſt intueri, vt Nicolaus Papa tandem Regi expoſtulauit, & Hincmaro ipſi exprobrauit: Regi quidem Epiſtola 40. tom. 3. Conc. 45. his verbis: Denuo frater noſter Hincmarus in contumelia noſtra verſatus, non ſolùm non obedire nobis delegit: Verùm etiam Epiſtolam noſtram quam ad eum, & ad Epiſcopos qui in depoſitione Rothadi ſibi conſenſerant miſeramus, apud ſe per quatuor menſes retinens, quæ de Rothado decreuimus, etiam inter hæc diuerſis aliis pro hac eadem cauſa noſtris Epiſtolis per nonnullos directis, crebrò contemptis agere recuſauit.] Et Epiſtolâ 41. ad Hincmarum tom. 3. Conc. Gall. 46. vnde Ro- Nicol. Epiſtolâ 40. ad Regem.

A. 863. » thado, inquit, adhuc in cuſtodia demorante, per Odonem venerabilem Epiſcopum eadem tuæ Sanctitati & cæteris complicibus tuis per Epiſtolas vobis reſcribentes iniunximus, &c. Quas fraternitas tua 9. Kalendas Iulij, vt fertur, ſuſcipiens per quatuor circiter menſes neminem has paſſus es intueri] quod Annalibus Bertinianis confirmatur, in quibus hoc anno 863. 8. Kalendas Nouembris habita apud Vermeriam refertur Synodus, in qua Rothadus carcere ſolutus, Romam cum Epiſcoporum literis miſſus dicitur his verbis. Karolus 8. Kalendas Nouembris Synodum in Vermeria Palatio habuit, ibíque Abbatiam Sancti Carilephi ſuper Robertum Epiſcopum Cœnomanicæ vrbis, qui eam per Apoſtolicam commendationem iuri ſui Epiſcopatus mancipatam tenere volebat, legaliter euindicauit: Et Rothadum nuper depoſitum ſicut Dominus Papa ei commendauerat, cum ſuis & Epiſcoporum literis atque Vicariis Romam miſit.]

Nicolai PP. Epiſtola 41. ad Hincm.

Annal. Bertin. An. 863.

Hoc anno quidem iuxta huiuſce Vermerienſis Synodi Decretum, exhibitis per Hincmarum Apoſtolicis literis ſolutus Rothadus Monaſteriali carcere, ſed non niſi ſequenti in libertate relictus, quò Romam pergere poſſet: immo vt ex prædicta Epiſtola 40. Nicolai Papæ ad Regem Karolum conſtat, mutatus tantùm Monaſterialis carcer in ciuilem, non ſolutus fuit: Præterea, inquit, Hincmarus Rothadum de Monaſteriali cuſtodia eductum in ciuili commutari præcepit.] Nihilominus ante Vermerienſem illam Synodum, & ſic ante ſolutum etiam Monaſteriali carcere Rothadum, & antequam Apoſtolicas literas legere & Epiſcoporum complicium collegio exhibere dignatus eſſet Hincmarus, ſæpius Apoſtolicis literis interpellatus (vt patet ex Epiſtola Nicolai Papæ 37. tom. 3. Conc. Gall. 38.) Luidonem Diaconum ſibi fideliſſimum (vt pote qui fuiſſet Parduli ſui Laudunenſis Archidiaconus & in Sueſſionenſi Concilio primo ab anno 853. in cauſa Hincmari verſatus) cum literis Regiis tam Regis quàm Reginæ & ſuis ad Summum Pontificem miſit, quò certior fieret iuxta eius mandatum, Rothadum de Monaſteriali cuſtodia eductum, & cuidam Epiſcopo familiari commendatum, quod falſiſſimum eſſe reuincere per Hincmarum ipſum facillimum eſt.

Nicolai Papæ Epiſtola 40.

Siquidem Vermerienſem Synodum, in qua Rothadus dicitur cum Regiis & Epiſcoporum literis atque Vicariis, ſicut Papa præceperat Romam miſſus 8. Kalendas Nouembris habitam vidimus, illúdque conuenire cum literis Apoſtolicis probauimus: Et Rothadus Epiſtolâ ſuâ ad Nicolaum Papam apud Flodoardum Hiſtor. Rem. lib 3. cap. 13. de hoc ipſo agens ipſi renuntiat in Epiſcoporum Synodo literas Apoſtolicas à ſe expoſitas, & antequam ſolueretur Synodus, cum Vicariis ac literis tranſmiſſum

Digitized by Google

Rothadum; ſed cauſâ intercedente eos prohibitos iter peragere: A. 863.
interea Luidonem à Papa reuerſum pridie Kalendas Decembris, Apoſtolicas literas Regi detuliſſe in Ciuitate Antiſſiodoro. Igitur Luido qui à Rege & Hincmaro Romam delegatus, vt Rothadum de Monaſteriali cuſtodia iuxta literas Apoſtolicas eductum & Epiſcopo familiari commendatum renuntiaret, & pridie Kalendas Decembris reuerſus eſt, neceſſariò Romam miſſus fuerat ante Synodum Vermerienſem, ante ſolutum carcere Rothadum, & ante inſinuatas Epiſcopis complicibus Apoſtolicas literas: nam iuxta regulam Cancellariæ, de veriſimili notitia, fieri non potuit vt Luido intra 38. dies illos qui interceſſerunt ab 8. Kalendas Nouembris ad pridie Kalendas Decembris, & legatione fungi, & iter illud eundo & redeundo peragere. Nec fingi poteſt Rothadum Monaſteriali cuſtodiâ ſolutum antequam Hincmarus mandatum Apoſtolicum in Synodo expoſuiſſet, & Regis indignatio in Rothadum, & Hincmari contemptus in literas Apoſtolicas, eiúſque in ſimilibus conſuetudo huic fictioni maximè renituntur: Quinimo etiam poſt Synodum Vermerienſem nec liberatum Rothadum, ſed immutatum carcerem è Monaſteriali in ciuilem iam vidimus: ita vt ne minimum dubium ſubeſſe poſſit, quin Hincmarus Luidonem Diaconum ſibi fidiſſimum, & nequitiæ ſuæ participem cum Regiis literis delegauerit, vt falsò Papæ nunciaret & ſuaderet ſolutum carcere Rothadum in libertate conſtitutum, & Epiſcopo familiari commendatum, cùm adhuc in Monaſteriali cuſtodia exiſteret. Sed hæc ex minimis Hincmari fallaciis.

Videamus iam quomodo in his omnibus Sedi Apoſtolicæ obedientem fuiſſe ſe ſimulat Epiſtolâ illâ 17. ad Nicolaum Papam apud Flodoard. lib. 3. cap. 13. Denique, inquit, ad Epiſtolam « Flodoard. lib. 3. c. 13.
« veſtræ Auctoritatis, ad quam me miſiſtis obedienter audiendam,
« generaliter, omnibus Epiſcopis Regni Domini noſtri Karoli Re-
« gis glorioſi pro Rothadi cauſa per Odonem Epiſcopum tranſmiſ-
« ſam, ſicut literis exiguitatis meæ directis Sanctitas veſtra præce-
« pit, conueni, & ſimul cum eiſdem venerabilibus Epiſcopis, quan-
« tùm ex me fuit, mox antequam Synodus ſolueretur, veſtram
« iuſſionem de eodem Rothado, ne aliqua mora veſtræ præceptio-
« nis implendæ, aut de ſuperuentione Paganorum, aut de alia qua-
« libet cauſa interueniret, adimplere curaui, ſicut & Legati Domi-
« ni Regis, ac noſtri & literæ pleniter veſtræ notum facient Sancti-
« tati. Sed quoniam cauſa interueniente, quam vobis ipſi Legati
« referent, ſtatim vt præcepimus datis literis & deſignatis noſtris
« Vicariis ad veſtram præſentiam, cum eodem Rothado ire non po-
« tuerunt, & ob id diutiùs quàm voluerimus immorati fuerunt: in-

Digitized by Google

A. 863. » terea Luido Legatus Domini noſtri Regis à veſtra rediens Sanctitate pridie Kalendas Decembris veſtras Apoſtolicas literas Domino noſtro Regi Filio veſtro in Ciuitate Antiſſiodoro detulit.]

Qui Luidonis reditus dum Rex eſſet Antiſſiodori hoc anno, & deſignato tempore contigiſſe confirmatur ex ipſis Annalibus Bertinianis, in quibus poſt Vermerienſem Synodum & aliqua alia in eodem Palatio geſta; Regiæ illius expeditionis meminit his verbis: indéque cum valida manu ad recipiendum virtute Filium ſuum Karolum, ſi aliter nollet venire, hoſtiliter versùs Aquitaniam pergit, & ad Antiſſiodoram ciuitatem, ibíque filiam ſuam Iudith ſicut Domnus Apoſtolicus eum petierat, conſilio fidelium ſuorum Balduino, quem ſecuta fuerat, legaliter coniugio ſociari permiſit.] Ex quo certiſſimè confirmatur hoc anno 863. non ſequenti vt ab Illuſtriſſimo Cardinali Baronio refertur, habitam & peractam hanc Luidonis legationem. Verùm Epiſtolæ illæ vltro citróque à Rege, Regina, & Hincmaro ad Sedem Apoſtolicam & Apoſtolicæ Sedis ad Regem, Reginam & Hincmarum ipſum per Luidonem tranſmiſſæ deſiderantur, ſed ex aliis quæ in ſequenti anno vltro citróque tranſmiſſæ extant certiſſimè colligitur, Hincmarum notum feciſſe Summo Pontifici iuxta ipſius mandatum, Rothadum de Monaſteriali cuſtodia eductum & cuidam Epiſcopo eius familiari commendatum, & ſic in libertate conſtitutum. Reſcripſiſſe verò Nicolaum Papam Hincmaro, & ad vltimum ſtatuiſſe vt Rothadum aut honori priſtino pleniſſimè redderet, aut omni propulsâ morâ Romæ cum Vicariis Hincmari quamprimùm ſiſteret. De literis Regis & Reginæ, & ad eas Summi Pontificis reſponſione mox dicetur, cùm ſimiles quæ ſequenti Anno emiſſæ ſunt, referentur. Interim ſcriptâ ad Rothadum Epiſtolâ 34. tom. 3. Conc. Gall. 35. Nicolaus Papa hæc ipſi ſignificauit: Nunc autem, inquit, venit Luido Religioſus Diaconus ſecum Epiſtolas iam fati Regis & Hincmari ferens, quæ te iuſſu ipſius Regis de Monaſteriali cuſtodia eductum, & cuidam Epiſcopo familiari tuo commendatum eſſe fatebantur.] Iiſdémque literis Rothadum monet & Regem & Hincmarum firmiſſimè ſibi pollicitos ſcriptis ſuis, præſenti tempore eum ad Sedem Apoſtolicam miſſuros fore, eíque præcepit, vt ſi cauſæ iuſtæ confideret, ad eam Romæ dicendam accurreret, alioquin ſi diffideret, aduerſariis cederet, nec ſe vel alios fruſtra fatigaret.

Annal. Bertinian. An. 863.

Nicolai PP. Epiſtola 34. ad Rothadũ.

Nec obſeruatione indignum Hincmarum hoc & ſequenti Anno 864. nullum non mouiſſe lapidem quò Nicolaum Papam à cognitione cauſæ illius auerteret, non tantùm Rothadum ciuili carcere retinuit, ſed etiam Regis animum ſæpiùs in illum accen-

ANNO 864.

Digitized by Google

dit, eúmque impulit, vt Summo Pontifici literis ſuis ſignificaret ſe in Rothadum plurimùm infenſo eſſe animo, rogarétque ob id ipſum Summum Pontificem, vt ſuſceptum eius patrocinium desereret: Nec non etiam piiſſimam Reginam Hermentrudem commouit, vt primò & ſecundò rogaret Summum Pontificem, vt in gratiam Regis cauſam Rothadi relinqueret indiſcuſſam. Sed Nicolaus Papa poſterioribus Regis literis hoc anno 864. emiſſis reſpondens Epiſtolâ ſuâ 35. tom. 3. Conc. Gall. 36. iterum iterúmque Regem hortatur vt conceptum in Rothadum odium deponat: Cæterum, inquit, de Rothado Venerabili Epiſcopo, de quo Apoſtolatui noſtro omitttendum non eſt, iterum iterúmque ſuggerimus, vt omni deſitâ amaritudine, quam circa illum Celſitudinis veſtræ retinet indignatio, pro amore Apoſtolorum Principis, ad cuius Sedem dum anxiaretur cor eius clamauit, gratiam illi impartimini, & placabilem erga eum pietas veſtra, gratúmque in omnibus ſe prorſus exhibeat, &c.] Deinde Regem hortatur vt Romam venturo itineris ſolatia proſpiciat.

A. 864.

Nicolai PP. Epiſtola 35. ad Regem.

Ad Reginam verò Hermentrudem Epiſtolâ 36. tom. 3. Conc. Gall. literas, inquit, dilectionis veſtræ filia chariſſima vt glorioſum Regem Karolum Virum veſtrum, noſtrum autem dilectum filium in cauſa Rothadi Epiſcopi exaudiamus nos hortantes, ecce nunc ſecundò ſuſcipimus, &c. Et in fine; exaudiendo verò vel non exaudiendo filio noſtro Karolo coniuge veſtro per Luidonem Venerabilem, idoneam vobis vt remur, miſimus rationem, &c.] & ſic cauſam Rothadi indiſcuſſam relinquere non poſſe confirmat.

Nicolai Papæ Epiſtola 36. ad Reginam.

Alterâ etiam ad Hincmarum Epiſtolâ 37. tom. 3. Conc. Gall. 38 contumacem eius nequitiam exprobrat, Rothadum à Romano itinere prohibitum fuiſſe indignatur, iubet vt quamprimùm dirigatur, & interim Epiſcopum Sueſſionenſem eo mortuo qui in locum Rothadi ſuffectus erat, conſecrari vetat. Miramur, inquit, & æquanimiter ferre non poſſumus, cur Apoſtolica noſtra monita iam toties pro confratre noſtro Rothado Epiſcopo vilipendens, ſpernere non recuſes: de quo non ſolùm ter, ſed & quater charitati tuæ, vt recuperaretur direximus, & ad vltimum ſtatuimus, vt aut honori priſtino redderetur, aut Kalendis Maij iſtius XII. indictionis Apoſtolatui noſtro cum Legatis tuis præſentaretur quod non tantum fieri renuiſti, ſed etiam cum ipſe venire vellet, itérque iam cœptum haberet, non eſt permiſſus, ſed potiùs coactus retrò reuerſus eſt, in quo datur intelligi, vt tua fraternitas ad huius caſum prompta exiſtere poſſit, quando ei Apoſtolica præceptio ad iniuriam Beati Petri Apoſtoli illis in partibus non obſeruatur, & à te ſpernitur ac violatur, &c.] Dein-

Nicolai PP. Epiſtola 37. ad Hincmar.

Digitized by Google

de eum hortatur vt omnem inobedientiam deponat.

Tandem Hincmarus pleniſſimè perſpectâ Nicolai Papæ conſtantiâ, & imperterriti animi fortitudine in reſeruanda Sedi Apoſtolicæ violentiſſimæ illius in Epiſcopum Rothadum oppreſſionis cognitione, cernens fraudulentas omnes illas dilationes & tergiuerſationes eò ſibi magis noxias, quò diuturniores, Prouinciam Remenſem & proximiores vndique repleri & reſonare publicis clamoribus, ob deſtitutionem & carcerem Rothadi, circa Kalendas Maias coactus fuit Rothadum à ciuili ſeù priuato carcere liberare, & cum miſſis Regiis Vicariis Epiſcoporum, Synodicis & priuatis literis Romam dirigere. Quid inde contigerit Author Annalium Bertinianorum Hincmaro ſuo ſemper concinens ad hunc annum ſic proſequitur.

Annal. Bertin. An. 864.

» Karolus cùm Epiſtolis per » Robertum Cœnomanicæ vrbis Epiſcopum, Romam ſicut Apo» ſtolicus iuſſerat Rothadum dirigit: ſed & Epiſcopi Regni eius Vi» carios ſuos cum Synodicis literis de cauſa ipſius Rothadi ad Apo» ſtolicam Sedem mittunt, quibus Ludouicus tranſitum denegat; » ipſi autem Legati tam Regis, quàm Epiſcoporum impoſſibilita» tis ſuæ cauſas Romam veniendi clamculo Papæ cognitas faciunt. » Rothadus ſimulata infirmitate, Vezontio, cæteris patriam repe» dantibus remanet, & poſt aliorum regreſſum, per Curiam ſuffra» gantibus ſibi Lotharij & Ludoici Germaniæ Regis fautoribus, » Ludoicum Imperatorem Italiæ adiit, quatenus ipſius ſolatio Ro» mam valeat peruenire. Miſſi Regis Karoli parùm pro quibus » miſſi fuerant vtilitatis agentes à negotio reuertuntur.]

Ex quibus apparet primò, id quod habetur ibidem anno præterito, ex Synodo Vermeriâ Rothadum cum Regis & Epiſcoporum literis Romam miſſum, intelligendum tantùm quòd in Synodo illa id cautum & diſpoſitum fuerit, ſed Hincmari artibus hoc tantùm anno tentatum, & forſan ex tunc etiam ſimulatum, vt deſignari videtur Epiſtola Nicolai Papæ 40. ad Regem Karolum

Nicolai PP. Epiſtola 40. ad Regem.

» his verbis: præterea Rothadum de Monaſteriali cuſtodia edu» ctum in ciuili commutari præcipit Hincmarus, tandem aliquan» do nobis ſcribens miſiſſe cum cæteris &c.]

Secundò, etiam huc vſque non pleniſſimâ libertate donatum Rothadum, ſed quaſi in cuſtodia Legatorum illorum remanſiſſe, donec verâ vel ſimulatâ infirmitate Vezontio Legatis patriam repedantibus remanſit, & poſt eorum regreſſum, quaſi furtim & mendicatim Romam ſe recepit.

Tertiò, Denique Legatos cauſas impoſſibilitatis Romam veniendi clamculò Papæ cognitas feciſſe, notandum clamculò. Sic » enim videntur fraudes Hincmari aliquantulùm expoſuiſſe, ideò» que ibidem additum, Miſſi Regis Karoli pro quibus miſſi fuerant,

A. 864.

rant, parùm vtilitatis agentes à negotio reuertuntur.] Et Nicolaus Papa præfatâ Epiſtolâ 40. ad Regem Karolum de his agens: Et illi (inquit) Epiſcoporum Vicarij qui ab ipſis ſuis Præſulibus vt rationem deiectionis Rothadi exponerent, mitti dicebantur, nobis profeſſi ſunt ſcribentes ab itinere quod non ad accuſandum Rothadum fuerint à ſuis Antiſtitibus deſtinati.] Et Epiſtolâ 41. ad ipſum Hincmarum: Poſt hæc autem (inquit) Rothado tandem de cuſtodia educto licentiam Romam veniendi vix quidem dediſti, ſed Vicarij quos cum illo mittere debuiſti, vſque quo voluerunt profecti, ſuis nobis de itinere ſignificauere, dictum illis fuiſſe, quòd nullus præ hoſtibus penetrandæ Italiæ ſibi pateret acceſſus, & præcipuè quòd eorum, quorum auxilio fulciri debuerant, fruſtrarentur obuentu, ſubdentes inſuper, quia ſi peruenire Romam vtcumque valuiſſent, nullam aduerſus Rothadum omnino referrent calumniam.]

Ibid.

Epiſt. 41. ad Hincm.

Romam igitur circa Kalendas Iulij, ſolus abſque Miſſis Regis & Vicariis Hincmari & complicium Epiſcoporum peruenit Rothadus Apoſtolicæ Sedis munimina, cõtra impetus prauitatum Hincmari, quæ à duobus annis & vltra fruſtra huc vſque implorauerat obtenturus. Circa Kalendas Iulij (inquam) ſiquidem in ſupplici eius libello ſub finem anni dato, & in abſolutione & reſtitutione ipſius anno ſequenti ineunte prolatâ, ſex menſibus præſens Romæ affuiſſe Rothadus memoratur, ita vt quod in litteris Apoſtolicis ad Hincmarum habetur (Rothado penes nos ſine vllo accuſatore octo circiter menſibus iam retento) intelligendum ſit vſque ad diem, quo literæ illæ emiſſæ ſunt. Cùm ſcilicet Rothadus cum Arſenio Legato in Galliam remiſſus eſt.

Licet autem ex his quæ iam ſupra retulimus plus quàm ſatis eſſet, & Hincmari calumnia & Rothadi innocentia Summo Pontifici immo etiam omni Eccleſiæ innoteſceret. Nihilominus vt omnis querelæ prætextus & Hincmari & reliquis abeſſet, Nicolaus Papa Rothadi cauſam ad finem anni intactam reliquit, interpellatis interim vt veroſimile eſt, Hincmaro & Complicibus Epiſcopis, vt Vicarios, quos vellent Rothadi accuſatores, vel alias quouis modo in cauſa illius expoſtulatores delegarent.

Hincmarus tandem Vicarios ſuos cum ampliſſimis eius literis ad Nicolaum Papam quæ habentur apud Flodoardum hiſtor. Remenſ. lib. 3. cap. 12. 13. & 14. Romam miſit: licet enim ſcriptæ eſſent per Vicarios qui cum Rothado Romam proficiſcentes in Galliam vt vidimus reuerſi eſſent, eoſdem tamen vel alios hoc anno cum iiſdem literis remiſſos probatur ex Epiſtola Papæ 41. ad ipſum Hincmarum his verbis: Vobis (inquit) & Vicariis ve-

A. 864. » ſtris clamātibus nihil vos aduerſus eum accuſationis habere &c.] quod ipſum literis illis expreſsè proteſtatus eſt Hincmarus: Cum

Flodoard. lib. 3. cap. 13. » quo (inquit de Rothado) quia vobis placet cui cuncta bona placent, mittimus Vicarios noſtros, non vt accuſatores ad confligendum, ſed vt à Rothado atque à vicinis noſtris, qui cauſam pleniter ac veraciter, aut neſciunt, aut ſcire non volunt accuſati, quod non in contemptum Sedis Apoſtolicæ appellantem Rothadum ſecundùm Sardicenſes Canones Sedem Apoſtolicam, ſed eum qui ad electorum iudicium de certis Capitulis prouocauit, iuxta Cartaginenſes & Africanos Canones, ac decreta beati Gregorij regulariter indicauimus veſtræ Summæ auctoritati humiliter intimandum.

In quo miranda ſumma Hincmari nequitia, Vicarios ſuos eâ ſolâ ratione mittere proteſtatur, vt iudicium Synodi quaſi ab electis à Rothado iudicibus prolatum confirmet, nec quicquam adducit quo ab appellatione ad Sedem Apoſtolicam interiectâ reſiliiſſe Rothadum probet: nullam etiam aduersùs eum accuſationem habere fatetur, & nihilominus eum probris, contumeliis ac plurimis calumniis eâdem Epiſtolâ proſcindit: non ſolùm vt ſupra relatum eſt dilapidationis & deprædationis bonorum, & præcipuè ſacrorum Eccleſiæ vaſorum illum notat: ſed & vt Virum contumacem, qui ſemper regulis Eccleſiaſticis contumax, in deliciis ſemper volutatus, ſeditioſus & moleſtus Eccleſiæ ſuæ fuiſſet, etiam eſſe belluinum non humanum hominis animum, & ad oſtium Synodi venientem, & vt maniaticum redeuntem calumniatur: ſe ipſum verò impudentiſſimâ hippocriſi, & tapinoſi ſimulat Sedi Apoſtolicæ addictiſſimum, obſequentiſſimum, ne minimæ quidem animi perturbationi expoſitum, licet à Rothado

D. cap. 13. » ſæpius prouocatum; Quoniam ſciret (inquit) periculoſiſſimū eſſe in Sacerdote perturbatā & præcipitem iram, præcipitémque proferre ſententiam, & perſecutionum ſupplere ſæuitiam, diſſimilitudines morum, contumacias inobedientium, & malignarum tela linguarum: diu illū non ſine timore de periculo animarum ſibi commiſſarum portaui &c.] vt non minus mira ſit hominis prætumidi & inſolentiſſimi ſimulata modeſtia, & ficta humilitas, quàm prompta iuxta Baronium in mentiendo audacia.

Poſtremò verò oblato per Rothadum Apoſtolicæ Sedi proclamationis libello, de quo ſæpius ſupra, vbi venationis ſuæ ſeriem breuiſſimè abſque fuco complexus eſt, ſic abſolutionis ſenten-

Libell. proclam. Rothadi in fine. » tiam à Summo Pontifice deprecatur. Ecce iam per dimidium annum ante ianuam Apoſtolicæ pietatis pulſans aſſiſto, rationem de omnibus, quæ mihi falsò & iniuſtè ſunt obiecta, reddere paratus, nullúſque eſt, qui in præſenti aliquam aduersùs me vocem

Digitized by Google

proferat accuſationis: & quoniam ante veſtram dignationem neque me falſum exhibere, neque negotij mei cauſas exponere, vel preces meas, vt decuerat, ſcio perorare. Reſtat vt ipſi de me ſecundùm ſapientiam cœlitùs vobis donatam, miſericorditer quòd cœpiſtis faciatis. Ne ſe iactitent temeratores propter meam vilitatem ceu indignitatem Apoſtolica iura, & Canonica prævaluiſſe infirmare ſtatuta.] A. 864.

Tum Summus Pontifex die vigiliarum Natiuitatis Domini in Baſilica ſanctæ Mariæ ad præſepe in Miſſa ex Ambone de cauſa Rothadi ſermonē fecit hoc ipſo titulo præſignitum tom. 3 Conc. Gall. pag. 252. in quo inter reliqua hæc habentur: Quatenus Rothadus qui ſemper à finibus terræ, vt ita dicam ad nos & priùs abſens clamauit, & Beati Petri Apoſtolorum Principis memoriam inter ſæuientium linguas, obliuioni non tradidit, ſed de Monaſteriali diſtricta cuſtodia, velut Ionas de ventre ceti, & Daniel de lacu Leonum, ad Dominum & ad dilectores vel dilectos Apoſtolos eius vociferatus eſt, & deinde abſtractus, licet deſtitutus vel expoliatus, atque omni ex parte attenuatus, tādem Deo Duce præſidium ſuum, id eſt Sedem Petri, in qua ſpei ac fiduciæ ſuæ pedes, ac ſi ſupra firmam petram ſtatuerat, requiſiuit, & plurimis difficultatibus & incommodis atque impedimentorum retinaculis, Dei deſtructis virtute, quod inhianter & anxiè deſiderauit adeptus eſt &c.] Et paulò poſt. Nimis abſurdum eſt (inquit) quod Hincmarus fingit, dixiſſe Rothadum poſtquam ad iudicium Sedis Apoſtolicæ prouocauit, iterum mutata voce aliorum iudicia poſtulaſſe &c.]

Sermo Nicolai Papæ de cauſa Rothadi.

Deinde Nicolaus Papa (vt in eius vita deſcripſit Anaſtaſius Bibliothecarius qui præſens aderat) conſentiente ſibi Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, omniúmque conuentu decreuit, vt dignus eſſet idem Rothadus indui Sacerdotalibus indumentis, qui à nemine per tot menſes accuſabatur, & ad Sedis Apoſtolicæ iudicium proclamabat, ne honore priuaretur. Vbi veſtitus Epiſcopali Rothadus indumento omni tempore ſe pollicitus eſt ſuis infeſtatoribus reſponſurum. Rurſus expectatis aliquantis diebus, ſcilicet vſque in diem natalitium Sacræ Virginis Agnetis, qui eſt 12. Kalendas Februarias, ſed nec ſic quiſquam affuit aduerſum Rothadum iam reſtitutum Epiſcopum aliquid altercans. Conueniente ergo Beatiſſimo Præſule cum omnibus in Baſilica ipſius Virginis, foris muros vrbis in via Numētana, idem Rothadus Epiſcopus excuſationis & promiſſionis ſuæ, quâ pollicitus fuit ſe omni tempore accuſatoribus ſuis reſponſurum, libellum Summo Pontifici tradidit, qui coram cunctis audientibus iuſſu Præſulis eximij eſt recitatus: vbi etiam reſtitutionis eius

Anaſtaſius Bibliothec. in vita Nicol. PP.

ANNO 865.

» forma relecta eſt. Et poſt omnium conſenſum in Eccleſia Beatæ
» Conſtantiæ iuxta eandem Sanctæ Virginis Baſilicam, Decreto
» Beatiſſimi huius Præſulis ſæpe dictus Rothadus iam reſtitutus E-
» piſcopus Miſſarum ſolemnia ſolemniter celebrauit. Sequenti ve-
» rò die conuocatâ in Domo, quæ nuncupatur Leoniana, denuò
» Synodo, excuſatóque ipſo, ſicut in libellis ab eo recognitis duo-
» búſque quaternionibus inſertis, atque diuerſo tempore miſſis &
» oblatis, archiuóque huius Sedis repoſitis continetur, Rothadus, ne
» talia Sacerdotes & maximè Sedem Apoſtolicam appellantes vl-
» tra diſcrimina paterentur, ſicut prænotatum eſt, in gradum pri-
» ſtinum eſt reſtitutus, & ad propriam Sedem cum Apoſtolicis San-
» ctionibus remiſſus, quatenus veſtitus Epiſcopalibus infulis, ſi
» prouocatus fuiſſet de cætero ſuis accuſatoribus coram Sedis A-
» poſtolicæ Præſule reſponderet.
» Cum quo & Sanctiſſimus & à Deo conſeruandus Præſul, tam
» pro reſtitutione illius quam pro abolenda Regis Lotharij copula,
» & pace etiam & concordia Regum Galliarum conſeruanda, Ar-
» ſenium Epiſcopum huius almæ Sedis Apoſtolicæ Apocryſarium
» & Miſſum illico deſtinauit, quatenus reformatâ pace Sanctæ eos
» Eccleſiæ finibus ſine refragatione coniungeret, & quædam ne-
» ceſſaria in Galliarum Eccleſia, ex Apoſtolica traditione ſtatuta di-
» ligentiùs & affluentius perageret.]

Hoc quoad ſolemnem ritum in abſolutione & reſtitutione Rothadi per Sedem Apoſtolicam obſeruatum. Iam expendamus quid Summus Pontifex petpenſis omnibus tam Synodi Sueſſionenſis actis, quam literis etiam ipſius Rothadi, ex quibus prætermiſſâ ad Sedem Apoſtolicam appellatione in electo iudice ipſum conſenſiſſe præſumeret Hincmarus, & plurimis hinc inde tranſmiſſis relationibus & inſtrumentis: Quid, inquam, Summus Pontifex cauſa pleniſſime cognita tum ad vniuerſos totius Eccleſiæ Epiſcopos, tum ad Regem Karolum, tum ad Hincmarum ipſum, tum ad reliquos Epiſcopos eius in hac vexatione & calumnia complices, tum etiam ad Clerum & Plebem Sueſſionicam de hac Rothadi abſolutione & reſtitutione reſcripſerit.

Primò quidem Encyclicis Sedis Apoſtolicæ literis ad Clatum & Plebem totius Eccleſiæ Romanæ, quæ habentur inter Epiſtolas Nicolai Papæ 39. & tom. 3. Conc. Gall. 44. Hincmarum & comprouinciales ſuos in depoſitione illa Rothadi ſibi complices, zeli & inuidiæ Diaboli facibus accenſos notat, omnibúſque notum

Nicolai PP. Epiſtola 39. ad omnes Epiſcopos.

» eſſe decernit: Notum ſit, inquit, dilectioni veſtræ fratres mei &
» filij chariſſimi, quod quidam Gallorum Epiſcopi zeli & inuidiæ
» Diaboli facibus accenſi, quia *mors* (ſicut ſcriptum eſt) *per inui-*
» *diam introiuit in orbem terrarum*, huic fratri noſtro Rothado Sap. 2. v. 24.

venerabili viro inſidiantes & per octo circiter annos quemadmodum illum proprio priuarent Epiſcopatu, iudicio meditati ſunt, &c.] Tum breuiter relata vexatione illa in Venerabilem Epiſcopum, eum præſentem legitimè & ſolemni iudiciorum ordine priſtino gradui, priſtinis officiis, ac priſtino Epiſcopatui per Apoſtolicam Sedem reſtitutum pronuntiat. A. 865.

Epiſtolâ 40. ad Regem Karolum tom. 3. Conc. Gall. 45. Hincmarum & ſibi complices in contemptum Sedis Apoſtolicæ, Rothadum depoſuiſſe notat, ídque à ſe æquanimiter in gratiam Regis toleratum, & vt tantam temeritatem, inquit, corrigerent eis hortamenta & præcepta, plus quàm flagella ſæpiùs adhibuimus.] Deinde eorum omnium Architectum Hincmarum inculpat. Sed horum, inquit, immo huius contumaciæ nullus Auctor niſi Hincmarus Remorum Epiſcopus extat, &c.] Plurimas ex fraudulentis illius in Rothadum machinationibus, vexationibus & calumniis exponit, more Dioſcori velatum & Sedi Apoſtolicæ illudentem profert: Tum, inquit, ſed adhuc diſſimulamus adhuc operimur, & vt cum Beato Simplicio Papa dicamus, noluimus exagerare quod geſtum eſt, ne cogamur iudicare quod dignum eſt: nam docente Sancto æque Papa Zozimo, contumaciæ ſtudio fit, quicquid interdictum toties vſurpatur.] Nicolai PP. Epiſtola Ri

Deinde diſſolutis Hincmari & complicium machinationibus & falſitatis argumentis, innocentiam Rothadi confirmat & plurimùm laudat. Depoſitores Rothadi, inquit, cùm ad examen iudicij, in quo iidem inimici fuerunt ipſi accuſatores & iudices, venerunt in faciem ipſius, quem ſupplantare voluerunt, immobiles perſtiterunt. At vbi ad noſtrum prouocatum eſt iudicium, in quo Deo reuelante veritas, ſi exageraretur, in lucem clareſceret: omnia falſitatis argumenta deſtructa ſunt, & fabricatores mendacij terga ſubito conuerterunt. At verò Rothadus Epiſcopus conſcientiâ purus, conuerſatione innocens, columbarum ſimplicitate ac prudentiâ ſerpentis inſignis, cùm ad examen Romanæ Eccleſiæ ventum eſſe perſpexit, vbi nullum ſuſpectum habet, nullum inimicum paſſus eſt: vbi (inquam, vt Sanctus ait Papa Cœleſtinus) ſemper Catholicis ſubuenitur, iudicium non timuit, examen ſuum renouari petiuit, & quidquid à nobis deliberari cerneret, libenti ſuſcipiendum mente diſpoſuit, &c.] Ibidem.

Poſtremo Regem ipſum hortatur & exorat Nicolaus Papa, vt piis eius monitis, non prauorum hominum (Hincmari ſcilicet) ſuaſionibus pareat, Rothado reſtituto faueat, & res eius Eccleſiæ ablatas reſtitui faciat: quoniam, inquit, ita Dei & Apoſtolorum auctoritate decreuimus, & ſtatuimus, vt quicumque ſæpè Ibidem.

Digitized by Google

A. 865. » memorato Rothado Epiſcopo ad recipiendam Eccleſiam ſibi » olim commiſſam, vel ad Epiſcopale Miniſterium peragendum » aliquatenus impedimento fuerit, donec acquieſcat, & ad illi re- » ſiſtendum conatus deponat, à Sacro-ſanctis myſteriis, & ab Ec- » cleſiæ fieret ingreſſu remotus, atque ab omni communione fide- » lium ſequeſtratus, &c.]

Similiter Nicolaus Papa Epiſtolâ 41. tom. 3. Conc. Gall. 46. ad ipſum Hincmarum oſtẽdit Rothadum legitimè reſtitutum, ſuam illi Eccleſiam & res omnes ablatas reddi iubet: Sed & Hincmaro ipſi fraudulentas in Rothadum machinationes, calumnias & violentiam exprobrat, & inter reliqua fraudem & ſuppoſitionem eius inſimulando Rothadi conſenſu, quaſi contemptâ ad Sedem Apoſtolicam proclamatione electos iudices imploraſſet, pleniùs explicat & in faciem eius improperat. Contra appellantem, inquit, Sedem Apoſtolicam, eundem (Rothadum) venerabilem » virum tanta molimina, tantáque præparare machinamenta mi- » nimè formidaſti, vt poſtquam data ſibi Romam veniendi licen- » tia fuerat, priuſquam tibi & Regi valefaceret, poſtea hunc à no- » ſtro examine ad tua (vt ita dicam) tribunalia deduxeris, quia Sy- » nodus dici non poteſt, vbi noſter nullus præbetur aſſenſus, & » ingredi Prætorium nolentem depoſitioni Tyrannico more ſubii- » ceres: occaſionem ſumens de quadam Epiſtola, tanquam Ro- » thadus poſtquam ad noſtrum appellauerat iudicium, rurſus ad » veſtrum mutatâ voce prouocaſſet, quod omnino falſum eſt: Illa » nempe Epiſtola, per quam hoc conaris frui, ſicut veritate claret, » & apud nos ſubtili valde inueſtigatione repertum eſt, fratribus à » Rothado mittebatur, quos tecum contra ſe conſpiraſſe non no- » uerat, ac eos per hoc nec ſuſpectos habebat, &c. Sed arguta ſa- » pientia tua vtinam in bono accepta, fomitem iudicij & materiam » diſpoſitionis aduerſus Rothadum aſſumpſit, & ab itinere Sedis » Apoſtolicæ reuocauit, & continuatim Sedem Apoſtolicam ap- » pellantem damnauit & carcerali cuſtodiæ mancipauit, &c.]

Nicolai PP. Epiſtola 41. ad Hincmar.

Denique reliquâ Hincmari quaſi Dioſcorum imitantis in Sedem Apoſtolicam contumaciâ expoſitâ, legitimam Rothadi abſolutionem & Sedi ſuæ reſtitutionem intimat, & ſi vel minimum Hincmarus reluctetur, talionem dudum promiſſum intentat. Et » ſi his ita geſtis, inquit, quia primùm quidem præſumptiones præ- » uaricationéſque veſtras ſumus experti, deinde verò inobedientiâ » & tergiuerſatione tuâ compertâ, atque deinde Rothado penes » nos ſine vllo accuſatore, octo circiter menſibus iam retento, & » diutiùs ac ſubtiliùs examinato, vobis & Vicariis veſtris claman- » tibus, nil vos aduerſus eum accuſationis habere, quid niſi, vt ſe- » cundùm promiſſionem ſuperiùs memoratam tandem priſtino

Ibidem.

Epiſcopatui redderetur, omnino reſtabat? Quod per noſtram me- " A. 865.
diocritatem iam nunc factum, tua noſſe poterit prorſus induſtria: "
cui rei monemus omnimodam patientiam exhibere tua non ne- "
gligat vtcunque ſolertia, ne Talionem reddere, ſicut dudum pro- "
miſimus noſtra cogatur auctoritas, &c.] "

Aliâ etiam Epiſtolâ 42. ſcilicet, & tom. 3. Conc. Antiq. Gall. 47. ad vniuerſos Epiſcopos Galliæ eos hortatur; vt Rothadum à Sede Apoſtolica legitimè reſtitutum benignè ſuſcipiant, vbi multa de Sedis Apoſtolicæ priuilegiis, & de Pontificum Romanorum Decretalibus copioſè diſſerit, eâſque obſeruandas, licet in Codice Canonum non habeantur adſcriptæ. Ex eis autem ſicut ex Concilio Chalcedonenſi & Sardicenſi maiores cauſas, Sedi Apoſtolicæ reſeruatas, & inter præcipuas, quæ ſunt Epiſcoporum, eſſe cenſendas probat.

Nicolai Papæ Epiſtola 42. ad Gall. Epiſcopos.

Poſtrema denique Epiſtolâ ad Clerum & plebem Sueſſionicam quæ 43. habetur, & tom. 3. Conc. Gall. 48. quaſi ſupremâ huiuſce reſtitutionis coronide Nicolaus PP. vbi proteſtatus eſt hoc opus eſſe dexteræ Excelſi, Rothadum quaſi alterum Athanaſium ab Hincmaro vt illum ab Arrio calumniam paſſum & innocẽtem ab Apoſtolica Sede fideli ipſius Clero & Sueſſionicæ plebi reſtitutũ,
plurimis præconiis præbet celeberrimum: ſed ille, inquit, qui fide- "
libus diſcipulis dixit: *Non relinquam vos orphanos*, non ſolum vos "
præſenti ſuâ maieſtate protexit, ſed etiam propitiâ, quo deſolati & "
deſtituti eratis pro ſua redonauit pietate Rectorem, nobis ſcilicet "
qui in eo viuimus mouemur & ſumus, ad eum vobis reddendum "
nutu ſuæ miſerationis interiùs imperans, & cõpetenter erudiens: "
Ecce enim venerabilem virum Rothadum fratrem noſtrum & "
Coëpiſcopum noſtrum, veſtrum autem Patrem, Paſtorem, atque "
Magiſtrum, cuius longâ iam eruditione inſtructi, cuius olim ſacri "
verbi pace refecti, cuius diuturnis laboribus & vigiliis circũſepti, "
cuius magiſterio & doctrinâ Deo eſtis rectore refecti, prioris in- "
fulis Sacerdotij, & priſtinis reintegratum honoribus, ac omnibus "
Epiſcopatus officiis reſtauratum, veſtræ alacri deuotioni & piæ "
dilectioni remiſimus. Habetis præterea in hoc beatæ recordatio- "
nis Athanaſij prudentiſſimi Sacerdotis exemplum, cuius tole- "
rantia cui non conſolationi ſit? cui non ſpem faciat eius inexpe- "
ctata reuerſio? Eiicitur Ario perſequente, ſed reuocandus Domi- "
no proſequente. Paſſus eſt Carcerem, paſſus eſt anguſtias; Nec "
mirum ſi vir Apoſtolicus ea paſſus eſt, quibus ſe Apoſtolus glo- "
riatur exercitatum. In his tamen omnibus ſecutus eſt illum, qui "
ſibi in tribulationibus ſe placere teſtatur, fugatus illinc, & in no- "
ſtris partibus roboratus eſt. Denique hic ei redintegratus ſtatus "
eſt, & in hac Sede requiem communionis inuenit, a qua ſemper "

Nicol. PP. Epiſt. 43. ad Sueſſiõ.

Ioan. 14. v. 18.

A. 865. » Catholicis ſubuenitur. Sancti autem Papæ Cœleſtini verba ſunt » hæc, quæ nos Rothado poſſimus non inconuenienter aptare. Prę- » ter quod ille Reuerendi Athanaſij, & blaſphemi Arrij mētionem » fecit: impræſentiarum verò Hincmarus proſequens, & Rothadus, » innocens in cauſa ſunt. *Gaudete itaque fratres in Domino, & iterum dico gaudete: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Exul- » tate Filij Chariſſimi, & de reddito vobis Patre Deo immēſas gra- » tias perſoluite. Lætamini oues Dominicæ, ac pro reſtituto Paſtore » Summo Paſtori laudum officia canite. Cōgregamini Filij excelſi, » exite obuiam ei, tripudiantes cum Hymnis & Pſalmis, & Canticis » Spiritualibus, altiſſima Domino præconia concinentes, illum ſuſ- » cipite cum honore, adite eum cum hilaritate, obedite ei ſicut » Patri Reuerentiſſimo, ſicut Magiſtro, & in omnibus circa eum vt » deuotiſſimos vos, quietiſſimoſque filios exhibete, &c.]

Sic igitur Rothadus, comprobatâ pleniſſimè ipſius innocentiâ, & per Sedem Apoſtolicam à calumniis & oppreſſionibus Hincmari vindicatâ, cum Arſenio Epiſcopo ipſius Almæ Sedis Apocryſario, tam pro reſtitutione illius, quàm pro abolenda Regis Lotharii copula, & pace etiam & concordiâ Regum Galliarum conſeruanda (iuxta Anaſtaſium Bibliothecarium, vt iam retulimus) in Gallias delegato, ſanctionibus & Pontificiis literis vndique munitus, in patriam remiſſus è Roma receſſit menſe Martio: Dūque iter in Galliam cum Arſenio perageret poſtremum in eum ad Sedem Apoſtolicam Hincmarianæ nequitiæ virus excepit Nicolaus Papa feſtis Paſchalibus, per literas Regis Karoli, vt ipſe Summus Pontifex teſtis eſt Epiſtola ſua 27. tom. 3. Conc. Gall. 53. ad Ludouicum Germaniæ & Karolum Caluum Reges, quarum literarum extraneam in Rothadum virulentiam Antidoto & Theriacâ præſentiſſimâ reſoluit his verbis: Ad extremū, inquit, quod

Nicol. PP. Epiſt. 27. ad Reges Ludouic. & Karol.

» ſilere nō poſſumus, quin imo ſuper dictis veſtris obſtupeſcimus de » Sueſſonica ſcilicet Eccleſia, de qua (fili mi Karole) quod loquimi- » ni per os alterius loquimini, quam etiā per xxx. circiter annos ab » infructuoſa ficulnea Rothado inutiliter occupatam, excepto ſolo » nomine, Paſtorali dicitis vacaſſe ſollicitudine, miramur cur tan- » tis Rex ſuaſoriis verbis cedit, & non magis nos qualiter de Ro- » thado obediat lætificare procurat. Deſine ergo fili, & deceptoria » verba pelle à corde, incipéque noſtris monitis parere, vt excel- » lentiſſima gloria veſtra cum exultatione fructificet, & cum gau- » dio manipulos colligat. Tamen qualiter de illo ſublimitatem ve- » ſtram oporteat facere, aliis litteris noſtris liquidiùs cognoſcere » valebitis: quibus cognitis credimus, vt quod petimus obtineā- » mus, & quod decreuimus ratum coram oculis Dei, & coram vobis » eſſe videatur. Apud vos namque idem Rothadus FRVCTVOSA

FICVLNEA

FICULNEA manet: tamen poſt renouatum iudicium eius ſi « A. 865.
fructuoſa eſt an infructuoſa patenter declarabitur, habitis omni- «
bus ſecundùm quod de illo ſtatuimus.]

Poſt hæc vt obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius hoc ipſo anno 865. num. 32. Nihil amplius ſcriptum eſſe reperitur contra Rothadum, ſed memoriâ lapſus expoſuit veniam pro delicto Epiſcopos exoraſſe à Nicolao Papa, & inter eos Franconem Epiſcopum magni nominis virum, ad quem extat reddita Epiſtola Nicolai 45. quâ ſe ei confitenti remittere peccatum ſignificat. Siquidem Syluanectenſe ſeu veriùs Sueſſionenſe Concilium pro Metenſi, Rothadum pro Lothario Rege accipit, vt videre eſt ex prædicta Nicolai Papæ Epiſtola ad ipſum Franconem Tungrenſem Epiſcopum, & ſic obſeruauit R. P. Sirmondus tom. 3. Conc. Gall. in Epigraphe illius Epiſtolæ.

Sic igitur tandem, ſerò licet (vt loco citato innuit Illuſtriſſi- « Baron. Annal. 865. num. 32.
mus Cardinalis) obtinuit, quod conatus fuerat Nicolaus, ſcili- «
cet integram reſtitutionem Rothadi: nam per eundem Arſenium «
Legatum à latere, in ſuam Eccleſiam nullo obice fuit pleniſſimè «
reſtitutus, quam & tenuit ſummâ pace iam antea per mortem in- «
truſo è medio ſublato. Hícque finis iudicij in cauſa Rothadi.] «
Hactenus Baronius. Sed & hic fuit exitus, vt explosâ omnimodâ Hincmari fraude & nequitiâ, Rothadus nobilis quem ille ſycophanta, vt animi belluini, maniaticum, ſacrilegum, & aliorum criminum reum, infructuoſam ficulneam per xxx. circiter annos Eccleſiam Sueſſionenſem inutiliter occupantem infamauit, à Summo Pontifice Nicolao iudice æquiſſimo vir venerabilis & ſanctiſſimus, conſcientiâ purus, conuerſatione innocens, columbarum ſimplicitate, ac prudentiâ ſerpentis inſignis, ſuæ Eccleſiæ Pater, Paſtor atque Magiſter, cuius longâ iam eruditione Populi inſtructi, cuius olim ſacri verbi pane refecti, cuius diuturnis laboribus & vigiliis circumſepti, cuius Magiſterio & doctrinâ Deo auctore eruditi fuerint, velut Ionas de ventre ceti, & Daniel de lacu leonum, & alter Athanaſius, cuius tolerantia omnibus conſolationi ſit, ejectus Arrio perſequente, ſed reuocandus Domino proſequente: denique quaſi Eccleſiæ proficua ficulnea in ſupremo totius Eccleſię Tribunali fuerit renuntiatus & proclamatus.

Verum Hincmaro qui ſe innocentiſſimum, patientiſſimum, ab omni ira & animi perturbatione vacuum; quippè qui ſciret periculoſiſſimam eſſe in Sacerdote perturbatam & præcipitem iram, & Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſimum prædicat, idem ipſe Summus Pontifex iudex & cenſor æquiſſimus, quaſi Apoſtolica monita multoties vilipendenti, contumaci, Sedi Apoſtolicæ illudenti

Digitized by Google

A. 865. cum ſuæ Metropolis Epiſcopis (quos Papa complices vocat) zeli & inuidiæ diaboli facibus accenſo, innocentium oppreſſori, falſi reo, mendaci fabricatori, Conciliis ſuæ Prouinciæ velut in tribunali tyrannico more Præſidenti, quaſi alteri Dioſcoro, præuaricatori, & tergiuerſanti nonobſtante Regis protectione, quem ille in Rothadum incenderet, ita vt ex ipſius ore & ſuaſione loqueretur talionem quem dudum promiſerat, iuſtiſſimè intentat & comminatur.

Reliquum eſt vt quid de illa Arſenij in Gallias Legatione, Rothadi abſolutione, & Sedi ſuæ reſtitutione referat & cenſeat auctor Annalium Bertinianorum Hincmari ſui perpetuus aſſentator, hîc referamus: ſed nec pigebit præmittere eiuſdem Legationis apud Annales Fuldenſes relationem, vt ex his illius calumnia magìs eluceſcat. Sic igitur habetur in Annalibus Fuldenſibus qui ab auctore ſimiliter Synchrono confecti ſunt ad

Annales Fuldenſes anno 865.

» annum 865. Arſenius Epiſcopus Nicolai Papæ Romanæ vrbis » Legatus, ob pacem & concordiam inter Ludouicum & Karolum » fratrem eius, nec non Lotharium nepotem eorum renouandam » atque conſtituendam, miſſus eſt in Franciam, qui apud villam Re- » giam Francofurt à Ludouico Rege honorificè ſuſceptus, & mu- » neribus magnificis honoratus, condictóque inter eos placito, de » ſupradicta conuentione apud Agrippinam Coloniam habituro, » ad Karolum regem in Galliam pergit. Illic quoque mirificè à » rege ſuſceptus, regalibúſque donis ſublimatus propter cōdictum » placitum, Agrippinam (vt diximus) Coloniam venit, ibíque ob- » uiam ei duo fratres Ludouicus videlicet atque Karolus, abſente » Lothario nepote eorum ad condictum placitum conuenerunt, » multiſque ibidem cauſis benè diſpoſitis cum pace reuertitur Ro- » mam.] Et iterum ibidem paulò poſt. Arſenius Epiſcopus Nico- » lai Romani Pontificis Legatus ad pacem & concordiam inter Lu- » douicum Regem & nepotes eius, Ludouicum videlicet Italiæ Im- » peratorem & Lutharium fratrem eius miſſus eſt in Franciam, qui » menſe Iunio veniens apud Franconofurt ab Ludouico rege ho- » norificè ſuſceptus eſt, à quo abſolutus in Galliam perrexit, & » Theutpergam Reginam à Luthario dudum dimiſſam, ſicut ei ab » Apoſtolico injunctum fuerat, eidem reſtituens, Vvaldradam con- » cubinam eius in Italiam duci præcepit, & vt Lutharius Teut- » pergam quemadmodum Rex legitimè ſibi coniunctam deinceps » tractaret, reginam XII. ex optimatibus eiuſdem regis iuramen- » to firmare coëgit. Deinde in Regnum Karoli profectus, multiſ- » que ibi quorum gratiâ illuc venerat, benè diſpoſitis romam re- » uerſus eſt.]

In Annalibus verò Bertinianis ad eundem annum 865. ple-

A. 864.

niûs noſtra, ſed venenato & Hincmarianæ nequitiæ ſtilo referuntur his verbis. Nicolaus Papa Arſenium Ortenſem Epiſcopum " & Conſiliarium ſuum cum Epiſtolis ad Ludouicum & Karolum " fratres, ſed & ad Epiſcopos & Primores Regnorum illorum ea, " quæ Lotharius per fratrem petierat, continentes, *Non cum Apoſtolica manſuetudine, & ſolita honorabilitate*, ſicut Epiſcopi Romani Reges conſueuerant in ſuis Epiſtolis honorare, ſed *cum malitioſa interminatione* tranſmittit. Iſdem autem Arſenius per Curiam & " Alemaniam ad Ludouicum Germaniæ Regem in Franconofurt " Palatium veniens, Epiſtolas Apoſtolici ei tradidit, & inde in " Gundulphi villam ad Lotharium venit, cui & Epiſcopis & Primoribus Regni ſui Epiſtolas Papæ dedit continentes, quia niſi vxorē " ſuam Theotbergam reciperet, & Vvaldradam abiiceret, renunciante ſibi Arſenio, illum ab omni Chriſtianorum ſocietate debuiſſet reiicere, quem in pluribus Epiſtolis has præcedentibus " excommunicatum, & à conſortio Chriſtianorum eiectum multoties prædicauerat. Et ſic de Lothario ad Karolum circa medium Iulium menſem in Attiniacum Palatium Arſenius veniens " vniformes ſicuti Ludoico & Lothario Regibus Epiſtolas ſuas ſatis honorificè tradidit: & Rothadum Canonicè à quinque Prouinciarum Epiſcopis deiectum, & à Nicolao Papa *non Regulariter ſed Poteſtatiue* reſtitutum ſecum reducens Karolo præſentauit: Et cùm ſacri Canones dicant, vt ſi Epiſcopus à gradu deiectus ab Epiſcopis Prouinciæ ad Epiſcopum Romanum confugerit, ſcribat Romanus Epiſcopus finitimæ, & propinquæ Prouinciæ Epiſcopis, vt ipſi omnino diligenter cauſam inquirant, & " iuxta fidem veritatis definiant.] "

Annal. Bertin. an. 865.

CAPVT XLVII.

Cap. 47.

Nicolaum Papam cognoſcendæ Gotteſchalci cauſæ ſæpius fuiſſe ſollicitum, ſed toties Hincmari fraudibus eluſum.

SVPRA cap. 38. ad annum 859. vidimus Nicolaum Papam doctrinam Concilii Lingonenſis in controuerſis quæſtionibus de Gratia Dei & Libero Arbitrio, de Veritate geminæ Prædeſtinationis & Sanguine Chriſti, vt pro credentibus omnibus fuſus ſit, ſuo calculo comprobaſſe, & Decreto affirmaſſe, teſtibus Sancto Prudentio Trecenſi Epiſcopo, & auctore Annalium Berti-

Digitized by Google

A. 864. nianorum, ſicque etiam iudicio ipſius Hincmari Epiſtolâ 24. cum Gotteſchalco ſentire. Et ſaluberrimam illam de vera Chriſti Gratia ſemper efficace & ſemper victrice, & de Morte Chriſti pro ſolis fidelibus, vt germanam totius Eccleſiæ doctrinam, ita familiarem fuiſſe doctiſſimo æquè ac piiſſimo & Sanctiſſimo totius Eccleſiæ Pontifici, vt ſparſim illi in familiaribus ſuis Epiſtolis ſæpius efflueret. Nunc expendendum qualis illi cura & ſollicitudo fuerit, in diſpungenda & diſcutienda Hincmari in Gotteſchalcum doctrinæ illius aſſertorem inhumanâ ſæuitiâ & oppreſſione: licet enim vexatio illa ratione perſonæ miſerabilis illius Monachi inter maiora negotia, quæ Sedis Apoſtolicæ cognitionem effugere non debent (vt pluribus probauit Nicolaus Papa Epiſtolâ ſuâ 42. ad vniuerſos Galliæ Epiſcopos) recenſeri non poſſet, ratione tamen doctrinæ propter quam tot annis ergaſtulo incluſus ab omni fidelium communione & Sacramentorum etiam participatione excluſus detineretur, maximè etiam poſtquam eadem ipſa doctrina, ipſo Hincmaro teſte ab Eccleſia Lugdunenſi, à duobus Conciliis Valentino 3. & Lingonenſi, immò & ab ipſo Summo Pontifice fuiſſet comprobata, ne minimum dubium ſubeſſe poteſt, quin hæc cauſa inter maximas recenſenda, & Summi totius Eccleſiæ verticis curam reſpiceret. Præter quod eodem ipſo Summo Pontifice teſte Epiſtolâ 30. ad Regem Karolum.

Nicolai PP. Epiſt. 30. ad Reg. Karolum.

„ Priuilegia Romanæ Eccleſiæ totius ſunt Chriſti (vt ita dicamus) remedia Eccleſiæ Catholicæ. Priuilegia (inquam) Petri arma ſunt, contra omnes impetus prauitatum, & munimenta atque documenta Domini Sacerdotum & omnium prorſus qui in ſublimitate conſiſtunt, immò cunctorum, qui ab eiſdem poteſtatibus diuerſis afficiuntur incommodis.]

Violentiſſima illa in Rothadum Sueſſionenſem Epiſcopum in Epiſcoporum Synodo nunquam hactenus vſitata oppreſſio vicinorum Præſulum clamorem ad Apoſtolicam Sedem detulit, ab anno 862. qui ſimiles Hincmari nequitias referentes miſerabilis illius Monachi (ſi miſeri dicendi iniuſtè vexati) meminerunt, ideóque Hincmarus Epiſtolâ ſuâ 17. ad Nicolaum Papam multos Epiſcoporum ex Regnis Lotharij & Ludouici zelo amaroductos contra ſe aſſerit, vt illorum monitis fidem detrahat: ſed exhinc ſummæ curæ fuit Summo Pontifici rei geſtæ circa Gotteſchalcum veritatem exquirendi, & eos omnes qui à Rege Romam venirent inquirendi, & legatis ſuis Galliam properantibus in mandatis dedit, vt legitimè de Gotteſchalci cauſa cognoſcerent, quod vtrumque dexteritate & prauis Hincmari artibus eluſum iam apparebit. Primum quidem, quia vt rerum gerendarum apud eum qui Regis animum obſederat, ſumma erat, neminem Ro-

mam delegari patiebatur, quem non ſibi amiciſſimum delegiſſet, & ſic nihil niſi in laudem Hincmari Summo Pontifici exponeret, & deinde ipſi Hincmaro quidquid à Summo Pontifice inquiſitus eſſet fideliſſimè referret. Alterum non minori eius nequitiâ fruſtratum videbimus. A. 865.

Cum igitur hoc ipſo an. 862. ſub finem, aliquos quorum nomen ignoratur, Romam delegatos Nicolaus Papa ſciſcitatus eſſet de cauſa Gotteſchalci, hoc ipſum ſtatim ad aures Hincmari peruenit. Ideóque anno ſequenti incunte, cùm Odo Beluacenſis Epiſcopus ab ipſo electus eſſet, vt à Rege de Epiſcopis Synodi non Syluanectenſis, ſed Sueſſionenſis Romam delegatus, illius Synodi confirmationem vt vidimus à Sede Apoſtolica impetraret, ſeu veriùs furaretur, per eundem litteris ſuis ad Sedem Apoſtolicam inter reliqua Hincmarus de Gotteſchalco rationem reddere fuit ſollicitus: harum litterarum quę non extant duplex eſt veſtigium & apud Hincmarum in altera Epiſtola ad Nicolaum Papam, quam refert Flodoardus lib. 3. cap. 14. & iterum apud ipſum Flodoardum ibid. cap. ſeq. illius Epiſtolæ hæc ſunt verba. Cæterùm Luido mihi dixit quòd cum eo rationem de damnatione & recluſione Gotteſchalci habuiſſetis, vnde quoniam per alios iam audieram ad Sanctitatem veſtram verba veniſſe, miſi auctoritati veſtræ quædam ex verbis & Catholicorum ſenſibus in Rotula, qualiter contra ipſius peſtiferi hominis ſenſum ſentiam per Odonem Epiſcopum, & nihil inde accipere merui &c.] De illa ipſa Hincmari per Odonem Epiſtola hæc habet Flodoardus in principio capitis ſequentis inſcripti de libris quos ipſe Præſul Hincmarus compoſuit: ſcripſit etiam pręfato Papæ Nicolao fidei ſuæ depromendo tenorem, & ſuam contra prænotati Gotteſchalci errorem, quam fidei Catholicæ dependere ſatagebat defenſionem.]

Ann. 862. Ann. 63. Flodoard. Hiſt. lib. 3. cap. 14.

Ex quibus patet primo librum illum de Prædeſtinatione nondum perfectum fuiſſe anno 863. cùm Odo Beluacenſis Legatione Romam functus eſt; ſiquidem tunc adhuc ſuam contra prænotati Gotteſchalci errorem fidei ſuæ dependere ſatagebat defenſionem: & ſic vt ſupra conteſtati ſumus, nihil mirum quod Hincmarus poſt obitum Sancti Prudentij cum pſeudoſynodo Cariſiacæ, & Capitulis eius quatuor ſubſcripſiſſe mētiri nonerubuerit.

Secundò, aduertendum Hincmari ſententiam in Gotteſchalcum, & quam fidei Catholicæ dependere ſatageret defenſionem, ipſo teſtę à Summo Pontifice contemptui & ludibrio habitam: Nihil (inquit) inde accipere merui, licet etiam de reliquis eidem reſcripſerit Nicolaus Papa Epiſtolâ ſcilicet eius 28. tom. 3. Conc. Gall. 22. cúmque increpatus ſit cum reliquis ſibi compli-

A. 863. cibus Epiſcopis, quod Sanctiſſimum virum eorum iudicio & conſenſu Epiſcopatu priuatum & in Monaſterio recluſum hactenus retineret, etiam cum interminatione excommunicationis, niſi mandatis Apoſtolicis obſequeretur.

Tertiò, ex eadem ſummi Pontificis ad Hincmarum Epiſtola, nullam eum ſperare potuiſſe ab Odone Beluacenſi Hincmarianæ in Gotteſchalcum vexationis elucidationem; quippe qui nihil niſi Metropolitani ſui virtutes prædicaret. Communis frater & Coëpiſcopus Odo (inquit Nicolaus Papa ad Hincmarum) de tuæ Sanctitatis virtutibus noſtrum animum plurimùm exhilarauit.] Et quid aliud expectari potuit ab Odone, qui eius beneficio Abbas Corbeienſis, poſt modum Beluacenſis Epiſcopus factus eſſet, vnus & veriſimiliter præcipuus ex fidelibus & complicibus Hincmari, quos zeli & inuidiæ Diaboli accenſos facibus dixit Nicolaus Papa, & hac de cauſa ab Hincmaro electus fuerat, vt Romam delegatus pſeudoſynodi illius expeditiſſimam nequitiam argutiis tam caliginoſis cœcaret, vt à Summo Pontifice confirmationem furari poſſet. Sed fruſtrà iacitur rete ante oculos Pennatorum.

Nicolaus PP. Epiſtola 28. ad Hincmarum.

Vt igitur aduertit Summus Pontifex illius violentiſſimæ in Gotteſchalcum oppreſſionis elucidationem Romæ haberi nullomodo poſſe: Epiſcopis Radoaldo & Ioanni in Regnum Lotharij eodem anno menſe Aprili aut circiter, vt Concilium Metis haberent in cauſa Teutbergæ Reginæ ab Apoſtolica Sede delegatis in mandatis dedit vt per Franciam tranſeuntes de Rothadi cauſa Clerum & plebem Sueſſionenſem inquirerent, & Hincmarum cum Gotteſchalco ad Concilium Metenſe Apoſtolicâ auctoritate euocarent, & ibi cum Epiſcopis quibus Hincmari auctoritas terrori non eſſet, quid æquum & iuſtum eſſet de Gotteſchalco decernerent.

Legati quidem per Franciam tranſeuntes & de Rothado inquiſierunt, & literis ſuis Hincmaro vt vna cum Gotteſchalco ad Synodum Metenſem conueniret notum fieri & enuntiari procurauerunt: ſed Hincmarus ſolita contumacia parere contempſit, & Epiſtolâ ſuâ 17. ad Nicolaum Papam contemptum illum referre non erubuit, hoc prætextu quod de Gotteſchalco nihil Legatorum illorum intereſſet. Ipſéque irregulariter & præcipitanter nihil inde præmonitus citatus eſſet. Huiuſce expeditionis eum ſolum teſtem habemus in præfata Epiſtola 17. apud Flodoardum hiſtor. lib. 3. cap. 14. his verbis: De quo (Gotteſchalco ſcilicet) nihilominus vt redderem rationem, quidam Epiſcopi quorum nihil de illo intereſſet. Quoniam nec eos vt ipſi manifeſtis iudiciis prodiderunt, ad hoc charitas commouebat, nec authoritas

Flodoardus lib. 3. cap. 14.

Digitized by Google

deducebat me ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari Synodum vetuiſtis (ſicut intelligo) irregulariter quarto die antequam congregaretur, cum ego longiùs quàm xxxx. & idem Gotteſchalcus pluſquam centum millibus ab ipſa ciuitate diſparati eſſemus, nihil me inde ante præmonitum, per quemdam Laicum hominem literis vocauerunt, & nunc ideo breuiter de eo Sanctitati veſtræ ſuggero quoniam &c.] « « « « « « « A. 863.

Ex quibus ſufficientiſſimè apparet & Summi Pontificis cura ſeu ſollicitudo in diſcutienda Hincmari in Gotteſchalcum vexatione, & eiuſdem Hincmari perſeuerans contumacia, ne nequitia eius in publicum iudicium proferretur; nec allatum ab eo ſubterfugium vllomodo obſtare potuit, quin citationi parere deberet: ſiquidem quoad auctoritatem Epiſcoporum illorum, quænam maior requiri poſſet, quam ipſius Sedis Apoſtolicæ & qua Legati, ipſius iure fungebantur: in his fratribus meis (inquit Leo magnus Epiſtola 13. ad Pulcheriam ante finem) quos vice mea miſi, me quoque adeſſe cum cæteris qui aſſuerunt æſtimate, quibus ſecundùm cauſam ſatìs mihi & geſtorum ſerie, & ipſius de quo agitur profeſſione patefactam euidenter & plenè quid ſeruandum eſſet oſtendi.] Et iniuria Legatis illata in contemptum eius à quo legati ſunt cedit. Ideóque iure Gentium Sancti habentur Legati, & eum qui Legatũ pulſaſſet Quintus Mutius dedi hoſtibus, quorum erant Legati, ſolitus eſt reſpondere, vt laudat Pomponius Iuriſconſultus in l. vlt. ff. de legationibus. Et vt ipſemet Hincmarus in eadem Epiſtola 17. teſtatur: Qui accipit ſi quem miſero, me accipit. Porro eam ſemper fuiſſe auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, vt Summus Pontifex iuxta Oecumenici Sardicenſis Concilij Can. 5. vt in cognitionem cauſæ cuiuſlibet in proximam Prouinciam à proprio latere Presbyteros mittere poſſit habentes auctoritatem eius à quo miſſi ſunt quis dubitet? ſi quis autem dubitet (hæc ſunt ipſa Concilij verba) ſuum negotium rurſus audiri, & ad ſuam ſupplicationem Romanorum Epiſcopum iudicare viſum fuerit, à proprio latere Presbyteros mittat, vt ſit in poteſtate Epiſcopi, quod rectè habere probauerit & ſtatuerit, oportere eos mitti, qui cum Epiſcopis ſint iudicaturi habentes auctoritatem eius, à quo miſſi ſunt &c.] Ita vt nequiſſimè & impudentiſſimè Hincmarus, à Legatis Sedis Apoſtolicæ ad Synodum Metenſem citatus, ipſi Summo Pontifici reſcripſerit, ſe à quibuſdam Epiſcopis, quorum de illo nihil intererat, quoniam nec eos ad hoc charitas commouebat, nec authoritas ducebat, ad Metenſem Synodum vocatum.]

Leo Magnus Epiſtola 13. ad Pulcheriam.

Conc. Sardicẽſe Can. 5.

Nec potior eſt eius contumaciæ excuſatio, quod Synodus illa Metenſis poſt modum damnata & reſciſa fuerit, vtrum enim

A. 865. reſcindenda foret, Hincmaro incognitum, & ſolæ ipſius partes fuerant iniuncti mandati executio & Gotteſchalci ipſius Synodo illi exhibitio. Sed quid mirum ſi Papæ legatis parere detrectarit, cum paulo poſt eodem anno (vt capite præcedenti in cauſa
Nicolai Papæ Epiſtola 41. » Rothadi vidimus) obdurato mentis intuitu Dioſcorum imitatus,
» Apoſtolicas literas ne legere quidem complicibus ſuis permiſe-
» rit, per quatuor menſes neminem paſſus eas intueri. Hæc ipſa ſunt verba Nicolai Papæ hoc ipſum eidem exprobrantis Epiſtola 41. cætera quæ ſuperaddidit Hincmarus quod non præmonitus paucis diebus ante Synodum & longè diſtans citatus fuiſſet ex ipſius genio more ſolito confiſta, ne minimam quidem reflexionem merentur, contumaciæ quæſitus color.

Hoc eodem anno Menſe Septembri cernens Hincmarus contumaciam ſuam in vtraque cauſa tam Rothadi, quam Gotteſchalci per Legatos Sedis Apoſtolicæ relatam, zelum & iuſtam Nicolai Papæ indignationem & ſæpius ſibi intentatam excommunicationem excitaturam, fictitiâ & ſuppoſitâ Rothadi liberatione Summo Pontifici illudere ſtuduit, huicque fraudi Luidonem Diaconum ſibi amiciſſimum, & nequitia cum ſuo Pardulo cuius Archidiaconus fuerat, iamdudum coniunctum delegit, quem Romam Regis & ſuo nomine delegaret, ſicque Pontificis animum hoc mendacio deliniret, eius ſenſa obſeruaret, quid etiam à Legatis de ſe relatum eſſet, præſentiret, & Odonem Beluacenſem imitatus Summum Pontificem fictitiis Hincmari laudibus paſceret. Inter reliquos ſermones quos habuit cum Luidone Summus Pontifex non prætermiſit inquiſitionem de damnatione & recluſione Gotteſchalci, nec non querelam in ipſum Hincmarum addidit, quod per Apoſtolicos Legatos ad Metenſem Synodum hac de cauſa euocatus contumaciter comparere detrectaſſet. Vtriuſque teſtis eſt Hincmarus in prædicta Epiſtola 17. ad Nicolaum
Hincmar. Epiſtola 17. » Papam: illius quidem verbis expreſſis. Cæterum (inquit) Luido
» mihi dixit quod cum eo rationem de damnatione & recluſione
» Gotteſchalci habuiſſetis &c.] Alterius verò tacitè quidem dum ipſemet ibidem illius contumaciæ meminit & ſimulatas excuſationes exquiſiuit. Quod certè vir cordatus & prætumidus prætermiſiſſet & diſſimulaſſet, niſi à Luidone didiciſſet Summo Pontifici & vexationem illam & contumaciam cordi eſſe; vt ipſemet poſtmodum teſtatus eſt, dum eiuſdem vexationis inquirendæ Arſenio Legato anno 865. curam mandauit, vt infrà videbitur.

A. 864. Interim anno 864. Hincmarus Rothadum Romam dimittere coactus per Vicarios ſuos ampliſſimas illas litteras quæ apud Flodoardum habentur hiſt. Rem. lib. 3. cap. 12. 13. & 14. de pluribus

ribus negotiis maximè de Rothado, & de Gotteſchalco ad Summum Pontificem emiſit: De Rothado quidem iam ſatis: quoad Gotteſchalcum verò etiam quæ de eius vita, moribus, damnatione & recluſione in plurimis commentus eſt, plus quàm ſatis à primo capite huiuſce diſſertationis ad Octauum ſparſim expendimus; nec non etiam quæ de doctrina eius hâc Epiſtolâ retulit cap. 7. & ſequentibus prælibauimus; huius hæc ſunt verba: « ſi autem veſtra Catholica ſapientia vult ſcire quæ contra Catholi- « cam fidem ex veteri hæreſi Prædeſtinatiana quæ primum in Afri- « ca, poſteà in Galliis per idem tempus, quando & Neſtoriana hę- « reſis eſt exorta, & tempore Cœleſtini Papæ ipſius auctoritate & « inſtantiâ Sancti Proſperi eſt reuicta dicere videatur, de multis « pauca vobis numero ſed non pondere capitulatim ſignificamus. «

A. 865.

Hincmari Epiſt. 17. ad Nicolaum PP.

1. Dicit quod & veteres Prædeſtinatiani dixerunt: quoniam ſicut « Deus quoſdam ad vitam æternam, ita quoſdam Prædeſtinauit ad « mortem æternam.
2. Dicit quod & veteres prædeſtinatiani dixe- « runt; quoniam non vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſed « tantum eos qui ſaluantur, omnes autem ſaluari quoſcunque ipſe « ſaluare voluerit, ac per hoc quicunque non ſaluantur, penitus « non eſſe voluntatis illius, vt ſaluentur: quoniam ſi non omnes « ſaluantur, quos vult Deus ſaluos fieri, non omnia quæcunque « voluit fecit, & ſi vult quod non poteſt, non omnipotens ſed infir- « mus eſt. Eſt autem omnipotens qui fecit quodcunque voluit di- « cente Scriptura: *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo* « *& in terra, in mare & in omnibus abyſſis*: Et item: *In voluntate* « *tua Domine cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere vo-* « *luntati: ſi decreueris ſaluare nos, continuò liberabimur.*
3. Dicit quod « & veteres Prædeſtinatiani dixerunt: quod non pro totius mundi « redemptione, id eſt non pro omnium hominum ſalute & redem- « ptione Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus ſit Crucifixus « & mortuus, ſed tantum pro his qui ſaluantur.
4. Dicit quomodo « diſpari traditione, ſed pari errore quod & veteres Prædeſtinatia- « ni dixerunt, exponens ſententiam Apoſtoli Petri, *eum, qui emit* « *eos Dominum negantes.* Baptiſmi (inquit) ſacramento eos emit, « non tamen pro eis crucem ſubiit, neque mortem pertulit, ne- « que ſanguinem fudit. Quod autem Baptiſmi perceptio Redem- « ptio nuncupatur, Doctor gentium manifeſtè fatetur: *Nolite con-* « *triſtare* (inquit) *Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die* « *redemptionis.* At illa quæ propria & ſpecialis eſt ſolorum om- « nium electorum, quam eis tantummodo Crucifixus impertiuit « pius redemptor ipſorum, ſicut à præteritis, ita nimirum à præ- « ſentibus, natos & naſcituros, viuos & mortuos, videlicet omnes « pariter electos redemit, eruit abluítque peccatis. Ipſi prorſus ipſi «

A. 865. » ſunt mundus, pro quo paſſus eſt Dominus, vt ipſe dixit: *Panis*
» *quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita:* Et item alibi idem
» Gotteſchalcus ſcribit: abſit procul à me, vt vel illud ſolummodò
» velim ſomniare, nedum ſemel ſuſurrare, vt vllum eorum perpe-
» tualiter ſecum periturum antiquus rapere valeat anguis pro qui-
» bus redimendis tam pretioſus Deo Patri Domini noſtri Filij ſui
5. » fuſus eſt ſanguis, Amen. Et item loquens ad Deum: Claret ita-
» que ſatis apertè quod nullus tibi perit quiſquis redemptus eſt per
» Sanguinem crucis tuæ. Quod Prædeſtinatiani veteres non dixe-
» runt iſte vt audacius ita pernicioſius dicit: Deitatem Sanctæ Tri-
» nitatis trinam eſſe. Sunt & alia quæ ipſe & alij plures in iſtis par-
» tibus dicunt quæ nobis ſanæ fidei aduerſari videntur, quæ dum
» per alium, quam per vilitatem meæ perſonæ auctoritas veſtra
» cognouerit, fortè attendet ſolertiùs, & quæ inde tenenda ſunt
» docere ſtudebit quantociùs. Erit enim in proximo inde neceſſi-
» tas, quia etſi eorum corda in inſania peruerſi ſenſus ebulliunt
» orthodoxi tamen Regis noſtri tempore praua, quæ ſentiunt, elo-
» qui non præſumunt. Ita vt apertè videamus impleri quod ſcri-
» ptum eſt. *Congregans ſicut in vtre aquas maris.* Aqua enim maris
» ſicut in vtre congregata eſt, quia amara hæreticorum ſcientia
» quicquid hodie in iſto regno filij veſtri Domini Karoli pra-
» uuni ſentit, in pectore comprimit & apertè dicere non præſu-
» mit.]

In quibus aduertendum primò commentum illud Hincmari de veterum Prædeſtinatianorum fabula ſuprà iam euerſum, & alterâ diſſertatione noſtrâ pleniſſimè ad vnguem confutatum & reuictum. Secundò licet quicquid Gotteſchalco impoſitum fuit, & vt mox videbitur etiam id de quo nec ab eo cogitatum, præter calumniam de Libero Arbitrio ad bonum penitùs ſublatò (de qua hic nullum verbum) nihilominus Hincmarus vſitatâ fraude proteſtatur de multis pauca tantum numerare, & iterum: ſunt & alia (inquit) quæ ipſe & alij plures in iſtis partibus dicunt &c. Quo magìs Summum Pontificem Gotteſchalco infenſum reddat. Tertiò licet Hincmarus Epiſtolâ ſuâ ad Amulum Archipræſulem & Eccleſiam Lugdunenſem Gotteſchalco ex calumnia impoſuiſſet hæreſim illam ſublati prorſus ad bonum Liberi Arbitrij, vt ſuprà vidimus cap. 22. nec his nec alibi hæreſis illius vllomodo meminit, cuius ſi vel minimum verbum edidiſſet Gotteſchalcus, vt hoc hæreticum eſſe etiam iudicio Eccleſiæ Lugdunenſis Hincmaro fuerat intimatum, ſine dubio hâc Epiſtolâ non fuiſſet omiſſum, ex quo reuincitur Hincmari calumnia: Quartò quod hic habetur de expoſitione ſententiæ Apoſtolicæ: *Eum qui* 1. Pet.
emit eos Dominũ negantes &c. De redempti Baptiſmi ſacramento, 2. v. 1.

non morte Chriſti, ſuprà cap. 34. ad examen 5. Canonis Concilij Valentini obſeruauimus hoc gratis Gotteſchalco ab Hincmaro impactum, vt ſe hoc colore quæſito aliquantulum liberaret à Cenſura Canonis illius, ſed fruſtrà vt ibi innotuit; & quantum ab errore illo abfuerit miſerabilis ille Monachus ipſo Hincmaro teſte ſatis probatur, dum in opere de Prædeſtinatione cap. 33. pag. 228. confitetur Gotteſchalcum aſſeruiſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacratiſſimum Sanguinem, pro omnibus hominibus in toto mundo in eum credentibus fuſum his verbis: « & Domnus Prudentius ex Euangelio & aliis Scripturis Sanctis ad hanc confirmandam aſſertionem plura ponit exempla dicitque in ſuprà memorata Epiſtola cap. 3. vt credat & confiteatur ſcilicet ordinandus, cum omnibus Catholicis Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum credentibus fuſum: non autem pro illis qui nunquam in eum crediderunt, nec hodiéque credunt, nunquam nec crediturі ſunt: dicente ipſo Domino, *venit enim filius non miniſtrari, ſed miniſtrare & dare animam ſuam redemptionem pro multis.* Sed & Gotteſchalcus in hanc venit ſententiam.]

A. 865.

Hincmar. de Prędeſt. cap. 33.

Matth. 20. v. 28.

Poſtremò hac eadem Epiſtola Hincmarus ſimulatâ benignitate & patientiâ & omnimodo erga Sedem Apoſtolicam obſequio, ipſi Nicolao Papæ, ſi Gotteſchalcum cuſtodia ſolui & Romam mitti iubeat, obedientiam ſe præſtare paratum proteſtatur: ne tamen iubeat falſo periculi terrore diſſuadet, & Gotteſchalcum calumniis onerat: « Meam quoque exiguitatem (inquit) & occultè canino dente corrodunt, facilè autem adiuuante Domino portare valebo, quia & mihi paucum ſupereſt temporis ſpatium, & ſi inter filios Eccleſiæ permittente Deo in me acceperim poteſtatem corporaliter affligendi, diuinâ gratiâ adiuuante exercebunt patientiam; ſed & ſi tantummodo malè ſentiendo aduerſabuntur, excercebunt quantulamcumque ſcientiam: & vt etiam inimici ſecundùm præceptum Domini diligantur exercebunt beniuolentiam. Præfatum autem Gotteſchalcum, ſi veſtra auctoritas mihi ſcripſerit, vt eum à cuſtodia ſoluam, & aut ad vos eundi, vt per vos eius doctrinam experiamini, aut ad quemcunque ex nomine deſignatum pergendi licentiam donem: quia vt melius ipſi ſcitis, ſicut abſolutè quiſque regulariter ordinari non valet; ita niſi ex ipſius conſenſu, cuius eſſe dignoſcitur, certæ perſonæ commendandus, & ad certum locum Monachus, vel quiſque ſub regula conſtitutus, à loco ſuo abſolui iuxta regulas ſacras non valet, veſtris iuſſionibus nullomodo reſultabo, Tantum vt auctoritatem veſtram habeam, ne tantorum Epiſcoporum iudicium meâ præſumptione paruipendere videar: non enim illius dele-

d. Epiſtola 17.

A. 865. » ctor, quam iuſtè ſuſtinet pertinaciter contumax quantulamcun-
» que reclusionis moleſtiam: ſed doleo, à qua reuocari non poteſt
» perfidiam, quem ſi cuicunque commendandum veſtra auctoritas
» viderit, hoc in commendatione etiam prouidebit, vt cui com-
» mendabitur Catholicus ſit, & grauitatem Eccleſiaſticam & vi-
» gorem, ac Scripturarum ſcientiam habeat, quia non ſolùm Scri-
« pturas ad ſuum ſenſum violenter inflexas, ſed & Catholicorum
» dicta detruncata per totum diem ſine reſpiratione aliqua præua-
» let memoriter decantare. Vnde non ſolum idiotas in admiratio-
» nem ſui adducere, verùm & ſciolos & incautos, atque zelum
» Dei, ſed non ſecundùm ſcientiam ſuam ſolitus erat traducere. Et
» non ſolùm Doctorum ſuorum Doctor videri apperit, ſed &
» hoc ſolerter ſatis intendit, vt ſecum loquentes vel in ſermo-
» ne capere valeat; & ſi de veritate non poterit, inuincibiliter
» ſaeramentis affirmare curabit, ea ſecum loquentes dixiſſe,
» quæ forte non dixerant, vt ipſe verax, & ei qui illi contradicunt
» probentur eſſe mendaces, & aduerſus ſuam doctrinam docen-
» tes.] .

Acceptis his à Summo Pontifice Hincmari literis & perſpectâ omnimodâ eius nequitiâ tam in cauſa Rothadi (vt vidimus) quàm in vexatione miſerabilis illius Monachi (ſi vt ſæpe diximus miſeros faceret iniuſta vexatio) anno ſequenti 865. ineunte, abſo-
A. 865. luto Rothado Nicolaus Papa Epiſtolâ ſuâ 41. Hincmarũ Tyrannidis, falſimonij, contumaciæ, & præuaricationis notat & conuincit, eíque depoſitionem ſi perſeueret Talionis nomine minatur, neglectis & contemptis iis omnibus, quæ ille & de veteribus Prædeſtinatianis & de Gotteſchalco, quaſi ſuo iudicio ſanæ fidei aduerſa eſſe ſcripſerat, vt pote cui ne minimam fidem adhibere poſſet, & in multis etiam cerneret veram Eccleſiæ doctrinam iniquis verbis traductam, vt in Sanctum Auguſtinum, Proſperum & alios perfectæ & ſemper victricis Chriſti Gratiæ intrepidos aſſertores actum fuiſſe quinto ſæculo perſpectum haberet; verum Arſenio Epiſcopo à Sede Apoſtolica eodem tempore in Gallias delegato in mandatis dedit, vt reſtituto Sedi ſuæ Epiſcopali Rothado, de aliis Hincmari violentis oppreſſionibus inquirendo cognoſceret & ſingulariter vt Hincmarum ipſum quaſi inter reos delatum tam in cauſa Gotteſchalci, quam in Clericorum ab Ebone Remenſi Archiepiſcopo, poſt depoſitionem ordinatorum depoſitione iuridicè interrogaret: quod
» & ipſum executioni mandatum ipſo ſolo Hincmaro teſte didici-
» mus ex Epiſtola 24. ad Egilonem Archiepiſcopum Senonen-
» ſem his verbis. Et audiens quod Domnus Apoſtolicus Domno
» Regi Karolo de me ſcripſit quia ſemper me tegere non debet à

Hincmar. Epiſtola 24. ad Egilonem.

Digitized by Google

talibus, nec valet, vt prouiderem ne pro eis, tandem aliquando incurram, quæ non opto, & ipſe frater & alij licenter, quæ volunt aut moliuntur, aut faciunt. Nam ego neſcio in quibus Domnus Apoſtolicus tam ſæpe ſe texiſſe me dicat; ſi enim de Rothado dicit, non ſingulariter mea auctoritas, ſed Epiſcoporum Regni Domni noſtri Karoli, ad quos contra me prouocauit, eum deiecit, ſicut ſubſcriptiones eorum demonſtrant. Si de iſtis ordinatis dicit, ſicut modo comprobatum vidiſtis & audiſtis, ego eos non iudicaui, neque deieci, neque cum iudicibus eorum ſubſcripſi. Si de Gotteſchalco dicit, de quo, ſed & de præfatis ordinatis ab Arſenio ſcripto interrogatus ſcriptis rationem reddidi, eundem Gotteſchalcum à duabus Synodis damnatum iubentibus Epiſcopis poſtquam iudicatus fuit cuſtodiendum accepi, ne aliis ſuâ peruerſâ doctrinâ noceret, qui ſibi prodeſſe nolebat. De quo etiam litteris Domno Apoſtolico ſuggeſſi, qualis ſit eius doctrina, & vtrum vellet, vt ei licentiam ad eum eundi darem, an alteri eum per ſuam iuſſionem commendarem, ne ſine auctoritate duarum Synodorum diffinitionem diſſoluerem &c.] A. 865.

Et ſic iuridicè quidem & ſcriptis interrogatum ab Arſenio quaſi inter reos delatum ſed non auditum nec ei exhibitum Gotteſchalcum videmus: quod ſi in gratiam & reuerentiam Hincmari non fuiſſet prætermiſſum, quidni tanta vexatio eius viſcera commouiſſet? Siquidem ſi Hincmaro attendas nulla maior innocentia, nulla maior ingenuitas, nequidem fingi poteſt. De Rothado rogatus etiam poſt Apoſtolicæ Sedis iudicium non eius auctoritas ſed Epiſcoporum Regni ad quos Rothadus contra Hincmarum prouocauit, eum deiecit, ſicut ſcripta eorum demonſtrant; De ordinatis ab Ebone eos Hincmarus non iudicauit, neque deiecit, neque cum iudicibus eorum ſubſcripſit cuius contrarium mox videbitur: ſimiliter ſi de Gotteſchalco eundem à duabus Synodis damnatum, iubentibus Epiſcopis poſtquam iudicatus fuit cuſtodiendum accepit ne aliis ſuâ peruerſâ doctrinâ noceret qui ſibi prodeſſe nolebat. Sed vt nihilominus in vtraque & Rothadi & Clericorum ab Ebbone ordinatorum nihil niſi violentiſſimæ oppreſſionis, fraudulentæ præuaricationis, doloſitatis, falſitatis, ſuperbiæ & omnimodæ nequitiæ notam ex Apoſtolicæ Sedis iudicio retulit: Quidni & in cauſa huiuſce miſerabilis Monachi, niſi tanta vexatio, quę quidem tanti Pontificis ex veriſſima plurimorum relatione aures pulſauerat, eius legitimæ & iuridicæ cognitioni fraudulentis Hincmari artibus fuiſſet ſubſtracta? vt etiam infrà videbimus appellationē ab ipſo Gotteſchalco emiſſam non minori Hincmari nequitiâ interceptam & fruſtratam. Sed

A. 865. prius ordinis ratio exigit vt illam Clericorum Ebbonis à Sede Apoſtolica factam reſtitutionem, & repreſſam in hac cauſa Hincmari fallaciam, falſimonium & ſuperbiam expendamus.

Cap. 48.

CAPVT XLVIII.

De Vulfado & ſociis ab Ebbone ordinatis, ab Hincmaro in Conc. Sueſſion. primo deſtitutis, & à Nicolao Papâ, detectâ Hincmari nequitiâ reſtitutis.

QVI ſeriem rerum geſtarum de Ebbonis quondam Remorum Archiepiſcopi deiectione, ipſius reſtitutione, nec non & de Vulfadi ac Collegarum eius promotione, & iam dicti Ebbonis iterata repulſione, ad aliámque Eccleſiam migratione, breuiter ac ſinceré noſſe requirit, conſulat Synodicam Concilij Tricaſſini ad Nicolaum Papam tom. 3. Concil. Gall. pag. 353. vel in Annalibus Eccleſiaſticis Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij ad an. 867. Patres ſiquidem illius Concilij, eiuſdem Summi Pontificis iuſſu huic inquiſitioni ex Epiſcoporum monumentis & ſcriptis relationibus ſingulariter incubuerunt, vt in præfatione eiuſdem Synodicæ refertur. Depoſitionem verò Vulfadi & aliorum ab Hincmaro fœtam, & in Concilio Sueſſionenſi anno 853. eiuſdem Hincmari factione comprobatam, vnâ cum ipſius Concilii per Sedem Apoſtolicam geminâ confirmatione, Hincmari fraudulentiſſimis artibus ſubreptâ potius quam impetratâ ſupra cap. 29. expendimus: immo etiam nonnulla de reſtitutione Vulfadi & ſociorum, & Cenſuræ à Nicolao Papa in Hincmarum emiſſæ ibidem prælibauimus: ita vt iam ſolùm reſtitutionis illius & Cenſuræ modum, ſeriem, & exitum hic ſubiicere ſupereſt.

Cùm igitur Nicolaus Papa Vulfadi & ſociorum ſupplicem querelam ſuſcepiſſet anno 865. vt capite præcedenti vidimus ex Hincmari Epiſtola 24. ad Egilonem, Arſenio Apoſtolicæ Sedis Legato hanc Prouinciam dedit, vt ſcriptis interrogatus Hincmarus, ſcriptis rationem de illorum deſtitutione redderet: cúmque reſpondiſſet Hincmarus, vt ipſe ibidem teſtis eſt: Ego non iudicaui, neque deieci, neque cum iudicibus eorum ſubſcripſi.] Anno ſequenti 866. idem ipſe Summus Pontifex diligenter requiſitis & inueſtigatis Concilii Sueſſonici actis, & monumentis, depoſitionis illius, quæ in Archiuis Eccleſiæ Romanæ ſeruarentur,

Hincmari Epiſt. 24. ad Egilon.

A. 866.

perſpectâ deſtitutorum probitate & ſcientiâ, nec non quæ in illa deſtitutione interceſſerat Hincmari nequitiâ, Hincmarum ipſum hortatus eſt, vt Vvlfadum Collegáſque ipſius clementi animo & tranquillâ ſtuderet ad ſe magnanimitate vocare, depoſitâque funditùs omni animoſitate de reſtitutione ipſorum ſecum fraternè tractare, atque miſericorditer conſummare contenderet.] Hæc ipſa ſunt verba Nicolai Papæ in Epiſtola ſua 13. ſeu tom. 3. Conc. Antiq. Gall. 58. ad Galliarum Epiſcopos. Nec ea quæ ad Hincmarum directa eſt inter reliquas ibidem habetur. Sed obiter obſeruandum Summum Pontificem, cui nequitia & pertinacia Hincmari ex cauſa Rothadi, & monumentis rei geſtæ in Vvlfadum & ſocios eſſet plenè perſpecta, exhortationem illam ſalutari increpatione condidiſſe, & inter reliqua DVRITIAM PHARAONIS non fuiſſe prætermiſſam, vt Hincmarns ipſe teſtis eſt Epiſtolâ 23. ad Egilonem his verbis: Peto etiam vt ad hoc, quod Domnus Apoſtolicus mihi ſcripſit de duritia Pharaonis, ſicut in Epiſtola mihi miſſa legetis, ei ex ordine condicatis, quàm benignè eoſdem Fratres & antea & poſtea tractaui, ſicut coram ipſis in Synodo comprobaui, nec talem me æſtimet, ſicut me æmuli mei illi depingunt.]

Nicolai PP. Epiſtola tom. 3. Conc. Gall.

Hincm. Epiſt. 23. ad Egilonem.

Porró Nicolaus Papa præfatâ Epiſtolâ Remigio Lugdunenſi, Frotarco Burdegalenſi, Herardo Turonenſi, Vvaniloni Rothomagenſi, Egiloni Sennenſi & aliis Galliarum Archiepiſcopis præcepit, vt niſi Hincmarus Vvlfadum & ſocios ſuis gradibus vltrò reſtituat, Concilium Sueſſionenſe ad 15. Kalendas Septembres conuocetur, in eóque causâ cognitâ reſtituantur: Vbi (inquit) Canonicè per ordinem cuncta quæ in eis geſta ſunt examinantes & ſubtilius inueſtigantes, ſi de illorum reformatione iuſtum quid vel pium ſenſeritis, ſine contradictione perficite, & eos in ſuis, ordinibus reſtituite. Præterea ſi diſceptantibus vel fortaſſis alia atque alia decernentibus vobis, præfati deiecti Sedem appellauerint Apoſtolicam &c.] Hancque huiuſce ſuſceptæ curæ rationem edidit Summus Pontifex in principio eiuſdem Epiſtolæ. Quia etiam (inquit) nullo ſpeciali priuilegio ad deiectionem hanc curandam principaliter incitaremur, oppreſſis tamen ſubuenire, & ad exemplum Dominicum eliſos erigere, & compeditos ſoluere nos oportet.]

Nicolai Papæ Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ.

Verùm tantum abeſt, vt Pontificiæ admonitioni & exhortationi cedens Hincmarus Vvlfadum & ſocios vltrò reſtituerit: quin imò licet Rex ipſe Vvlfadi reſtitutionem inſtanter & præſens expoſceret, conuenientibus in Concilio Sueſſionenſi iuxta mandatum Apoſtolicum, 7. Prouinciarum Epiſcopis, ipſe non clam tantùm ſed ſcriptis palàm quatuor ſcedulis in Concilio ex-

866. hibitis, illorum reſtitutioni in quantum potuit impedimento fuit, ſcedulæ illæ quatuor extant tom. 3. Conc. Antiq. Gall. pag. 282. & ſequentibus. Cum hac etiam inſcriptione quartæ appoſitâ: » iſta quæ ſequitur ſcedula Synodo eſt porrecta, ſed quibuſdam » ſcandalizantibus non eſt perlecta.] Ex quo ſatis apparet quantâ nequitiâ in illa Synodo verſatus ſit Hincmarus; verùm ſcedulas ſingulas percurrere non erit inutile.

Hincmar. Epiſt. 23. ad Egilonem.

Prima, vt ipſe memorat Egiloni Epiſtolâ 23. oſtendit ſe Vulfa- » di & ſociorum deſtitutioni non ſubſcripſiſſe: In ſcripto (inquit) » quod primum dedi, nihil aliud habetur, niſi quia ego non ſuſpen- » di eoſdem Fratres ab officio, neque iudicaui, neque à gradibus » Eccleſiaſticis eos deieci, neque cum iudicibus eorum ſubſcripſi, » ſed Synodus Epiſcoporum quinque Prouinciarum, & quod vos » regulariter inde inueniretis, ego ſine cunctatione ſequerer, » ſecundùm tenorem Epiſtolarum Domni Apoſtolici.] Immo etiam eadem ſcedula deſtitutionem in Synodo illa quinque Prouinciarum, & ab electis iudicibus ritè & rectè factam, & à duobus Summis Pontificibus Benedicto & Nicolao confirmatam, retractari per Concilium illud nullomodo poſſe, congeſtis plurimis Leonis, Gelaſij, Symmachi & Sancti Gregorij Summorum » Pontificum auctoritatibus comprobauit: Si quæ deſtruxi (in- » quit Leo Papa apud Hincmarum) hæc ædifico, præuaricatorem » me conſtituo, & eis me vltionum conditionibus ſubdo &c.] Et » Symmachus dicit, ad ipſam Sacroſanctam Catholicam Religio- » nem pertinere, cuius omnis poteſtas infringitur, niſi vniuerſa quę » à Domini Sacerdotibus ſemel regulariter ſtatuũtur, perpetua ſint: » quod alias contingere poterit, ſi Succeſſor Deceſſoris actibus nõ » tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt, faciat rata eſſe » quæ geſſerit,] & ſimilia: ſimulatam verò erga deſtitutos beneuo- » lentiam his verbis indicat: qui iſtorum Fratrum de quibus agitur, » vel quorumcumque aliorum fœlicitati non inuideo, nec per quã- » cunque malitiam eis nocere feſtino, quorum ſalubrem ac regula- » rem ſtatum & cupiui & cupio, & quæſiui & quæro, & de quorum » deiectione dolui ſatis, ac doleo, quia nemo maius diſpendium » de illorum deiectione habet, quam ego.]

1. Hincm. ſcedula.

Vbi ex hac ſcedula aduertit Vulfadus Hincmarum reſtitutionis ſuæ prorſus reluctari, inter media cauſæ Ebbonem regulariter depoſitum non fuiſſe, & regulariter reſtitutum iudicibus aſſeruit: ideóque ſecundam ſcedulam conſcripſit Hincmarus, quâ Ebbonem regulariter depoſitum, & non regulariter reſtitutum demonſtrauit, vt ipſemet teſtatur in præfata Epiſtola 23. ad » Egilonem his verbis. Alterum autem ſcriptum ideo dedi, quia » ſicut ſcitis non putabat me Vulfadus ad illum condeſcendere velle,

Hincmari Epiſt. 23. ad Egilonem.

Digitized by Google

velle, & licet non in mea Prouincia, tamen audiebam per alios " A. 866.
illum dicere interdum; Ebbonem non fuiſſe regulariter depoſi- "
tum, interdum autem regulariter reſtitutum: & ideo demonſtra- "
ui eundem Ebbonem regulariter depoſitum & non regulariter re- "
ſtitutum &c.] Et paulò poſt: In quibus (ſicut ſcitis) & Rex & "
omnes concordauerunt, ſcientes me non in duritia velle contra "
Vvlfadum perſiſtere, qui interdum etiam dicebat, quod meus "
non eſſet Clericus, anguſtians (ſicut ſcitis) vt qualicunque modo "
gradus poſſet habere.] "

Cùm autem cerneret Hincmarus Epiſcoporum plurimos in reſtitutionem Vvlfadi & ſociorum inclinare, eò quod bonâ fide palàm & publicè in Matrice Eccleſia ab Ebbone Archiepiſcopo iure vel injuriâ Sedi ſuæ reſtituto (qui conſenſu Epiſcoporum ſuæ Metropolis iuribus omnibus & muneribus Epiſcopalibus fungeretur) ſacros ſuſcepiſſent ordines, idque iuxta l. Barbarius Philippus ff. de officio Prætorum. In qua propter publicam vtilitatem & communem errorem, qui facit ius, geſta in loco maiorum à falſo Prætore confirmantur: hoc enim humanius eſt, inquit Iuriſconſultus. Tunc tertiâ ſcedulâ Hincmarus mediam viam aperire & temperamentum inducere ſtuduit, vt quoniam iuxta Regulas ſacras Synodi pro Vvlfadi & ſociorum deiectione Regularis definitio non poterat apertè conuelli, ſecundùm indulgentiam Nicænæ Synodi, de his quos damnatus ordinauit Meletius, & iuxta traditionem Affricani Concilij de Donatiſtis, in gradibus reciperentur: illa tamen (inquit Hinc- " 3. Hincmari ſcedula.
marus) modis omnibus in iſtorum ſtatu (ſi tamen à vobis vnani- "
mirer inde conſenſum, & à Domino Papa fuerit confirmatum) "
conditione ſeruatâ, quam & Apoſtolica Sedes pro Eccleſiaſtico "
vigore ab omnibus petimus faciat conſeruari, & à veſtra fra- "
ternitate neceſſe eſt prouideri, ne hâc quod abſit occaſione "
auctoritatem in ſacris ordinibus miniſtrandi vſurpent, qui aut "
penitùs non acceperint, aut contra Regulas acceperint, vel qui- "
bus Regulariter miniſterium fuerit interdictum. Quoniam ſi hoc "
impunè fuerit licitum, omnis ordo & vigor Eccleſiaſticus non "
tantùm nutabit, quantùm penitùs confundetur &c.] Ita vt hoc "
Hincmari temperamento ex indulgentia ſolùm gradus honorem ſine vlla Sacrorum Ordinum miniſtrandi facultate retineret Vvlfadus cum ſociis, multo minùs ad ſuperiores gradus, Epiſcopatū videlicet, quem Rex illi deſignauerat promoueri poſſet: nec à conditione illa iuxta mentem & ſenſum Hincmari excepti videntur illi, ſicut eadem expreſſa conditione in Synodica Epiſcoporum eiuſdem Concilij excepti fuere, quoniam verbis generalibus concepta fuit, deinde verbis ſequentibus ibidem alterius

A. 866. diplomatis quartæ ſcilicet ſcedulæ meminit Hincmarus, quam in ipſum Vvlfadum confecit, vt quouis modo graduum Eccleſiaſticorum adminiſtratione inductus eſſet.

4. Hincmari ſcedula.

Sed quicquid ſit de tertia illa ſcedula, quarta hæc & poſtrema impudentiſſimam Aulicæ verſutiæ frontem & perfidiam retegit: Hincmarus ſiquidem ſe amicum Vvlfadi ſimulat, eius reſtitutioni à Rege ipſo etiam Concilio adſiſtente expetitæ » annuere & patrocinari videri affectat; nihilominus inuitus (in» quit) non per malitiam, ſed ne imputetur illi, quòd calliditate aliqua occultauerit veritatem, ea refert & prolato libello probat, quibus proprio Vvlfadi conſenſu & iudicio ſub iureiurando obfirmato, ab omnimoda graduum Eccleſiaſticorum adminiſtratione in perpetuum ſit excluſus. Hæc ſcedula tam manifeſtæ fraudulentiæ nequitiam in Concilio reſerauit, vt ipſo Hincmaro præſente & inter reliquos Archiepiſcopos præſidente (vt primus Synodicæ ſubſcripſiſſe apparet) ab ipſa fronte dum legeretur oborto inter Epiſcopos ſcandalo, anathematе damnata, non ſit perlecta vt in Epigraphe notatur: » Iſta quæ ſequitur ſcedula Synodo eſt porrecta, ſed quibuſdam » ſcandalizantibus non eſt perlecta.] Et in titulo generali quatuor illarum ſchedularum, notatur eas Synodo per vices oblatas fuiſſe ab Hincmaro. Sed vt magìs innoteſcat eius animus hîc aliqua ex ſcedula illa referre non grauabimur.

Primò, hac vtitur præfatione. Quod inuitus dico & ſup» primere in totum non audeo, ne fortè mihi ab his, qui hoc » ſciunt imputetur, quod calliditate aliquâ occultauerim veri» tatem, & ſi hæc iuxta Veterum conſtitutionem iudicio Syno» dali Decreta, ſine definitione Synodalis ſententiæ modo quo» libet fuerit refragrata, dilecto fratri noſtro Vvlfado ad no» xam cuiuſcunque rediuiuo furore valeat deputari.]

Deinde poſt recenſitam Vvlfadi & ſociorum in Concilio quinque Prouinciarum deſtitutionem, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſub anathematis interpoſitione confirmatam, contra Eccleſiaſticos Canones, Lingonenſis Eccleſiæ Paſtore viduatæ regimen vſurpaſſe Vvlfadum, & Synodali auctoritate ab ea præſumptione reuocatum, cùmque pænitentem ſub iureiurando ſatisfactionis libello pollicitum ab omni graduum Eccleſiaſticorum adminiſtratione ceſſaturum his verbis expoſuit: & » ab hac præſumptione (de Vvlfado inquit) Synodali auctori» tate cuius habemus conſtitutionem, reuocatus iubente Domi» no, *Si peccauerit frater tuus increpa illum, & ſi pænitentiam* » *egerit dimitte illi*, per ſatisfactionis libellum propriâ manu fir» matum recipere communionem, quâ regulariter ſecundùm

Nicænos & Calcedonenſes Canones, ac Decreta Gelaſij fue- « A. 866.
rat priuatus, promeruit, ſicut idem ipſe libellus, qui præ «
manibus habetur oſtendit, in quo ſub iure iurando per San- «
ctam Trinitatem Vnius Deitatis profeſſus eſt, ſe nunquam & «
nuſquam ad ſibi interdictam præſumptionem, & ad graduum Ec- «
cleſiaſticorum adminiſtrationem ylteriùs adſpiraturum: neque «
aliam huiuſmodi temeritatem, qua pax Eccleſiæ valeat pertur- «
bari, & quies Sacerdotalis poſſit inquietari, ſcienter vel liben- «
ter vlteriùs moliturum: quem libellum coram Epiſcopis Pardu- «
lo Laudunenſi, Guntberto Ebrocenſi, Ænea Pariſij, corámque «
Rege & quàm plurimis aliis nobis iudicibus ſuis à Synodo con- «
ſtitutis porrexit.] «

Tum Sanctiſſimorum Pontificum Leonis & Gregorij Magni, & Concilij Cartaginenſis auctoritate Vvlfadum, omni honore à ſe ipſo priuatum probat, eiúſque deſtitutionem geminâ Sedis Apoſtolicæ conſtitutione firmatam improperat. Quoniam (in- «
quit) incauta præſumptio, vt conſtitutio geminaretur exigit, «
quatenùs ſi obſtinatio permanere deligeret, ſe poſt tot pro- «
hibitiones diffinita impunè non poſſe tentare cognoſceret.] «
Et tandem calliditatem & perfidiam ſuam colore quæſito inuoluere intendit, his verbis aperit: hæc non per malitiam (in- «
quit) dicta, ſed ne, vt putarentur per vafritiem tacita, ad ve- «
ſtram notitiam neceſſarium duxi perducere, qui canonicè cun- «
cta per ordinem, quæ in præfato Fratre noſtro Vvlfado, & «
Collegis eius geſta ſunt, ſecundùm præceptionem Domini noſtri «
Papæ, examinare & ſubtiliùs inueſtigare, & ſi quid iuſtum piúm- «
que ſenſum fuerit, de illorum reformatione debetis perficere, ne «
quid fortè prætermiſſum videatur, quod vobis ſcire, & vnde à «
vobis conueniat deffiniri.] «

En qualis fuerit Hincmari ſinceritas & animi candor, qualis æquanimitas, qualis affectus in Vvlfadum & Regem ipſum, qui reſtitutionem eius, immo & Epiſcopatum illi etiam præſens inſtantiſſimè proſequebatur. Quis verò fuerit, illius Synodi exitus, eâ Synodicâ Epiſcoporum ad Nicolaum Papam emiſſa his verbis in ipſius Epigraphe tom. 3. Conc. Antiq Gall. pag. 293. ſic notatur: vt excuſauerint Hincmarum, quod auſus non ſit «
ſuâ, & Comprouincialium auctoritate Vvlfadum & ſocios re- «
ſtituere, qui in Synodo quinque Prouinciarum fuerant depo- «
ſiti, ſibi etiam in Concilio, tametſi de illorum reſtitutione, aſ- «
ſentiantur, conſentaneum viſum ſit, rem totam Pontifici, à quo «
inchoata eſt, conſommandam reſeruari.] «

Synodicâ Côc. Sueſſon. 3. ad Nicolaum PP.

Cum hâc Synodicâ, & ſingulari Hincmari Epiſtolâ Rex Karolus ſuâ ad Nicolaum Epiſtolâ, quæ ibidem habetur pag. 300.

Karoli Regis epiſtola ad Nicolaum.

A. 866. » Hincmari obedientiam his verbis laudat. Quia verò ſæpe dictus » Antiſtes altitudini veſtræ deuotiſſimus, & Apoſtolico Conſti- » ſtutionis veſtræ Decreto, & noſtro etiam hortatui, omnimo- » dis gratantiſſimè paruit, nec in aliquo renuere tentauit, noſtrâ » ſupplici petitione ampliorem gratiæ munificentiam apud vos ſe » percepiſſe gratuletur, proindéque vobis ſeſe acceptiorem om- » ninò perſentiat.]

Vnde apparet, vt quantumlibet Hincmarus Vvlfado & Regi ipſi aduerſatus ſit, eâ tamen verſutiâ verſari ſolitum, vt ab omnibus eſſet laudi & venerationi, vel etiam tantæ fuiſſe auctoritatis, vt eſſet reliquis miniſtris, & plurimis Epiſcopis terrori. Eius verò Annaliſta Bertinianus huius Synodi contentio-

Annales Bertiniani anno 866.

» nem & tractatum iuxta Hincmari ſenſum ſic exhibet. Karolus » menſe Auguſto Sueſſionis ciuitatem adit, & Synodo à Papa » Nicolao conuocatæ conſidet: vbi ſecundùm prædicti Apoſtolici » commendationem quæſtione diremptâ, de Vvlfado & Collegis » eius ab Ebbone quondam Remorum Archiepiſcopo poſt depo- » ſitionem ſuam ordinatis, quoniam Regulæ ſacræ non poterant » apertè conuelli, pro ſui reuerentia, & quorundam reſpectu, » & Rege ac quibuſdam pro Vvlfado nimiùm ſatagentibus, ſchiſ- » ma & ſcandalum aliter vitari non potuit, inuentum eſt, vt quia » Synodi Epiſcoporum quinque Prouinciarum regularis definitio, » ex præfatorum deiectione, Benedicti Papæ & Nicolai ſubſcri- » ptionibus fuerat confirmata, ſecundùm Indulgentiam Nicænæ » Synodi, de his quos damnatus ordinauit Melitius, & iuxta tra- » ditionem Africani Concilij de Donatiſtis, in gradibus recipe- » rentur, ſi tamen Nicolao Papæ placeret ſuam immutare, quam » confirmauit ſententiam; indéque Synodus congregata per Egi- » lonem Sennenſem Archiepiſcopum cum aliis, pro quibus perre- » xerat, præſcriptâ conditione Nicolao Papæ litteras mittens, ſine » Sacerdotum diſcordia eſt ſoluta: & licet iuxta Innocentij Decre- » ta, quod de huiuſmodi neceſſitas temporis quondam reperit, ceſ- » ſante neceſſitate debuiſſet vtique ceſſare pariter quod vrgebat: » quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens » fieri tempus impellit, quoniam nil aliud, ſed hoc ſummoperè quę- » rebatur vt quocunque modo Vvlfadus fieri poſſet Epiſcopus; » tolerabilius quibuſdam eſt viſum propter vitandam ſeditionem » hanc neceſſitatem, quæ nunc, ſicut & tunc vrgebat, iterum in » medium deuocaret. Ac ſi Concilio Iacobi & ſeniorum Ieruſa- » lem etiam poſt legis abolitionem circumciſo Timothæo, cum » Paulo Legis ceremonias exercere, quàm tumultus in Eccleſia, & » in poteſtate regia comitari. His ita diſpoſitis Karolus iam di- » Vvlfado Bituricenſem Metropolim, nuper defuncto Rodulpho

Archiepiſcopo, ante cauſæ definitionem arbitratu ſuo committit.] « A. 866.

Romam igitur à Concilio & à Rege delegatus eſt Egilo Senonenſis Archiepiſcopus, quô rei geſtæ rationem redderet, iuxta legem ab Hincmaro, (qui eum delegerat) præſcriptam; ſiquidem ex eius Epiſtola 23. ad eundem Egilonem patet, hunc non alium quam Hincmarum habuiſſe arbitrum paragendæ delegationis ſuæ, quid exhibendum vel dicendum, qui duo reticendum eſſet Summo Pontifici: ideoque Epiſtolâ illâ ſigillatim eum inſtruit Hincmarus, quemadmodum ſe Romæ gerere debeat, negotiationis ſuæ legem & ſeriem illi præſcribens. Vt autem in ea non leue continetur verſatilis ipſius ingenij monumentum, operæ pretium erit ſi attentiùs expendatur.

Hincmari Epiſtola 23. ad Egilonem.

Primò igitur qualis inter ipſos intercederet neceſſitudo his verbis exprimit. Hincmarus: quantâ fiduciâ vtar veſtra dilectione, ex veſtra mente penſare poteſtis: non enim aliter in mente mea vos teneo quàm me alterum, exceptis peccatis meis: Quapropter ſicut in vobis de vobis confido, & ſicut vobis & pro vobis in omnibus eſſe cupio, ita erga me in omnibus ſitis.]

Secundò memorat Hincmarus Egiloni, quæ ei exemplaria cum capitulis tranſmittat & aduertit. Neceſſe vobis erit (inquit) vt ipſa Capitula benè cognita habeatis, & memoriâ teneatis, quæ ſparſim in ipſis Epiſtolis continentur, vt ſi illi quos ſcitis more ſuo ſua dicta inuoluere voluerint, habeatis veritatem, quam illis reſpondere poſſitis.] Notanda occulta conſpiratio (*illi quos ſcitis.*)

Tertiò conſultus Hincmarus an ſcedulas ſupradictas Domno Apoſtolico exhibere deberet, licet (vt ipſe teſtis eſt Epiſtolâ ſuâ 22. ad eundem Summum Pontificem) Papa geſtorum ſeriem de omnibus quæ in Concilio relata, examinata atque reperta ſunt ſibi remitti expetiiſſet, nihilominus reticenda cenſet his verbis: De ſcriptis denique, quæ porrexi in Synodo, de quibus mandaſtis vt diſcernerem, ſi vobis ad portandum neceſſaria forent, non mihi viſum eſt vos vllam habere neceſſitatem: ſed videtur mihi, quia ſi oſtenſa fuerint Apoſtolico aut Romanis, vt aliquam dubitationem poſſint afferre Domno Apoſtolico, quaſi contentiones inter nos fuerint in cauſa Vvlfadi, & vnà cum veſtro Miſſatico ſuſpecta Synodi & mea Epiſtola fiat, inde aliquod impedimentum & dilatio ad ea quæ ſenior noſter citò obtinere vult de ipſo Vvlfado. Et puto non diſplicebit quibuſdam, ſi aliqua occaſio interciderit, vnde ad illos ſit ei neceſſe recurrere, & ſicut mihi mandatum eſt, increſcit Apoſtolico & Romanis tanta legere.]

A. 866. Quartò vbi priorum ſcedularum tenorem memorauit, quid in memoria tenere deberet, & firmiter omnibus exponere inculcat. Verba autem (inquit) quæ vos firma habere debetis, & etiam veſtri, ſi aliquis inde fuerit tentatus, iſta ſunt; quia ſecundùm tenorem Epiſtolarum Domni Apoſtolici, ſicut in eis Scriptum habetur, cuncta per ordinem, quæ in iſtis fratribus geſta ſunt, canonicè examinantes inueniſtis Ebonem iuſtè & regulariter depoſitum, & non regulariter reſtitutum, & iſtos fratres non hinc, ſed à Synodo Epiſcoporum quinque Prouinciarum iudicatos ſecundùm ſacros Canones &c.]

Quintò aliam rationem reddit propter quam nihil præter Epiſtolam Synodalem, & ipſius Hincmari exhibere debeat ne ſcandalum in ipſum Hincmarum oriatur. Eſt etiam (inquit) quoniam ſi aliqua per vos mitterem, & vos illa portaſſetis, niſi tantùm Epiſtolam Synodalem & meam Epiſtolam concordantem eidem Epiſtolæ, ſcitis quales ſumus, poſſet fieri, vt aliquorum mentes inde contra nos ſcandalum ſumerent, quod & modò in Synodo quantùm potui deuitaui, vbi ſicut comprobatum eſt, iſtos fratres non iudicaui, nec eidem Synodo ſubſcripſit.]

Sextò oſtendit Hincmarus animum nocendi Vulfado ſe non depoſuiſſe, ſed ſolâ Regis auctoritate retineri, ideóque Egilonem hortatur, vt Summo Pontifici multa exponat, quæ poſſent illum à reſtitutione Vulfadi & ſociorum deterrere: ſed ſi locum videritis (inquit) Domno Apoſtolico aperire debetis, quoniam multi iam dicunt, ſi illa firma non fuerunt, quæ tunc inde confirmata ſunt, nec iſta quæ modo fiunt, firma erunt: & nihil eſt iam firmum quod Epiſcopi, & Apoſtolica Sedes decernunt: neque de noſtris iudiciis, nec etiam de excommunicatione curant: nec Presbyteri à nobis degradati pro noſtro iudicio ſuum miniſterium dimittent, quia nihil eſt firmum, quod agimus; ſed ſicut vult Rex, & ſicut nos, aut odium mouet, aut gratia, aut cupiditas, aut timiditas, ita & noſtra, & Apoſtolicæ Sedis vadunt iudicia. Et recordari debetis Apoſtolico, qualiter de ſua excommunicatione & propriæ manus confirmatione fecit Guntarius: quâ de re prouidendum eſt in talibus, quia iam homines plùs procliues & voluntarij ſunt ad impunè peccandum, quàm ad regularem diſciplinam ſuſcipiendam & obſeruandam.]

Septimò ab Egilone requirit vt Summo Pontifici ſuggerat Vulfadum & ſocios ſemper ab Hincmaro benignè tractatos, eo quod duritię Pharaonis à Summo Pontifice notatus fuiſſet: Peto etiam (inquit) vt ad hoc quod Domnus Apoſtolicus mihi ſcripſit DE DVRITIA PHARAONIS, ſicut in Epiſtola mihi miſſa legetis, ei ex ordine condicatis, quàm benignè eoſdem fratres & an-

tea & poſt tractaui, ſicut coram ipſis in Synodo comprobaui, ne " A. 866.
talem me exiſtimet, ſicut me æmuli uei illi depingunt.] "

Subiiciuntur & alia minoris momenti ab Egilone Romæ obſeruanda, veluti vt Apoſtolicas literas legeret, antequam mitterentur; ne aliquem dolum in eis ſcriptores, ſicut dicuntur facere, poſſint imponere, & ſimilia quæ recenſere videtur inutile: ſed ex ſupradictis nemo eſt qui non videat, quale fuerit verſipellis vulpeculæ ingenium, quâ arte in ſingularibus Prouinciæ ſuæ Conciliis ageret, qui in celebri tot Prouinciarum Concilio, ipſo Rege præſente & inſiſtente tam nequiter verſatus ſit, & quàm difficile Summo Pontifici fuerit ex his & ſimilibus relationibus rerum geſtarum veritatem aſſequi.

Quid verò à Nicolao Papa ad Egilonis relationem actum ſit, ex eius Epiſtolis videre licet, Epiſtolâ 46. ad Epiſcopos Synodi Sueſſonicæ, 47. ad Hincmarũ, & 52. ad Karolum Regem tom. 3. Conc. antiq. Gall. 59. 60. & 61. quibus vt habetur in Epitome Epiſtolæ " 46. Hincmarum grauiter perſtringit, quod in cauſa Clericorum " deiectorum callidè ac diſſimulanter egerit, quódque Benedicti " Papæ literas mutilas & corruptas proferre auſus ſit: Quare Epiſcopos iterum conuenire, & Clericorum Hiſtoriam accuratè perſcribere: Clericos verò interim ſuis gradibus reſtitui iubet. Non " probat autem quòd Vulfadum ante plenam reſtitutionem ad " Epiſcopatum promouerint.] "

Nicolaus PP. Epiſtola 46.

Longum eſſet ſingula illius Epiſtolæ quæ prolixa eſt percurrere, aliqua ſufficiet hîc de Hincmaro breuiter notare 1. Hincmarus faſitatis notatur circa acta Concilij Sueſſionici anni 853. in quibus (inquit Summus Pontifex) quanta reprenhenſionum inueniatur " congeries, ſi voluerimus exhibere per ſingula, faciliùs chartę, " quam verba deficient; ibi namque falſitas in ipſo mox actionum " innenitur principio &c.] "

Secundò ex ipſis actis morem agendi Hincmari in ſuæ Prouinciæ Conciliis genuinè refert dum inquit: ibi Metropolitanus Antiſtes modò ſua iura deponit, modò reſumit, modò ſubeſt Synodo, modò preæſt, modò quaſi accuſatus, modò accuſator, modò iudex ac- " cedit, & prolibitu proprio vicibus alternantibus cuncta diſponens, " more cuiuſdam animantis, non ſemper vnius eiuſdémque coloris " apparet &c.] "

Tertiò intimat, quemadmodum Hincmarus verſutâ cauillatione " Concilij illius à Benedicto Papa confirmationẽ obtinuerit, & in- " ter reliqua hæc habentur: Hincmarus arma pręparat, & eidẽ Sum- " mo Præſuli, tanquam ſuarum inexperto verſutiarũ, latenter ſubri- " pit, & in ipſo conſecrationis eius principio ſuadet vt Concilium " quidẽ ad votum vnius hominis congregatum firmaret:] Notanda

A. 866. hæc verba *Concilium ad votum vnius hominis* (Hincmari ſcilicet) *congregatum*. Quod priùs vocauerat *Conuenticulum de ſanguinibus*.

Quartò exprimit quomodo Hincmarus Apoſtolicas literas in multis corruperit, & confirmationem eiuſdem Concilij ab ipſo
» Nicolao Papa furaretur: frater verò Hincmarus (inquit) quædam
» addens plura ſubtrahens vel commutans aliter proſecutus eſt.] Et
» paulò poſt: quod frater Hincmarus de textu penitus eraſit &c. Et
» iterum quod ipſe longè aliter mutauit ſcribens &c.]

Nec non obſeruandum iuxta mentem & mandatũ Hincmari contentiones & diſſidia quæ in tertia illa Sueſſionẽſi Synodo ab eo excitata fuerant, ab Egilone prætermiſſa, & cognitioni Summi Pontificis fuiſſe ſuppreſſa: inmò ipſi ſignificatum fuiſſe Clericos illos
» (vt ibidem habetur) à totius conſona voce Cõcilij dignos graduum
» ſuorum receptione pronuntiatos, vbi nulla diſceptatio prouenit,
» nulla ſicut putatum fuerat, varietas alia atq; alia defendentiũ acci-
» dit &c.] Ita vt Summus Pontifex rei geſtæ inſcius Hincmaro propter id ſuccenſere nullomodo potuerit, nec ipſi vitio vertit, niſi
» quod non ſolemniter egerint, minimè ſecundùm quod decretum
» erat, Sedi Apoſtolicæ plenâ relatione actionum ſeriem referantes
» &c.]

Deinde inter reliqua Hincmarum ridiculum probat, in eo quod perſeuerantiſſimè aſſereret deiectionis Vvlfadi & ſociorum illum
» nullomodo fuiſſe conſcium: illud tamen (inquit) RIDERE
» LIBVIT, quod idem Antiſtes crebro memoratos Clericos ab
» officio ſe minimè ſuſpendiſſe vel iudicaſſe, aut à gradibus eieciſſe
» fatetur &c.]

Tum Summus Pontifex aliâ ſingulari ad Hincmarum Epiſtolâ eaſdem eius fraudes, fallacias & falſitates, & omnimodam nequitiam ipſi improperat, ſuperbiæ etiam & tumoris ipſum arguit, quod pallio vltra modum conceſſum vteretur. Ideóque vulgò Metropolitani nomine appellaretur, vt ſuprà vidimus ex Lupi Ferrarienſis Epiſtola 124. ad Vvenilonem Archiepiſcopum: Non eſt mirum (inquit) ſi vos tamdiù Metropolitanus Epiſcopus mendacio fefellit.] Et Papa ipſe ſupradicta Epiſtola ibi
» Metropolitanus Antiſtes &c.] Hæc igitur eius ſunt in Epiſtola
» ad Hincmarum verba: Poſtremo ſcire te volumus, noſtris au-
» ribus intimatum eſſe fraternitatem tuam non certis temporibus,
» & iuxta morem aliis Metropolitanis Antiſtibus definitis pallio à
» Sede Apoſtolica conceſſo vti: quod valde diſplicet, ſi id à ſancti-
» tate tua fuerat clatè cõmiſſum, vt humilitatis oblita cęteris fratri-
» bus ſuis ſtudeat videri ſublimior: quamuis hoc non ad inanem glo-
» riam vtendum ſit, ſed ad ornatũ cunctarũ virtutum geſtandũ &c.]

Nicolai PP. Epiſtola ad Hincmarum.

Porrò

A. 867.

Porrò hæ Pontificiæ literæ cum his quę eodē argumēto ad Karolum Regē emiſſæ fuerunt, datæ habentur 8. Idus Decēb. indictione 15. (ſcilicet incipiente) ſeu an. 866. Regi & Hincmaro exhibitæ non fuere niſi menſe Maio ſeu 13. Kalendas Iunii anni ſequentis (qui dicitur eiuſdem indictionis 15. Hincmari Epiſtola 26. ad Nicolaum Papam) & Annalibus Bertinianis ad annum 867. in quibus Egilonis ab Vrbe reditus eiuſque negotiatio iuxta ſenſum Hincmari ſui his verbis refertur. [Deinde (Karolus) pergens Metis ad colloquium fratris ſui Ludouici Regis Germaniæ 13. Kalend. Iunii, obuium habuit in Palatio Salmuntiaco Egilonem Sennenſem Archiepiſcopum cum Epiſtolis Nicolai Papæ de reſtitutione Clericorum Remenſis Eccleſię Vulfadi ſcilicet & Collegarum eius: pro quibus valdè ſatagens, vt in ſuis habeantur gradibus reſtituti, multa Hincmaro Remorum Archiepiſcopo impoſuit in eiſdem Epiſtolis, quæ non eſſe vera manifeſtâ ratione conſtabant.]

Annales Bertin. Anno 867.

Hincmarus verò in præfatâ Epiſtolâ 26. ad Nicolaum Papā menſe Iulio eiuſdē anni 867. editâ: tales ac tantas, inquit, increpationes dignitati meæ à dignitate veſtra inlatas inueni, ſicut peccata mea merentur &c.] Sicque ſimulatâ humilitate & ſummâ hippocriſi, à ſuperbia, fraudulentia, & crudelitate, quæ increpatoriis Summi Pontificis Epiſtolis illi meritiſſimè obiecta fuerant, ſe purgare intendit his verbis. Sed gratias illi, cuius gratiâ ſum id quod ſum, quia perhibente mihi teſtimonium conſcientiâ meâ, licet in aliis ſim peccator, tamen in his, de quibus me apud auctoritatem veſtram audio denotari, non talis ſum in oculis diuinis, qualis depingor in auribus humanis. DE TVMORE namque erga Sedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum matrem atque magiſtram, iam apud ſanctæ recordationis Sergium atque Leonem fueram denotatus: ſed debitis obſequiis cooperante Domino, quòcunque ſe locus mihi præbuit, demonſtraui, quod fidelis & deuotus, humilis quoque atque ſubiectus ſemper in omnibus & vbique erga Sedem Apoſtolicam, & eius rectores extiterim. Et modo cum TVMORE, quem quantùm potui ab ineunte ætate vitaui, DOLOSITATE atque CRVDELITATE apud Sanctam & prudentiſſimam Sanctitatem veſtram videor denotari: qui poſtquam ſenſualiter percepi dictum à Sancto Spiritu, & imprecari à Sancta Dei Eccleſiâ de his qui in corde & corde loquuntur: *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa*, ac *multa fiant labia doloſa*, & vt *virum ſanguinum*, ita nihilominus & doloſum abominari à Domino, doloſitatem & crudelitatem quaſi *à facie Colubri* fugiens execrari curaui, ſciens beatos eſſe miſericordes, & iudicium illi futurum ſine miſericordiâ qui non facit miſericordiam.]

Hincmar. epiſt. 26. ad Nicol. PP.

Pſal. 11. v. 4. Pſ. 30. v. 19. Pſal. 5. v. 7. Eccl. 7. v. 2.

GGg

A. 867. Hæc verba ſicut & Epiſtolæ reliqua, innocentiæ, candoris, & humilitatis ſpecimen præ ſe ferunt, ſed propiùs intuentibus hominis animum & deteſtanda eiuſdem facinora, eò magis innoteſcit hypocriſis, eôque periculoſior fuiſſe dignoſcitur omnimoda eius nequitia, quæ aliquantulum tanti totius Eccleſiæ Præſulis vigilantiâ & auctoritate repreſſa, poſt eius obitum qui idibus Decembris eiuſdem anni obiigit, inſuperabilis vſque ad excæcationem & oculorum euulſionem Laudunenſis Epiſcopi Nepotis proprii extitit. Sed antequam crudelitas illa hic notetur, pauca quæ de Gotteſchalco his duobus annis huic Egilonis Legationi immixta, ſuperſunt expendenda.

Cap. 49.

CAPVT XLIX.

De appellatione à Gotteſchalco ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, Hincmari artibus intercepta eiúſue in eam præcautione.

A. 866. Anno 866. Gotteſchalcus monitus ex cauſâ tam Rothadi Epiſcopi ſui, quàm Vvlfadi & ſociorum in violentas Hincmari oppreſſiones commotum fuiſſe Summi Pontificis animum, eique ſummæ curæ eſſe oppreſſis ſubuenire, & ad exemplum Dominicum eliſos erigere, & compeditos ſoluere, vt ipſe teſtatus eſſet in Epiſtola generali ad Galliarum Archiepiſcopos in Cōcilio Sueſſionenſi 3. hoc ipſo anno conuocandos, poſt octodecim annorum in ergaſtulo recluſionem, de reclamatione ad Sedem Apoſtolicam perferendâ curauit per Monachum eiuſdem Cellæ Altumuillarenſis ſcilicet, in qua detineretur, nomine Guntbertū. Vel Monachus ille tactus dolore intrinſecùs, quod inaudito irreligioſitatis & crudelitatis exemplo Gotteſchalcus per tot annos ab omni communione reſciſſus in ergaſtulo illo detineretur, quódque etiam ob communicationem furtim habitam cum illo, ipſemet Hincmaro teſte in grauioribus culpis miſſus fuiſſet, reclamationem illam nomine Gotteſchalci Romam deferre ſuſcepit, & fugâ è Monaſterio elapſus aufugit, & Romam pergere cœpit: Huiuſcet facinoris ſtatim monitus Hincmarus, eodem tempore quo Egilo Senonenſis à Sueſſionenſi Synodo Romam delegatus iter pararet, ipſeque Hincmarus Legationis & eius ad Summum Pontificem modum & momenta omnia, quænam dicenda, quæue reticenda forent, præſcriberet, necdum litteræ illæ quæ ſub ſecreti ſigillo habendæ eſſent, ad Egilonem per Nuncium fuiſſent

Digitized by Google

tranſmiſſæ, nullâ morâ reſcripſit adeundem Egilonem ſibi fidiſſimum, quò Romæ huic negotio quaſi ſibi maximi ponderis & momenti, ſtudioſiſſimè inuigilaret, & quouis modo ageret: Vt reclamatio illa repelleretur; vtque ipſe Gotteſchalcus, quaſi hæreticus haberetur, eius doctrinam & mores totis animi viribus infamat, & quaſi maniaticum, & Dæmoniacum delineat, quóue ille omni conatu, & contentione inſiſteret, ne reclamatio illa ſuſciperetur, ne etiam ad Synodum miſerabilis ille Monachus venire iuberetur, aut de ipſa cuſtodia abſolutus exiſteret, ſi alterutrum contingeret, maximam nauſeam in Eccleſia fore comminatur. A. 866.

Imprimis Egilonem hortatur, ne quemquam huius Epiſtolæ conſcium faciat ne in talium manus veniat, vnde ſcandalum poſſit oriri: ſed ſicut nullum aliud huiuſce negotii veſtigium ſupereſt quàm id quod hàc & ſequenti Epiſtolà ſcripſit Hincmarus ad Egilonem ipſum, audire neceſſe eſt.

Hincmar. Epiſt. 24. ad Egilon.

» In aliis litteris, inquit, ideo tanta vobis ſcripſi, vt haberetis rei
« ordinem, & plenitudinem ac veritatem de his quæ fuerunt geſta
« in Synodo: Quia Domnus Apoſtolicus ſicut in vobis directâ le-
« getis Epiſtolâ, cuncta quæ ibi geſta fuerant plenâ fideliſque nar-
« ratione ad ſe referre præcepit, & animus veſter ad iter ſubitaneum
« & difficile occupatus, intendere fortè ad cuncta non potuit, li-
« cet inde in Epiſtolâ Synodi ſufficienter ſit poſitum, & etiam de
« aliis, quæ ſcribo, mihi verbis conferre vobiſcum non licuit, *quæ
« peto, ſed & iſta quæ ſequuntur, vt in talium manus non veniant, vn-
« de ſcandalum poſſit oriri.* Poſt illas autem ſcriptas litteras nuncia-
« tum eſt mihi de Cella noſtra, quæ vocatur Altum villare, Mona-
« chum noſtrum nomine Guntbertum aufugiſſe cum libris, & ve-
« ſtimentis, & caballis, & aliis etiam quæ furari potuit: qui ſæpe
« pro ſuis negligentiis regulariter correptus fuit, & quia ſæpe Got-
« teſchalco furtim ſe coniunxerat, ſecundùm regulam ingrauiori-
« bus culpis miſſus fuit, & dicitur illius peruersâ doctrinâ deprauа-
« tus: Et ſicut mihi dictum eſt, quaſi ipſius Gotteſchalci reclama-
« tionem vult perferre ad Domnum Apoſtolicum, videns qualiter
« illa aduerſum me, quæ de iſtis partibus ad illum veniunt, ſuum
« curſum accipiunt, & audiens quòd Domnus Apoſtolicus Domi-
« no Regi Karolo de me ſcripſit, quia ſemper me tegere non debet
« à talibus, nec valet: vt prouiderem, ne pro eis tandem incurram
« quæ non opto, & ipſe frater, & alij licenter, quæ volunt, aut mo-
« liuntur, aut faciunt &c.]

Deinde rationes edit propter quas omni culpâ ſe profitetur alienum in cauſa tam Rothadi, Vvlfadi & ſociorum, quàm ipſius Gotteſchalci, ſéque paratum iuſſu Summi Pontificis cùm voluerit

A. 867. » eum ergaſtulo ſoluere & dimittere:his verbis: Si de Gotteſchalco
» dicit, de quo ſed & de præfatis ordinatis ab Arſenio ſcripto in-
» terrogatus, ſcriptis rationem reddidi ,eundem Gotteſchalcum à
» duabus Synodis damnatum iubentibus Epiſcopis, poſtquam iu-
» dicatus fuit, cuſtodiendum accepi, ne aliis ſuâ peruerſâ doctrinâ
» noceret,qui ſibi prodeſſe nolebat: De quo etiam litteris Domno
» Apoſtolico ſuggeſſi, qualis eius ſit doctrina, & vtrùm vellet, vt
» ei licentiam ad eum eundi darem, an alteri eum per ſuam iuſſio-
» nem commendarem, ne ſine auctoritate duarum Synodorum
» diffinitionem diſſoluerem: Si illi placet per ſe ipſum audire, man-
» det, & ego illum dimittam, vt ad eum vadat; quia ſi Rex illum
» non miſerit, ego non habeo tantos cuſtodes, qui eum deducant;
» ſi etiam illi placet, vt alius eum recipiat, & ſuam doctrinam ſiue
» Synodus, ſiue quilibet Epiſcopus audiat, & ſi bona eſt ſequatur;
» ſi praua eſt, ab eis qui eum audierint refellatur; & illi quibus
» hæc commendauerit, facient de illo quod Sacris Regulis viderint
» conuenire, ſicut illi de eo fecerunt, qui ſe Sacras Regulas intel-
» lexiſſe putarunt, nihil mea intereſt.]

Poſtea in quibus Gotteſchalcus errare ſibi videatur, intimat
» his verbis. Tamen ſi aliquis vos interrogauerit de ſua doctrina,
» hanc eſſe illi reſpondere poteſtis, ſicut & verba & ſcripta illius
» demonſtrant. I. Dicit enim Deitatem Sanctæ Trinitatis Trinam
» eſſe, ſicut ſunt tres Sanctæ Trinitatis perſonæ. II. Dicit ita gemi-
» nam eſſe Dei Prædeſtinationem, vt ſicut Deus quoſdam ad vi-
» tam æternam, ita quoſdam prædeſtinauerit ad mortem æter-
» nam. III. Dicit quòd non vult Deus omnes homines ſaluos fie-
» ri, ſed tantùm eos qui ſaluantur: Omnes autem ſaluari, quoſ-
» cunque ipſe ſaluare voluerit, ac per hoc quicunque non ſaluan-
» tur, penitùs non eſſe voluntatis illius vt ſaluentur. IV. Dicit
» quòd non pro totius mundi Redemptione, id eſt pro omnium
» hominum ſalute & Redemptione Dominus & Saluator noſter
» IESVS-CHRISTVS ſit Crucifixus & mortuus: ſed tantùm
» pro his qui ſaluantur. V. Dicit exponens ſententiam Apoſtoli
» Petri *Eum qui emit eos Dominum negantes*. Baptiſmi, inquit, Sa- 2. Pet. 2, v. 1.
» cramento eos emit, non tamen pro eis crucem ſubiit, neque
» mortem pertulit, neque Sanguinem fudit.]

Tùm quaſi nihil eius interſit, quid ſentiat Gotteſchalcus, &
cupiat ab omnibus illis contentionibus abſtinere, dicit, Mona-
chum illum multos habere fautores, ſicut habuit Domnum Pru-
dentium, eáque ratione loquitur de eius ſcriptis & præcipuè An-
nalibus, in quibus vt ſæpius vidimus ad annum 859. obſeruaue-
rat Doctrinam, quam in tribus controuerſis quæſtionibus Pru-
dentius tueretur à Nicolao Papa comprobatam, & neceſſe eſſe

Digitized by Google

vt Egilo illud ipſum exponeret Summo Pontifici, ne ſcandalum inde in Eccleſia veniret. Qui etiam, inquit, Domnus Prudentius in Annali geſtorum noſtrorum Regum, quæ compoſuit ad confirmandam ſuam ſententiam geſtis Anni Dominicæ Incarnationis DCCCLIX indidit dicens *Nicolaus Pontifex Romanus de Gratia Dei & Libero Arbitrio, de Veritate geminæ Prædeſtinationis & de Sanguine Chriſti, vt pro credentibus omnibus fuſus ſit, fideliter confirmat, & Catholicè decernit.* Quod per alium non audiuimus, nec alibi legimus. Vnde quoniam ipſa geſta, quibus hæc conſcripta ſunt, iam in plurimorum manus deuenerunt, neceſſe eſt vt taliter de hoc Domno Apoſtolico ſuggeratis, ne ſcandalum inde in Eccleſia veniat, quaſi ipſe (quod abſit) talia ſicut Gotteſchalcus ſentiat.] A. 866. Dicta Epiſtola 24.

Deinde deprecatur Egilonem ne de his ex parte Hincmari quid dicatur. Et precor, vt de mea parte nihil ei dicatur, quia commotum dicitur habere ſuum animum erga me, multis ad eum contra me ſcribentibus, & mihi derogantibus, ne ſcandalum in me inde retorqueat, vnde culpam non habeo.

Denique ne Gotteſchalcus à cuſtodia liberetur modis omnibus Egilonem inſiſtere hortatur, illum quaſi maniaticum & Dæmoniacum eſſe, & maximè pernicioſum fore dicit, ſi ad Synodum venire iubeatur, vel aliter à carcere ſoluatur: eíque in ergaſtulo neceſſaria omnia ſicut reliquis fratribus præſtari aſſerit his verbis. Plura denique vobis de ipſo Gotteſchalco ſcribere poterā, quàm pernicioſus ſit, & multò magis noxius erit multis, ſi ab ipſa cuſtodia fuerit abſolutus, quia pro certo talia dicit, & talia facit, in quibus euidenter cognoſcitur aut Dœmoniacus eſſe aut maniaticus: Et ſicut ſcitis, quoniam mania eſſe non ſolet abſque Dæmone; Et ſi aliquis vos interrogauerit de ipſius cuſtodiâ, talem eſſe veraciter illi reſpondere poteſtis: quicquid fratres in cibo, & potu habent, hoc ei quotidie ſine vllâ negligentiâ miniſtratur, veſtimenta illi ad ſufficientiam offeruntur, ſi vult ille accipere. Ligna ad focum faciendum illi ſufficienter dantur, in manſione in qua degit, caminatum habet, & neceſſarium: Lauacra illi non denegantur; ſed poſtquam in eandem manſionem intrauit, non ſolùm corpus lauare noluit, verùm nec manus, nec faciem. Antea enim ſicut illi teſtantur inter quos conuerſatus erat turpiſſimus, & adhuc quantùm poteſt in ſua turpitudine manet. Et ſciatis quia maxima nauſea in iſta Eccleſia commouebitur, ſi ad Synodum venire iuſſus fuerit, aut de ipſa cuſtodia abſolutus extiterit. Quæ non pro me dico, quia nulla inde mihi eſt cura niſi pro aliis, ſed vos probabitis me verum dicere: Tales enim ſurgent, qui adhuc latēt.]

Præter epiſtolam illam, quæ ſub ſecreti ſigillo retineretur, aliam

A. 866. etiam ad eundem Egilonem per eundem nuncium ſcripſit Hincmarus, quæ vberiorem expoſitionem Doctrinæ eiuſdem Gotteſchalci, quam pollicitus erat, quæue omnibus exhiberetur tradi-
» dit. Si aliquis vos, inquit, interrogauerit de Gotteſchalci doctri-
» na, vnde vobis iam quædam ſcripſi, hanc eſſe interroganti reſ-
» pondere poteſtis, ſicut & verba & ſcripta illius demonſtrant, &c.] Et repetitis quinque Capitulis in Gotteſchalcum iiſdem ipſis verbis, quibus in præcedenti Epiſtolâ expoſita fuere, ſubdidit. Ex
» quibus mortiferis Capitulis quanta exitioſa procedant Catholi-
» cus & literatus quiſque conſpicere poteſt.]

Deinde ſingula expendendo Capitula quid ex illis maleſanæ doctrinæ inſurgere ſuo genio commentus eſt, inter reliqua ex ſe-
» cundò Capitulo hæc ſequi fabulatur. II. Liberi Arbitrij opera ſiue
» bona ſiue mala nihil valere ad meritum, ſed ſiue ad vitam, ſiue
» ad mortem cuncta Dei Prædeſtinationem agere, ab iſtâ prauâ do-
» ctrinâ enucleatur.] Et paulò poſt: Si enim quòd cæcus iſte in me-
» ridie palpans non videt: Liberum non eſſet Arbitrium, vnde to-
» tus in maſſa perditionis Adam perditus, cum ſuis etiam additis
» iuſtè iudicaretur mundus? Et rurſum, niſi Dei gratia eſſet, quo-
» modo ex eadem maſſa perditionis electus, id eſt gratia lectus ſal-
» uaretur mundus, &c.] Sed vt iam ſuprà cap. 25 obſeruatum fuit, ex his nullo dubio euidentiſſimè apparet, falsò & calumnioſè ab Hincmaro in Epiſtola ad Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem
» Gotteſchalco fuiſſe impactum: Quod poſtquam primus homo
» Libero Arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed
» tantummodo ad malè agendum, libero poteſt vti arbitrio.] Alioquin non modò tantam hæreſim etiam ab Eccleſiâ Lugdunenſi in libro de tribus epiſtolis damnatam, & ſolam ex propoſitionibus ab Hincmaro in Gotteſchalci doctrina reprehenſis, & eiuſdem Eccleſiæ iudicio ſubiectis reprobatam, non in hac nec in præcedenti Epiſtolâ, nec etiam in ea quam de Gotteſchalco ſcripſit ad Nicolaum Pontificem prætermiſiſſet Hincmarus: Sed multò minùs quod expreſsè Gotteſchalcus aſſeruiſſet, peſſimè ex ſaniſſima propoſitione enucleare aſſeruiſſet.

Eccleſ. Lugdun. de 3. Epiſt. cap. 1.

Necnon etiam aduertendum Capitulo quintò damnari Gotteſchalcum quod exponens ſententiam Apoſtoli Petri: *Eum qui* 2. Pet. 2.
» *emit eos Dominum negantes*: Baptiſmi, inquit, Sacramento eos v. 1.
» emit, non tamen pro eis crucem ſubiit, neque mortem pertulit,
» neque Sanguinem fudit] quaſi negaſſet in Baptiſmo veram fieri à peccatis omnibus & à poteſtate Diaboli redemptionem: Ideòque in expoſitione illius quinti Capituli pluribus probat omnes in Chriſto renatos per Baptiſmũ fieri Dei Filios, & emundari ab
» omni peccato, & tandem ſic concludit: Contra quæ omnia ipſius

Hincm. Epiſt. 25. ad Egilonem.

vnius eiuſdémque Baptiſmatis veritas iſto peſtilentiſſimo dog- « A. 866.
mate euacuatur, quod nullam credentibus ſpem ſalutis relinquit, «
nec à quo credentes ſalutem ſperare poſſimus, faciens Deum ini- «
quum atque mendacem & perſonarum acceptorem, dimittit.] «
Et nihilominus in fragmento integro, quod habetur apud eundem Hincmarum in opere de Prædeſtin. cap. 35. pag 305. ex quo ſupradicta ſententia excerpta eſt, præcisè habetur per Baptiſmum fideles omnes tam reprobos quam electos, ab omnibus peccatis præteritis, tam originali, quam actualibus fuiſſe redemptos. Vt pluribus euicimus ſuprà cap. 22. Denique rationem reddit Hincmarus cur illa de Gotteſchalco tumultuario ſermone ſcribere compulſus ſit, nec etiam plura potuerit, quia in articulo iam profectionis Miſſi ſui ad Egilonem, hoc ipſum de fugâ Guntberti (quem Gotteſchalci complicem vocat) è monaſterio renuntiatum fuiſſet: Vt ſi fortè, inquit, idem Presbyter in illis parti- «
bus de zizania magiſtri ſui aliqua ſeminauerit, & à quibuſdam «
inde interrogati fueritis, habeâtis quæ illis de doctrina reſpon- «
dere poſſitis, &c.] «

Verùm quis fuerit exitus ſuſceptæ illius reclamationis ad Summum Pontificem perferendæ, non apparet: Neque enim alibi memoratur hæc reclamatio ad Sedem Apoſtolicam emiſſa, quàm in prædictis duabus Epiſtolis: Sed ex his patet vel caſu, vel fraudulentis inimici hominis artibus interceptam hanc Guntberti Monachi peregrinationem, nullo modo Romæ apparuiſſe Guntbertum, nec reclamandi mandatum, nec per alium quemlibet interpoſitam illam appellationem ad Summi Pontificis aures perueniſſe. Aliàs vel ex relatione Egilonis, vel ex litteris ipſius Summi Pontificis Hincmaro renuntiatum fuiſſet: Nec in iis quæ contra Gotteſchalcum præcipuè poſt eius mortem ſcripſit Hincmarus, ſilentio præteriiſſet. Vtrum autem caſu aliquo vel Hincmari nequitiâ interceptus in via Guntbertus oppreſſus, vel in ergaſtulum retruſus, à propoſito reuocatus ſit, non liquet, Deus nouit, ſed non leuis eſt conjectura fraudulentis Hincmari artibus oppreſſum fuiſſe Guntbertum, & quouis modo à ſuſcepto prohibitum. Primùm quidem ex prædictis Epiſtolis, maximè ex 24. apparet, Hincmarum vt ſibi renuntiatum fuit ſuſceptum illud à Guntberto negotium, valde fuiſſe commotum, illius euentum ipſi cordi fuiſſe, & extimuiſſe ne à Summo Pontifice ad Synodum venire Gotteſchalcus iuberetur, aut aliter de ipſa cuſtodia abſolutus exiſteret; ideóque magnam in ſua Eccleſia nauſeam futuram prænuntiaſſe: Nihil prætermiſiſſe erga Egilonem, vt ſi Guntbertus appareret, eius petitioni, & reclamationi interpoſitæ omnimodis obſiſteret; Sed cur tam ſerò Epiſtolam illam Egi-

A. 866. loni ſub ſecreti ſigillo habeudam præſcripſit. Quæ peto, inquit, ſed & iſta quæ ſequuntur, vt in talium manus non veniant vnde ſcandalum poſſit oriri: Quale ſcandalum, niſi quod oppreſſo, nec amplius apparente Guntberto, hinc non leue in Hincmarum inſurrexiſſet oppreſſionis argumentum: Ita vt valde probabile ſit, illum ſuo genio nullum non mouiſſe lapidem quò appellationem illam ſi fieri poſſet, capto & oppreſſo Guntberto interciperet: Et ſi iam longiùs progreſſus in via intercipi non poſſet, Egilo Romæ, eidem viribus omnibus obſiſteret. Ex ſolemni iuris Regula in l. 79. fraudis interpretatio ff. De Regulis iuris fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. Vtriuſque fundamentum hic apparet, & ſuppreſſa reclamatio, eiúſque ſupprimendæ in Hincmaro ſtudium: Nec violentam huiuſmodi oppreſſionem ab hominis genio abhorrere apparet, ex his quæ in Rothadum Romam progredientem per ſatellites ſuos exercuiſſe vidimus ſuprà cap. 46. Grauiſſimo argumento, ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali iuxta Doctores in cap. ſemel de Regulis Iuris in ſexto. Vt vt ſit, iuſto licet occulto Dei iudicio Appellatio illa Nicolao Papæ, cui ſummæ curæ fuit oppreſſis ſubuenire, Hincmari audaciam & violentiam reprimere, ipſúmque Gotteſchalcum (vt vidimus cap. 47.) à tanta miſeriâ liberare, quouis modo intercepta, ad eius aures appellere non valuit.

Nec obiter aduertiſſe pigebit Doctiſſimum curiæ Monetarum Præſidem Dominum Fauchet, Antiquitatum Gallican. lib. 4. cap. 12. obſeruaſſe, hanc Gotteſchalci Appellationem primam fuiſſe earum quas à Gallicanis Iudicibus ad Romanam Sedem interpoſitas legiſſet: Sed vt iam vidimus, conſtat hanc Appellationem ſeù reclamationem in ſolis inefficacibus deſideriis huiuſce Monachi vel ſodalis eius Guntberti inhæſiſſe, nec à Sede Apoſtolica ſuſceptam: Deinde ſolemnem appellationem per Rothadum interpoſitam præceſſiſſe, ab Hincmaro per triennium impeditam & fermè fruſtratam, tandem in Sede Apoſtolica maximo apparatu poſt diutinam conteſtationem, ipſo Rothado Præſente, Hincmaro vel eius Vicario fruſtra per 8. menſes expectato iudicatam, & Rothadum ab Hincmari calumniâ & violentiâ vindicatum, priſtinis honoribus, priſtino Epiſcopatui reſtitutum ab anno 865. in principio.

Necnon obſeruandum Egilonem in Legatione iniunctum ſibi ab Hincmaro mandatum, vt Summo Pontifici deferret id quod Prudentius in Annalibus ſuis ſcripſerat de confirmatione trium ſupradictarum propoſitionum in Concilio Valentino tertio, & Lingonenſi definitarum à ſuâ Sanctitate factâ, prætermittere nul-

lo

lo modo potuiſſe, eo maximè quod ab Hincmaro & amiciſſimo A. 866.
& in regni regimine potentiſſimo, eâ lege illi præſcriptum fuiſſet: Neceſſe eſt, inquit, vt taliter de hoc Domno Apoſtolico ſuggeratis, ne ſcandalum inde in Eccleſia veniat, quaſi ipſe, quod abſit, talia ſicut Gotteſchalcus ſentiat.] Nihilominus nullum alium retulit Hincmarus à Nicolao Papa per Egilonem reſponſum, quam increpationem fallaciæ, falſimonij, fraudis, crudelitatis, & ſuperbiæ, vt vidimus capite præcedenti: Nec ſi etiam verbo tenus retuliſſet Egilo, falſum eſſe quod Sanctus ille Epiſcopus in Annalibus ſuis retulerat (quod perabſurdum eſt) ſiluiſſet Hincmarus in poſterioribus ſcriptis nec etiam prætermiſiſſet ipſe litteris ſuis, quas ad ipſum Summum Pontificem de reditu Egilonis ſuſceptione & publicatione Apoſtolicarum litterarum, & executione mandatorum eius anno 867. Simulatâ humilitate ampliſſimas ſcripſit, congratulari & gratias agere, quòd à cauſa & patrocinio non tantum miſerabilis illius monachi, de quo ſæpius vt ſuprà vidimus, etiam iuridicè interrogatus ipſe reſcripſerat, ſed etiam tot tantorúmque Eccleſiæ Gallicanæ Prælatorum, & geminorum Conciliorum, quæ ſententias illas vt orthodoxas contra Hincmarum definierunt, alienus eſſet: Quin etiam mentitum Sanctiſſimum illum Præſulem Tricaſſinum, quem Gotteſchalci fautorem quoad vixit fuiſſe queritur Hincmarus, ſine dubio triumphans proclamaſſet: Sed è contra apud Hincmarum tam in epiſtola illa ad Summum Pontificem, quàm in omnibus ſcriptis, in quibus ſæpius de Gotteſchalco, eiuſve doctrinâ & damnatione meminit, vt in Tractatu de non Trina Deitate ſub finem, & in Opuſculo 57. Capitulorum contra Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum cap. 43. De Sententia Nicolai Papæ altiſſimum ſilentium. Vnde ſequitur id quod de eo retulit Prudentius in Annalibus ſuis, eſſe certiſſimum, & ab ipſo Summo Pontifice hoc ipſo Anno 867. iterum probatum & confirmatum: Eo magìs quod idem ipſum iiſdem etiam verbis (vt iam vidimus) retulit Auctor Annalium Bertinianorum ad Annum 859. Hincmaro ſuo, & cauſæ, quam in Gotteſchalcum foueret, zelo temerario addictiſſimus: vel ſaltem nullo modo improbatum. Nec veritas illo teſtimonio Sanctiſſimi illius Præſulis Tricaſſini, & Annales Bertiniani vtriuſque Synchroni, nemine etiam huc vſque reclamante aſſerta, aliis etiam quæ ſuprà retulimus grauiſſimis argumentis comprobata, niſi ſumma peruicaciâ, & hæreticâ ferè pertinaciâ impugnari poteſt.

Porrò Nicolaus Papa laudatiſſimus, ſi quis alius Romanorum Pontificum, iuxta Cardinalem Baronium Eccleſiaſticæ diſciplinæ, necnon auctoritatis Pontificalis vindex acerrimus, Catholicæ

HHh

Digitized by Google

A. 867. Doctrinæ & Orthodoxæ fidei aſſertor fideliſſimus, & ipſius Hincmari Caſtigator imperterritus, quem ſucceſſor eius Hadrianus ſecundus ſummis laudibus eſt proſequutus, & nouum Eliam, nouum Phineen nuncupauit, ſub finem huiuſce anni 867. Sanctiſſimo fine quieuit in Domino. Nec grauabimur elogium eius ab auctore Synchrono Reginone ſcilicet, editũ litteris planè aureis iuxta Cardinalem Baronium exarandum hic referre: » poſt Beatum Gregorium vſque in præſens nullus Præſul in » Romana vrbe, Pontificali honore ſublimatus, Nicolao videtur » æquiparandus: Regibus & tyrannis imperauit, eiſque ac ſi Do» minus orbis terrarum auctoritate præfuit, Epiſcopis & Sacerdo» tibus Religioſis, ac Domini mandata obſeruantibus, humilis, » blandus, pius, manſuetus apparuit. Irreligioſis & à recto trami» te exorbitantibus terribilis, atque auctoritate plenus extitit, vt » meritò credatur alter Elias Deo ſuſcitante noſtris temporibus » ſurrexiſſe, & ſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.]

Baron. Annal. tom. 10. ad ann. 863. nu. 142.

CAP. 50.

CAPVT L.

Poſtrema Hincmari in Gotteſchalcum calumnia, eiúſue induratio, in deneganda miſerabili illi Monacho in extremis degenti, ſpiritali & corporali humanitate, Viatico ſcilicet & Eccleſiaſtica ſepultura.

ANNO 867. NON immeritò totius Eccleſiæ Præſul ille digniſſimus & æquiſſimus Hincmarum (vt vidimus) notauit crudelitatis, & indurationis Pharaonis, ſed poſt mortem tanti Pontificis Caſtigatoris ſui ille non modo crudelitatis, ſed & horrendæ inhumanitatis, laxauit habenas in Gotteſchalcum morti proximum, & in proprium nepotem Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, illum ſpiritali & corporali humanitate fruſtrando, hunc ipſo lumine auulſis oculis priuando. De Hincmaro Laudunenſi, ne longiùs extra propoſitas Diſſertationis noſtræ metas excurramus, non niſi leui pede poſtmodũ agendum erit: Hîc iam Gotteſchalcum in extremis degentem & vltimum vitę ſpiritum emittentem, ex Hincmaro qui ſolus eius obitus meminit expendamus: Sicut enim dum viueret & in opere ſuo de Prædeſtinatione, & in Epiſtolis ſuis ad Nicolaum Papam, & ad Egilonem Senonenſem, & longè antea ad Amolonem & Eccleſiam Lugdunenſem quò la-

tam in eum ſententiam tueretur, non modò vt hæreticum, ſed & vt gyrouagum, habitu Monachum, mente ferinum, quietis impatientem, & vocum nouitate delectantem, ac inter ſuos mobilitate noxiâ ſingularem, immò quaſi maniaticum & Dæmoniacum delineare ſtuduit: hic etiam poſt mortem ipſius in libro de non Trina Deitate ſub finem, quò denegatam morienti ſpiritualem & corporalem humanitatem colore quæſito adumbret, eius obitum relaturus, eum quaſi maniaticum, inſanum & falſas reuelationes fingentem, & à Chriſtiana charitate prorſus alienum depingit: ſed eorum omnium fides penes auctorē, cuiquàm procliuè ſit falli & fallere teſtatus eſt R. P. Sirmondus, & iam ſæpius conuicimus, ita vt de Hincmaro veriſſimè dici poſſit quod Ioanni Scoto (quem ille ad ſcribendum impulit) objecit Prudentius in lib. de Prædeſt. cap. 2. Cæteris, quæ ſimili inſaniâ rictu peſtifero vomuiſti, iuuante Domino iam facilis erit aggreſſus: quoniam cui in prioribus mendacij caracter inuritur, in ſequentibus fides penitus abrogatur.] hæc ſunt igitur blateronis & calumniatoris illius verba in Tractatu de non Trina Deitate, pag. 550.

Prudent. de Prædeſt. cõtra Scotum cap. 2.

Quâ de re conlatæ Gotteſchalci orationes cum Catholicis precibus, quantum à fide diſtent & charitate, manifeſtè cognoſcitur: ſcripſit quoque ad Deum loquens, & dicens ei quod ipſe illi præceperit, vt pro me non oraret, & quia primùm Filius in eum intrauerit, poſtea Pater, deinde Spiritus Sanctus, qui in illum intrans ei circa os barbam aduſſit, & quia nollet veſtimenta de veſtiario fratrum communicantium mihi accipere, niſi pretio compararet, qui pretium non habebat, ſed ſic vellet ire, ſicut Adam ibat, antequam peccaret; Mox autem vt frigus eum cœpit conſtringere, cum veſtimentis etiam pelliciam, & phocum ſtuduit quærere. Scripſit & alia multa ridicula, quæ apud fautores ſuos, quibus ea ſeruanda fraudulenter donauit, inuenimus, quæ non ſolùm nobis, verùm & ipſis complicibus ſuis viſa ſunt friuola, & idcirco vt reuera deliramenta maniatici, & aniles fabulas hîc inſerere ſuperfluum duximus. Ponendum tamen adhuc vnam de eius næniis cenſui, vt per eam ſicut & per ſupra ex integro poſitas aliæ valeant innoteſci. Ante hos ſiquidem annos reuelatum ſibi quibuſdam familiaribus ſuis ſcripſit, quòd ego ſtatim poſt tres ſemi-annos ſuæ reuelationis, ſicut Antichriſtus vſurpans ſibi poteſtatis potentiam mori, & ipſe Remorum Epiſcopus ibi, & poſt ſeptimam veneno interfici, & ſic gloriæ Martyrum adæquari deberet, & cùm Prophetiam à Spiritu ſuo inſpiratam impleri non vidit, inter alia hæc cuidam ſectatori ſuo iuuenculo quales ſolebat diligere, ſcripſit. *Sed iam tempus eſt fratrem deſeri abſentem, & quid ad eum loquar antequam ſcripta mea videat penitus neſcientem, & fundi*

Hincmar. de non Trina Deitate pag. 550.

A. 867. " *preces ad Deum ſemper vbique præſentem, & ſicut gratuitum donatorem, cuncta ſempiternaliter ſcientem: Domine Deus noſter & Magiſter Ieſu Chriſte pro ſolis electis Crucifixe, qui vides quod ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput, quia non eſt poſt triennium dimidio terminato anno mortuus, ſeu putabatur fur & latro: Breuiter quidem, ſed pronus te exoro huic vobis Domino Deo noſtro vero ac viuo, Vni ſimul ac Trino, ſicut placet ita facias citò: nolo plùs, nec priùs, nec ſecùs: quando vis euellatur hinc ritè, vita ſcit, mœchus & cæcus, procax, pertinax, pernicax, hæreticus, veritatis inimicus, falſitatis amicus.*

" X. P. Idem quippè Gotteſchalcus ſolet frequentiſſimè dicere, vt ſæpe commemorauimus loquens de Beato Auguſtino, AVGVSTINVS NOSTER: Sed & hic non eſt ſuus Auguſtinus quia non eſt taliter docuit orare, pro inimicis ſicut orat Gotteſchalcus, qui non eſt Auguſtini: dicit enim Beatus Auguſtinus &c.]

Hæc omnia in ſolis Hincmari ſcriptis prolata, ex innata eius in Gotteſchalcum nequitiâ, eiúſque mentiendi libidine & fallendi procliuitate per ſe ruunt & euaneſcunt. Sed vt pleniùs innoteſcat calumnia quatuor aut quinque hic breuiter obſeruanda. Primum nihil ſimile expoſuiſſe Hincmarum ſiue Nicolao Papæ, ſiue Egiloni Senonenſi Epiſtolis ſuis 17. 24. & 25. licet multa alia fictitia tam in doctrina quàm in moribus Gotteſchalco impoſuerit. Secundum, Gotteſchalcum quidem quaſi maniaticum & dæmoniacum delineare ſtuduit Hincmarus in præfata ad Egilonem Epiſt. 24. Sed & non diſſimilia impoſuit Rothado Sueſſionenſi Epiſcopo in prædicta ipſa 17. ad Nicolaum Papam his verbis. De eo autem quod benignitas animi veſtri penſans non belluinum ſed humanum hominis animum &c.] & paulò poſt: Et vt reuera ad ſpectaculum currentes, cum viderunt vſque ad oſtium Synodi venientem, & inde vt maniaticum redeuntem &c.] Et plurimis etiam falſis criminibus eundem Præſulem onerauit, quem vt vidimus cap. 46. Nicolaus Papa iudex æquiſſimus causâ cognitâ virum venerabilem & ſanctiſſimum, conſcientia purum, conuerſatione innocentem, columbarum ſimplicitate, ac prudentiâ ſerpentis inſignem, & Eccleſiæ ſuæ Patrem, Paſtorem & Magiſtrum optimum pronuntiauit, & ab Hincmari calumniis & oppreſſione liberauit; ecquis erit innocens, ſi calumniare ſufficiat?

Hincmar. Epiſt. 17. ad Nicol. PP.

Tertium, Hincmarus Gotteſchalcum hic depingit quaſi in pleniſſimâ libertate cum familiaribus colloquendi, quibus vellet ſcribendi, fautores & ſectatores, etiam iuuenculos quales ſoleret diligere habendi, & qualia vellet de veſtiario fratrum veſtimenta ſumendi, etiam pelliciam & focum quærendi. Contra verò ſæpiùs probatum in arctiſſima ſub Hincmari ſatellitibus cuſtodiâ in ergaſtulo recluſum, omni & ſcribendi, & colloquendi fa-

Digitized by Google

cultate destitutum, ab omni communione reſciſſum: etiam Guntbertum Monachum Hincmaro teſte Epiſtolâ 24. ad Egilonem, eo quod furtim illi communicaſſet, in grauioribus culpis miſſum.

Quartum, ea quæ hîc ab Hincmaro Gotteſchalco imponuntur talia ſunt, vt amentiam & inſaniam obijcientis potius quam eius cui obijciuntur euincant. Quid enim magìs inſanum, quàm miſerum illum Monachum, qualis ex ſcriptis eius etiam ab Hincmaro relatis cernitur, dixiſſe vel ſcripſiſſe fabulari ad Deum loquendo, quod ipſe illi præceperat, vt pro Hincmaro non oraret, & quia primum Filius in eum intrauerit, poſtea Pater, deinde Spiritus Sanctus, qui in illum intrans ei circa os barbam aduſſerit &c. Et quod alia multa ridicula ſcripſerit, quæ apud fautores ſuos quibus ea ſeruanda fraudulenter donauerit, Hincmarus ipſe inuenerit, quæ non ſolùm ſibi, verùm & ipſis illius complicibus viſa ſunt friuola; & idcirco vt deliramenta maniatici & aniles fabulas libro illo de non Trina Deitate inſerere ſuperfluum duxerit Hincmarus: Et nihilominus anile deliramentum ipſemet ibidem fuſiùs proſequitur, de imaginaria reuelatione, vt ſupra retulimus. Ex quibus patet quantâ inſaniâ miſerabilem illum Monachum inſecutus ſit, vt non aduerterit tam abſurda & anilium fabularum deliramenta illi impingendo, vel crediſiſſe, vel aliis credenda quę ipſe non credat propoſuiſſe, & ſcriptis ſuis de Trinitate inſeruiſſe ſummæ fatuitatis & amentiæ validiſſimum eſſe argumentum.

Vt à tam abſurdis commentis & fabulis abſtineret Hincmarus meminiſſe debuerat cenſuræ à Sancto Remigio & Eccleſiâ Lugdunenſi in eum latæ in libro de tribus Epiſtolis in principio, eo quòd eodem genio fabulatus eſſet Gotteſchalcum ad Barbaras & Paganas Gentes velut euangelizaturum perrexiſſe, cúmque his verbis ſeriem prædicationis exorſum, quia ante omnia ſæcula, & ante quicquam faceret, à principio Deus quos voluit prædeſtinauit ad regnum &c.] Huic Hincmari commento ſic reſpondet Eccleſia Lugdunenſis: hoc itaque nobis licet ex parte incredibile « videatur, quod videlicet Gentibus ignorantibus Dominum præ- « dicans prætermittere potuerit, vt non primò omnium ad pœni- « tentiam prouocaret &c.] Tamen prætermittentes huius rei tam « abſurdam & incongruam objectionem, magìs eum credimns in- « ter fideles &c. Quàm tantę eum fatuitatis & ſtultitię extitiſſe, vt « imputetur, omnium rerum diuinarum penitus ignaris tam impor- « tunè & præpoſterè talia injeciſſe, quibus apud eos non audien- « dus, ſed potiùs penitùs ridendus, & ab omnium auribus arcen- « dus iudicaretur.] «

Eccleſ. Lugdunenſ. de 3. Epiſt. cap. 1.

Denique nemo non videt, quantùm imprecationes illæ quæ

A. 867. Hincmarus in ſe à Gotteſchalco prolatas & ſcriptas fabulatur, non tantùm à Chriſtiana charitate & pietate abhorreant, ſed & maximè à doctrina Sancti Auguſtini, cuius ille, vt ibidem teſtatur Hincmarus ſtudioſiſſimus ſemper extitit, eius ſenſa omnia venerari, eius etiam charitatem imitari profiteretur, vt de Beato Auguſtino loquens frequentiſſimè diceret Auguſtinus noſter: ſed & vt obtrectationis omnis & maledicentiæ ora claudantur, inſpicienda eſt ipſius Gotteſchalci Confeſſio prolixior quam edidit in ergaſtulum retruſus, paulò poſt condemnationem in eum latam, & ſæuiſſimæ executioni mandatam, in qua tamdiù ille miſerabilis flagris & cædibus trucidatus eſt, donec accenſo coram ſe igne libellum, in quo ſententias Scripturarum ſiue Sanctorum Patrum ſibi collegerat, quas in Concilio offerret, coactus eſt iam penè emoriens ſuis manibus in flammam projicere.] Vt inquit Eccleſia Lugdunenſis in eodem libello de tribus Epiſtolis cap. 25. vbi ſæuitiam illam vocat inauditum irreligioſitatis & crudelitatis exemplum: Et aduertendum quo animo correctionem illam exceperit: Vtrum in Hincmarum & ſimiles excanduerit, an potiùs eam Chriſtiana patientia tulerit: Neque enim minus oppoſitæ ſunt luci tenebræ, quàm hæc Hincmari calumnia, ipſius Gotteſchalci veræ humili & Chriſtiana charitate refertæ huic confeſſioni: Eius aliqua vbi ſub finem pag. 25. de inimicis ſuis meminit hîc adducere ſufficiet.

Ibidem cap. 25.

Gotteſchalc. Cōfeſſ. prolixior.

» Hac ergo gratis animatus fide (inquit ille) ſolidatus etiam » ſpe, & inflammatus pariter charitate te ipſum (Deus optimè) » ſuppliciter obſecro, vt verâ mihi humilitate datâ, ſolido vitæ » gaudio ſemper facias gaudere me: Denique tibi tuóque nomini » debitam per ſæcula gloriam, & propter iuſtitiam quidem, quia » meritò ſuperbos humilias, incuruas, & inclinas, propter gratiam autem quia gratis humiles exaltas, eleuas atque ſublimas. » Per quam ſcilicet vtramque ſupplico tibi (cunctis potens & clemens Trinitas pariter & vnitas) vt omnibus Inimicis meis (quicunque ſint inuidia nominis tui, ſiue neſcienter ſiue etiam ſcienter nocuerunt, immò nocere voluerunt mihi, nocuerunt autem » potiùs abſque dubio ſibi) vniuerſa debita ſua indulgeas funditùs, & ignoſcas, & omnia flagitia ſimul, ac facinora remittas » penitùs, ac parcas. Amen.] Quis ex his non videat non tantum falli & fallere ſed & calumniari Hincmarum quàm procliue ſit?

Sed & obſeruandum Hincmarum poſtquam hæc fabuloſa commenta, & anilia deliramenta retulit, antequam pergat ad expoſitionem eorum quæ morbum & mortem Gotteſchalci reſpiciunt, interpoſuiſſe; Hæc omnia poſt librum de Prædeſtinatio-

Hincmarus de non

Digitized by Google

A. 867.

ne contra Gotteſchalcum & complices eius, aſſerentes quia ſicut « quoſdam ad vitam, ita quoſdam Deus Prædeſtinauit ad mor- « tem, de authenticis ſcripturis, & Catholicorum dictis colle- « ctum ſtatim in initio ſuæ de Trina Deitate blaſphemiæ collegi,& « ſcripſi, & per me, ac per fratres meos, ſed & per frequentia ſcri- « pta, vt reſipiſceret, & à ſuis in Deum blaſphemijs ſenſum & os « ſuum reuocaret, ſæpè commonui, ſed apud eum nihil profeci.] « Vnde etiam calumnia Hincmari reuincitur: hinc ſiquidem ſequi- tur fabuloſa illa (ſi vera eſſent) ſibi cognita antequam de Got- teſchalco ad Nicolaum Papam ſcriberet Epiſtola 17. in qua præ- tenſæ hæreſis de Trina Deitate eum accuſat: & nihilominus non modo illius calumniæ non meminit immò vero ſcientiam eius & memoriam laudat: Quem ſi cuicunque (inquit) commendandum « veſtra auctoritas viderit, hoc in commendatione etiam prouide- « bit, vt cui commendabitur Catholicus ſit,& grauitatem Eccleſia- « ſticam, & vigorem ac Scripturarum ſcientiam habeat, quia non « ſolùm Scripturas ad ſuum ſenſum violenter inflexas, ſed & Ca- « tholicorum dicta detruncata, per totum diem ſine reſpiratione « aliqua præualet memoriter decantare.] Similiter Epiſtola 24. « ad Egilonem vt vidimus cap. præcedenti, non modo de Gotteſ- chalci doctrina, ſed & de moribus eius actum, & quid etiam ipſi in ergaſtulo præſtaretur vel falsò expoſitum nihilque prætermiſ- ſum, ne eius reclamatione ſuſceptâ ad Synodum venire iuberetur, aut aliter à cuſtodia liberaretur: Ne verbum tamen de his ma- niatici deliramentis & anilibus fabulis, vt verbis ipſius Hincmari vtamur, de fictis illis reuelationibus & imprecationibus, quæ non fuiſſent obmiſſa: Iam videamus quomodo Hincmarus miſera- bilem illum Monachum morientem tractauerit.

Trina Deitate in fine.

Eiuſdem Epiſt. 17. ad Nicol. Pap.

Tandem (inquit ibidem) cùm mihi nunciatum fuit à fratribus, « quibus de eo ſolicitudinem delegaui, quia morti appropinqua- « bat, miſi per eoſdem fratres hanc quæ ſequitur ſcedulam: ſic « crede de Prædeſtinatione à Deo electorum, & relictione repro- « borum: & quia Deus omnes homines vult ſaluos fieri, licet non « omnes ſaluentur, & qui ſaluantur ſaluantis ſit donum, & qui pe- « reunt pereuntium ſit meritum: & quia Deus ac Dominus noſter « Ieſus Chriſtus pro omnibus paſſus ſit, cuius ſanguis totius mun- « di eſt pretium, à quo extranei ſunt, qui aut delectati captiuita- « te redimi noluerunt, aut poſt redemptionem peccando, & in pec- « catis corde pœnitente perſeuerando, ad eandem ſunt ſeruitutem « reuerſi: & de gratia & Libero Arbitrio ſicut Sanctus Auguſtinus « docet in his libris ſuis, ideſt de correptione & gratia de Præde- « ſtinatione Sanctorum, de Dono vel bono perſeuerantiæ, & in li- « bro de Spiritu & littera, & in libro Hypomneſticon, & in Epiſtola «

Hincmar. de non Trina Deitate in fine.

A. 867. » ad Sextum Eccleſiæ Romanæ Presbyterum, & ſicut hinc Sanctus
» Proſper ex libris Beati Auguſtini ad obiectiones Gallorum, &
» Vincentianorū,& Genuenſium reſcripſit, & cæteri Catholici Do-
» ctores dicunt, quia Sedes Apoſtolica, & Sancta Catholica Eccle-
» ſia, & nos ſic credimus & tenemus: De Sanctæ autem & inſepara-
» bilis Trinitatis Deitate quæ eſt vnitas Trinitatis ſic crede & con-
» fitere &c. Et ſi ita credideris in corde tuo, & ita profeſſus fueris in
» ore tuo, & ita ſubſcripſeris coram teſtibus manu tua te credere &
» profiteri, & in hac credulitate & profeſſione permanere iudicio
» Sancti Spiritus, per Epiſcopale miniſterium, quo damnatus es,
» abſolui poteris, & participationi corporis & ſanguinis Domini no-
» ſtri Ieſu Chriſti, & Communioni Catholicæ Eccleſiæ reſtitueris.]

In quibus obſeruandum primo damnandū in Gotteſchalco cenſuiſſe Hincmarum de Prædeſtinatione, voluntate Dei, & morte Chriſti, quòd iſte reproborum Prædeſtinationem ad pœnam aſſereret, quos tantùm relictos Hincmarus non Prædeſtinatos vellet, ille ſaluari eos omnes, quos Deus vellet; Hincmarus verò Deum omnes ſaluos fieri velle, licet non omnes ſaluentur: Item ille Chriſtum pro ſolis fidelibus, Hincmarus etiam pro omnibus infidelibus paſſum eſſe cōtenderet. Et ſic quicquid Gotteſchalco præter hęc in quæſtione Prędeſtinationis & fictitijs ſcriptis quæ Amolo quaſi Gotteſchalci eſſent, impugnauit, impoſitum, quicquid à Rabano aſſertum, quicquid à Ioanne Scoto & ab ipſo Hincmaro illi adſcriptum fuit tanquam à mente & ſententia ipſius alienum explodendum, & penitus rejiciendum. Alioquin non fuiſſet hìc ab Hincmaro prætermiſſum, à Gotteſchalco anathematizandum, vel ſaltem contrarium aſſerendum.

Secundò obſeruandum de gratia & Libero Arbitrio Hincmarum mentem & ſententiam Gotteſchalci amplexum eſſe: Siquidem nihil aliud (ipſo Hincmaro teſte in lib. de Prædeſt. cap. 21. pag. 118.) ſcripſerat ille de gratia & Libero Arbitrio, quod ſibi impugnandum propoſuiſſet Hincmarus, niſi ſequendum Sanctum Auguſtinum non Gennadium. Hæc ſunt ipſius Hincmari verba.

Hincmar. de Prędeſt. cap. 21.
» Secundum Capitulum in Synodo apud Cariſiacum habita nos de
» gratia & Libero Arbitrio ex Sanctorum Patrum dictis excerpſi-
» mus, de quo Priſci dixerunt Prædeſtinatiani, quod Liberum Ar-
» bitrium in homine nihil ſit, ſed ſiue ad bonum ſiue ad malum Prę-
» deſtinatio Dei in hominibus operetur. Quoniam Deus tale in ho-
» minibus lapſis arbitriū quale eſt Dæmonum, quod proprio mo-
» tu nihil aliud poſſet velle, niſi malum. Inde & Gotteſchalcus mo-
» dernus Prædeſtinatianus in libello ad Rabanum Archiepiſcopum
» Mognutinum dicit ad locum: *De quo videlicet Libero Arbitrio,*
» *quid Eccleſia Chriſti tenendum ſit atque credendum, cùm à cæteris*

Catholicis

Digitized by Google

A. 867.

Catholicis Patribus euidenter ſit Deo gratias diſputatum, tum præcipuè contra Pelagianos & Cæleſtianos à Beato Auguſtino plenius & vberius diuerſis in opuſculis, & maximè in Hypomneſticon eſſe cognoſcitur inculcatum. Vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis aſſertionibus incomparabiliter inde quoque malueram niti, quam erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque præſumpſit in locis, tam fidei Catholicæ quam Beatorum etiam Patrum inuictiſſimis auctoritatibus infœlicis Caſſiani perniciosum nimis dogma ſequens reniti. Contra quæ nos in præfata Synodo ſcripſimus Libertatem Arbitrij &c.]

Iam verò Hincmarus, licet ſe ſemper eiuſdem Sancti Auguſtini doctrinæ addictum profeſſus ſit, nec vnquam ipſi vel minimũ obſeruari in ſcriptis ſuis auſus ſit, hîc ſimpliciter Gotteſchalco propoſuit ſequendum Auguſtinum, eóſque maximè libros expreſſit, quibus præcipuè Pelagiani & Pelagianorum reliquiæ debellantur. Et de gratia, & Libero Arbitrio (inquit) ſicut Sanctus Auguſtinus docet &c. Vt ſuprà nec non etiam ponderanda verba illa: quia Sedes Apoſtolica, & Sancta Catholica Eccleſia, & nos ſic credimus ſic tenemus.] Ita vt etiam iudicio ipſius Hincmari doctrinæ Sancti Auguſtini, & ſpecialiter in libris illis indubitatè fuerit doctrina Sedis Apoſtolicæ, & Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ ab omnibus orthodoxis tenenda.

Iam ad ea quæ mortem ipſius Gotteſchalci reſpiciunt attendamus. Et primum quo tempore contigerit vtrum anno 867. aut ſequentibus nam ſub finem anni 866. eius reclamationem interpoſitam iam vidimus, & ſic anno illo ſuperſtitem fuiſſe certiſſimum. Non autem in plures annos protractam eius litem autumamus, eo quod mortem eius referat Hincmarus in hoc tractatu de non Trina Deitate, quem cœptum vidimus anno 863. Nec in tot annos dilatum veriſimile eſt. Nec etiam leuis ſuſpicio eſt, dum adhuc ſuperſtes eſſet caſtigator eius Nicolaus Papa, ad quem ſæpius querelæ vt vidimus de Hincmari crudelitate, etiam erga Gotteſchalcum ipſum delatæ fuerant, non auſum fuiſſe Hincmarum tantâ inhumanitate & irreligioſitate in eum morientem ſæuire ita vt nobis probabilius videatur, id contigiſſe anno 868. proximo poſt obitum eiuſdem Summi Pontificis.

Subiecit igitur Hincmarus de Gotteſchalco: ipſe verò hæc audiens in furorem verſus, ea quæ ſibi mandata ſunt deteſtari, & amplius cœpit blaſphemare.] Deteſtationem & blaſphemiam ſicut maniam & reliqua anilium fabularum quæ expoſuit deliramenta, ſuo genio finxit Hincmarus. Recuſaſſe verò Gotteſchalcum à ſua ſententia ſe reuocare nihil mirum, cum eam & iudicio non ſolùm Sancti Prudentij & vtriuſque Lupi, ſed etiam Sancti Remigij & Eccleſiæ Lugdunenſis, vtriuſque Concilij Valentini 3. & Lingo-

In dicto tract. de non Trina Deitate.

A. 868. nenſis & ipſius Nicolai Papæ auctoritate comprobatam fuiſſe iam ſæpius viderimus: Hincmarum autem non modo ab Eccleſia Lugdunenſi, & Sanctiſſimo eius Præſule Remigio, ſed & ab eodem Concilio Valentino 3. velut non Catholicum reprehenſum & deſpectum, eiuſque Cariſiaca Capitula quatuor velut inutilia immò noxia repulſa & abominata fuiſſe, iiſdem ipſe verbis referat Hincmarus in Præfat. prioris operis de Prædeſt. in principio.

Et ne alicui videatur præfatam Hincmari ſcedulam à Gotteſchalco ſubſcribi & affirmari potuiſſe ſine præiudicio propriæ ſententiæ, cuius reuocationem non exprimeret, aduertendum & ex mente Hincmari, & verbis diſertis quæ ab ipſo fuerunt hic prætermiſſa, requiſitam expreſſè à Gotteſchalco reuocationem & retractationem propriæ ſententiæ, quam in ſcriptis ſuis illuc vſque tutatus eſſet, vt in ſequenti ſcedula refertur his verbis: vt ſi à ſua perIbidem. uerſa intelligentia & praua ſententia Gotteſchalcus ſe reuocaret, agerent de illo, ſicut eis verbis iam dixeram &c.] Et in fine: & cùm iam finis eius appropinquaret, fratribus qui aderant, vt à prauo ſuo ſenſu, & peruerſa ſententia ſe reuocaret, & communionem ſacram perciperet, ſuadentibus reſpondit, à ſuo ſe ſenſu & ſententia reuocare non poſſe &c.]

Vt igitur aduertit Hincmarus Gotteſchalcum à ſua ſententia non diſceſſurum, alteram vel fortè veriùs vnicam (præcedenti mandato ſolis verbis concepto) emiſit, quâ ſpecialiter ſubiunxit, vt niſi Gotteſchalcus ſententiā ſuam retractaret, ſpiritali & corporali humanitate, Viatico ſcilicet, & Eccleſiaſticâ ſepulturâ quaſi excommunicatus priuaretur, idque quibuſdam Sanctorū Patrum auctoritatibus contra eos, qui in excommunicatione moriuntur, firmauit, tum Gotteſchalcum in ſententia ſua perſeueraſſe refert his verbis. Poſt diſceſſum denique à me ipſorum fratrum, recogiIbidem Pag. 553. tans duritiam illius, & cor impœnitens miſi fratribus noſtris in Monaſterio Altiuillaris in quo degebat, hanc quæ ſequitur paginam: Vt ſi reſpiciente Domino à ſua peruerſa intelligentia & praua ſententia ſe reuocaret, agerent de illo ſicut eis verbis iam dixeram. Sin autem, ſcirent qualiter erga eum ſecúdùm Regulas Sacras gerere deberent. Hoc modo pro tempore ſicut mihi licuit dixi vobis, quâ conditione, ſi ſe Gotteſchalcus, antequam anima illius egrediatur de corpore, recognouerit, & ſpiritalem & corporalem humanitatem illi exhibeatis: ſed ne quid vobis deſit in vlla gratia, auctoritatem inde Eccleſiaſticam ex verbis orthodoxorum vobis tranſmitto: Ait enim de huiuſmodi Leo &c. Et paulo poſt: ſi autem in obſtinatione ſua vſque ad mortem permanſerit, tenendum nobis de illo eſt, quod Sanctus Leo de Communione priuatis & ita defunctis dicit: Horum (inquiens) cauſa Dei iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu fuit, vt talium obitus vſque ad Communio-

Digitized by Google

nis remedium differretur: Nos autem qui viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus &c.] A. 868.

Et in fine. Et ſi vt præmiſi, in obſtinatione ſua permanens fuerit mortuus, ſicut ex auctoritate Beati Gregorij, & Sacrorum Canonum accepimus, cum Pſalmis & Hymnis ad Sepulturam deportari, vel in communi fratrum ſepultura ſepeliri non debet; Priuatæ autem ſepulturæ humanitas (ſicut vobis dixi) ei non eſt denegandа. Et cùm iam finis eius appropinquaret, fratribus qui aderant, vt à prauo ſuo ſenſu & peruerſa ſententia ſe reuocaret, & Communionem Sacram perciperet, ſuadentibus reſpondit: A ſuo ſe ſenſu & ſententia reuocare, & Communionem per auctoritatem non poſſe accipere: ſicque indignam vitam dignâ morte finiuit, & abijt in locum ſuum.] Ibidem

Hæc Hincmarus in tractatu de non Trina Deitate in fine. Verùm vt in doctrina, quam toties etiam in tormentis Gotteſchalcus profeſſus eſt, & quam fuiſſe non ſolùm Sancti Auguſtini, ſed & totius Eccleſiæ Catholicæ (vt ſæpius vidimus) mordicus perſeuerauit; ſi in charitate, humilitate, inimicorum dilectione, patientia, & gratiarum actione, quæ poſt ſuperata illa Moguntiæ & Cariſiaco certamina, in Confeſſione majore & prolixiore exhibuit, in interiori corde (quod ſoli Deo patet) vt par eſt credere abſque querela perſtitit, dolorem illũ ſolum teſtatus, quod propter ſuinominis vilitatem, vilem hominibus eſſe videret veritatem, & quod erga Deum, vt debuerant, non ſeruarent charitatem, quis Catholicus dubitare poſſit, locum illum non obſtante Hincmari (ſi qua lata fuit) excommunicatione, eiuſque Phariſaica induratione, eſſe miſerabili illi (dum viueret) Monacho, locum refugij lucis & pacis, quem Eccleſia in iugi fidelium ſacrificio, ſolis in Chriſto requieſcentibus deprecatur.

Nec extra rem & incongruum hîc obſeruaſſe Gotteſchalcum excommunicationis pœna nullomodo mulctatum: Extat ſiquidem à R.P. Sirmondo edita in Gotteſchalcum condemnationis ſententia (vt in titulo habetur) Eccleſiaſtico rigore prolata, in qua triplici pœnâ damnatum, & mulctatum Gotteſchalcum patet, depoſitionis ſcilicet, verberum, & carceris, vt cap. 9. expendimus: ſed excommunicationis, ne verbum quidem: Et reuera poſt latam ſententiam Hincmarus ipſe vt patet apud Flodoardum hiſt. Rem. lib 3. cap. 20. ſcripſit ad Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum ſignificans ſe ab eo Conſilium quærere velle de ſtatu & compreſſione Gotteſchalci, intimans, quod de ipſo actum vel iudicatum fuerat in Synodo, quo eũ recluſum tenebat iudicio, & quia multis modis eum conuerti tẽtauerit, & de moribus ac ſuperbia ipſius; & ſi in Cœna Domini, vel in Paſcha debeat eum admittere ad audiẽdũ Sacrũ Officiũ, vel accipiendã cõmunionẽ.] De quo nullomodo Flodoard. Hiſt. lib. 3. cap. 20.

A. 868. dubitaſſet Hincmarus, ſi ſententiâ Gotteſchalcus excomunicatus fuiſſet: deinde ex cõſilio Prudentij non denegatã cõmunionem per annũ & dimidiũ, donec cõſilio Rabani ab omni cõmunione reſciſſus fuit, vt patet ex Rabani Epiſt. ad Hincmarũ pag. 27. his verbis.

Rabanus Epiſt. ad Hincmar.

» Interim autem donec illud fiat, nõ laudo vt Cõmunio ei tribuatur,
» quia iuxta teſtimoniũ Ioãnis Apoſt. Omnis qui recidit & nõ manet
» in doctrina Chriſti, Deũ non habet &c. & paulò poſt: Et attendite,
» quomodo vos ſine crimine poſſitis eſſe, qui in Synodo veſtrâ hanc
» ſectã nefandã ſimul cũ hęretico dãnaſtis, ſi ei modo incorrecto cõ-
» muni caueritis &c.] Ex quibus apparet nullomodo excõmunicatũ
» fuiſſe Gotteſchalcũ: Sed Rabanũ deluſũ vanitate, & iactãtiâ Hinc. falsò credentem Gotteſchalcum, vt hæreticũ damnatũ, auctorem fuiſſe Hincmaro, vt ei deinceps Communionem denegaret.

Ideóque non leuem culpam incurrit Hincmarus tractando per 18. aut 20. annos vt excommunicatum Monachum illum, qui non eſſet extra communionem factus, eùmque omnibus Sacris toto illo tempore fruſtrando. Sed ei in extremo vitæ periculo conſtituto, ſacram Synaxim ſeu ſupremum Viaticum, & poſt mortem Eccleſiaſticam ſepulturam denegaſſe (quo etiam poſt mortem ab Eccleſiâ extorris fieret) inauditum (vt ait Eccleſia Lugdunenſis de verberibus) irreligioſitatis & crudelitatis exemplum. Licet etiam lata fuiſſet in Gotteſchalcum excommunicationis ſententia, nihilominus cum illius nulla ſubeſſe poſſet vel ſaltem probabilis cauſa, niſi contumacia quæ flagris & verberibus, & lõgiſſimo XX. annorum ergaſtulo mulctata & purgata fuerat, vel eius de gemina Prædeſtinatione, & ſi libet etiam in tribus aliis capitulis, ſententia de Voluntate Dei, de Morte Chriſti, de gratiâ & Libero Arbitrio; cùm notum habuiſſet Hincmarus Gotteſchalco in iis omnibus conſentientes fuiſſe S. Prudentium, vtrumque Lupum Seruatum, & Abbatem Ferrarienſem. S. Remigium, & totam Lugdunenſem Eccleſiam, vtrumque Concilium Valentinum 3. & Lingonenſe, ipſum etiam Summum Pontificem Nicolaum I. non niſi auſu temerario, & inſaniâ pertinaci exigere potuit à moriente, vt illi doctrinæ tot præſidiis firmatæ renuntiaret, & eo quòd renunciare detrectaret, ſolíque fermè Hincmaro, eiuſq; furtiuæ Pſeudoſynodo Cariſiacæ cõſentire renueret, omni ſpirituali & corporali humanitate moriẽtem priuare, non niſi inaudito irreligioſitatis & crudelitatis exẽplo, vt inſanus & nouus Pharao potuit. Quid ni igitur huic contentioni Hincmarum inter & Gotteſchalcum applicetur Sapientis dictum: *Sicut auis in incertum volans, & paſſer quòlibet vadens, ſic maledictum fruſtrà prolatum in quempiam ſuperueniet*: vel venit ſuper eum qui miſit illud, vt habetur 11. quæſt. 3. Can. 87. Et quod obſeruauit S. Auguſtinus lib. 2. de Sermone Domini in monte cap. 29. & habetur in Can. Temerariũ dicta quæſt.

Prou. 16. v. 2.

Can. Temerarium 11. quæſt. 3.

3. Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temere iudicatur: ei autem qui temerè iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt vt noceat.] Et Can. ſeq. ex eiuſdem S. Auguſtini Epiſt. 137. ad Clerum Hyponenſem: quid obeſt homini quod ex tabulâ non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum non eum delet iniqua conſcientia. Iterum Can. ſeq. ex libro contra Secundinum Manichæum cap. 1. Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.] Et Can. 55. dictâ quæſt. 3. ex eodem Auguſtino in Pſal. 36. Concione 3. ad verſic. *Nec damnabit eum*. Et ſi ad tempus damnaris ab homine, etſi dixit ſententiam Proconſul in Cyprianum: alia eſt cella terrena: aliud tribunal Cœlorum, ab inferiore accepit ſententiam, à ſuperiore coronam.]

A. 868.

Ibid. Can. ſeq.

Ibid. Can. Senti.

Can. 55. Et ſi ad tempus.

Ibid. 3.

E·P I L O G V S.

In quo Hincmari in nepotem Laudunenſem Epiſcopum, ex huius proclamatione, & ſolemni in Concilio generali à Summo Pontifice Ioanne 8. factâ reſtitutione, crudelitas ſubijcitur.

TANDEM ſuſceptum Hiſtoricæ & Chronicæ Diſſertationis noſtræ ſcopum, Deo duce & ſtylum noſtrum licet ineruditum regente attigimus, continuúeius per XX. & amplius annorũ curricula ſecuti filum, quicquid motam illo ſæculo de Diuina Prædeſtinatione & Gratiâ Dei, necnon de incidentibus quæſtionibus controuerſiam reſpicit ſuo tempore per L. Capitula digeſtum ſummâ fide, nec minimâ diligentiâ retulimus. Nihilque quod Hincmari perſonam reſpiceret, prætermiſimus in iis quæ aliquam ad doctrinæ controuerſiam relationem haberent, quo magìs innoteſceret violenta eius in miſerabilem illum Monachum oppreſſio, eiúſve in Synodis deſpoticus ſemper ac fermè tyrannicus agẽdi modus, quaſi omnium Dominus præſidens ac præualens, vt ait Rothadus in libello proclamationis: ita vt quicquid ab eo vel ſingulariter actum, & ſcriptum, vel in Synodis ſuæ Prouinciæ tam in Gotteſchalcum ipſum, quàm in doctrinam ab eo aſſertam definitum ſit, doctrinæ & definitionibus tot tantorúmque virorum & Eccleſiæ Præſulum, non minus ſanctitate vitæ, quàm doctrinâ præſtantium: S. Prudentij videlicet, vtriuſque Lupi, & Ratramni: S. Remigij Flori Magiſtri, totius Eccleſiæ Lugdunenſis, & geminorum trium Prouinciarum Conciliorum Valent. 3. & Lingonenſis, & judicio etiam ſanctiſſimi æquè ac doctiſſimi totius Eccleſię Præſulis Nicolai I. opponi nullomodo poſſit.

Sed rerum ab Hincmaro injuſtè, ſummâ vi nec impari crudelita-

A. 868. te geſtarum, ſuprema fuit in proprium nepotem Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum horrenda ſæuitia, ex quâ non minùs eruitur eius in Synodis violentiſſima dominatio, quàm extra Synodos etiam ferina & inhumana tractatio, quam ſæculum illud exhorruit. Verùm vt extrà propoſita diſſertationis noſtræ tempora anno ſcilicet 871. & ſequentibus contigit, & anno 878. in Concilio generali Trecenſi, ipſo ſummo Pontifice Ioanne 8. teſte & iudice fuit reuicta, conſultò à nobis hîc prætermiſſa eſt, vt præcipuis illius momentis; quæ propoſito noſtro inſeruiunt, hîc lector non defraudetur, ſubjectâ tantummodo Corollarij vice, reclamatione ipſius Hincmari Laudunenſis, quam Summo Pontifici in Concilio illo exhibuit, cum ſolemni eius reſtitutione qualis ab Aimonio Monacho, qui præſens aderat & ex Actis ipſius Concilij recenſetur.

Reclamatio & Proclamatio Hincmari qui quondam præerat Eccleſiæ Laudunenſi.

Proclamatio Hincmari Laudunenſis. Ex tom. 3. Côc. Gall.

A. 871.

» DOMINE & Sanctiſſime Pater, Patrum & Rector Pontificum, IOANNES nomine & meritis vocate, audi vocem proclamationis meæ, & exaudi vocem deprecationis meæ, compaſſus cauſæ calamitatis meæ. A REMORVM ARCHIEPISCOPO ad Synodum ſum vocatus ad Duziacum villam, quam conſtituit hebdomada prima menſis Auguſti, & monuit me de certis cauſis paratum eſſe ibidem vt reſponderem, ad quam cùm feſtinaſſem *violentiâ hoſtili* in medio itinere ſegregatus ſum, ab ouibus meis priuatus ſum, & ſpoliatus omnibus rebus meis, perductus ſum ab eiſdem hoſtibus vſque ad præfatam villam, in qua cùm conſiſterem, iam ſtabat Rex Karolus ante ipſum Archiepiſcopum meum, tenens in manu ſcripturam, reputans me eſſe periurum, quia Romam ſine ſua voluntate miſerim, & imputans quod eum accuſauerim: ad quæ idem Archiepiſcopus me reſpondere iuſſit: cui ego reſpondi, quia pro his de quibus me admonuerat in eadem Synodo, eſſe paratum vt reſponderem, paratus etiam ſcriptis reſpondere: quę ſcripta prę manibus tenui, ſed ipſe *non permiſit vt Synodus ſcripta mea* ſuſciperet, quia ſibi dari iubebat: Sed *ego ſuſpecto dare nolebam*: de Clerico autem meo nomine Bertarco, quem ſubito requiſiuit, ſed requiſitus non adfuit, reſpondi, quia ipſi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi eſſent, ſi eis venire licuiſſet. Sed idem Archiepiſcopus de his nihil me poſtea appellauit, ſed ad accuſationem Regis me reſpondere, iterum atque iterum præcipiebat: & ego reclamaui, quia non docebat Canonica authoritas nudatum, & ſuis rebus ſpoliatum, inſuper & ab hoſtibus detentum, reſpondere vllatenus debere: ſed & addidi; *quia non ſolùm ſuſpectum, ſed manifeſtiſſimè illum infeſtum habebam,*

Vnde & Apoſtolicam Sedem appellaui pro amore Dei & honore « A. 868.
S. Petri, tam de ipſa accuſatione Regis, quàm *de præjudicio, quod* «
ab ipſo patiebar Epiſcopo. Legi manibus tenens auctoritates Iulij «
Papæ, & Fœlicis Papę, videlicet ea quę ipſi in eis præfigunt de ap- «
pellationibns Epiſcoporum, quę mihi ſeruari appellando Sedem «
Apoſtolicam proſtrato corpore expetii, ſed nihil horum mea pe- «
titio obtinuit. Sed neque litterę Apoſtolicę, quas mihi pręſentia- «
liter dederat, quoniam me vocabant, vt procraſtinando venire «
non differrem, ſi ſtatus mei iacturam ſuſtinere non vellem, quic- «
quam præualuerunt. *Iudicium præſatus Archiepiſcopus ſuper me* «
impoſuit, vt ab Epiſcopali remouendus eſſem officio. Sed *alij geme-* «
bant flebántque, inter quos nullum merebar pati inimicum. Scri- «
pta quidem ab eodem Archiepiſcopo ipſis impoſita manibus te- «
nentes, ſed *ore proferre nolentes, inuiti vix verba ſingultiebant*; adi- «
tum tamen ad Sedem Apoſtolicam minimè ſperantes mihi poſſe «
denegari. Vnde ſaluo per omnia Sedis Apoſtolicæ iudicio, ipſi «
finem lectionis. Poſt hęc tranſmiſſus ſum *in exilium*, in quo per « * al. *actionis*
duos annos ſanus, ſed aliquanto tempore *ferro vinctus* cuſtoditus «
ſum, duobus annis fermè peractis, inſuper *cæcatus ſum*, & vſque «
modo retentus ad vos & ad veſtræ piiſſimę Serenitatis præſen- «
tiam, mox vt venire dimiſſus potui, protinùs acceſſi: nunc autem «
veſtram Clementiam ſuppliciter exoro, à Veſtra Summa Pater- «
nitate parari de me æquitatis iudicium, cui ſecundum Canonicam «
Inſtitutionem, & Decreta Romanorum Pontificum, reſeruatus & «
reſeruandus ſum, & fueram. Quod ob amorem Dei, & veneratio- «
nem Beati Petri, apud veſtrę Paternitatis pietatem obtinere ef- «
flagito, tum pro multitudine miſerię meæ, tum pro magnitudi- «
ne pietatis veſtræ, quæ accendatur clementiſſimi Redemptoris «
amore, qui me proprio acquiſiuit Sanguine, & qualemcumque «
ſancto ſuo ſacrauit munere.] «

Hoc recitato libello Apoſtolicis litteris euocatus fuit Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, ille verò in ſuum priſtinum gradum reſtitutus, teſte Adone Viennenſi Epiſcopo in fine Chronici ſui: Reſtitutionem hanc in actis eiuſdem Synodi Aimonius Monachus Hiſtoriæ Franc. lib. 5. cap. 37. his verbis expreſſit. Dixit Pa- « Aimonius Monachus hiſt. lib. 5. cap. 37.
pa Ioannes, vt Hedenulphus ſuâ auctoritate ordinatus Epiſcopus «
(*Laudunenſis*) Sedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſterium «
ageret: & Hincmarus cœcus, ſi vellet, Miſſam cantaret, & partem «
de rebus Epiſcopij Laudunenſis haberet; & cùm Hedenulphus «
apud eundem Papam peteret, vt eum ab illâ Sede abſolueret, di- «
cens ſe eſſe infirmum, & velle intrare Monaſterium, obtinere non «
potuit: ſed præceptum eſt illi ab eo, conſentiente Rege atque «
Epiſcopi Hincmari fautoribus, vt Sedem ſuam teneret, & Epiſco- «
pale miniſterium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quòd «

Digitized by Google

A. 868. „ Papa Ioannes dixerit, vt ſi vellet Hincmarus cæcus Miſſam cantaret,& Rex conſenſerit, vt partem de Epiſcopo Laudunenſi haberet, inſperatè aliarum Prouinciarum Epiſcopi, ſed & aliarum Regionum Metropolitani, ſine præceptione Papæ, Hincmarum veſtibus Sacerdotalibus indutum in præſentiam ipſius Papæ adduxerunt; indéque ſublatum,cantantes in Eccleſiam illum duxerunt, & ſignum Benedictionis ſuper populum dari fecerunt: ſicque Synodus illa ſoluta eſt.]

Nec obiter meminiſſe pigebit tantam fuiſſe Hincmari Remenſis fraudem & verſutiam, vt licet Hadrianus Papa 2. eius in Pſeudoſynodo illa Duziacâ nequitiæ monitus in eum exarſiſſet, nihilominus eius approbationem anno 876. à Ioanne Papâ 8. eius Succeſſore,per obreptitiam, Regis relationem obtinuerit, vt habetur in Epiſtolâ eiuſdem Summi Pontificis ad ipſum Hincmarum, „ tom.3.Concil. Antiq.Gall.pag.422.his verbis. Quamuis de Sanctitatis tuæ iudicio nihil dubitaſſemus, quia tamen Chariſſimus filius noſter Karolus inuictiſſimus Imperator, à nobis diligentiſſimè percunctatus, circumſtantiam iudicii à beatitudine tuâ Coëpiſcopiſque ſuis in Hincmarum dudum Laudunenſem Epiſcopum, prolati Apoſtolatui noſtro retulit, agnouimus iuſtum fuiſſe omnino iudicium. Neque enim tantus Princeps niſi veritate fultum quicquam poterat affirmare, vnde nefas eſſe duximus, eius relationi non præbere incunctanter auditum &c.] Et ibidem Hincmaro Remenſi præcipitur, vt in locum Hincmari Laudunenſis alius ordinetur Epiſcopus.

Ex quibus nemo non videt quàm verenda omnibus fuerit Hincmari fraudulenta nequitia, eiúſque in Regni regimine & in Regem ipſum & Imperatorem potentia, cùm eius in Synodis oppreſſiones violentiſſimę pro iuſtiſſimis iudiciis etiam à Sede Apoſtolica fuerint habitæ.

„ Hæc habui (vt verbis Lupi Seruati in fine libelli de Tribus quæſtionibus vtar) quæ de his quæſtionibus (*Hiſtoricâ & Chronicâ Diſſertatione*) dicerem: atque vtinam tam proficuè quàm prolixè, quæ ſi cognoſcere non faſtidierint ſtudioſi, quamquam approbare non poſſint obtuſam, incultamque meam diſputationem; tamen, quando volentibus quod vtilè putaui beneuolè cognoſcendum expoſui, non improbabunt credo talem ſcilicet volentem prodeſſe deuotionem.]

Regi ſæculorum Immortali & Inuiſibili ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. 1. Tim. 1. v. 17.

VINDI-

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

DISSERTATIO ALTERA,

SEV

Accurata Hiſtoriæ Prædeſtinatianæ R. P. Iac. Sirmondi,

CONFVTATIO.

KKk

Digitized by Google

INDEX CAPITVM HVIVSCE Diſſertationis.

PRÆFATIO,

In qua verus Controuerſiæ ſtatus exponitur.

CAPVT I. apud R. P. Sirmondum.
Prædeſtinatorum exordia in Africâ, in Monachis Adrumetinis ab Auguſtino, & ab Euodio deprehenſa.

CONFVTATVR.

Et clariſſimè oſtenditur nullos in Monaſterio Adrumetino, nec re nec nomine Prædeſtinatianos fuiſſe: Sed contentionem ex eo ortam quòd qui de gratiâ rectè & Catholicè ſentirent, quibuſdam imperitis Liberum Arbitrium negare viderentur, cùm ipſi contra ſic liberum defenderent vt negarent Dei gratiam: Et de Arnobio Iuniore.

Pars I. Cap. I. Pars altera.

CAP. II. apud R. P. Sirmondum.
Prædeſtinatorum hæreſi apud Gallos emergente, Proſper & Hilarius Sancti Auguſtini opem per Litteras implorant.

CONFVTATVR.

Euincitúrque non aduersùs vllam Prædeſtinatorum hæreſim ſed aduersùs ſolas in Sancti Auguſtini Doctrinam Pelagianarum reliquiarum molitiones & calumnias, Proſperum & Hilarium illius opem imploraſſe.

Pars I. Cap. II. Pars altera.

CAP. III. apud R. P. Sirmondum.
Prædeſtinati à Cœleſtino Papâ, Proſpero & Hilario ſuggerentibus, repreſſi per Epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ.

CONFVTATVR.

Nullos Prædeſtinatianos ſed ſolas Pelagianorum reliquias à Cœleſtino Papa repreſſas fuiſſe euidentiſſimè demonſtratur, Photiúmque à R. P. citatum, eius cauſam ingulare.

Pars I. Cap III. Pars altera.

CAP. IV. apud R. P. Sirmondum.
Prædeſtinatorum hæreſim primus impugnat Auctor Prædeſtinati, cuius nomen in Codice Remenſi nullum, in Augienſi falſum expreſſum eſt.

CONFVTATVR.

Auctorem illum Pelagianum fuiſſe comprobatur, nec vllos Prædeſtinatos hæreticos, ſed Catholicos Gratiæ defenſores ineptiſſime Prædeſtinati libro impetitos.

Pars I. Cap. IV. Pars altera.

CAP. V. apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatorum Hæreſis nomen & origo in Chronico Proſperi, non Tironis Aquitani, ſed alterius eiuſdem nominis & ætatis.

CONFVTATVR.

Hoc Pſeudochronicon ab aliquo ex Pelagianorum reliquiis confictum, Sancto Proſpero doloſè ſuppoſitum, & ab omnibus Catholicis reponendum oſtenditur: Cùm Prædeſtinatorum hæreſim ab Auguſtino ipſo initium ſumpſiſſe dicat, quod in vulgaribus editionibus adulteratum eſt, incaſſum verò à R. P. aliò detortum.

Pars I. Cap. V. Pars altera.

CAP. VI. apud R. P. Sirmondum.

GENNADII MASSILIENSIS De Prædeſtinatianorum Hæreſi Teſtimonium, & IANSENII Gennadium fruſtra inſectantis Refutatio.

CONFVTATVR.

GENNADIVS *Pelagianâ fuligine ſine dubio tinctus quæ Prædeſtinatianorum dogmata recenſet, non alia ſunt quam Auguſtini, ſed calumnioſè propoſita.* IANSENIVS *ab iniquiſſimis Reuerendi P. criminationibus vindicatus.*

LOVANIENSIVM *Theologorum fides, qui ſummo labore & induſtriâ Auguſt. ediderunt, quàm immeritò in dubium reuocata.*

Pars I. Cap. VI. Pars altera.

CAP. VII. apud R. P. Sirmondum.

DE ARELATENSI Concilio in quo Prædeſtinatorum Hæreſis XXX. Epiſcoporum Decreto damnata eſt, & de Lugdunenſi, à quo iterum proſcripta.

CONFVTATVR.

PSEVDOSYNODOS *illas nihil aliud quam* FAVSTI REGIENSIS *profundæ calliditatis viri commenta fuiſſe multis argumentis oſtenditur: Neque vllam Prædeſtinatorum hæreſim, ſed Catholicam ipſam de Prædeſtinatione Doctrinam ſub commentitiorum Conciliorum illorum nomine tam in Epiſtolis, quàm in libris ſuis à* FAVSTO *damnatam.*

Pars I. Cap. VII. Pars altera.

CAP. VIII. apud R. P. Sirmondum.

DE FAVSTO REGIENSI, eiúſque libris de Gratiâ & Libero Arbitrio, déque notâ qua inuri à quibuſdam ſolent, quid ſentiendum.

Digitized by Google

CONFVTATVR.

LIBROS FAVSTI *à Summis Pontificibus iure proſcriptos, à Synodis Catholicis legitimè hæreſeos damnatos, à Sanctiſſimis Doctiſſimiſque Patribus, vt Catholicæ fidei perniciem inferentes contrariis voluminibus inuictiſſimè impugnatos demonſtratur: Necnon quid ſentiendum de iis qui eos pro orthodoxis obtrudunt, aperitur.*

Pars I. Cap. VIII. Pars altera.

CAP. IX. apud R. P. Sirmondum.

DE SYNODO ARAVSICANA II. In qua Prædeſtinatorum quoque hæreſis damnata eſt.

CONFVTATVR.

Prædeſtinatianæ fabulæ vanitatem ex hac Synodo maximè oſtendi, vtpote quæ nullos ſe tales hæreticos agnoſcere palam ſignificet: Sed tantùm ſibi intentatam à Pelagianorum reliquiis huius hæreſeos calumniam reiiciat.

pars I. Cap. IX. pars altera.

CAP. X. apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatorum error de Libero Arbitrio, tunc quoque in Italiâ confutatus ab ENNODIO TICINENSI.

CONFVTATVR.

Non *Prædeſtinatorum errorem, qui nulli fuere, ſed germanam Sancti Auguſtini & totius Eccleſiæ de Libero Arbitrio Doctrinam, in Epiſtola, quæ* ENNODIO *Ticinenſi tribuitur, ſtylo & ſenſu Pelagiano refelli probatur.*

pars I. Cap. X. pars altera.

CAP. XI. apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatiana Hæreſis in Galliâ per Gotteſchalcum renouata, & à RABANO atque HINCMARO in duabus Synodis iterum oppreſſa.

CONFVTATVR.

Gotteſchalcum *à Rabano per inſcitiam impugnatum, ab Hincmaro etiam per fraudem & calumniam Prædeſtinatorum Hæreſis accuſatum, ſed minimè conuictum: Immò ea ipſa Capita, quæ Hincmarus ille fictitiorum Prædeſtinatianorum erroribus accenſebat, à viris doctrinâ & pietate præſtantiſſimis, ab Eccleſiâ Lugdunenſi, & à duabus Synodis habita & propugnata.*

CAP. XII. apud R. P. Sirmondum.

LVGDVNENSEM Eccleſiam Synodúmque Valentinam in causâ Gotteſchalci, Prædeſtinatorum erroribus minimè ſuffragari.

CONFVTATVR.

Vel Potiùs ex ea Reuerendi P. Confeſſione, & Lugdunenſis Eccleſiæ clariſſimis Teſtimoniis, vniuerſa Prædeſtinatianæ Fabulæ *Machina diſſoluitur.*

Digitized by Google

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

DISSERTATIO POSTERIOR,

SEV

Accurata Hiſtoriæ Prædeſtinatianæ R. P. Iac. Sirmondi Soc. Ieſu Presb.

CONFVTATIO.

PRÆFATIO.

In qua verus Controuerſiæ ſtatus exponitur.

IN Priori Diſſertatione noſtra cap. 43. oſtendimus Hincmarum eâ potiſſimùm ratione ſecundum Opus ſuum De Prædeſtinatione ſuſcepiſſe, vt ſibi aduerſantes non tantùm Gotteſchalcum; ſed etiam Sanctum Prudentium Tricaſſinum Epiſcopum, S. Remigium, totam Eccleſiam Lugdunenſem, & ipſos Conciliorum Valentini 3. & Lingonenſis Reuerendos Patres Trium Prouinciarum Epiſcopos, quos non ſolum & numero & merito longè ſuperiores, ſed & Sacrarum Scripturarum & Sanctorum Patrum auctoritate inſuperabilis agnoſceret, quaſi hæreticos, damnatam iam à quatuor ſæculis in veteribus quos genio ſuo finxit Prædeſtinatianis, hæreſim te-

nouantes nullo modo audiendos, ſed ab ipſo limine reiiciendos hac quaſi præſcriptione proſcriberet: Neue in refellendo tali ac tanto veterum Pelagianorum commento, Hiſtoricæ Diſſertationis noſtræ curſus interrumperetur, ibidem polliciti ſumus alterâ Diſſertatione nos fabulam illam ab Hincmaro ex veteri maiorum ſuorum traditione reſumptam funditùs confutaturos. Eóque magìs adducti fuimus vt operi huic incumberemus, quo nuper in publicum prodiit Reuerendi P. Sirmondi Prædeſtinatiana Hiſtoria, ſeù veriùs fabula, in quâ ab Hincmaro ſuo faſcinatus eadem ipſius de priſcis Prædeſtinatianis figmenta concinnauit, Prædeſtinatianos à Conciliis condemnatos, eorum errorem in ortu ipſo ab Auguſtino caſtigatum, déque iis Proſperum & Hilarium, tum apud Auguſtinum per literas, tum Romæ coram apud Cœleſtinum queſtos eſſe, & plurima huiuſcemodi ſumpta ex Pelagianorum reliquiis deliramenta tantâ fiduciâ aſſeruit, vt quì non aſſentiantur, tam clara in luce vltro cœcutientes, non tam ipſos quid verum ſit, non videre, quam videre ſe diſſimulare affirmet. Imprimis igitur pollicitationis noſtræ fidem exoluentes Reuerendo P. reddamus ſuas voces, & tam clara in luce vltro cæcutientem exhibeamus, ſi reluctetur, vt non tam ipſe quid verum ſit, non videat quàm videre ſe diſſimulet: Immo potiùs & ex charitate magìs agnoſcamus vicem infirmitatis humanæ, & doleamus tantæ probitatis & ſcientiæ viro, Antiquitatis Eccleſiaſticæ præſertim Gallicæ indagatori acerrimo, emeritæ militiæ ſeni venerando, de re literariâ benè merito, & Religioſiſſimo contigiſſe, vt ex ſtudio propriæ ſententiæ, & Societatis zelo, dum libero nimis indulget arbitrio ab humilitatis via euagatus, iuſto, licet ſecreto Dei iudicio, in rebus etiam clariſſimis tanti viri deſideremus perſpicaciam: *Vt quibus non eſt datum videntes non videant & audientes non intelligant.*

R. P. in Præf. ad Lectorem.

Luc. 8. v. 10.

Hæc Reuerendi & Clariſſimi Patris & totius Societatis (quam veneror) pace & reuerentiâ dicta & in poſterum dicenda velim, ſolo veritatis & Gratiæ Chriſti zelo, de cuius etiam (vnà cum Proſpero Epiſtolâ ad Ruffinum) diuitiis miſericordiæ ſpero, quòd quos nunc libero falli arbitrio ſuo, & ab humilitatis via patitur euagari, non vſque quaque, neque in finem ſit intelligentiâ fraudaturus: Sed hunc ipſum in longinquiora progreſſum ideo à Deo tardiùs reuocari, vt opus gratiæ eius maiore gloriâ celebretur, cum ſibi etiam aduerſantium corda ſubdiderit, quibus de virtutum ſtudio exortum eſt periculum, & de morum probitate diſcrimen.]

Proſper ad Ruffinum cap. 4.

Quoniam igitur quæ Hincmarus diffusè paſſim & nullo ordine de fabula Prædeſtinatiana diſſeruit, R. Pater methodicè, di-

Digitized by Google

ſertè & dilucidè, etſi ſtrictim expoſuit, huius ordinem inſequemur, rei geſtæ veritatem ex ipſius Auguſtini, Proſperi, Cœleſtini & aliorum ſenſu, & verbis referemus, tum errores tam Reuerendi P. quam Hincmari notabimus, cuncta quâ poterimus diligentiâ, inerudito quidem & rudi ſed veraci ſtilo, & Deo duce ſummâ fide proſequemur.

Vt autem propoſiti & controuerſæ quæſtionis ratio conſtet, omniſque tergiuerſatio ſubmoueatur, aduertendum non agi ſolùm vtrum fuerint hæretici nomine prędeſtinatiani à Sanctis Patribus vel Eccleſiâ damnati, vltro enim fatetur poſt ſuum Hincmarum R. P. nomen illud Auguſtini temporibus inauditum fuiſſe: verùm an reuera fuerint aliqui à Sanctis patribus vel Eccleſiâ damnati, eo quòd ea dogmata tuerentur, quæ poſtea prædeſtinatianis fuere impoſita: Sed nullo modò agi (quod ſemper præ oculis habendum) vtrum illa ipſa dogmata à Sancto Auguſtino, Proſpero & aliis fuerint improbata; cùm eorum plurima à fidelibus omnibus reiiciantur, & ſemper fuerint reiecta. Illorum verò prædeſtinatianorum dogmatum quaſi faſciculos à R. P. laudatos collegit Hincmarus in opere ſuo de Prædeſtinati cap. 15. his verbis: neceſſarium duximus alligare in quatuor faſciculis ad comburendum zizania, quæ in Dominici tritici medio priſci ſeminarunt prædeſtinatiani, variâ quidem voce, ſed cognatâ parique impietate, de Dei præſcientia & prædeſtinatione ſuum dogma perniciosiſſimum componentes, quos Auguſtinus & Proſper ſuis ſcriptis ſufficientiſſimè reiicerunt, & contra quos Beatus Cœleſtinus decreuit: 1. Quorum vnum eſt, quia ſecundùm præſcientiam Deus homines damnet pro meritis ſuæ vitæ, quæ non habuerunt morte præuenti. 2. Aliud eſt quod ab eis qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat percepta baptiſmi gratia originale peccatum, & licet piè iuſtéque vixerint, nihil eis proſit, ſed tamdiu reſeruentur, donec ruant & pereant: Et quod Liberum Arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur; quoniam Deus tale in hominibus plaſmet arbitrium, quale eſt Dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſſit velle niſi malum. Tertium eſt quod idem ſit præſcientia quod prædeſtinatio. In quarto autem prædeſtinationem Electorum ad vitam non denegant, & reproborum prædeſtinationem ad interitum confitentur, ita etiam ad peccatum.] Ex quibus dogmatibus iuxta Reuerendum P. cap. 8. hæc duo fuere præcipua, vt Liberum Arbitrium penitùs ſubmouerent, & ſub gratiæ vel prædeſtinationis nomine, neceſſitatem prædicarent fatalem.]

Hincm. de Prædeſt. cap. 15.

Hiſt. Prædeſt. cap. 8.

His præmiſſis, iam prædeſtinatianam Reuerendi P. Hiſtoriam aggrediamur.

Digitized by Google

CAPVT I. Apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatorũ exordia in Africâ in Monachis Adrumetinis ab Auguſtino, & ab Euodio deprehenſa.

CONFVTATVR.

Et clariſſimè oſtenditur nullos in Monaſterio Adrumetino, nec re nec nomine Prædeſtinatianos fuiſſe: Sed contentionem ex eo ortam, quòd qui de gratiâ rectè & Catholicè ſentirent, quibuſdam imperitis Liberum Arbitrium negare viderentur, cùm ipſi contra ſic liberum defenderent, vt negarent Dei gratiam: Et de Arnobio Iuniore.

Pars Prima.

CAPVT primum hoc titulo eſt inſignitum. Prædeſtinatorum exordia in Africâ in Monachis Adrumetinis ab Auguſtino & ab Euodio deprehenſa: Quod an verum ſit, non aliunde requiri poteſt, quàm ab ipſo Auguſtino & Euodio, ſed & maximè à Valentino huiuſce Monaſterij Adrumetini in Bizacena Prouincia conſtituti præfecto, qui Epiſtolâ ad Auguſtinum (quæ inter ipſius Epiſtolas 256. habetur) rei geſtæ ſeriem exequitur. Prænotandum tamen anno 418. Scriptum fuiſſe à Sancto Auguſtino in acerrimo contra Pelagianos conflictu, vt ipſe teſtis eſt de Dono perſeu. cap. 21. Libellum ſeù Epiſtolam 105. ad Sextum Romanæ Eccleſiæ Preſbyterum (qui poſt Cœleſtinum Summum Pontificem vniuerſæ Eccleſiæ præfuit) in qua quæſtiones ſoluit difficillimas, Gratiam Chriſti oſtendit verè gratuitam, nec ſecundùm merita noſtra dari, nec electionem eſſe ex præuiſis meritis, & nihilominus inexcuſabiles omnes eſſe infideles, etiam paruulos, qui ſine Baptiſmo moriuntur: Cum igitur Florus Adrumetinus Monachus vnà cum Felice Vzalencem Patriam profectus eſſet ſub finem anni 424. aut initio ſequentis, hunc libellum ſeù Epiſtolam ad Sixtum adeptus dictante Felice ibidem tranſcripſit; Floróque deinde Carthaginem progreſſo, Felix libellum illum ad Monaſterium reuerſus ſecum detulit, eúmque inſcio Valentino Monaſterij Præfecto imperitis fratribus recitare cœpit, quorundam non intelligentium corda commouit, qui numero quinque vel amplius, Innocentium animas commouere cœperunt,

Epiſtolæ Valentini ad Auguſt. Epitome.

runt, & omnia ſubuerterunt, in ipſum etiam Florum (vbi reuerſus eſt) ſæuiebant, quia ipſe illis (vt putabant) vulnera libri illius attuliſſet, in quo non poterant medicinam infirmi cognoſcere.

De Adrumetinis.

Huiuſce contentionis, & tumultus monitus Valentinus ab ipſo Floro, ad auferendas impias quæſtiones miſit ad Euodium Epiſcopum Vzalenſem, vt propter ignaros de illo Auguſtini libro aliquid certiùs reſcriberet, & interim Presbyterum Sabinum ad maiorem auctoritatem rogauit, vt eundem librum cum liquidis interpretationibus legeret. Nec ſic anima ſauciata curata eſt: vnde duo ex illis Monachis, Creſconius & Felix (alter ab illo qui Auguſtini librum attulerat) conſenſu Valentini acceptis ſumptibus, ſed ſine ipſius literis (ne per dubitantes & de veritate fluctuantes ſcribendo de dictis Auguſtini dubitare cum dubitantibus videretur) ad Auguſtinum profecti ſunt, quibus profectis quies & pax per omnes fratres exultauit in Domino. Illi verò Auguſtino expoſuerunt (vt patet ex eius Epiſtolâ 46. ad Valentinum) Monaſterium nonnullâ diſſentione turbatum, eo « quòd quidam in illo ſic gratiam Dei prædicent, vt negent hominis Liberum Arbitrium, & quod eſt grauius, dicant, quod in « die iudicij non ſit redditurus Deus vnicuique ſecundum opera « eius: hoc tamen etiam indicauerunt, quòd plures illorum non « ita ſentiunt, ſed Liberum Arbitrium adiuuari fateantur per « Dei gratiam, vt recta ſapiamus atque faciamus, &c. Hoc qui « ſentiunt (reſpondet Sanctus Auguſtinus) bene ſentiunt. Obſecro vos. inquit, &c. Vt idipſum dicatis omnes, & non ſint « in vobis ſchiſmata &c. Si igitur non eſt Dei gratia quomodo « ſaluat mundum? Si non eſt Liberum Arbitrium quomodo iudicat mundum? Proinde, inquit, librum vel Epiſtolam meam « quam ſecum ad vos ſupradicti attulerunt, ſecundùm hanc fidem « intelligite, vt neque negetis Dei gratiam, neque Liberum Arbitrium ſic defendatis, vt à Dei gratiâ ſeparetis, &c.] Et paucis « de Gratia Chriſti additis, ſe feſtinanter Monachos illos remittere innuit, vt in monaſterio agerent Paſcha, tum rogat Valentinum, vt ipſum, inquit, à quo dicunt ſe fuiſſe turbatos ad me mittere non grauemini; aut enim non intelligit librum meum, aut « fortè ipſe non intelligitur, quando difficillimam quæſtionem, & « paucis intelligibilem ſoluere atque enodare conatur.] «

Auguſt. Epiſt. 46. ad Valent.

Sed ſcripta Epiſtolâ ante diſceſſum illorum obuenit Felix alter, ille ſcilicet, qui Sancti Auguſtini librum illum in Monaſterium detulerat, & contentionem illam, qualem retulimus, Sancto Auguſtino expoſuit: ideóque Auguſtinus, vt tres illos Monachos

De Adrumetinis. Auguſt. Epiſt. 47. ad Valent.

» inſtrueret, ſecum diutiùs retinuit: quos (inquit Epiſtolâ 47. ad » Valentinum) nobiſcum egiſſe Paſcha nouerit Charitas veſtra, » quos ideo tenuimus aliquantò diutiùs, vt inſtructores ad vos re» dirent aduersùs nouos hæreticos Pelagianos &c.] Et ratione eiuſdem contentionis eodem tempore librum ſcripſit de Gratia & Libero Arbitrio ad eundem Valentinum, & Monachos eius: & quoniam incertus eſſet, quid ſibi veriùs relatum fuiſſet, dubium » illud in primo cap. ſic expoſuit: Sed quoniam ſunt quidam, qui » ſic gratiam Dei defendunt, vt negent hominis Liberum Arbi» trium, aut quando Gratia defenditur, negari exiſtimant Libe» rum Arbitrium &c.] Et paucis de Libero Arbitrio, plurimis verò de Gratia Chriſti diſſeruit: Tum etiam tribus illis Monachis librum hunc legit, & expoſuit cum pluribus aliis Epiſtolis, & Conciliorum Decretis, quæ per illos miſit ad Valentinum. Tum Valentinus ſupradictâ ad Auguſtinum Epiſtolâ, ipſi gratias agens plurimas, quæ ex ea iam retulimus ſcripſit, item ex eius libro omnibus quæſtionibus pleniſſimè ſatisfactum intima» uit, & ex triſtitia prouenisse gaudium, quia per ignaros, inquit, » & curioſos ſuauiſſimis monitionibus tuæ Sanctitatis illuminari » meruimus.] Tum ſinceram ipſius Flori, quem illi auctorem di» xerant ſcandali, fidem teſtatur. Serui tui Flori, inquit, hæc fides » eſt (Pater) non ſicut Fratres illi ſunt locuti, impreſentiarum » audierunt ab illo dictum: non iuxta merita noſtra dari donum » pietatis: ſed per gratiam Redemptoris:] & ſub finem: ſicut er» go præcepiſti (Domine Papa) Frater noſter Florus ſeruus San» ctitatis tuæ omni alacritate perrexit, cui non impedit ſed profi» cit fatigatio, vt accedat ei dilucidata cordis inſtructio, quem » tuæ ſanctimoniæ ſuppliciter commendamus &c.]

Auguſt. de Grat. & Lib. Arb. cap. 1.

Epiſtola Valentini ad Aug.

Aduenіente Floro cum aliis fratribus ad Auguſtinum à Valentino miſſis, Auguſtinus tam ex eius litteris quam ore proprio ipſius Flori eius rectam fidem agnouit & laudauit cap. 1. de Cor» rept. & Grat. Liberum itaque Arbitrium, inquit, & ad bonum » & ad malè faciendum confitendum eſt nos habere, ſed in malo » faciendo liber eſt quiſque iuſtitiæ, ſeruúſque peccati; in bono » autem liber eſſe nullus poteſt, niſi fuerit liberatus &c. Hanc fidem » quæ ſine dubio vera & Prophetica & Apoſtolica fides eſt, etiam » in Fratre noſtro Floro inueniſſe me gaudeo, vnde hi potius cor» rigendi ſunt, quos quidem propitio Deo correctos eſſe iam exi» ſtimo, qui eum non intelligebant.

Auguſt. de Correpț. & Grat. cap. 1.

» Sed & ab ipſo Floro didicit Auguſtinus quendam ſeditioſo» rum illorum dixiſſe; vt quid nobis prædicatur atque præcipitur, » vt declinemus à malo & faciamus bonum, ſi hoc nos non agimus, » ſed id velle & operari Deus operatur in nobis.] Ibib. cap. 2. &

Ibid. cap. 2.

Ibid. cap. 3.

Digitized by Google

cap. 3. Ergo, inquiunt, præcipiant tantummodò nobis quid facere debeamus qui nobis præſunt, & vt faciamus orent pro nobis, non autem nos corripiant & arguant ſi non fecerimus.] Ideóque Auguſtinus aureum illum ad Valentinum & Monachos Adrumetinos (etſi ſciret iam correctos) vt omnibus prodeſſet de Correptione & Gratiâ librum emiſit, in quo vberrimos & ſaluberrimos Gratiæ Chriſti theſauros pleniſſimè effudit, vt oſtenderet quomodo nec ſana de Chriſti gratiâ doctrina officiat correptioni, nec Correptio Gratiæ, & ideo ſic eſſe præcipiendam iuſtitiam vt à Deo gratia, quâ id quod præcipitur fiat, fideli oratione poſcatur,] ibid. cap. vlt. De Adrumetinis. Ibid. cap. vlt.

Hanc ſcribendi rationem & occaſionem breuiſſimè retulit Sanctus Auguſtinus 2. Retract. cap. vlt. Rurſus (inquit) ad eoſdem ſcripſi alterum librum quem de Corrept. & Gratia prænotaui, cum mihi enunciatum eſſet dixiſſe ibi quendam: neminem corripiendum, ſi Dei præcepta non facit, ſed pro illo vt faciat tantummodo orandum,] Et cap. præcedenti, prioris libri de Gratia & Libero Arbitrio hoc edidit augmentum: propter eos, qui cùm defenditur Dei Gratia, putantes negari Liberum Arbitrium, ſic ipſi defendunt Liberum Arbitrium, vt negent Dei Gratiam, aſſerentes eam ſecundum merita noſtra dari, ſcripſi librum, cuius titulus eſt de Gratia & Libero Arbitrio &c.] Aug. Retract. 2. cap. vlt. Ibid. cap. pen.

In quo aduertendum de hac Adrumetinorum Monachorũ contentione ter locutum Auguſtinum, & quidem vario ſemper modo: primò in Epiſtola 46. ad Valentinum ex falſa Creſconij & Felicis relatione deceptus ſcripſit, quaſi illius auctores fuiſſent, qui gratiam ſic efferrent, vt hominis Liberum Arbitrium negarent &c. Deinde cap. 1. de Grat. & Libero Arbitrio, ex incerta alterius Felicis aſſertione dubius retulit: quoniam ſunt quidam qui ſic Gratiam Dei defendunt, vt negent hominis Liberum Arbitrium, aut quando gratia defenditur, negari exiſtiment Liberum Arbitrium.] Poſtremò tandem litteris Valentini & ore proprio ipſius Flori, rei geſtæ certior factus, in retractationibus ſuis c[illegible]iſſimè & præcisè ſcripſit: propter eos qui cùm defenditur Dei gratia putantes negari Liberum Arbitrium, ſic ipſi defendunt Liberum Arbitrium vt negent Dei gratiam aſſerentes eam ſecundùm merita noſtra dari, ſcripſi librum &c.]

Et ſic ex hac veriſſimâ & ſimplici rei geſtæ ex actis ipſis enarratione, nullos in Adrumetino Monaſterio fuiſſe hæreticos, nec nomine, nec re ipſa Prædeſtinatianos, qui pernicioſum illud dogma profiterentur, nullum eſſe hominis Liberum Arbitrium: ſed ſolos Pelagianos, eorúmve reliquias à S. Auguſtino reuictas qui non videat, tam clara in luce vltro cœcutiat neceſſe eſt. Sed vt

Digitized by Google

De Adrumetinis. magis conſtet Lectoris iudicium, hic referenda eſt ipſius Valentini Epiſtola, quæ inter opera contra Pelagianos deſideratur. Hæc ſunt ipſius verba.

Valentinus Monachus ad Sanctum Auguſtinum &c. inter Epiſtolas S. Auguſt. 256.

„ VENERABILIA ſcripta & librum tuæ Sanctitatis ita tremebundo corde ſuſcepimus, vt ſicut B. Elias cum in ſpeluncæ limine ſtaret, faciem ſuam à gloriâ Domini tranſeunte velauit, ita nos objurgatos oculos teximus, quia per ruſticitatem Fratrum noſtrorum noſtro iudicio erubuimus, quorum inordinatâ profectione tuam meruimus Beatitudinem ſalutare, quia tempus loquendi & tempus tacendi, ne dum per dubitantes ex dubitate fluctuantes ſcriberemus, de dictis ſapientiæ tuæ, quæ eſt ſicut Angeli Dei dubitare cum dubitantibus videremur. Non enim erat nobis neceſſarium interrogare de beatitudine & ſapientia tua, quæ eſt nobis nota per Dei gratiam: nam ad librum dulciſſimum Sanctitatis tuæ ita ſumus alacriter iocundati: Vt ſicut Apoſtoli Dominum poſt Reſurrectionem prandentem ſecum, *Non audebant interrogare quis eſſet, ſciebant enim, quia Ieſus eſt:* Ita & nos nec volumus nec auſi ſumus interrogare de libro, vtrum tuæ Sanctitatis eſſet, cùm ipſa fidelium gratia in eo liberaliter commendatur. Nobis tuis (Domine Sancte Papa) eloquiis viuaciſſimis conteſtetur. Incipiamus autem (Domine Beatiſſime Papa) ipſius ordinem perturbationis exponere. Chariſſimus Pater noſter Florus ſeruus Paternitatis tuæ, cum Vzalenſem Patriã fuiſſet ſuadente charitate profectus, Eulogias Monaſterij inter ſuæ ciuitatis moras, de opuſculis nobis tuę attulit Sanctitatis, vno Fratre Felice, qui ad tuam Sanctitatem tardè poſt comites ſuos veniſſe dignoſcitur, eundem librum deuotè dictante, ventum eſt ad Monaſterium, cum eodem libello, fratre Floro ad Carthaginem de Vzalenſi ciuitate profecto, mihi non monſtrato libro imperitis fratribus recitare cœperunt, qui quorundam non intelligentium corda commouit. Quia cum diceret Dominus, *Qui non manducauerit Carnem Filii hominis, neque biberit Sanguinem eius, non habebit vitam in ſemetipſo,* diſceſſerunt, quoniam impiè intellexerunt, non culpâ Domini, ſed duritiâ impiiſſimi cordis. Cœperunt memorati fratres qui omnia ſubuerterunt innocentium animas commouere, meâ paruitate penitùs ignorante. In tantum conuentus illorum murmurantis neſcii, vt niſi frater Florus de Carthagine repetitus eorundem perturbationem agnoſcens mihi ſollicitè nunciaſſet, furtiua, & tanquam ſeruilis erat inter eos de non intelligendâ veritate contentio. Propoſui

Ioan. 21 v. 12.

Ioan. 6. v. 54.

ad auferendas impias quęſtiones, vt ad Dominum Sanctum Pa- " De Adru-
trē Euodium mitteremus, vt ipſe nobis de hoc Sacroſancto libro " metinis.
propter ignaros aliquid certius reſcripſiſſet: nec hoc patientiùs "
accipere voluerunt, ſed arripuerunt profectionem, nobis taliter "
non optatam: fratre Floro furore illorum conturbato, in quem ſæ- "
uiebant quia ipſe illis, (vt putabant) vulnera libri huius attuliſſet, "
in quo non poterant medicinam infirmi cognoſcere. Vnde & San- "
ctum Presbyterum Sabinum ad majorem auctoritatem rogaui- "
mus, & ipſius Sanctitas librum cum liquidis interpretationibus "
legit, nec ſic anima ſauciata curata eſt, quibus propter ipſam pie- "
tatem ſumptus dedimus, ne vulnera ipſorum cumularemus, quæ "
poſſet ſanare libri huius gratia, in qua refulget tua Sancta præſen- "
tia: quibus profectis quies & pax per omnes fratres exultauit in "
Domino: quinque enim vel amplius fratrum animoſitate iſta eſt "
innata contentio Sed quia interdum, Domine, prouenit gaudium "
ex triſtitia, non adeo mœſtificamur, quia per ignaros & curioſos "
ſuauiſſimis monitionibus tuæ Sanctitatis illuminari meruimus. "
Ioa. 20. Nam & dubitatio B. Thomæ Apoſtoli foramina clauorum quæ- "
v. 27. rentis, confirmatio fuit Eccleſiæ vniuerſalis. Accepimus igitur "
(Domine Papa) medicamentum piè curantium tuarum cum gra- "
tia litterarum, & contundimus pectora noſtra, vt ſaltem ſic ſane- "
tur conſcientia noſtra, quam per Liberum Arbitrium noſtrum, "
quod donat miſericordia, curat & viuificat gratia. Sed in hoc tem- "
pore quando adhuc miſericordiam cum delectatione cantamus. "
Nam cum cæperimus cantare Domino, reportaturi ſumus mer- "
Pſ. 111. cedem pro opere noſtro, quia *miſericors & iuſtus Dominus, miſe-* "
v. 4. *rator & rectus:* quia (ſicut docet nos Sanctitas tua,) *repreſentari* "
nos oportet ante Tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque noſtrum "
propria corporis, pro vt geſſit, ſiue bonum ſiue malum: Quia *ve-* "
2. Cor. 5 v. 10. *niet Dominus, & merces eius cum ipſo.* Quia ſtabit homo & corpus "
Iſa. 40. eius ante ipſum, quia *veniet Dominus ſicut clibanus ardens, vt in-* "
v. 10. *cendat impios tanquam ſtipulam:* & *timentibus nomen Domini* "
Ioël 2. *orietur ſol iuſtitiæ*, quando impij punientur iudicio iuſtitiæ. Hoc "
Mal. 4. iuſtus, cuius tu amicus es (Domine Papa) exclamat, contremi- "
v. 2. Pſ. 142. ſcit & ſuppliciter dicit. *Domine ne intres in iudicium cum ſeruo* "
v. 2. *tuo.* Si gratia eſſet remunerantis, non timeret Secretarium iudi- "
cium Majeſtatis. Serui tui Flori hæc fides eſt (Pater) non ſicut "
fratres illi ſunt locuti, impræſentiarum audierunt ab illo dictum: "
non iuxta merita noſtra dari donum pietatis, ſed per gratiam " De Floro.
Redemptoris: nam de illa die quis dubitet lōgè eſſe gratiam cum "
cœperit iraſci iuſtitia? Hoc clamamus, Pater, hoc te docente ca- "
Pſal. 6. v. 2. nimus non ſecuri, ſed trepidi. *Domine ne in furore tuo arguas me,* "
Pſal. 93. *neque in ira tua corripias me.* Hoc dicimus: Emenda nos Domine, "
v. 12.

De Adru-metinis.

» *& de lege tua erudi nos, vt mitiges nos à diebus malis:* hoc credi- Pſalm.
» mus docente te (venerabilis Pater) quia *Deus interrogat iuſtum* 93. v.
» & impium, quia à dextris & à ſiniſtris poſitis bonis & malis im- 12.
» putat remuneranda opera pietatis, enumerat puniendam tenaci-
» tatem impietatis: vbi erit gratia quando pro ſui qualitate diſ-
» pungentur opera ſiue bona ſiue mala: ſed cor non directum non
» timet proferre mendacium: Liberum Arbitrium Dei gratiâ non
» negamus, ſed per Chriſti quotidianam gratiam proficere credi-
» mus, & adiuuari confidimus. Quid homines dicunt in mea eſt
» poteſtate, vt faciam bonum? (ſi tamen homines facerent bo-
» num.) O inanis gloriatio miſerorum? quotidiè peccata arguunt,
» & ipſi ſibi aſſumunt nudum Liberum iactantes Arbitrium, non
» diſcutientes conſcientiam ſuam; quæ non poteſt curari, niſi per
» gratiam: vt dicerent: *Miſerere mei, ſana animam meam, quia* Pſalm.
» *peccaui tibi.* Quid facerent, qui de libero ſibi gloriantur Arbi- 40. v. 5.
» trio? quod non cum Dei dumtaxat adiutorio, ſi iam *abſorpta eſt*
» *mors in victoria*; ſi iam *mortale noſtrum induerit immortalitatem,* 1. Cor.
» *& corruptibile noſtrum induet incorruptionem.* Ecce fœtent vulne- 15. v.
» ra & ſuperbè petitur medicina: non dicunt ſicut iuſtus: *Niſi Do-* 53.
» *minus adiuuiſſet nos paulominus habitaſſet in inferno anima mea:* Pſalm.
» Non dicunt, ſicut iuſtus: *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,* 93. v.
» *fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.* Sed ora (piiſſime Pater) vt iam 17.
» non curam geramus, niſi pro peccato noſtro lachrymis expian-
» do, & Dei gratia commendanda. Ora (Domine Pater) *Vt non* Pſalm.
» *vrgeat ſuper nos Puteus os ſuum: vt ſaluemur à deſcendentibus in* 126. v.
» *lacum*, vt non pereat cum impiis anima noſtra per ſuperbiam no- 1.
» ſtram, ſed ſanetur per Domini gratiam. Sicut ergo præcepiſti Pſalm.
» (Domine Papa) frater noſter Florus ſeruus ſanctitatis tuæ, om- 68. v.
» ni alacritate perrexit, cui non impedit, ſed proficit fatigatio, vt 19.
» accedat ei dilucidata cordis inſtructio, quem tuæ Sanctimoniæ Pſalm.
» ſuppliciter commendamus, pariterque depoſcimus, vt & igna- 29. v. 4.
» ros tuis orationibus Domino commendes, manſuetiſſimè com-
» ponendos. Ora Domine & dulciſſimè Pater, vt fugiat de Congre-
» gatione noſtra, & amotâ omni alienarum quæſtionum procellâ,
» nauis propoſiti noſtri Epibatis quietis onuſta intra ſtationem tu-
» tiſſimi portus ſecurè conſiſtat, dum nauigat per hoc mare ma-
» gnum & immenſum, & in illo portu, intra quem iam non erit
» metuendum vitæ nauigium, mercium indiſcrepans accipiat pre-
» tium placitarum. Hoc tuæ Sanctitatis impetraturos nos confidi-
» mus adiutorio, per gratiam, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino
» noſtro. Omnes filios Apoſtolatus tui Dominos noſtros Clericos, ac
» Sanctos in congregatione propoſiti ſeruientes deprecamur, vt
» digneris noſtro officio ſalutare, vt cum tua Beatitudine omnes

Digitized by Google

pro nobis orare dignentur. Indiſcrepans veritas Domini noſtri „ Iesu Chriſti Apoſtolatum tuum, quem elegit per gratiam, con- „ ſeruet nobis in Eccleſia ſua, & noſtri memores coronet in Ec- „ cleſia magna, quod optamus Domine. Si quid autem famulus „ tuæ Sanctitatis frater ſuggeſſerit Florus pro regula Monaſterij, „ digneris Pater petimus libenter accipere, per omnia nos inſtr- „ mos inſtruere.] „

De Adrumetinis.

Reliquum eſt vt ipſum R. Patrem audiamus, & ne quid conſultò omiſſum conqueri poſſit, ipſius verba diligenter collecta ſtrictim & breui Scholio expendamus.

Cap. I. Pars altera.

Sirmondvs.

Prædeſtinatianam hæreſim, quæ ex malè intellectis Sancti Auguſtini verbis originem duxit, in Africâ primum cœpiſſe auctor eſt Hincmarus in Epiſtolâ ad Nicolaum Papam, & in libro de Prædeſtinatione contra Gotteſchalcum.

Confvtatio.

Ex malè intellectis Sancti Auguſtini verbis.] Quidni (cum Ementito Pſeudo-Proſpero) *ab ipſo Auguſtino*, qui nouam & inſolentem de abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiam (vt cap. ſequenti refertur) protulit? Sed de his cap. 5.

Auctor eſt Hincmarus.] Et primus quidem & mendaciſſimus; rerum Sancti Auguſtini ſæculo geſtarum penitùs ignarus: ita vt primum caput operis illius de Prædeſtinatione, in quo de hac veterum Prædeſtinatianorum fabula agitur, mirum quot erroribus ſcateat: inter reliquos vult Auguſtinum ſcripſiſſe de 89. hæreſibus & vltimam Pelagianam, quæ eſt 88. eſſe 89. vt ei commodiùs attexatur Gennadij ſupplementum, quod incipit à 90. hæreſi Prædeſtinatiana: Eundem Gennadium præponit R. P. Prædeſtinato, quem etiam malè hyginum vocat: Hilarium Laïcum, qui cum Proſpero ad Sanctum Auguſtinum ſcripſit, confundit cum Arelatenſi Epiſcopo, librum Hypognoſticon mordicùs aſſerit eſſe Sancti Auguſtini; & librum de induratione Pharaonis tribuit Hieronymo: quod à Sancto Auguſtino in libris de Prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeuerantiæ de Pelagianis dictum eſt, de fictis ſuis Prædeſtinatianis dictum affirmat: quicquid à Proſpero & Hilario de Maſſilienſibus, & aliis Pelagianorum reliquiis ſcriptum fuit, quaſi de iiſdem Prædeſtinatianis ſcriptum ſibi vindicat: & fictitium Arelatenſe Concilium ſub Cœleſtino Pontifice, eiuſque iuſſu celebratum intendit: hiſque & ſimilibus ineptiis ſuam veterum Prędeſtinatianorum fabulam aſtruit, vt quibus diſputationum ſtudio non poterat, ementitæ auctoritatis

Hincmari errores in cap. 1. de Prędeſt.

De Adru- metinis. priuilegio reſiſteret : vt de proſtrati dudum dogmatis corpore nullum membrum ſineretur aſſurgere, quod optimè à Proſpero in Pelagianorum reliquias præſcriptum, peſſimè ibidem aſſumpſit Hincmarus contra veros & legitimos Eccleſiæ defenſores, Concilij Lingonenſis & Valentini Epiſcopos, Eccleſiam Lugdunenſem, S. Remigium, S. Prudentium & alios ſimiles. Aduertat igitur R. P. quam malè cœcus, falſi reus, & plurimis vitiis (vt ſuprà vidimus) irretitus ducatum præſtet.

SIRMONDVS.

Idémque ipſum Proſper quoque indicarat, cum ad Auguſtinum ſcribens de iis, quæ Gallos in eius de Prædeſtinatione ſententia tunc mouebant: quoſdam ait intra Africam ſimilia iam mouiſſe.

CONFVTATIO.

Proſper quoque indicarat.] Scilicet intra Africam ſimilia mouiſſe Adrumetinos, quæ mouerant in Gallia Maſſilienſes, vtróſque ex Pelagianorum reliquiis, ſed nullibi Prædeſtinatos. Nec ſatis cautè R. P. cum ſuo Hincmaro quod à Proſpero de Maſſilienſibus Pelagianorum reliquiis dictum eſt, de Prædeſtinatianis dictum fingit: hic referenda & expendenda ipſius Proſperi verba ex Epiſtola ad Auguſtinum.

Proſperi Epiſtola ad Auguſt.

» Multi ergo ſeruorum Chriſti, qui in Maſſilienſi vrbe conſi-
» ſtunt in Sanctitatis tuæ ſcriptis, quæ aduerſus Pelagianos hære-
» ticos condidiſti, contrarium putant Patrum opinioni, & Eccle-
» ſiaſtico ſenſui, quicquid in eis de vocatione electorum ſecundum
» Dei propoſitum diſputaſti: & cum aliquamdiù tarditatem ſuam
» culpare maluerint, quàm non intellecta reprehendere, quidam
» eorum lucidiorem ſuper hoc, atque apertiorem Beatitudinis tuæ
» expoſitionem voluerint poſtulare. Euenit ex diſpoſitione miſe-
» ricordiæ Dei; vt cùm quoſdam intra Africam ſimilia mouiſſent,
» librum de correptione & gratia plenum diuinæ auctoritatis emit-
» teres, quo in notitiam noſtram inſpiratâ opportunitate delato,
» putauimus omnes querelas reſiſtentium ſopiendas &c.]

Quid euidentiùs? ſimilia mouiſſent iis, quæ Maſſilienſes putabant conraria Patrum opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui. Ergo ſicut Maſſilienſes erant ex Pelagianorum reliquiis nullomodo Prædeſtinatiani, immò ipſorum, quos fingunt ſenſibus & dogmatibus infenſiſſimi & oppoſiti, vt patet per totam Epiſtolam: ſic Monachi Adrumetini; quos ſimilia mouiſſe innuit, erant etiam ex iiſdem Pelagianorum reliquiis nullomodo Prædeſtinatiani, nec illos mouit, quod Auguſtinus Epiſtolà ad Sextum aſſeruiſſet Liberum Arbitrium, & quod in die iudicij vnicuique Deus redditurus ſit ſecundùm opera eius: ſed quod & defenſione gratuitæ Dei gratiæ (quam nullomodo intelligerent) negari exiſtimarent

Liberum

Liberum Arbitrium, & ſupremum ex operibus noſtris detrectari Dei iudicium: & ſic ex hoc ipſo Proſperi teſtimonio conuincitur motus illos in Monaſterio Adrumetino non à Prædeſtinatianis ſed à Pelagianorum reliquiis excitatos. De Adrumetinis.

SIRMONDVS.

Ceterum qua in Africa parte dicerent neuter expoſuit. Docuit autem Auguſtinus in penultimo capite Retractationum in Bizacena ſcilicet Prouincia apud Monachos Adrumetinos.

CONFVTATIO.

Ex ipſo penultimo capite quod iam retulimus, iſta prorſus R. Patris ſententia falſi conuincitur. Expreſsè ſiquidem refertur « propter eos ſolos ſcriptum librum de gratia & Libero Arbitrio, « qui cum defenditur Dei gratia, putantes negari Liberum Arbi- « trium, ſic ipſi defendunt Liberum Arbitrium, vt negent Dei gra- « tiam.] Quid magis prætenſo prædeſtinatianorum dogmati op- « poſitum. Aug. retract. 2. cap. pen.

Ad quos cum perlata fuiſſet Epiſtola Sancti Auguſtini 50. ad Sextum Eccleſiæ Romanæ Presbyterum, eò ex eius lectione adducti ſunt nonnulli, vt perſuaſum haberent, ſic in ea prædicari ab illo gratiam, vt negaret hominis eſſe Liberum Arbitrium, atque ad hoc ipſi dogma quod deinceps Prædeſtinatianorum fuit, adhærerent: Ceteris contra pro Liberi Arbitrii defenſione pugnantibus.

Non magis oppoſitæ tenebræ luci quam hæc fabuloſa nullo auctore narratio oppoſita eſt rei geſtæ veritati, quam nos ſuprà ex ipſis Sancti Auguſtini, & ipſius Valentini ſcriptis nudè & nullo fuco deduximus. *Adducti ſunt* (inquit) *nonnulli vt perſuaſum haberent, ſic in ea Epiſtola prædicari ab Auguſtino gratiam, vt negarent hominis eſſe Liberum Arbitrium.*]Hoc dici poteſt de Pelagianorum reliquiis, quæ hoc prætextu veram Chriſti gratiam reſpuerent. Sed quod additur. *Ita vt ad hoc ipſi dogma, quod deinceps Prædeſtinatianorum fuit adhærerent, cæteris contra pro Liberi Arbitrii defenſione pugnantibus.* Hoc certè (R. P. pace dictum ſit) multùm à veritate alienum: immò perfecta fuit omnium in admittenda libertate conſenſio, plurimis pro vera Chriſti gratia, vnà cum Libero Arbitrio iuxta Auguſtinum: cæteris pro Liberi Arbitrij improba defenſione contra veram Chriſti gratiam, & eius aſſertorem Auguſtinum pugnantibus: vt ex Epiſtola Valentini, & Sancti Auguſtini ſcriptis ſuprà relatis conſtat.

Quo ex diſſidio & contentione turbato Monaſterio, profectiſque ad Auguſtinum conſilij causâ duobus Monachis, & Floro, qui prauæ interpretationis, turbarúmque auctor fuerat, ad eum miſſo, non ſatis habuit vir Sanctiſſimus ac mitiſſimus, libri ſui, quem non in-

De Adrumetinis. *telligebant veram rectámque ſententiam eos docere, qui venerant, ſed vt omnibus prodeſſet binas per eoſdem Epiſtolas ad Valentinum Abbatem, & reliquos Monachos ſcripſit, binoſque vna libros addidit; vnum de gratia & Libero Arbitrio, alterum de Correptione & gratia.*

Rei geſtæ ſeriem ſuprà relatam quæ ex Valentini Epiſtola, & ſcriptis Auguſtini manifeſtè patet, R. P. confundit, tam in profectione Monachorum, quàm in librorum Sancti Auguſtini editione, conditionem Monachorum illorum diſſimulat, vtrum ex illis, qui pro gratia Chriſti ſtarent, quos Prædeſtinatianos vocat, an qui impugnarent: ſed & Florum ipſum quaſi prauè librum Sancti Auguſtini intelligentem ab ipſo cum aliis edoctum neſcio quo genio, non ex rei veritate refert: immò etiam contra fidem tam Valentini, quàm ipſius Auguſtini Florum aſſerit prauæ interpretationis, turbarumque fuiſſe auctorem, vt adſtruat, quod ſuprà dixit, fuiſſe aliquos in Monaſterio, qui prædeſtinatianorum dogmati adhærerent: At quid eſt Sancto Auguſtino illudere vel ei palàm aduerſari, ſi hoc non eſt? Quid enim clarius illis verbis, quibus Auguſtinus de Corrept. & grat. cap. 1. ſanam & Catholicam Flori fidem prædicat, quem R. P. prædeſtinatianorum neſcio quorum erroribus adhæſiſſe contendit. Hanc fidem

Aug. de correp. & grat. cap. 1.
» (inquit vir ille maximus) quæ ſine dubio vera & Prophetica, &
» Apoſtolica fides eſt, etiam in fratre noſtro Floro inueniſſe me
» gaudeo: vnde hi potiùs corrigendi ſunt, quos quidem propitio
» Deo correctos eſſe iam exiſtimo, qui eum non intelligebant:]

Valentini Epiſtola ad Auguſt.
» Et Epiſtola Valentini: ſerui tui Flori hæc fides eſt Pater, non ſi-
» cut fratres iſti ſunt locuti, impræſentiarum audierunt ab illo di-
» ctum, non iuxta merita noſtra dari donum pietatis: ſed per gra-
» tiam Redemptoris.] Siccine R. P. prædeſtinatianus eſt, qui profitetur non iuxta merita noſtra dari donum pietatis, ſed per gratiam Redemptoris?

R. P. *In quibus illorum redarguens errorem docet Liberum hominis Arbitrium Adæ peccato extinctum non fuiſſe, ſed ſauciatum, nec diuina nobis gratiæ afflatu perimi ſed ſanari. Fidem porro Catholicam hanc eſſe, quæ neque Liberum Arbitrium neget ſiue in vitam malam, ſiue in bonam, neque tantum ei tribuat, vt ſine gratia Dei valeat aliquid, quorum altero lapſi ſunt Pelagiani, in altero errarunt Prædeſtinati. Proinde vtrúmque, vt ſcopulum caueant his illos*

Aug. Epiſt. 47. ad Valent.
» *verbis admonet in Epiſtola* 47. Non declinetis ait in dexteram ne-
» que in ſiniſtram, hoc eſt, non ſic defendatis Liberum Arbitrium,
» vt ei bona opera ſine Dei gratia tribuatis, *quod Pelagianorum fuit,*
» nec ſic defendatis gratiam vt quaſi de illa ſecuri mala opera dili-
» gatis, *quod non horruerunt Prædeſtinatiani.*

Digitized by Google

Vtrumque ſcopulum cauendum docuit Auguſtinus: immò & docuit Liberum Arbitrium Adæ peccato non fuiſſe extinctum, ſed fauciatum: Ergo fuerunt qui crediderunt extinctum, quæ conſequentia illud fugiendum rectè docuit Auguſtinus, ſed fuiſſe qui tantum malum crederent non aſſeruit: ſed id eſto aſſeruit (quod tamen falſum) cùm librum de Libero Arbitrio, & duas illas Epiſtolas ad Valentinum miſit quia ſcilicet tum adhuc erat incertus; vtrum hæc contentio in Monaſterio Adrumetino orta eſſet ab iis, qui ſic gratiam Dei defenderent, vt negarent hominis Liberum Arbitrium, vel ab aliis qui quando gratia defenditur, negari exiſtimarent Liberum Arbitrium: At nonne poſteà certior factus tum ex Valentini Epiſtola, tum ex ipſius « Flori ore palam & apertè prædicauit ſe non errorem Prædeſtina- « tianum ſed rectam fidem in Floro, qui Liberum Arbitrium negaſſe dicebatur, inueniſſe, eoſque potius corrigendos qui illum non intelligerent. Non ergo quærendum quid de Monachis Adrumetinis ſenſerit Auguſtinus cum illas Epiſtolas ſcripſit falsâ duorum Monachorum relatione deceptus, ſed vtrum reuera fuerint in Adrumetino Monaſterio, qui ita gratiam prædicarent, vt negarent hominis eſſe Liberum Arbitrium, & quod in die iudicij non eſſet redditurus Deus vnicuique ſecundum opera eius: ſicut Creſconius & Felix falsò expoſuerant Sancto Auguſtino. At nullos fuiſſe Auguſtinus ipſe & Valentinus palam euincunt, vt ſuprà luce ipsâ clarius oſtendimus.

De Adrumetinis.

De corrept. & grat. cap. 1.

SIRMONDVS.

Prædeſtinatorum ergo quanquam, vt obſeruat Hincmarus nondum hoc illis nomen erat, prima hæc initia fuerunt in Monachis Adrumetinis.

REFVTATIO.

Prædeſtinatorum ergo, quicquid obſeruauerit Hincmarus, nec re ipſa, nec nomine, ne minima quidem initia fuerunt in Monachis Adrumetinis forſitan ea ratione quod imperiti quidam Monachi veram & Catholicam de gratia & Prædeſtinatione doctrinam eo nomine infamantes, quod per eam Liberum Arbitrium euerteretur, Prædeſtinatorum hæreſi originem dediſſe dici poſſunt, cùm ea nihil aliud ſit, quam putidum & inane Pelagianarum reliquiarum figmentum, quo perfectæ gratiæ intrepidis amatoribus hæreſeos maculam inurere conati ſunt.

De quibus etſi poſt certiſſimum Auguſtini teſtimonium alia quærere ſit ſuperuacaneum, alterum tamen, quod vltrò ſuccurrit non abnuente, vt reor, Auguſtino ſubiiciam: Eſt enim hominis & moribus illi & doctrina vitaque ſocietate coniunctiſſimi Euodij Epiſcopi

MMm ij

De Adrumetinis.

Vzalenſis, cuius notæ ſunt Epiſtolæ aliquot inter Auguſtinianas, & cuius eſſe librum de fide contra Manichæos, qui Auguſtino tribui vulgo ſolet, ex Corbeienſi & ex aliis Codicibus didicimus: is igitur de Adrumetino (quem diximus) tumultu certior factus, ad Valentinum eundem eiuſque Monachos Epiſtolam pariter ſcripſit, in qua Sancti Auguſtini ſenſum vel exemplo, & de Libero Arbitrio ſentire quid debeant, breuiter inſinuat, & de Maiorum ſcriptis admonet, vt quæ non intelligunt, non facilè reprehendant. Honorabiles

Euodij Epiſtola ad Valentinum.

» (*inquit*) fratres retulerunt nobis, quia neſcio quæ ibi quæſtio» nes inter vos natæ ſunt de Libero Arbitrio, & de iuſtitia Dei: » laudamus quidem ſtudium veſtrum, ſed nolumus eſſe conten» tioſum: Contentio enim perturbationem excitat, ſed ſtudium » pietatem requirit: Liberi Arbitrij pleniſſimum affectum habuit » homo primò procreatus Adam dico: ſed vbi ſauciatum eſt ip» ſius Liberum Arbitrium, infirmatum eſt: Ergo eſt in homine » nunc Liberum Arbitrium, ſed ſauciatum: inde dictum eſt *In-* » *firmatus eſt in egeſtate vigor meus*: Et *lumen oculorum meorum* » *non eſt mecum*. Ad hoc recuperandum miſſus eſt medicus ſalua» tor Chriſtus, vt ſaluaret quod perierat, & curaret quod vitia» tum fuerat.] *Et poſt alia*: legant ergo Sancti Dei Maiorum di» cta, ſicut iam dixi, qui habent diuini muneris pium affectum: & » quando non intelligunt non citò reprehendant, ſed orent, vt in» telligant.]

Pſalm. 30. v. 11. & 37. v. 11.

Agimus gratias Reuerendo P. quòd Euodij fragmentum ediderit ſed certè deberentur maiores ſi integram Epiſtolam, non in quantum ſibi ſatis fuit, publici iuris feciſſet: non ſolùm verba ipſa Euodij, ſed & quæ hîc refertur totius Epiſtolæ ſynopſim reuerenter amplectimur; *Sancti enim Auguſtini ſenſu vel exemplo & de Libero Arbitrio ſentire quid debeant breuiter inſinuat, & de Maiorum ſcriptis admonet, vt quæ non intelligunt non facilè reprehendant.*] Quid hîc contra vel re ipſa vel etiam nomine Prædeſtinatianos? Immò verò hæc Epiſtolæ concluſio ſcriptam indicat contra homines Pelagianorum veneno infectos & qui Sanctum Auguſtinum reprehenderent: illi ſiquidem ſoli Sancti Doctoris doctrinam, quam non intelligerent reprehendebant: ficti verò Prædeſtinatiani iuxta Reuerendum Patrem, & ipſius Prædeſtinatum, eiuſdem Sancti Doctoris ſcriptis exultabant, eaque maximè venerabantur etiam eius nomine & auctoritate libros ſuos inſignire & prænotare ſoliti.

Mitto cætera quæ habentur in Codice Sancti Maximini Treuirenſis non indigna luce omnia, niſi quod parùm emendata, ſed ad rem noſtram ſatis.

Digitized by Google

Vtinam cætera extarẽt, ſed prætermiſſa quod parùm ſint emendata, & forſitan quod parùm cauſæ faueant, more pluribus ſolito. De Adrumetinis.

Nunc verò cum Prædeſtinatorum hæreſim deprehenſam in Monachis illis, reprehensámque ab Auguſtino animaduerterimus, quis falli eos non videat, qui hanc ipſam S. Auguſtini doctrinam fuiſſe contendunt?

Sed contrà cum Prædeſtinatorum hæreſim nullomodo deprehenſam nec etiam in Monachis illis reprehenſam ab Auguſtino animaduerterimus, immo laudatum Florum quem prauę illius interpretationis, vnde illa hæreſis fluxiſſe fingitur, auctorem fuiſſe R.P. aſſeruit, & reprehenſores eius reprehenſos, vt qui corrigendi eſſent, non ipſe. Quis R.Patrem & aſſeclas falli non videat, cóſque pariter corrigendos non cenſeat?

Quod verò addit R.P. eos falli; *Qui hanc ipſam S. Auguſtini doctrinam fuiſſe contendunt.*

Merum commentum ne dicam calumnia eſt, nulli enim vnquam niſi Pelagiani eorúmque reliquiæ, & poſtremo ſæculo Lutherani & Caluiniſtæ tam peruerſum dogma, & tantam hæreſim Liberi Arbitrij peremptricem Sancto Auguſtino impoſuerunt.

Et cùm malè intellectum ab his librum ſuum ipſe teſtetur, benè intellectum affirmare non dubitant.

Benè intellectum à Floro, & ſimilibus veræ Chriſti Gratiæ aſſertoribus (vt ſupra iam ſatis probatum) quis contra Auguſtinum & Velentinum poſſit inficiari? malè verò intellectum à reprehenſoribus ipſius Auguſtini & Liberi Arbitrij decóptoribus, quos R.P. quaſi legitimos defenſores & Catholicę fidei propugnatores exhibet, qui non videat, tã clarâ in luce vltro cœcutiat neceſſe eſt.

R.P. *Hæc autem in Africâ geſta: deinceps quæ in Galliâ.*

Quis non miretur, non dicam Hiſtoriæ, ſed veriùs fabulæ de Prędeſtinatianis hæreticis in Adrumetino Monaſterio, tam leue, tam inane fundamentum? Quis ex hoc de reliquis non deſperet?

Hic etiam antiquam ad Galliam R.Patrem non Prædeſtinatianos, qui nulli fuere, ſed non ignobiles Pelagianorum reliquias, inuiſuri ſequamur, meminiſſe non erit ingratum Arnobij Iunioris Africani, qui paulò poſt Sanctum Auguſtinum vixiſſe creditur. Siquidem commentarios ſuos in Pſalmos nuncupauit Laurentio & Ruſtico Epiſcopis Africanis, qui cum Sancto Auguſtino Concilio Carthaginenſi interfuiſſe memorantur (vt obſeruauit Senenſis Bibliothecæ lib. 4. illum autem Reuerendus Pater in præfatione dilectiſſimi ſui Prædeſtinati, & in fine etiam allatis ex commentariis illis in Pſalmos quibuſdam fragmentis, non minimùm laudauit, cùmque auctorem Anonymi ſui Prædeſtinati ob ſtyli ſententiarúmque affinitatem auguratus eſt: ſic pleraque De Arnobio Iuniore.

Digitized by Google

De Adrumetinis. P. Sirmondus in Prædeſtinato ſuo.

» (inquit R. P. in Epigraphe fragmentorum illorum) inter ſe con-
» ſentiunt, vt operis vtriuſque conditor idem videri queat, aut cer-
» tè alter ab altero mutuatus.]

Et licet in tribus fragmentis Commentariorum illorum, in Pſalmos ſcilicet 108. 117. & 146. de Prædeſtinatorum hæreſi locutus ſit Arnobius, nihilominus in hac Prædeſtinatianæ hæreſis Hiſtoriâ prætermiſſus fuit à Reuerendo P. nec de eo minimum quidem verbum expreſſit. Nec hoc primo capite quo teſtimonia Africanorum complexus eſt in Adrumetino Monaſterio, nec etiam cap. 4. in quo de ſuo dilectiſſimo Prædeſtinato anonymo egit etiam anxius, & in publicùm dolens, quòd nomen eius eſſet ignotum. Ita vt altum illud de Arnobio Iuniore ſilentium ſic nos anxios reddiderit, vt illius cauſas expendere ſtuderemus. Nec ſiquidem minùs expreſsè in fragmentis illis Prædeſtinatorum hæ-

Arnobius Iunior in Pſ. 108.

» reſis meminit Arnobius: in Pſalmum 108. Nota (inquit) ex Ar-
» bitrio eueniſſe, vt nollet propter hæreſim, quæ dicit Deum præ-
» deſtinaſſe alios ad benedictionem, alios ad maledictionem.] In Pſ.

In Pſ. 117. In Pſ. 146.

» 117. Nunc fortè (inquit) audiat me Prædeſtinationem docens &
» Arbitrium hominum infringens &c.] Et in Pſal. 146. Nota tibi
» Prædeſtinate quid loquor &c.]

Tribus igitur de cauſis meo iudicio fieri poteſt, vt in hâc Hiſtoriâ R. P. Arnobium Iuniorem conſultò prætermiſerit. Prima quòd è ſuſceptâ cauſa magis fore arbitratus ſit ſi dilectiſſimum ſuum Prædeſtinatum, quem Arnobio tribuendum auguratus, quaſi Afrum edidit, iam vt Gallum produceret. Secunda quòd Arnobius licet non omnimodo Pelagianus eſſe appareat, quippe qui in Pſalmum 35. 118. & alios, omne genus hominum in præuaricatione Adæ periiſſe agnouerit: nihilominus reuera Pelagianus fuerit: etenim non ſolum, vt apud Deum nullam eſſe perſonarum acceptionem probet, gratuitam Electorum Prædeſtinationem ab-

Arnobius Iun. Pelagianus in Pſ. 91.

» ijcit, Pſ. 91. De Iacob & Eſaü agens: nunquam probabis (inquit)
» Deum per Electionem perſonæ vnum velle, recuſare alium &c.]

Sæpiſſimè gratiam Dei vult ſecundum merita noſtra dari, & fidem non ex Dei dono, ſed eſſe ex Libero Arbitrio maximè in Pſ.

In Pſal. 90.

90. exponens illud Prophetæ, *Si habitaueris in adiutorio Altiſſimi* Pſ. 90.
» *cadent à latere tuo mille.* Latus hoc ſiniſtrum, inquit, quod noluit v. 6.
» nominare, Liberum Arbitrium eſt, contra quòd minor pugna laxa-
» tur, in dextra autem Dei auxilium eſt; & ideo prius nominauit la-
» tus, quia in Arbitrio eſt vt credas priùs, vt dum credideris, gratiã
» conſequaris.] Idem in Pſ. 103. 108. 120. 126. & ſimilibus. Sed & in

In Pſal 50.

Pſ. 50. homines quidem in peccato concipi fatetur, ſed cum pecca-
» to naſci negat. Non enim dixit, inquit, cum iniquitatibus, aut cum
» peccatis genuit me mater mea, ſed *in iniquitatibus conceptus ſum,* Pſ. 50. v. 7.

& in peccatis genuit me mater mea. Dicendo enim matrem in ſuis « De Adrumetinis.
iniquitatibus eum concepiſſe,& in peccatis ſæculi peperiſſe,ſigna- «
uit quia omne peccatum corde concipitur, & ore conſummatur. «
Hic autem qui naſcitur ſententiam Adæ habet: peccatum verò «
ſuum non habet.] Hacque ratione huius Arnobij ſcripta in Conci- « Conc. Romano ſub Gelaſio.
lio Romano 70. Epiſcoporum à Gelaſio Summo Pontifice fuere damnata. Opuſcula Arnobij Apochrypha.

Hic etenim obiter obſeruandum longè probabilius Arnobij huiuſce Iunioris opera Pelagianis erroribus referta,hoc anathemate fuiſſe percuſſa, quam antiquiſſimi illius & celeberrimi Chriſtianę Religionis defenſoris libros 7.contra Gentes,omnium ore huc vſque laudatos,licet diſcipuli eius Lactãtii opera vt variis erroribus deformata eodem Decreto fuerint proſcripta,vt obſeruauit Illuſtriſſ. Card. Bellarm. de Scriptorib. Eccleſiaſt. in Lactantio. Quod ipsũ Cenſurę Decretalis ordo confirmat. Nec enim inter Tertull. & Lactantium Arnobii opuſcula declarantur Apocrypha. Sed multò poſt cum Auctoribus, Ticonio, ſcilicet, Caſſiano, Victorino Pictauienſi, & Fauſto qui 5. ſæculo ſcripſere vixit Arnobius ille Iunior. Cuius opera Pelagiana eo magis Gelaſio nota, quòd & ipſe Africanus eſſet, eóque magis cum Pelagianis reliquiis ab ipſo reprobata, quòd & ipſe Orthodoxæ fidei in ipſos Pelagianos eorúmque reliquias vindex acerrimus extiterit.

Poſtrema eáque præcipua vt arbitramur cauſa, propter quam R. P. hic ab Arnoblo abſtinuit, ea eſt, quòd Arnobius manifeſtiſſimè non in Hæreticos Prædeſtinatianos iuxta R. Patris intentum, ſed in veros Catholicos perfectæ Chriſti gratiæ aſſertores ſcripſiſſe, ex his etiam R. P. in ſui Prædeſtinati præambulis & ſubſequentibus retulit, cuilibet obuiũ ſit. Ita vt ex Arnobio non tam adſtrueretur,& ornaretur, quàm penitùs deſtrueretur & corrueret totum Prædeſtinatianæ Fabulæ Commentum, puta commentariis in Pſ. 108. Arnobius hæreſim vocat ſententiam, quæ dicit Deum alios prædeſtinaſſe ad benedictionem, alios ad maledictionem nullâ adjectâ neceſſitatis cogentis vel fatalis larnâ, & nemo eſt qui non videat hæreſis nota damnatam S. Auguſtini & aliorum de gemina Prædeſtinatione ſententiam,eo magis, quod in Pſ. 91. gratuitam Electorum Prædeſtinationem omnino ſuſtulerit. Item in Pſ. 117. cum dixit: nunc forte audiat me Prædeſtinationem docens & Ar- «
bitrium hominum infringens, putet me Libertatem Arbitrij ita «
excludere vt peccantes exiſtimem Dei abjectione peccare &c.] «
Certiſſimè & apertiſſimè contra verę Dei gratiæ profeſſores agere dignoſcitur, tum ex abſolutâ hac denominatione, *prædeſtinationem docens*, tum ex antecedentibus: nihil ſiquidem aliud dixerat niſi fortitudinem omnem auxiliis diuinis adſcribendam, quod

Arnobius Iun. in Pſ. 108.

In Pſal. 117

De Adrumetinis. Catholicum eſt effatum, tum ex iis quæ ſequuntur cùm Arbitrij Libertatem ſublatam velit, niſi gratiam Dei vincere & contemnere poſſit: alioquin coacta ſeruitia vocat. Tum denique in Pſalmum 90. Libertatem, inquit, Arbitrij & negare periculum eſt, & nudare peccatum: negas, ſi dixeris Deus, ſi vult bonus ſum; ſi non vult bonus non ſum &c.] Et in Pſal. 126. hoc reponens: *Niſi Dominus ædificauerit domum.* Multi iſtius Pſalmi (inquit) malè explanantes principia, otium prædicant pro labore &c.] Quæſtionē de gratia præueniente vocat laciniosam diſputationem, & Libero Arbitrio fundamenta & parietes ædificij tribuit, ſola Deo tecta, & ornamenta reſeruans: Si ergo illis, inquit, fundamenta mittentibus, & parietes ædificantibus non veniſſet qui tecta conſtrueret, & omnia intus ornaret, illi in vanum laborauerant ædificantes domum.] Sed hoc ipſum omnium manifeſtiſſimè euincit fragmentum à R. Patre ex commentariis in Pſam. 146. deſumptum. Si arbitrium (inquit Arnobius) in te non fuerit bonæ voluntatis, non erit tecum pax Dei: in terra enim pax Dei cum hominibus bonæ voluntatis: obiicitur, inquit, huic loco nos hoc ita dicere, vt videamur hominis voluntatem oſtendere quòd Dei gratiam antecedat (& ſic contentio omnis de gratia verè gratuitâ omnia hominis merita præcedente. Audiamus iam Pelagianam nequitiam) Vigilanter age, inquit, & non calumnioſè, & vides gratiam Dei generalem ſuper omne hominum effuſam genus. Omnes antecedit gratia multiplici largitate diffuſa, deſcendit de Cœlo Deus homine non volente: docuit exemplo & verbo, homine non rogante: ſigna multa & virtutes ad ſe manifeſtandū exercuit, homine etiam prohibente: mortalitatem noſtram ſuſcepit homine ignorante; irriſus, Crucifixus, inter homicidas mortuus, ſepultus, reſurrexit & in Cœlos aſcendit: hæc omnia ad hominis ſalutem, ad hominis Liberationem, ad hominis Redemptionem, ad hominis Coronam, ad hominis Gloriam exercuit Chriſtus: nota tibi (calumnioſè) quod dico ad hominis ſalutem non volentis neque currentis. Quid eſt ergo quod legimus? oſtendimus tibi antecedentem gratiam Dei generalem omnium hominum bonam voluntatem. Nota tibi (PRÆDESTINATE) quod loquor omnium generaliter bonam voluntatem Chriſti gratia hoc ordine quo diximus antecedit &c.]

In Pſal. 90.

In Pſal. 126.

In Pſ. 146.

Quid clariùs, quid apertiùs Prædeſtinatum, quem Pſalm. 108. vocat hæreticum, hîc dicit enim qui veram Chriſti gratiam, id eſt gratuitam & omnia merita antecedentem requirit, ſcilicet verum & ſolum orthodoxę Fidei profeſſorem: ipſe verò Arnobius vt verus Pelagianus ad gratiam generalem quâ Deus homine non volente de Cœlo deſcendit, docuit exemplo, & verbo homine

homine non rogante &c. recurrendò tergiuerſatur. Sic ipſe Pe- « Proſper & Hilarius.
lagius Auguſtino teſte de gratia Chriſti cap. 2. Quoniam (in- « Auguſt. de Grat. Chriſti cap. 2.
quit Auguſtinus) ſolent dicere nobis in eo Chriſtum ad non pec- «
candum præbuiſſe adjutorium, quia iuſtè ipſe viuendo iuſtéque «
docendo reliquit exemplum &c.] Idem etiam ibid. cap. 38. & lib. «
2. operis imperfecti in Iulianum cap. 146. hoc eſt occultum & « Idem oper. imperf. 2. cap. 1.
horrendum virus hæreſis veſtræ, vt velitis gratiam Chriſti in ex- «
emplo eſſe &c.] Sic igitur patet Arnobium ſuſceptam cauſam «
nullomodo iuuare, immò eidem obeſſe plurimùm, dum Prædeſtinatianę hæreſis manifeſtiſſimè & nullo fuco notat veræ ſeu gratuitæ & perfectæ Dei gratiæ profeſſores, ideóque non incautè prętermiſſum à R. Patre: ſed à nobis hîc exhibitum, quò hæc Pelagianorum aſſeclarúmque in Catholicos calumnia magìs innoteſcat iam alacriores cum R. P. Galliam petamus.

CAPVT II. Apud R. P. Sirmondum.

Prędeſtinatorum hæreſi apud Gallos emergente, Proſper & Hilarius Sancti Auguſtini opem per Litteras implorant.

CONFVTATVR.

Euincitúrque non aduersùs vllam Prædeſtinatorum hæreſim ſed aduersùs ſolas in Sancti Auguſtini Doctrinam Pelagianarum reliquiarum molitiones & calumnias, Proſperum & Hilarium illius opem imploraſſe.

Pars prima.

ANNO 418. iuxta Proſperum in Chronico Honorio « Proſper in Chron. ad ann. 418.
12. & Theodoſio octauo Conſſ. Conſilio apud Cartha- «
ginem habito ducentum ſeptemdecim Epiſcoporum, ad Pontifi- «
cem Zozimum Synodalia Decreta perlata, quibus probatis, «
per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt,] & contra «
Collatorem cap. 41. quando Africanorum Conciliorum Decre- « Idem contra Collat. cap. 41.
tis Beatæ recordationis Papa Zozimus ſententiæ ſuæ robur ad- «
nexuit, & ab impiorum detruncationem gladio Petri dexte- «
ras omnium armauit Antiſtitum,] Tum etiam plurimis hoc «

NNn

Proſper & Hilarius.

ipſo anno & ſequentibus Imperatorum legibus & reſcriptis damnatum fuit eiuſdem peſtilentiæ virus, quod in Galliis, maximè Aquitanicis & Arelatenſibus Prouinciis diſſeminatum & propagatum ſingulari Conſtitutione Imperator Valentinianus anno 425. ſub Cœleſtino Papa per Patroclum Arelatenſem Archiepiſcopum penitùs extirpandum procurauit: huius Conſtitutionis, quæ extat tomo primo Concil. Galliæ capite tertio, hæc ſunt verba: Diuerſos verò Epiſcopos nefarium Pelagiani & Cœleſtiani dogmatis errorem ſequentes per Patroclum Sacroſanctæ legis Antiſtitem præcipimus conueniri, quos quia confidimus emendari, niſi intra 20. dies ex conuentionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem errata correxerint ſeſéque Catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco Sacerdotium fidelius ſubrogari, quatenus præſentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum diſciplinæ iuſtioris inſtituatur.]

Cōſtitutio Valentiniani anno 425.

Seuerus Sulpitius.

Quinam Epiſcopi tunc fuerint hac Pelagianæ hæreſeos fuligine tincti penitus ignotum, ſed inter Monachos & Presbyteros præcipui & notabiliores fuere Seuerus Sulpitius, Leporius, & Caſſianus quorum primus Aquitanicus teſte Gennadio de Viris Illuſtribus capite decimo nono: Vir genere & litteris nobilis, & paupertatis & humilitatis amore conſpicuus &c. In ſenectute ſuâ à Pelagianis deceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium vſque ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacenda penitus emendaret.]

Gennad. de Vir. Illuſt. cap. 19.

Idem cap. 59.

Leporius. D. cap. 59.

Alter etiam eodem & ibidem teſte capite quinquageſimo nono: Adhuc Monachus poſtea Presbyter, præſumens de puritate vitæ, quam Arbitrio tantum, & conatu proprio, non Dei ſe adjutorio obtinuiſſe credebat, Pelagianum dogma cœperat ſequi, ſed à Gallicanis Doctoribus admonitus, & in Africa per Auguſtinum edoctus ſcripſit emendationis libellum, in quo & ſatisfacit de errore, & gratias agit de emendatione. Nec ſolum errorem ſuum cum dolore, & ſine pudore confeſſus eſt, ſed etiam ad omnes admodum Galliæ ciuitates flebiles confeſſionis ac planctus ſui litteras dedit.]

Tertius verò Caſſianus Maſſilienſis Monachus & Archimandrita craſſioribus aliquot Pelagij erroribus repudiatis, tanquam ipſi contrarius eius tamen partes in reliquis contra Sanctum Auguſtinum, eiúſque diſcipulos perfectæ gratiæ intrepidos amatores defendendas ſuſcepit, & Maſſilienſibus ſuisſimilibúſque Pelagianorū reliquiis erroris Auctor & Princeps fuit: præter plurimas quas contra Auguſtinum eiúſque ſcripta priuatim diſſeminaret calum-

nias, hoc ipſo anno 425. ſi non prius Collationes ſuas 11.12.& 13. de protectione Dei in quarum poſtremâ de Gratia & Libero Arbitrio Abbatem Chæremontem contrâ veram Chriſti gratiam diſſerentem introduxit, in publicum emiſit: illas ſiquidem honorato Abbati Lerinenſi, vt in præfatione habetur, & ſic ante Epiſcopatum quem ineunte anno ſequenti adeptus eſt inſcripſit, non poſt Epiſcopatum adeptum, vt aliqui ex titulo decepti referunt. Proſper & Hilarius.

Sed vt huiuſce Pelagianę hæreſis fætidi fœtus apud Maſſilienſes Caſſianus pater fuit, & aſſertor acerrimus, ſic ibidem & in tota Aquitania Proſper perfectæ Chriſti gratiæ intrepidus amator, vindex fuit inuictiſſimus & Sancti Auguſtini defenſor ſtudioſiſſimus: ſed & ipſe eò quòd iis quę contra Auguſtinum inter multas Collationes fuiſſent aſſerta reſiſteret, ſimiles Auguſtino calumnias paſſus plurimis ſcriptis contra Caſſianum & ſimiles ingratos oblatrantes veram Chriſti gratiam tutari ſtuduit indefeſſus. Anno circiter 427. aut 28. ſingularem ad Ruffinum amicum de Gratia & Libero Arbitrio emiſit Epiſtolam, in qua contentionum illarum originem, & fundamentum, vnâ cum obiectionibus & reliquis dilucidè refert & refellit: ſed de prædeſtinatianis hæreticis ne minimum verbum: errorem verò (quos Reuerendus Pater vult eſſe prædeſtinatianorum) meminit quidem, ſed quaſi ipſi Auguſtino ab ipſis Maſſilienſibus falsò ex calumnia adſcriptos enumerat, & refutat: quod paucis ex ipſis Proſperi verbis hîc ſubijcere non erit minimi ponderis. Proſperi Epiſtolâ ad Ruffinum.

Capitulo primo & ſecundo hæreſim Pelagianam, eiúſque ſobolem Maſſilienſem errorem breuiter & dilucidè exponit, vt quam minimum hęc ab illa quantùm ad ſcopum, & virus ipſum diſtet cuilibet innoteſcat.

Pelagiana igitur hæreſis (inquit) quo dogmate Catholicam « Cap. 1.
fidem deſtruere adorta ſit, & quibus impietatum venenis vi- «
ſcera Eccleſiæ, atque ipſa vitalia Corporis Chriſti voluerit oc- «
cupare, notiora ſunt, quàm vt opere narrationis indigeant: ex «
his tamen vna eſt blaſphemia, iniquiſſimum & ſubtiliſſimum «
germen aliarum, quâ dicunt gratiam Dei ſecundùm merita «
hominum dari. Cum enim primum tantam Naturæ humanæ «
vellent aſtruere ſanitatem, vt per ſolum Liberum Arbitrium poſ- «
ſet aſſequi Dei regnum, eò quòd tam plenè ipſo conditionis ſuæ «
præſidio iuuaretur, vt habens naturaliter rationalem intellectum, «
facilè bonum eligeret, malúmque vitaret, & vbi vtrâque parte «
libera eſſent opera voluntatis, non facultatem his qui mali ſunt «
ad bonum deeſſe, ſed ſtudium. Cum ergo (vt dixi) totam iuſti- «

Proſper & Hilarius. » tiam hominis ex naturali vellent rectitudine ac poſſibilitate ſub-
» ſiſtere, atque hanc definitionem doctrina ſana reſpueret, damna-
» tum à Catholicis ſenſum, & multis poſtea hæreticæ fraudis varie-
» tatibus coloratum hoc apud ſe ingenio ſeruauerunt, vt ad inci-
» piendum, & ad proficiendum, & ad perſeuerandum in bono ne-
» ceſſariam homini gratiam profiterentur.]

Cap. 2. » Cap. 2. Sed in hac profeſſione quomodo vaſa iræ molirentur
» irrepere, ipſa Dei gratia vaſis miſericordiæ reuelauit: intelle-
» ctuui eſt enim, ſaluberriméque perſpectum, hoc tantum eos de
» gratia confiteri, quod quædam Libero Arbitrio ſit Magiſtra,
» ſéque per cohortationes, per legem, per doctrinam, per crea-
» turam, per contemplationem, per miracula, pérque terrores
» extrinſecùs iudicio eius oſtendat, quò vnuſquſque ſecundùm
» voluntatis ſuæ motum, ſi quæſierit, inueniat: ſi petierit reci-
» piat: ſi pulſauerit introeat: quia ſcilicet gratiæ ipſius vocatio
» hoc primum circa nos agat, vt noſtræ facultatis arbitrium ad-
» moneat, nec aliud ſit gratia quàm Lex, quàm Propheta, quàm
» Doctor, cui circa omnes homines per vniuerſum mundum com-
» mune & generale ſit ſtudium, vt qui voluerint credant, & qui
» crediderint iuſtificationem merito fidei & bonæ voluntatis acci-
» piant: ac ſic gratia Dei ſecundum hominum meritum tribua-
» tur; atque hoc modo gratia non ſit gratia: quia ſi meritis
» redditur, & non ipſa eſt bonorum creatrix, fruſtra gratia no-
» minatur.

Cap. 3. Cap. 3. Allatis Sancti Auguſtini in debellanda Pelagianorum
hęreſi laudibus, Maſſilienſium obtrectantium calumnias de qui-
» bus agitur ſubiicit. Cui, inquit, inter tot certaminum palmas,
» inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Eccleſię, &
» ad gloriam Chriſti, qua ipſe illuſtratus eſt perfulgenti, quidam
» noſtrorum (quod de ipſis multum dolendum eſt) occultis, ſed
» non incognitis ſuſurrationibus obloquuntur. Et prout ſibi noxias
» aliquorum aures opportunáſque repererint, ſcripta eius, quibus
» error Pelagianorum impugnatur infamant: dicentes eum Liberũ
» Arbitrium penitùs ſubmouere, & ſub gratiæ nomine neceſſitatem
» prædicare fatalem. Adijcientes etiam duas illum humani generis
» maſſas, & duas credi velle naturas: vt ſcilicet tantæ pietatis Viro
» Paganorum & Manichęorum adſcribatur impietas: quę ſi vera
» ſunt, cur ipſi tam negligentes, ne dicam tam impij ſunt, vt tam
» abruptam perniciem ab Eccleſiâ non repellant, tam inſanis præ-
» dicationibus non reſiſtant: nec ſaltem aliquibus ſcriptis eum, à
» quo talis emanat doctrina conueniant? Magna enim gloria ſua
» humano generi conſuluerint, ſi Auguſtinum ab errore reuocaue-
» rint &c.] Audiat & aduertat R. P. hæc ipſa praua quæ vult eſſe

Digitized by Google

prędeſtinatorum dogmata à Maſſilienſibus Pelagianorum reliquiis ex calumnia ipſi Auguſtino impoſita. Proſper & Hilarius.

Tum ſequentibus Capitulis Proſper illorum argumenta vnà cum eorum obiectionibus refellit, inter quas ſolemnem illam de voluntate Dei his verbis expoſuit cap. 13. & vbi eſt illud quod " nobis quaſi contrarium à non intelligentibus ſemper opponi- " tur. Quod Deus omnes homines velit ſaluos fieri &c. Quam " eodem & ſequentibus capitibus reſoluit: & cap. 11. aſſerit oc- " caſionem erroris eſſe fixæ & gratuitæ Prædeſtinationis hono- " rem: quod quidem (inquit) tam impium eſt negare quam ip- " ſi gratiæ contraire.] Denique ſimilem calumniam (quâ in ſi- " mili cum Auguſtino doctrina impetitus eſt) amouet cum hac " præuia admonitione plurimis etiam hoc noſtro ſæculo ſalutari " videant (inquit) quomodo ſe à dedecore iſtius exuant falſita- " tis, qui poſſunt tam inepta confingere, ſi hi, quorum abutun- " tur auribus, aliquantulum diligentiæ ad cognoſcenda ea, " quæ præſtantiſſimus miniſter gratiæ diſputauit, intenderint " &c.] "

Ibidem cap. 13. — 1. Tim. 2. v. 4. — Cap. 11.

Huius Epiſtolæ meminit R. P. infrà cap. 8. illáque præcipua, quæ vult Prædeſtinatianorum fuiſſe dogmata, quæ vel fatum aſſerant, vel Liberum Arbitrium negent (teſte hic Proſpero) per calumniam Auguſtino imponi ſolita fatetur: ſed hoc capite eo quod ſuſceptæ cauſæ penitus officiat omnino prætermiſit: iam de Epiſtolis Proſperi & Hilarij ad Auguſtinum quas in Prædeſtinatianos editas aſſerit R. P.

Hilarius non ille qui Epiſcopus Arelatenſis fuit (vt iam diximus) ſed Laïcus Auguſtino familiaris cum ipſo diù verſatus contentiones illas quæ Maſſiliæ in doctrinam illius excitatæ eſſent, duplici ad eum Epiſtola proſecutus eſt, quarum prima veriſimiliter ſub annum 428. non extat, ſed eius meminit in ſecunda & ad eam referuntur plurima quibus reſpondet Sanctus Auguſtinus, quæ non habentur in aliis duabus Proſperi ſcilicet & Hilarij Epiſtolis: Cum igitur contentiones illæ in dies ſuccreſcerent anno ſequenti 429. Hilarius iterum ſcripſit Auguſtino quæ nam Maſſilienſes, & ſimiles Pelagianorum reliquiæ in ſcriptis eius reprehenderent, corúmque propoſitiones 23. aut 24. doctrinæ eius oppoſitas refert, & inter reliquas de celeberrima illa gratiæ diuiſione ante & poſt caſum Adami, quam tradidit Sanctus Auguſtinus in libro de Corrept. & grat. cap. 11. & 12. hæc habet. Deinde moleſtè ferunt ita " diuidi gratiam, quæ vel tunc primo homini data eſt, vel nunc " omnibus detur, vt ille acceperit perſeuerantiam, non quâ fie- " ret vt perſeueraret, ſed ne ſine hac per Liberum Arbitrium perſe- "

Hilarij Epiſtola ad Auguſt.

Proſper & Hilarius. » uerare non poſſit. Nunc verò Sanctis in Regnum per gratiam
» prædeſtinatis non tale ádiutorium perſeuerantiæ detur, ſed tale
» vt eis perſeuerantia ipſa donetur: non ſolùm vt ſine iſto dono
» perſeuerantes eſſe non poſſint: verùm etiam, vt per hoc donum,
» non niſi perſeuerantes ſint. His verbis Sanctitatis tuæ ita mo-
» uentur vt dicant quandam deſperationem hominibus adhibe-
» ri &c.] Et ſic in reliquis Sancti Auguſtini ab illis Pelagianorum reliquiis ſcripta improbata & impugnata refert, nullâ habitá ratione nec fictitiorum prædeſtinatianorum, nec eorum dogmatum: & ſub finem Epiſtolæ ait egiſſe cum Proſpero, quem virum

Ibidem » tum moribus, tum eloquio & ſtudio clarum dicit, vt quanta
» poſſet collecta ſuis literis intimaret, quas ſuis coniunctas deſti-
» nare curauit.]

Proſper Epiſtola ad Auguſt. Proſper verò idem ipſum Epiſtola ſua accuratiùs elegantiore ſtylo, & maiori doctrina proſequitur, ſe reum futurum eſſe credens, ſi ea, quæ valdè pernicioſa eſſe intelligeret, ad ſpecialem
» patronum ſidei non referret. Multi ergo, inquit, ſeruorum
» Chriſti, qui in Maſſilienſi vrbe conſiſtunt in Sanctitatis tuæ ſcri-
» ptis, quæ aduerſus Pelagianos hæreticos condidiſti, con-
» trarium putant patrum opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui quic-
» quid in eis de vocatione electorum ſecundum Dei propoſitum
» diſputaſti: & cum aliquandiù tarditatem ſuam culpare malue-
» rint, quàm non intellecta reprehendere, quidámque eorum lu-
» cidiorem ſuper hoc atque apertiorem Beatitudinis tuæ expoſitio-
» nem voluerint poſtulare; euenit è diſpoſitione miſericordiæ Dei:
» vt cum quoſdam intra Africam ſimilia mouiſſent, librum de
» Correptione & gratia plenum diuinæ auctoritatis emitteres, quo
» in prouinciam noſtram inſperata opportunitate delato, putaui-
» mus omnes querelas reſiſtentium ſopiendas; quia vniuerſis quæ-
» ſtionibus, de quibus conſulenda erat Sanctitas tua, tam plenè il-
» lic, abſolutéque reſponſum eſt, quaſi hoc ſpecialiter ſtudueris,
» vt quæ apud nos erant turbata componeres. Recenſito autem
» hoc Beatitudinis tuæ libro, ſicut qui Sanctam atque Apoſtolicam
» doctrinæ tuæ auctoritatem antea ſequebantur, intelligentiores
» multò inſtructioréſque ſunt facti: ita qui perſuaſionis ſuæ impe-
» diebantur obſcuro, auerſiores, quàm fuerant receſſerunt: quo-
» rum tam abrupta diſſentio, primum propter ipſos metuenda eſt,
» ne tam claris támque egregiis in omnium virtutum ſtudio viris
» Spiritus Pelagianæ impietatis illudat, ne ſimpliciores quíque,
» apud quos horum magna eſt de probitatis contemplatione reue-
» rentia, hoc tutiſſimum ſibi æſtiment quod audiunt eos, quorum
» auctoritatem ſine iudicio ſequuntur, aſſerere. Hæc enim ipſorum
» definitio ac profeſſio eſt, &c.]

Digitized by Google

Tum eorum erroris præcipua capita, eorúmque querelas contra ipſius Sancti Auguſtini doctrinam recenſet, maximè contra eius de gratuita & abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiam: his verbis; hoc autem propoſitum vocationis Dei, quo vel " ante mundi initium, vel in ipſa conditione generis humani eli- " gendorum & reiiciendorum dicitur facta diſcretio, vt ſecun- " dum quod placuit Creatori, alij vaſa honoris, alij vaſa contu- " meliæ ſint creari, & lapſis curam reſurgendi adimere, & ſanctis " occaſionem teporis afferre: Eo quod in vtrámque partem ſuper- " fluus labor ſit, ſi neque reiectus vlla induſtria poſſit intrare, ne- " que electus vlla negligentia poſſit excidere: quoquo enim mo- " do ſe egerint, non poſſe aliud erga eos, quàm Deus definiuit " accidere, & ſub incerta ſpe curſum non poſſe eſſe conſtantem: " Cum ſi aliud habeat prædeſtinantis electio, caſſa ſit annuentis in- " tentio. Remoueri itaque omnium induſtriam, tollíque virtutes, " ſi Dei conſtitutio humanas præueniat voluntates, & ſub hoc Præ- " deſtinationis nomine fatalem quandam iudicij neceſſitatem, aut " diuerſarum naturarum dici Dominum conditorem, ſi nemo aliud " poſſit eſſe, quàm factus ſit.] "

Proſper & Hilarius.

Et breuiùs continuò Maſſilienſium de doctrina Sancti Auguſtini ſententiam ſic colligit: atque vt breuius ac plenius quod " opinantur exponam: quicquid in libro hoc (de Correptione & " gratia) ex contradicentium ſenſu Sanctitas tua ſibi oppoſuit: " quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipſo ſub hac quæ- " ſtione obiectum potentiſſimè debellaſti, hoc totum ab iſtis San- " ctis, intentioſiſſimè conclamatur: Et cum contra eos ſcripta bea- " titudinis tuæ validiſſimis, & innumeris teſtimoniis diuinarum " Scripturarum inſtructa proferimus, ac ſecundùm formam diſpu- " tationum tuarum aliquid etiam ipſi quo concludantur aſtruimus, " obſtinationem ſuam vetuſtate defendunt &c.] "

Deinde poſt plurima eorum errorem de Prædeſtinatione Dei, & de vniuerſali Chriſti gratia exponit his verbis: præuiſos (in- " quiunt) à Domino credituros, & ad vnamquámque Gentem ita " diſpenſata tempora ac miniſteria Magiſtrorum, vt exortura " erat bonarum credulitas voluntatum. Nec vacillare illud quod " *Deus omnes homines velit ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis* " *venere*: Quandoquidem inexcuſabiles ſint, qui & ad vnius ve- " ri Dei cultum potuerint inſtrui intelligentia naturali, & Euange- " lium ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vni- " uerſo autem humano genere mortuum eſſe Dominum noſtrum " Ieſum Chriſtum, & neminem prorſus à Redemptione ſangui- " nis eius exceptum, etiam ſi omnem hanc vitam alieniſſima ab "

Error Maſſilienſium de Prędeſt. & gratia.

1. Tim. 2. v. 4.

Digitized by Google

Proſper & Hilarius.

» eo mente pertranſeat: Quia ad omnes homines pertineat diui-
» næ miſericordiæ Sacramentum, quo ideo plurimi non renouen-
» tur, quia quod nec renouari vtile habeant, prænoſcantur: ita-
» que (quantum ad Deum pertinet) omnibus paratam vitam æter-
» nam: quantum autem ad Arbitrij libertatem, ab eis apprehendi
» qui Deo ſponte crediderint, & auxilium gratiæ merito creduli-
» tatis acceperint.]

Tum ex quo fonte proceſſerit tam abſurda gratia Dei apud
» religioſos viros prædicatio aperit. In iſtam vero, inquit, ta-
» lis gratiæ Prædicationem hi quorum contradictione offendi-
» mur, cum priùs meliora ſentirent, ideo ſe vel maximè contu-
» lerunt, quia ſi profiterentur ab ea omnia bona merita præue-
» niri, & ab ipſa vt poſſint eſſe, donari neceſſitate, concederent
» Deum *ſecundum propoſitum*, & conſilium voluntatis ſuæ, oc-
» culto iudicio, & opere manifeſto, *aliud vas condere in hononem,* Rom.
» *aliud in contumeliam*: Quia nemo niſi per gratiam iuſtificetur, 9. v. 21.
» & nemo niſi in præuaricatione naſcatur. Sed refugiunt iſtud fa-
» teri, diuinóque adſcribere operi Sanctorum merita formidant,
» nec acquieſcunt prædeſtinatum electorum numerum, nec au-
» geri poſſe, nec minui. Ne locum apud infideles, ac negligentes
» cohortantium incitamenta non habeant, ac ſuperflua ſit induſtriȩ
» ac laboris indictio; cuius ſtudium ceſſante electione fruſtran-
» dum ſit, &c.]

Tum ſenſum ſuum Proſper, quámque, & à quibus maxi-
» mè contradictionem pateretur, manifeſtat: quod cum, in-
» quit) peruerſiſſimum eſſe reuelante Dei miſericordiâ, & in-
» ſtruente nos tuâ beatitudine nouerimus, poſſumus quidem ad
» non credendum eſſe conſtantes, ſed ad auctoritatem talia ſen-
» tientium non ſumus pares, quia multùm nos, & vitæ meritis
» antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper ſummo Sacerdotij
» honore ſupereminent: nec facilè quiſquam, præter paucos per-
» fectæ gratiæ intrepidos amatores, tantis ſuperiorum diſputatio-
» nibus auſus eſt contraire. Ex quo non ſolum. His qui eos au-
» diunt, cum dignitatibus creuit periculum, dum & multos reue-
» rentia eorum, aut inutili cohibet ſilentio, aut incurioſo ducit aſ-
» ſenſu, & ſaluberrimum ipſis videtur, quod penè nullius contra-
» dictione reprehenditur &c.]

De Hilario Arelat.

Tum vero qui adepto nuper Summo Sacerdotij honore ſu-
pereminеret, poſteà Hilarium Arelatenſem Epiſcopum eſſe in-
dicat qui menſe Ianuario anno 429. ex inſula Lirinenſi in locum
Honorati defuncti ad illam Sedem promotus eſt, ipſo Proſpe-
ro teſte in Chronico; vnde patet has Epiſtolas, ſicut & libros
Sancti

Digitized by Google

Sanctì Auguſtini de Prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeuerantiæ ad hunc annum referenda, & Hilarium Arelatenſem neceſſariò alium eſſe ab eo qui ad Auguſtinum cum Proſpero ſcripſit. Proſper & Hilarius.

Porrò Hilarius ille Arelatenſis, quem vt Doctum & pauperum ſtudioſiſſimum laudat Gennadius, & Proſper hîc vt Sanctum & in aliis ſectatorem doctrinæ Sancti Auguſtini, ſed illis Pelagianæ prauitatis reliquiis infectum refert, plurimâ moderatione in contentionibus illis ſemper verſatus eſt: Quippe qui (ipſo Proſpero ibidem teſte) de hoc quod in querelam traheretur iam pridem apud Sanctum Auguſtinum ſenſum ſuum per literas vellet conferre. Vnde valde probabile eſt eum paulò poſt perſpectis ſaluberrimis Sanctiſſimi & ſuauiſſimi illius Doctoris libris de Prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeuerantiæ (in quibus difficultates omnes quibus ille velut anſulis quibuſdam in cœnulentâ Pelagianarum reliquiarum fæce retineretur, pleniſſimè fuiſſent ſolutæ, & veritas abſolutæ electorum Prædeſtinationis, & verè gratuitæ ſempérque victricis Chriſti gratiæ indeclinabiliter & inſuperabiliter conſtabilita) ſaluberrimam illam doctrinam humiliter & ſinceriter amplexum: Cuius conuerſionis non leui eſt argumēto quòd in Decretali Papæ Cœleſtini ad Epiſcopos Gallorum non recenſetur inter eos qui Pontificiâ Cenſurâ (de qua poſtea) quaſi commentitiæ Pelagianæ nequitiæ perſtricti fuere. Cùm alioquin vt Metropolitanus, primus ante Venerium, Marium & reliquos ſuæ Prouinciæ Epiſcopos eſſet nominatus. Quicquid ſit, forſan ex innatâ Pelagianis eorúmque reliquiis & ſequacibus ſuperbiâ, faſtu tumidus, forſan ſolo tuendæ Sedis prærogatiuæ zelo accenſus, Apoſtolicæ Sedis & Leonis Papæ auctoritati reluctatus eius indignationem incurrit, & ſeueram increpationem retulit, vt conſtat tum ipſius Leonis Decretali Epiſtola ad Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis, tum Valentiniani tertij Imperatoris Nouellâ de Epiſcoporum ordinatione, tomo primò Concil. Galliæ ad annum 445. Sed omnipotentiſſimâ eius miſericordiâ qui iuxta Auguſt. de Corrept. & Grat. cap. 14. magis habet in poteſtate voluntates hominum quàm ipſi ſuas; qui ſolus facit vt ſalubris ſit correptio & fiat in correpti corde correctio, vt cœleſti conſtituatur in regno ſaluberrimè compunctus Hilarius faſtu illo ſi quem habent, vnà cum Pelagianæ prauitatis reliquiis depoſito, ſanctiſſimo fine quieuit in Domino. Hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi.

Sed ad Proſperum noſtrum reuerſi, finem Epiſtolæ intueamur, quo Sanctum Auguſtinum deprecatur, vt eadem ipſa iterum tractare non dedignetur. Quia in iſtis, inquit, Pelagianæ prauitatis " Proſper. Epiſt. ad Auguſt. in fine.

Proſper & Hilarius.

» reliquiis non mediocris virulentiæ fibra nutritur, ſi principium » ſalutis malè in homine collocetur, ſi diuinæ voluntati impiè voluntas humana præfertur, &c. Ac primum quia pleriqne non » putant Christianam fidem hac diſſentione violari, quantùm periculi ſit in eorum perſuaſione patefacias, deinde quomodo per » iſtam præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium, tum vtrùm Praſcientia Dei ita ſecundùm » propoſitum maneat, &c. Et in concluſione adde, inquit, eruditionem humilibus, adde increpationem ſuperbis: neceſſarium » & vtile eſt, etiam quæ ſcripta ſunt ſcribere, ne leue exiſtimetur, » quod non frequenter arguitur: Sanum enim putant eſſe, quod » non dolet, nec vulnus ſuperductâ cute ſentiunt, ſed intelligant peruenturum ad ſectionem quod habuerit perſeuerantem » tumorem.]

Huic Proſperi & geminis Hilarij Epiſtolis gemino Sanctus Auguſtinus reſpondet libello: in primo de Prædeſtinatione Sanctorum initium fidei, in altero de Dono Perſeuerantiæ perſeuerantiam ipſam veriſſimum eſſe Chriſti gratiæ donum præcipuè demonſtrat, omnibus Pelagianæ prauitatis reliquiis fortiſſimè reluctatur, argutas omnes Maſſilienſium cauillationes diſſoluit, veritatem Catholicæ doctrinæ de vera Chriſti Gratiâ, ſcilicet verè gratuita, ſempérque efficaci & victrice, vnà cum gratuita & abſoluta Dei Prædeſtinatione, quas ſæpiùs tradiderat, pleniſſimè adſtruit, & mirabiliter confirmat, eámque de abſoluta Dei Prædeſtinatione doctrinam, cuius nomine fatalem iudicij neceſſitatem, aut diuerſarum naturarum dici Dominum conditorem arguerent, immobilem eſſe veritatem aſſeruit cap. 17. de » Prædeſt. Sanct. Hæc eſt, inquit, immobilis veritas prædeſtinationis & Gratiæ.] Et cap. ſequenti: quis, inquit, hæc audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac quam defendimus tam » clarâ veritate dubitare.] Et de dono perſeuer. cap. 18. Hoc ſcio, » inquit, neminem contra iſtam prædeſtinationem quàm ſecundùm Scripturas Sanctas defendimus, niſi errando diſputare potuiſſe.]

Auguſt. de Prædeſt. Sanct. cap. 17. & 18.

De dono Perſeu. cap. 18.

Sed aduertendum nec in his Sancti Auguſtini Libris, nec in Proſperi, & Hilarij Epiſtolis de prædeſtinatianis hæreticis, ſed qui prædeſtinatianorum, vel alio quouis, nomine, Liberum Arbitrium negarent, vel fatalem neceſſitatem prædicarent, ne verbum quidem. Sed hoc nomine infamatum Sanctum Auguſtinum qui non videant, tam clara in luce vltrò cœcutientes, non tam ipſi quid verum ſit, opinor, non vident, quam videre ſe diſſimulant: Audiamus nihilominus R. P. & quod in contrarium aſſeruit, quâ fide aſtruat expendamus.

R. P. Qui enim motus in Africâ fuerant, iidem mox in Gallia haud paulò grauiores, ac diuturniores exorti ſunt, Anno Chriſti vt coniectura eſt 429. *ob eandem Auguſtini de abſoluta Dei Prædeſtinatione, quam plerique atque in his pietate doctrinâque præſtantes non pauci Maſſiliæ, aliiſque in locis magnopere auerſabantur.* Proſper & Hilar.

Motus vtrobique excitatos tam in Africâ, quàm in Gallia ab ipſis Pelagianorum reliquiis plus quàm ſatis oſtendimus, & annis præcedentibus cœpiſſe ex Collatione 13. Caſſiani iam ab anno 425. edita, valde probabile: Sed veram motuum illorum cauſam hîc agnouit R. P. *Ob eandem Auguſtini de abſoluta Prædeſtinatione ſententiam, quam plerique atque in his pietate doctrinâque præſtantes non pauci Maſſiliæ, aliiſque in locis magnoperè auerſabantur: Non igitur Prædeſtinatiani.*

Tum quod noua, vt aiebant, & inſolens videretur, tum quod fouendæ firmandæque Prædeſtinatorum hæreſi, quæ iam tum gliſcere cœperat in Gallia, expoſita in ſpeciem & obnoxia.

CONFVTATIO.

Quod noua, vt aiebant, *& contraria Patrum opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui putaretur*, verba Proſperi & Hilarij teſtantur: Sed *quod fouendæ firmandæque Prædeſtinatorum hæreſi, quæ iam gliſcere cœpiſſet in Gallia, expoſita in ſpeciem & obnoxia:* Cum pace Reuerendi P. dictum ſit, nugæ, fabulæ, commentúmque vaniſſimum; cuius ne minimum quidem vel in Sancto Auguſtino, vel in illis Proſperi & Hilarii Epiſtolis veſtigium reperitur. Quid tamen huic falſiſſimæ opinioni firmandæ R. P. afferat audiamus.

R. P. Hæc enim Proſpero & Hilario præcipuè cauſa fuit, cur ad Auguſtinum dandas literas putarint, vt eius in re perplexa conſilium, opémque implorarent: Quod illa inprimis demonſtrant, quæ Proſper ex Aduerſantium perſona opponi, & obiectari ſolita commemorat: Hoc autem propoſitum, inquit, vocationis Dei, quo ante mundi initium, vel in ipſa conditione generis humani, eligendorum, & reiiciendorum dicitur facta diſcretio, & ſecundùm quod placuit Creatori, alij vaſa honoris, alij vaſa contumeliæ ſunt creati, & lapſis curam reſurgendi adimere, & Sanctis occaſionem teporis afferre, eò quòd in vtramque partem ſuperfluus labor ſit, ſi neque reiectus vllâ induſtriâ poſſit intrare, neque electus vllâ negligentiâ poſſit excidere: Quoquo enim modo ſe egerint, non poſſe aliud erga eos, quàm Deus definiuit accidere, & ſub incerta ſpe curſum non poſſe eſſe conſtantem. Cum ſi aliud habeat prædeſtinantis Electio, caſſa ſit adnitentis intentio: Remoueri itaque omnem induſtriam, tollique virtutes, & ſub hoc Prædeſtinationis nomine fatalem quandam induci neceſſitatem] Proſperi Epiſt. ad Auguſt.

Digitized by Google

Proſper & Hilar.

Hæ certè fuere Maſſilienſium, & ſimilium Pelagianæ prauitatis reliquiarum, quæ etiam hodie ſunt eorum, qui ſimilem cauſam fouent, ſophiſticæ Argutationes, non in hæreticos vel nomine, vel re, Prædeſtinatianos (quod Reuerendo P. probandum incumbit) ſed in ipſum Auguſtinum, cuius ſaluberrimam de abſoluta Dei Prædeſtinatione doctrinam, non hæreſim aliquam, vel re ipſa, vel etiam nomine Prædeſtinatianam reiicerent. Hæcque ſola refertur fuiſſe tam Proſpero, quàm Hilario ſcribendi cauſa: viderit igitur R. P. quo artificio ex his Proſperi verbis coniicere poſſit, Prædeſtinatorum hæreſim Proſpero & Hilario præcipuè fuiſſe ſcribendi cauſam.

Quæ omnia cùm ad Prædeſtinatorum placita, quorum illi auctorem haberi volebant Auguſtinum manifeſtò pertineant, de his nimirum ſermonem fuiſſe perſpicuum eſt.

Mira Reuerendi P. perſpicacia! Immo hæc omnia ipſi Auguſtino obiecta, in ſaluberrimam eius de abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiam qui non videt, non tam perſpicaciâ caret, quam in plena luce cæcutit. Nec ſunt Prædeſtinatianorum placita (qui nulli fuerunt) ſed (vt hîc reuera habetur) Maſſilienſium eiuſdémque farinæ hominum commenta, quod intendimus, & quod etiam ex his Proſperi verbis apertiſſimè conſtat: Et qui non vident tam clara in luce vltro cœcutientes, non tam ipſi quid verum ſit, opinor, non vident, quam videre ſe diſſimulant.

R. P. *Nec aberraſſe Hincmarum, cùm Prædeſtinatorum hæreſim excitatam in Gallia per Proſperum & Hilarium innotuiſſe Auguſtino, libróſque de Prædeſtinatione Sanctorum, & de Bono perſeuerantiæ, quibus Proſpero & Hilario reſpondit Auguſtinus contra hæreſim eandem editos fuiſſe teſtatus eſt.*

Ne ſine Duce cœcutiens aberret R. P. Hincmarum ſuum, cuius errores aliquot ſuprà notauimus, etiam grauiter errantem hic ſequi profitetur, ſed eum tamen in grauiori errore palam deſeruit, nec enim Hincmarus cautè & ſubtiliter (vt R. P. licet ſine fundamento) finxit Maſſilienſes propter oppoſitam Prædeſtinatianorum hæreſim, ſeſe Auguſtini de abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiæ oppoſuiſſe, ſubtiliùs hoc commentum huic noſtro ſæculo ſeruabatur: Sed ipſos Maſſilienſes voluit eſſe Prædeſtinatianos; ipſorum placita ab ipſo Proſpero relata prædeſtinatorum voluit eſſe dogmata: Sed & quod Auguſtinus in his Libris de Prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeuerantiæ, de Pelagianis, eorúmque reliquiis dixit, de Prędeſtinatianis dictum aſſeruit in opere de prędeſtinatione cap. 1. & 35. quod hîc referre onerofum eſſet, legenda præcipuè pag. 8. & 307. Sed ne hoc leuiter propoſuiſſe credamur, certiſſimo & breuiſſimo teſtimonio eri-

Digitized by Google

mus contenti ex cap. 15. quod ſuprà retulimus in quo referens quatuor præcipua veterum, quos finxit, prædeſtinatianorum hæreſis Capita. Primum illud poſuit quod à Proſpero refertur ipſorum eſſe Maſſilienſium dogma. Quorum vnum eſt, inquit Hincmarus, quia ſecundùm prǽſcientiam Deus homines damnet pro meritis ſuæ vitæ, quæ non habuerunt morte præuenti, ſed habituri eſſent ſi viuerent:] Proſper autem in prædictâ ad Auguſtinum Epiſtolâ Maſſilienſium errores referens: Cúmque inter hęc, inquit, innumerabilium illis multitudo obiicitur paruulorum &c. tales aiunt perdi, taléſque ſaluari, quales futuros illos in annis maioribus, ſi ad actiuam ſeruarentur ætatem Scientia Diuina pręuiderit:] Quod ex Diametro oppoſitum Sancti Auguſtini & eorum ſententiæ, quos R. P vult eſſe hęreticos prędeſtinatianos; Et refutationem eius hæreſis ab Auguſtino cap. 14. de Prędeſtinatione Sanctorum actam, Hincmarus tanquam in Prædeſtinatianorum errorem, editam profert cap. 35. pag. 307. Et iterum in Epilogi cap. 2. pag. 357. Quis ex tam inepta ac ridicula Hincmari hallucinatione non videat cœco cœciorem eſſe oportere, qui hoc duce tam ſtupidè oberranti glorietur. Et ſic tam prauum Hincmari, támque ſuſpectum de Sancti Auguſtini doctrinâ poſt ſęcula quatuor teſtimonium à R.P. reiiciendum potiùs quam ſuſcipiendum fuit.

Proſper & Hilar.

Hincmar. de Prędeſt. cap. 15.

Proſper Epiſt. ad Auguſt.

R. P. *Quare in caſſum diſſimulant, qui Prædeſtinatis ſæculo noſtro vt faueant; callidè rem alio transferre ſtudent, quaſi turbæ illæ de quibus Proſper & Hilarius arguit, non ad Prædeſtinationis quæſtionem ſpectent, ſed ad alia, de quibus poſt hæc cum reliquiis Pelagianorum fuit controuerſia.*

Penes quos fuerit tam diſſimulatio, quàm calliditas, an penes Pelagianos, eorúmque reliquias, & qui iam ſunt eorum ſectatores; an penes Sanctum Auguſtinum, eiúſque diſcipulos, & qui iam ſunt ipſius doctrinæ & perfectæ Chriſti gratiæ intrepidi defenſores, perpendat R. P. Horum tamen tam ſolemne veritatem abſque æquiuocationis fuco profiteri, quàm illis iuxta Caſſianum Collat. 17. cap. 17. & ſeqq. fallere & mentiri, illúdque quandoque eſſe licitum non abnuere. Aduertat R. P. quales Auguſtini ſæculo fuerint Proſper & Fulgentius: Quales verò Caſſianus & Fauſtus: Item nono ſæculo qualis S. Remigius Lugdunenſis cum S. Prudentio & vtroque Lupo. Quales verò Hincmarus cum Ioanne Erigenâ: hoc noſtro ſæculo, vt abſit inuidia, Lectoris erit iudicium, vbi ſit diſſimulatio, vbi calliditas; an ex parte eorum qui turbas illas vnà cum Proſpero & Hilario à Maſſilienſibus & aliis Pelagianorum reliquiis, in ſaluberrimam San-

Caſſianus Collat. 17. cap. 17.

Digitized by Google

Proſper & Hilar.

ćti Auguſtini de abſoluta & verè gratuita Dei prædeſtinatione ſententiam excitatas, non ſolùm non negant ſed vltro (vt iam vidimus, profitentur & aſſerunt: An ex parte eorum qui vaferrimo artificio Prædeſtinationis quæſtiones Prædeſtinatorum hæreſi confundentes, quæ toto cœlo diuerſa ſunt, eò quòd turbæ illæ ad prædeſtinationis quæſtionem ſpectauerunt (quod nemo non agnoſcit, niſi fortè Molinæ diſcipuli ne ſuam de Prædeſtinatione ſententiam in Maſſilienſibus ab Auguſtino damnatam fateri cogantur) inde clamculum efficere volunt (quod omni fabulâ fabuloſius eſt) ad neſcio quorum prædeſtinatorum hæreſim turbas illas ſpectaſſe.

Intoleranda verò calumnia eſt quòd aduerſarios ſuos diuinæ gratiæ patronos Prædeſtinatis hoc ſæculo, hoc eſt Caluiniſtis ſimilibúſque peſtibus fauere criminantur. Quos contra eò magis premunt, quòd impia illa dogmata quibus peccati cauſam in Deum refundunt, & Liberum Arbitrium omnino perimunt, ab ipſis primùm inuenta, & contra Sancti Auguſtini doctrinam ac vnanimem huc vſque Eccleſiæ ſententiam aſſerta contendunt.
» Imò verò plurimi ex recentioribus moniti ab Illuſtriſſimo Car-
» dinali Baronio videant, quanto periculo, dum in Nouatores
» inſurgunt vt eos confutent, à Sancti Auguſtini de prædeſtinatio-
» ne ſententiâ recedunt, cùm alioqui arma non deſint, quibus ad-
» uerſarij profligentur.

Sed & quod addidit R. P. *De Reliquiis Pelagianorum, de quibus poſt hac fuit Controuerſia.*] Quaſi illi ipſi Maſſilienſes rectæ & ſinceræ fuerint fidei, nec ex reliquiis Pelagianorum ſint cenſendi, non benè cum ipſo Proſpero in prędicta Epiſtola conuenit, qui licet quoſdam vitæ meritis antecellere teſtetur, eorum tamen, quos refert errores, pernicioſas Pelagianæ prauitatis re-
» liquias pręcisè vocat. Quia, inquit, in iſtis Pelagianæ prauitatis
» reliquiis non mediocris virulentiæ fibra nutritur, &c.]

Proſper Epiſt. ad Auguſt.

Nam futile id commentum & Proſperi verba, quæ protulimus, & alia quibus Epiſtolam concludit, cùm ab Auguſtino quid cupiat
» *exponit, apertiſſimè reuincunt*: Tribue, inquit, Pater optimè, vt
» quæ in iſtis quæſtionibus obſcuriora ſunt digneris aperire: Quo-
» modo per iſtam præoperantem, & cooperantem gratiam, Libe-
» rum non impediatur Arbitrium: Quemadmodum per hanc præ-
» dicationem propoſiti Dei, nemo eorum qui cohortandi ſunt, im-
» pediatur, nec occaſionem negligentiæ habeant, ſi ſe prædeſtina-
» tos eſſe deſperent. Qualiter diluatur, quod retractatis priorum
» de hac re opinionibus, penè omnium par inuenitur & vna ſen-
» tentia, quâ propoſitum, & Prædeſtinationem Dei ſecundùm
» pręſcientiam receperunt.]

Digitized by Google

Nec ſuperiùs prolata, nec quæ iam proferuntur Proſperi verba futile commentum eſſe arguunt, immo pleniſſimè & præciſè euincunt quod intendimus, ſcilicet: Hæc ipſa in illis quæſtionibus obſcuriora (quorum pleniſſimam ab Auguſtino reſponſionem requirit Proſper) à Maſſilienſibus Pelagianorum reliquiis in ipſius Auguſtini doctrinam, non à prędeſtinatianis hęreticis, vel in prędeſtinatianos hęreticos fuiſſe propoſita, & elucidationem illam requiri non ad confutationem prędeſtinatianorum hęreticorum, qui nulli erant, ſed ad reuincendas in Maſſilienſibus Pelagianæ prauitatis reliquias, & adſtruendam germanam Sancti Augu ſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam. Proſper & Hilar.

Quid enim aliud his verbis ab Auguſtino, totáque Epiſtolá ſua Proſper efflagitat, quàm vt diuinæ Prædeſtinationis nodos & difficultates explicet: De hac igitur agebatur, & de hac vnâ omnes, aut penè omnes ſunt Proſperi ad Gallorum obiecta reſponſiones.

Quis neget? Ergo quia actum de prædeſtinatione, actum contra Prædeſtinatianos hæreticos; quænam eſt iſta tam abſona ratiocinatio? Imo actum contra pelagianorum reliquias qui ſaluberrimam Sancti Auguſtini, & totius Eccleſię de abſoluta Dei prędeſtinatione doctrinam improbarent, & nomine fatalis neceſſitatis Liberum tollentis Arbitrium infamarent. Quod ipſum confirmatur etiam ex Gallorum obiectionibus, & Proſperi reſponſionibus: neque enim illorum capitula fuere hęreticorum Prędeſtinatianorum dogmata, vt ſomniauit Hincmarus, ſed eorumdem Gallorum Pelagianiſantium commenta ab ipſis falsò & calumnioſè Sancto Auguſtino impoſita, vt patet ex ipſo Proſpero in pręfatione, & de his ſequenti capite agetur.

Quod ſi Proſper atque Hilarius & cæteri bonarum partium in Gallia ægrè ferebant Prædeſtinatianorum dogmata, quæ meritò exhorrebant, Sancto Auguſtino aſcribi, vel ex eius Libris deriuari, in eóque laborabant, vt ab Auguſtino diſcerent, vnde illum poſſent ab hac nota vindicare. Quod illos iudicium de his hodiè facturos credimus, ſi viuerent, qui Prædeſtinatianorum hæreſim ab Auguſtini doctrina non diſtingunt.

Proſper & Hilarius dogmata illa per calumniam à Pelagianorum reliquiis Sancto Auguſtino aſcribi meritò quidem exhorrebant, non quaſi prędeſtinatianorum dogmata (qui nulli erant, nec poſtea fuerunt) ſed quaſi impia Maſſilienſium deliramenta, quos ſanatos vellent: Ideóque pleniori diſputatione ab Auguſtino conuincendos optabant, vt nullum ampliùs haberet tantâ contumaciâ perfugium. Verùm videbit R. P. vtrum Maſſilienſes illos quos Sancti Auguſtini ſcripta infamaſſe, eíque Paganorum

Digitized by Google

Proſper & Hilar.

& Manichęorum impietatem aſcripſiſſe, auctor eſt Proſper ad Rufinum ſcribens, quoſque hâc ipſâ ad Auguſtinum Epiſtolâ Pelagianorum reliquias vocat; vtrum, inquam, inter ceteros bonarum partium in Gallia comprehendere intendat: Id ſiquidem ex eo magis aſſerere videtur, quòd earum partes vſquequaque etiam vſque ad Apologiam ipſius Fauſti tueatur, nullibi verò nec ſenſus eorum, nec in Sancti Auguſtini doctrinam calumnias & opprobria improbet, nec eorum vnquam niſi quaſi doctrinâ & pietate præſtantium virorum meminerit: Imò etiam non adhuc extitiſſe pelagianorum reliquias cenſuerit, ſed quo auctore quóue conſilio eos, qui tot calumniis veram & legitimam Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam onerant, & reiiciunt, *quaſi laborantes, vt Auguſtinum à calumniis illis vindicarent*, hîc repręſentare, *& bonarum partium* nomine comprehendere poſſit, nobis ignotum: Sic enim Auguſtinus prauarum partium ipſius R. P. iudicio haberetur, quod de R. P. credi nolumus.

Sed cum addidit *de his qui hodie Prædeſtinatorum hæreſim ab Auguſtini doctrina non diſtingunt.*] Non aduertit R. P. eos qui aſſerunt nullam fuiſſe prædeſtinatorum hæreſim, ſed merum commentum eorum qui Sancti Auguſtini doctrinæ aduerſarentur (vt clariſſimè patet ex his quæ huc vſque expendimus) nullo modo confundere prædeſtinatianorum hæreſim, ſeù veriùs dogmata ipſis impoſita, cum doctrina Sancti Auguſtini, doctrinam omni ex parte amplectuntur, & venerantur: dogmata verò illa non minus quam R. P. immo ſinceriùs à vera doctrina diſcernentes & expungentes, execrantur & impugnant, & cum Arauſicanâ, Valentinâ, Lingonenſi, & Tridentina Synodis, ſi qui fuere illis ſæculis qui tantum malum credere voluerint, & eos qui fuere, & ſunt hoc noſtro & præcedenti ſæculo palam auerſantur, & cum omni deteſtatione illis omnibus anathema dicunt. Sed ſola inter nos quæſtio (vt in principio obſeruatum eſt) vtrùm reuera illo Sancti Auguſtini ſæculo fuerint, necne hæretici prædeſtinatiani, nec aliquos fuiſſe huc vſque probauit, nec in poſterum probare poterit R. P. Et ſic valde ſuperfluum hîc aduocare iudicium Proſperi & reliquorum, qui ab Auguſtino ſteterunt, quorum doctrinam R. P. & reliqui qui abſolutam Dei prędeſtinationem reiiciunt, verbo tenus ſuſcipiunt, & toto corde auerſantur, immo etiam dictis & ſcriptis, & factis in quantùm audent, & permittuntur, negant; Alij verò toto corde venerantur, & vbique vſquequaque veraciter & ſinceriſſimè profitentur.

SIRMONDVS.

Non defuit illorum votis Auguſtinus, à quo binos in eam rem conſcriptos

conſcriptos libros iam diximus: Nec deſtitit Proſper quandiu ſuperſtes fuit Auguſtinus, & poſtquam in Cœlum eſt receptus, partes illius agere, tutarique pro viribus, ſingula quæ in eius libris carpebantur, aut non intellecta docens, aut falsò impoſita. Sed inualeſcente malo, & poſt mortem Auguſtini liberiùs ac periculoſiùs graſſante, validiora ſibi ex vrbe remedia conquirenda cenſuit. Proſper & Hilar.

Confvtatio.

Hæc omnia vera: ſed non in ſenſu à Reuerendo P. intento: Auguſtinum ſiquidem (vt vidimus) libris de prædeſtinatione Sanctorum, & de Dono perſeuerantiæ doctrinam ſuam à Maſſilienſium calumniis vindicaſſe, eorúmque deliramenta pleniſſimè confudiſſe & refutaſſe nemo eſt qui neſciat: Sed de hæreticis vel reuera, vel etiam nomine prædeſtinatianis (vt vult R. P. cum ſuo Hincmaro) nullibi cogitatum Quantùm ad Proſperum & ipſo Auguſtino adhuc ſuperſtite, vt vidimus ex libro eius de Gratia & Libero Arbitrio ad Ruffinum, & poſt ipſius mortem, vt ſequenti Capite viſuri ſumus, contra Maſſilienſes & ſimiles Pelagianorum reliquias, qui ſcripta Sancti Auguſtini, quibus error Pelagianorum impugnatur infamarent, eique Paganorum & Manichæorum impietatem aſcriberent, quoad vixit germanam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam plurimis exantlatis laboribus, tam dictis, quàm ſcriptis & factis intrepidè & glorioſè tutatus eſt: Nullibi verò Prædeſtinatianæ hæreſis, nec hæreticorum quorumlibet dogmata, quæ prædeſtinatiana vocant, profitentium ne minimùm quidem meminit.

Cœleſtin. papa.

CAPVT III. Apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinati à Cœleſtino Papâ, Proſpero & Hilario ſuggerentibus, repreſſi per Epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ.

Confvtatvr.

Nullos Prædeſtinatianos ſed ſolas Pelagianorum reliquias à Cœleſtino Papâ repreſſas fuiſſe euidentiſſimè demonſtratur, Photiúmque à R. P. citatum, eius cauſam iugulare.

Pars Prima.

Proſper in Chronico. » ANNO 430. Theodoſio 13. & Valent. 3. Conſſ. Auguſtinus Epiſcopus per omnia excellentiſſimus moritur 5. Kalend. Sepr. Libris Iuliani inter impetum obſidentium Vandalorum in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſè in defenſione Chriſtianæ gratiæ perſeuerans.] Teſte Proſpero in Chronico: Ipſo adhuc ſuperſtite in publicum emiſſi per Proſperum, & Hilarium Sancti Auguſtini Libri de prædeſtinatione Sanctorum, & de de Dono perſeuer. vt eandem doctrinam de præoperante & cooperante Chriſti gratiâ & abſolutâ Dei prædeſtinatione, quam Maſſilienſes & ſimiles Pelagianorum reliquiæ execrabantur, pleniùs expreſſam, & Sanctarum Scripturarum auctoritate confirmatam, eorum obiectionibus validiſſimè refutatis reciperent, non maiori cultu ab ipſis ſuſcepti, quàm Liber de Correptione & Gratia, nec motus eorum inde compoſiti: Immo (vt euenit poſt recenſitum illum teſte Proſpero ad Auguſtinum) qui perſuaſionis ſuæ impediebantur obſcuro, auerſiores quam fuerant receſſerunt,] & quod peius, eò temeritatis & calumniæ progreſſi ſunt, vt quò ſaluberrimam illam Sanctiſſimi Præſulis doctrinam liberiùs infamarent, breuium Capitulorũ indiculis horrendas blaſphemias (quas Reuerendus P. cum ſuo Hincmaro vult eſſe prædeſtinatianorum quos ipſi fingunt dogmata) publicarent, eâſque in libris eius damnabiles reperiſſe iactarent: quibus Capitulis num. 15. Breuiſſimè & optimè ex ſententia Sancti Auguſtini, poſt eius mortem reſpondit Proſper cum hac præfatione quæ rei geſtæ veritatem continet.

Proſper Epiſt. ad Auguſt.

Proſper in Præfat. ad Capit. Gall.

» Doctrinam, quam Sanctæ memoriæ Auguſtinus Epiſcopus

contra Pelagianos inimicos gratiæ Chriſti, & Liberi Arbitrij « Cœleſtin.
decomptores, per multos annos apoſtolicè aſſeruit, literiſque « Papa.
mandauit, quibuſdam viſum eſt, aut non intelligendo, aut intel- «
ligi eam nolendo, reprehendere. Et hoc quaſi compendium co- «
gnitionis his, qui iudicio eorum ducebantur, afferre, vt quæ «
in libris prædicti viri damnabilia reperiſſe iactabant, breuium «
Capitulorum indiculis publicarent, talique commento, & de- «
teſtationem eius, quem impeterent obtinerent, & ab his quæ «
infamaſſent, curam exterriti Lectoris auerterent. Ne ergo hanc «
perſuaſionem temerè quis recipiat, & talem putet ſenſum ſcri- «
ptis Catholicis ineſſe Doctoris, qualem eum, qui fruſtrà ca- «
lumniantur oſtentant, ſingulis Capitulis, quæ rationis titulo «
prænotarunt, breui & abſolutâ profeſſione reſpondeo, in nul- «
lo recedens à tramite earum definitionum, quæ in Sancti viri «
diſputationibus continentur, vt facilè vel tenuis diligentiæ «
aduertat inſpector, quàm iniuſtis opprobriis Catholici Prædica- «
toris memoria carpatur, & in quod peccatum cadant, qui a- «
lienâ inſtigatione commoti, Scriptorem celeberrimi nominis «
promptiùs habeant culpare, quàm noſſe.] «

Ex hac Proſperi præfatione nemo eſt tam clarâ in luce cæcutiens, qui non aduertat capitula illa non eſſe Prædeſtinatianorum dogmata, nec à prædeſtinatianis vllis, ſed à Maſſilienſibus & ſimilibus in aliis Galliæ partibus Pelagianorum reliquiis propoſita, mera commenta, in ipſum Auguſtinum, eiúſque ſcripta iniuſta opprobria: Nec Reuerendus Pater auſus hic reclamare, horum Capitulorum nullomodo meminit, eius nihilominus Hincmarus (quem & ſolum ſequi in hoc de veteribus Prædeſtinatianis commento, & profitetur & gloriatur) illud ipſum ex his Gallorum Capitulis, quaſi prædeſtinatianorum dogmatibus aſtruere conatus eſt: vtque hoc dilucidiùs appareat, conferenda ſunt quæ Hincmarus, de priſcis illis prædeſtinatianis commentus eſt, cum his ipſis Gallorum Capitulis: Vidimus ſupra eum cap. 15. collegiſſe in quatuor Capitulis ad comburendum zizania; Quæ priſci, inquit, prædeſtinatiani variâ quidem voce, ſed « cognatâ paríque impietate, de Dei præſcientia & prædeſtinatio- « ne, ſuum dogma pernicioſiſſimum componentes ſeminarunt,] «

Hincmar. de Prædeſtinat. cap. 15.

Primum deſumptum ſupra vidimus ex hæreſi ipſorum Maſſilienſium: ſecundum his verbis conceptum eſt apud Hincmarum. A-
liud eſt quod ab eis qui ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat «
percepta baptiſmi gratia originale peccatum, & licet piè, iuſté- «
que vixerint, nihil eis proſit; ſed tamdiu reſeruentur, donec «
ruant & pereant. Et quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, «
ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in homini- «

Cœleſtin. Papa. " bus operetur, quoniam Deus in hominibus plaſmet arbitrium
" quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil poſſit velle niſi
malum]. Hoc Capitulum quatuor membra continens ex tribus
Capitulis obiectionum Gallorum, & ex alio Capitulo obiectio-
Gallorum Obiect. 2. num Vincentianarum iiſdem ipſis verbis compoſitum eſt. Siqui-
" dem Gallorum obiectio ſecunda hæc eſt: quòd ab eis qui non
" ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat percepta Baptiſmi gratia
" originale peccatum.] Tertia, quod non prædeſtinati ad vitam,
Obiect. 3. " etiam ſi fuerint in Chriſto per baptiſmum regenerati, & piè iu-
" ſtéque vixerint, nihil eis proſit, ſed tamdiu reſeruentur, donec
" ruant & pereant, nec ante eos ex hac vita, quàm hoc eis contin-
Obiect. 6. " gat auferri. Sexta, quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed
Obiectio Vincẽt. 16. " ſiue ad bonum, ſiue ad malum Prædeſtinatio Dei in hominibus
" operetur] Et obiect. 16. inter Vincentianas: Quod Deus tale in
" hominibus plaſmet arbitrium quale eſt dæmonum, quod pro-
" prio motu nihil aliud poſſit, vel velit, niſi malum.] Hæc omnia
ipſiſmet verbis Auguſtino ipſiúſve Diſcipulis à reliquiis Pelagia-
norum per calumniam impoſita, ex quibus Hincmarus ſecun-
dum Prędeſtinatianorum dogmatum faſciculum commentus eſt,
Hincmar. d. cap. 15. " quis non videat? Tertium dogma apud Hincmarum illud eſt:
" quod idem ſit præſcientia, quod Prædeſtinatio] ſimiliter in vlti-
Gall. obiect. vlt. " ma Gallorum obiectione, quod idem ſit præſcientia, quod Prę-
Hincmar. ibid. " deſtinatio.] Quartum vero & vltimum apud Hincmarum. In
quarto autem Prędeſtinationem Electorum ad vitam non dene-
" gant, & reproborum prędeſtinationem ad interitum confitentur,
" quos ſicut dicunt à Deo prædeſtinatos ad interitum, ita etiam ad
" peccatum.] Quod ibi habetur in principio, de gemina prædeſti-
natione ad vitam & ad interitum, proprio Hincmari Marte, vt
quæſtioni de qua præcipuè ageretur aptaret, confictum ſeu con-
" cinnatum ex cap. 6. obiect Gall. ſed ſiue ad bonum, ſiue ad ma-
Gallorum obiectio 6. " lum Prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.] Sed reliquum &
præcipuum ex obiectione Gallorum vndecimâ & decimaquartâ
deſumptum fuit: ſiquidem obiectio vndecima ſic ſe habet: quod
Obiect. 11. " per potentiam Deus homines ad peccata compellat.] & decima-
Obiect. 14. " quarta quod qui Euangelicæ prædicationi non credunt, & Dei
" Prædeſtinatione non credant, & quod Deus ita definierit, vt qui-
" cunque non credunt, ex ipſius conſtitutione non credant]Hoc-
que ipſum ipſi Auguſtino à Gallis illis affictum teſtatur San-
S. Fulgent. ad Monimum. lib. 1. cap. vlt. ctus Fulgentius ad Monimum lib. 1. cap. vlt. his verbis: non au-
" tem ignoras etiam præterito tempore illi luculentiſſimo Sancti
" Auguſtini operi, quod ſcripſit de Prædeſtinatione Sanctorum, à
" quibuſdam Gallis obiectum, quòd beatus Auguſtinus in aſſertio-
" ne Prędeſtinationis diuinæ, peccatores non ſolum Prædeſtinatos

diceret ad iudicium, ſed etiam ad peccatum: cuius dicta, quia ipſe " Cœleſtin.
celeri præuentus eſt obitu, Proſper vir eruditus & ſanctus, rectâ " Papa.
defendit fide, & copioſo ſermone, &c.] "

Ex his quis non videat hæreticas illas propoſitiones, ſeu blaſphemias nullomodo fuiſſe Prædeſtinatianorum hæreticorum, (qui nulli vnquam fuerint) dogmata, ſed iniuſta Pelagianarum reliquiarum in ipſum Auguſtinum opprobria; & veterũ Prædeſtinatianorum hęreſim nihil aliud fuiſſe, quàm fictitiam fabulam, & merum Pelagianæ prauitatis commentum. Et vt conſtet non ſolùm in capite de gemina prædeſtinatione, quod expendimus; ſed etiam in reliquis tribus, de Gratia & Libero Arbitrio, de voluntate Dei & de morte Chriſti, inuentum Hincmari, de veteribus Prædeſtinatianis, & iiſdem Gallorum Capitulis ad vnguem deſumptum: Cap. 21. eiuſdem operis de prædeſtinatione, idem ipſum quod ſuprà vidimus, cap. 2. ſui faſciculi, nec quid vltra refert de Libero Arbitrio. (Hincmar. de Prędeſt. cap. 21.) Secundum Capitulum, inquit, "
in Synodo apud Cariſiacum habitâ, nos de Gratia & Libero Ar- "
bitrio ex Sanctorum patrum dictis excerpſimus, de quo Priſci "
dixerunt Prædeſtinatiani, quòd Liberum Arbitrium in homine "
nihil ſit, ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in "
hominibus operetur. Quoniam Deus tale in hominibus plaſmet "
arbitrium, quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud "
poſſit velle, niſi malum.] Item cap. 24. vbi de Voluntate Dei cir- " Ib. cap. 24
ca ſalutem hominum: de hoc Capitulo (inquit Hincmarus) ſicut "
Sanctus Proſper demonſtrat ex obiectione Gallorum & Vincen- "
tianorum, & ex reſponſionibus, quibus ex delegatione Sedis "
Apoſtolicæ eorum, ipſorumque ſimilium commenta diſſoluit; "
veteres Prędeſtinatiani dixerunt, ait enim obiectio octaua Gal- "
lorum, quod non omnes homines velit Deus ſaluos fieri, ſed cer- "
tum numerum Prædeſtinatorum. & item obiectio ſecunda Vin- "
centianorum, quia Deus nolit omnes ſaluare, etiam ſi omnes "
ſaluari velint.] Hæc ſunt ipſiuſmet verba Hincmari. Denique "
cap. 27. in quo de morte Chriſti. De huius, inquit, Capituli ſen- " Ibid. cap. 27.
ſu veteres Prędeſtiniani dixerunt, & ſicut Yginus ſcribit, & San- "
ctus Proſper demonſtrat obiectione nonâ Gallorum: quod non "
pro totius mundi redemptione Saluator ſit crucifixus: & iterum "
primâ Vincentianorum obiectione, quia Dominus noſter I E- "
S V S - C H R I S T V S, non pro omnium hominum ſalute & re- "
demptione ſit paſſus.] "

Cùm igitur appareat omne de veteribus Prædeſtinatianis figmentum hoc vnico fundamento ſubnixum, quod hallucinatus Hincmarus Gallorum Capitula crediderit eſſe Prędeſtinatianorum hæreticorum dogmata. Conſtet autem ex Proſperi

PPp iij

Digitized by Google

Cœleſtin. Papa.

præf:tione, de Sancti Fulgentij teſtimonio; illa nihil aliud fuiſſe, quàm mera Pelagianæ prauitatis reliquiarum commenta, in ipſum Auguſtinum ex liuore obiecta opprobria. Itaut Reuerendus Pater inficias ire non præſumat: quid reliqui ſupereſt niſi vt diruto fundamento, ſuperædificata de veteribus Prædeſtinatianis fabula penitùs corruat? Nihilominus expendenda & reliqua.

Proſper & Hilarius cùm cernerent poſt mortem Sancti Auguſtini, inimicis eius doctrinæ Pelagianorum reliquiis, impudentem audaciam in dies ſuccreſcere, nec etiam ſcriptis Proſperi Reſponſionibus poſſe coerceri: ſed audaciùs Sancti viri memoriam, eiuſque poſtrema ſcripta de prædeſtinatione Sanctorum & Dono perſeuerantiæ ſuis calumniis inſectari, & reprehendere, vnicum & optimum remedium rati, ſi calumniatorum (quibus Epiſcopi propensâ taciturnitate quaſi conniuerent) auctoritate Sedis Apoſtolicæ ora occluderentur. Cœleſtinum ergo Summum Pontificem adeunt, illorúmque nequitiâ expoſitâ, Apoſtolicum reſcriptum obtinuerunt ad quoſdam Galliarum Epiſcopos, cuius quoniam præcipua verba à R. P. hoc tertio capite referuntur, hîc indicaſſe ſufficiet: laudatam fuiſſe à Summo Pontifice Sanctiſſimi illius præſulis, & vitam & doctrinam, calumniatoribus illis ſilentium impoſitum, & Galliarum Epiſcopis iniunctam curam ſeditioſos illos comprimendi tumultus; Decretali Cœleſtini Papæ ſubiecta ſunt Capitula, collectas Apoſtolicæ Sedis Epiſcoporum & Conciliorum Africanorum, de Gratia Dei ſententias continentia, quæ non eſſe Cœleſtini Papæ inter reliqua validiſſimo argumento eſt, quòd Proſper contra Collatorem cap. 42. laudes Cœleſtini ob repreſſos Pelagianorum conatus referens, hàncque eius recenſens & extollens Epiſtolam, Capitulorum illorum nullomodo meminerit. Si quod veriùs credimus exponere licet, collecta autumamus ab ipſo Proſpero ex conſenſu Epiſcoporum Gallorum, quò faciliùs excitatos per indiſciplinatos presbyteros tumultus illos, eorúmque calumniam comprimerent.

Proſper cõtra Collat. cap. 42.

Sed & perſpectâ ab ipſo Summo Pontifice ipſius Proſperi probitate, doctrinâ & ſollicitudine in procurãda Eccleſiæ pace, tutanda Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ ſinceriſſimâ doctrinâ, eidem partes ſuas delegauit, quò ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate potentiùs venenatas Pelagianorum reliquias in Gallia comprimeret: Cumque Proſper Auguſtini Diſcipulus ſimilibus calumniis fuiſſet impetitus à quodam Vincentio non Lirinenſi Monacho, ſed Maſſilienſi presbytero (quem Gennadius in Catalogo Illuſtrium Virorum, natione Gallum fuiſſe dicit, in

diuinis Sripturis exercitatum, & linguam habuiſſe vſu loquendi, & maiorum lectione politam) obiectionibus illius Vincentij ſexdecim Capitulis contentis, ſicut Gallorum; ſed ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate reſponſiones parauit hâc præfixâ præfatione, quæ detergendæ in veteres prædeſtinatianos calumniæ non minimùm conducit. Quidam Chriſtianæ ac fraternę charitatis obliti, in tantum exiſtimationem noſtram quoquomodo ſtudent lædere, vt ſuam ſe euertere nocendi cupiditate, non videant: contexunt enim, & qualibus poſſunt ſententiis comprehendunt ineptiſſimarum quarundam blaſphemiarum prodigioſa mendacia, eáque oſtendenda & ingerenda multis publicè, priuatímque circunferunt: aſſerentes talia in noſtro eſſe ſenſu, qualia diabolico continentur indiculo, quæ falsò in nos ad excitandam inuidiam iactitari, facilè & ſufficienter ſubſcriptione vnius probaremus anathematis, niſi malignitas eorum qui ſe grauari putant, ſi de nobis benè ſentiatur, ipſam ſubſcriptionis noſtrę breuitatem ſuſpectam eſſet habitura, vnde ne huius querelæ inueniretur occaſio, neceſſarium conueniénſque credidimus, vt ſiue ad calumniantium animos mitigandos, ſiue ad eos quorum auribus tale aliquid inſonuit inſtruendos, quantùm adiuuante Domino fieri potuerit, plenè lucidéque pandamus, quid de peruerſis definitionibus iudicemus: propoſitis igitur ſigillatim ſexdecim Capitulis, ſub vno quoque eorum ſenſus noſtri, & fidei, quam contra Pelagianos ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate defendimus, verba ponemus; vt qui paululùm ſe ad legenda hæc dignati fuerint occupare, euidenter agnoſcant impiarum, profanarúmque opinionum nullum cordibus noſtris inhæſiſſe veſtigium, & blaſphemias, quas perſpexerint noſtrâ profeſſione damnari, in earumdem repertoribus cenſeant debere puniri.]

Cœleſtin. Papa.

Pręfat. Proſperi ad obiect. Vincent.

Hic ſimiliter, ſicut nec in reſponſione ad obiecta Gallorum, ne verbum quidem nec de prædeſtinatianis, nec de prædeſtinatianorum dogmatibus, vt deluſus & faſcinatus nimiâ calumniandi libidine commentus eſt Hincmarus, ſed de blaſphemiis à reliquiis pelagianorum confictis, & ipſi Proſpero per calumniam impoſitis. Nec Proſper ipſe in ſcriptis vllis quæ plurima in eandem cauſam edidit, tum contra Collatorem, cum de ingratis, de vocatione gentium & reliquis, fictitiorum illorum prædeſtinatianorum vllomodo meminit; Nec alias vllas partes in omnibus illis controuerſiis agnouit, quàm Catholicorum & Pelagianorum eorúmque reliquiarum in Maſſilienſibus nonnullis aliis Gallis, cuius hoc vnicum proferimus teſtimonium ex libro primo de vocat. gent. cap. primo in principio: Inter defenſores, inquit,

Proſper de vocat Gét. lib. 1. cap. 1

Cœleſtin. Papa. " Liberij Arbitrij, & Prædicatores gratiæ Dei magna & difficilis " dudum vertitur quæſtio; quæritur enim vtrum velit Deus omnes " homines ſaluos fieri, &c.] & in fine eiuſdem Capitis, vbi de his agitur qui exiſtimarent prædicatione gratiæ Liberum negari Arbitrium, quod vult R. P. eſſe præcipuum prædeſtinatianorum dogma, nullo modo Prædeſtinatianorum, nec aliorum hæreticorum qui id ſentirent meminit: Immo illud ipſum refert quaſi à ſolis Pelagianorum reliquiis in Catholicos obiectum, his verbis:

D. cap. 1. » Primitùs itaque de voluntatis humanæ motibus, & gradibus diſ» putandum eſt inter quam & gratiam Dei quorumdam non ſana » diſcretio eſt, exiſtimantium, quod prædicatione gratiæ Libe» rum negetur Arbitrium, nec aduertentium eâdem regulâ ſibi » poſſe obiici, quod gratiam negent, cum eam humanæ voluntatis » non ducem volunt eſſe ſed comitem &c.] Et ſic de Pelagianorum reliquiis, nullo modo de prædeſtinatianis, & ſi fuiſſent aliqui hîc certè non fuiſſent prætermiſſi: ſed de his plus quam ſatis, de quibus apud Reuerendum Patrem altiſſimum ſilentium, verba eius referamus, & quâ poterimus breuitate expendamus.

CAP. III. PARS ALTERA.

Sirmondvs.

De Romanâ Proſperi & Hilarij ad Cœleſtinum profectione, cur ſuſcepta quidue in ea geſtum ſit, ſi ætatis noſtræ Prædeſtinatianos, eorúmque ante omnes Primicerium percontemur, ad debellandas Pelagianorum reliquias profectos renuntiabunt: Sic enim iactitant, atque ita eos loqui ſuſceptæ ſuæ causâ oportebat.

Confvtatio.

Prædeſtinatianos, quos vult R. P. fatum aſſeruiſſe, & Liberum Arbitrium negaſſe, non ex charitate vocat Catholicos perfectæ Chriſti gratiæ aſſertores, viros Sancti Auguſtini diſcipulos: ſed vt eam ipſam calumniam (teſte Proſpero ad Ruffinum & alibi paſſim) ab illis Pelagianorum reliquiis paſſus eſt Magiſter, quidni ab eorum ſequacibus humiliter patiantur, & ipſius diſcipuli? *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum.* Renuntiabunt igitur Mat. 10 non ſuſceptæ ſuæ causâ, ſed ex certiſſima tum ipſius Pontificij Dev. 24. creti fide, tum ipſius Proſperi relatione, Proſperum & Hilarium Romam perrexiſſe ad debellandas Pelagianorum reliquias, ſeu veriùs ad reprimendas eorum in Auguſtinum impudentiſſimas calumnias, vt mox apparebit.

Sirmondvs.

SIRMONDVS.

Sed nos Hincmarum hîc etiam maluimus audire, qui Prædeſtinatorum gratiâ, vt de his expoſtularent adiiſſe ab eóque vt nouam hæreſim damnaret impetraſſe, narrat in Epiſtola ad Nicolaum Papam, cuius ante iam facta eſt mentio, Ex veteri (ait) hæreſi « Prædeſtinatiana quæ primùm in Africa, & poſteà in Gallia per « idem tempus, quando & Neſtoriana hæreſes eſt exhorta, & tempore « Cœleſtini Papæ ipſius auctoritate, & inſtinctu Sancti Proſperi eſt reuicta.] «

Cœleſtin. Papa. Hincmari Epiſtola ad Nicol. PP.

CONFVTATIO.

Itane verò R. P. quiſquam ſanæ mentis Hincmarum hîc audire velit mendaciorum loquaciſſimum (vt eum Tertulliano loquar) qui quod Proſper & Cœleſtinus de Pelagianorum reliquiis apertiſſimè ſcripſerunt, turpiſſimâ hallucinatione, vel putidiſſimâ fraude de commentitijs ſuis prædeſtinatis, aut intellexit aut intelligi voluit. Perſpicuè ſiquidem iam oſtendimus ipſa Maſſilienſium capitula quibus Sancti Auguſtini doctrinam calumniarentur, pro veris Prædeſtinatianorum dogmatibus Hincmarum accepiſſe ita vt eùm dicit Prædeſtinatianos Cœleſtini Papæ auctoritate & inſtinctu Proſperi reuinctos, nullos alios intellexerit quam Maſſilienſes illos, cæteráſque Pelagianorum reliquias quas Proſper tam apud Cœleſtinum quam alibi paſſim ſcriptis ſuis impugnauit, vt ex locis ſuprà citatis apparet. In quo mirari ſubit R.P. FRONTEM, confidentiam qui eum nos audire iubet, quem ipſe non audit. Cum enim illum Hincmarianę vel inſitię vel fraudis puderet, ſubtiliùs ipſe commentus eſt Maſſilienſibus illis (quos ineptiſſimè Hincmarus pro Prædeſtinatianis acceperat) alios hęreticos Prædeſtinatianos fuiſſe oppoſitos in quorum medio eſſent Auguſtinus, Proſper & reliqui illius diſcipuli ſed abſit vt alios hic audiamus quam Proſperum ipſum & Cœleſtinum qui vaniſſimas illas omnes hariolationes planiſſimè explodunt: cæterum meminiſſe non pigebit quod in prima diſſertatione annotauimus, Hincmarum quidem de hac veterum Prædeſtinatianorum fabula ſcripſiſſe ad Nicolaum Papam, ſed veriſimiliter reprehenſum & ludibrio habitum, ab hoc commento deinceps abſtinuiſſe.

SIRMONDVS.

Vbinam enim reuicta, aut quo tempore apud Cœleſtinum inſtitit Proſper, ſi hoc tempore negamus? innotuiſſe namque Prædeſtinatorum hæreſim Cæleſtino, ab eóque improbatam fuiſſe & exploſam ignorare non poſſumus. Neſcire nos non patitur Prædeſtinati noſtri « *quiſquis eſt auctor, cùm de Pſeudonymo eorum libro, quem Sancto* « *Auguſtino affinxerant, in præfatione ſua loquitur his verbis.* Tan- «

Digitized by Google

Cœleſtin. Papa. Prædeſtin. P. Sirm. in præfat.

» dem aliquando ad manus noſtras peruenit liber, qui Auguſtinum » mentitur in titulo, cum ſe hæreticum oſtendat in textu: quis » enim neſcit Auguſtinum orthodoxum ſemper fuiſſe Doctorem? » hunc librum aliquando ſibi oblatum Beatiſſimæ memoriæ Summus Pontifex Cæleſtinus ita execrationi habuit, vt eum perpetuo damnari iuberet ſilentio.] Dicite oro vos cur librum exhorruit, cur Auguſtino indignum iudicauit, niſi ob hæreſim quam continebat?

CONFVTATIO.

Poſt habito ſolemni iudiciorum omnium ordine quo teſtium fides expendenda, priuſquam depoſitionis illorum ratio vlla habeatur, ex duorum falſiſſimorum teſtium dictis fallacibus R. P. falſiſſimam (ſaluâ eius reuerentiâ dictum ſit) ratiocinationem aſtruit: Hincmarum ſiquidem & fallacem & rei geſtæ prorſus ignarum & ex ſuſceptæ ſuæ cauſa non modo quaſi ſuſpectæ fidei habendum immò verò vt infidum, & perfidum penitùs reiiciendum ex ſupradictis nemo eſt qui non cenſeat. Alterum autem dilectiſſimum Reuerendi P. Prædeſtinatum quem ſuum vocitat, igne potiùs quam luce (ne dicam fide) dignum ex eruditiſſima Doctoris Theologi Cenſura nemo neſcit. Sed eum in gratiam Reuerendi P. ſequenti capite pleniùs expendemus. Interim maneat declaratio Reuerendi P. (*ne varietur.*) Ementitum nomine Auguſtini & ſuppoſitum libellum, per Proſperum in hac legatione Summo Pontifici oblatum, & Decretali eius in qua verſamur Epiſtolâ ad Epiſcopos Gallorum, execrationi habitum & damnatum: Si enim (quod mox præſtabimus) certo certiùs apparuerit in illa Cœleſtini Epiſtola, nec de Prædeſtinatianis hæreticis, nec de fictitio illo nomine Auguſtini eorum libello vllomodo actum, ſed contra in peruerſas Pelagianorum reliquias eórumque aduerſus Sanctum Auguſtinum eiúſque ſcripta calumnias & opprobria editum hoc Pontificale decretum conſtiterit; ſequitur reliquis omnibus poſthabitis dilectiſſimi Reuerendi P. Prædeſtinati (quiſquis eſt) auctorem eiuſque librum penitus reiiciendum, & Anathemate percutiendum: & ſic ſuperædificatam prodigioſo iſti mendacio de veteribus Prædeſtinatianis commentum prorſus corruere, & in puluerem ſolui neceſſe eſt. Iam igitur videamus.

SIRMONDVS.

Nunc Epiſtolam eius, quam auditâ legatione ad Epiſcopos Galliæ conſcripſit, alium in ſenſum detorqueri non poſſe oſtendamus, quid enim ſcribit? Dicam compendio, & quantum ad rem noſtram

Cœleſtini PP. Epiſtola ad Epiſcopos Gal.

» *ſufficiat.* Filij noſtri præſentes (*inquit*) Proſper, & Hilarius, quo» rum circa Deum noſtrum ſollicitudo laudanda eſt, tantùm neſcio » quibus Presbyteris illic licere, qui diſſentioni Eccleſiarum ſtu» dent, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quæſtiones vo-

eantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduerſan- " Cœleſtin.
tia veritati; ſed veſtræ dilectioni iuſtiùs imputamus, quando illi " Papa.
ſuprà vos habeant copiam diſputandi: Ergo corripiantur huiuſ- "
modi: deſinat (ſi ita res ſunt) inceſſere nouitas vetuſtatem, de- "
ſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare: *Et poſt alia.* Nec "
tamen mirari poſſumus ſi erga viuentes hi tentare nunc audent, "
qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare. "
Auguſtinum ſanctæ recordationis Virum pro vita ſua atque me- "
ritis, in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquam "
hunc ſiniſtræ ſuſpicionis falſus ſaltem rumor aſperſit, quem tan- "
tæ olim ſcientiæ fuiſſe meminimus, vt inter Magiſtros optimos "
etiam ante à meis deceſſoribus haberetur. Benè ergo de eo om- "
nes in commune ſenſerunt, vt pote qui vbicúnque cunctis & amo- "
ri fuerit & honori.] "

CONFVTATIO.

Ex his ipſis Cœleſtini verbis de peruerſis Pelagianorum reliquiis, eorúmque in Auguſtinum, & eius ſcripta calumniis, non de fictitiis Prædeſtinatianis actum patet. Primò quia de fictitiis illis Prædeſtinatianis huc vſque altiſſimum ſilentium: nec Auguſtinus nec Proſper (vt vidimus) illorum meminere. Secundò de Pelagianorum reliquiis eorúmque in Auguſtinum eiúſque ſcripta calumniis, ſæpiùs queſtus eſt Proſper Epiſtolâ ad Auguſtinum & reſponſionibus ſuis ad obiecta Gallorum. Tertiò etiam ab ipſis impetitus ipſe neceſſe habuit eorum obiectiones refellere, Capitula ſcilicet obiectionum Vincentianarum. Quartò nullis ſcriptis ſuis nec ante nec poſt legationem illam nec etiam in Chronico quod ad extremum edidit, verbum vllum de fictitiis illis Prædeſtinatianis emiſit; immò ſcriptis plurimis peruerſas illas Pelagianorum reliquias, quos lupos occultos vocat, nec perfidia ab ipſis Pelagianis diſcernit, continuo inſecutus debellauit. Quintò Pontificij decreti verba ſuperius relata, Prædeſtinatianis, quales fingunt, nullomodo conuenire poſſunt: Docent ſiquidem decretum editum in maleuolos Sancti Auguſtini eiúſque doctrinæ obtrectatores ideóque illam à Summo Pontifice laudatam, & ſingulari elogio confirmatam: Prædeſtinatiani verò (quos fingunt) tantum abeſt vt Sancti Auguſtini memoriam lacerare, eiuſque ſcripta maledictis & opprobriis inceſſere poſſent, quin imò vt hìc agnouit R.P. hæreſis ſuæ auctorem ſibi Auguſtinum & vulgò iactabant, & confictis libris mentiebantur, ideóque ſummis laudibus, & ſcripta & auctorem efferebant: & dilectiſsimus R.P. Prædeſtinatus in præfatione: Ad manus no- Prædeſtin.
ſtras, inquit, peruenit liber qui Auguſtinum mentitur in titulo " P. Sirm.
cum ſe hæreticum oſtendat in textu: quis enim neſciat Auguſti- " in Præfat.

Cœleſtin. Papa. » num orthodoxum ſemper fuiſſe Doctorem, & tam ſcribendo » quam diſputando omnibus hæreticis obuiaſſe? Volentes ergo ini- » micum fidei noſtræ inter fratres dogma inducere, Catholicum ſu- » prà liminare libri ſui titulum poſuerunt. Qui liber velut ſepul- » chrum fœtens à foris quidem Auguſtini nomine dealbatur intùs » verò ſcaturit vermibus mortuorum &c.] Quomodo igitur hæc poſſunt conuenire, obtrectarores ijdemne cum laudatoribus, improbatores doctrinæ, cum ijs qui ex ea errores ſuos palliatos obtegerent, & qui iuxta ſpurium Pſeudo-Proſperi Chronicon hæreſim ſuam ex ipſo Auguſtino deſumpſiſſent?

Sed quiſnam fuiſſet modus ille huius Prædeſtinatianorum opprimendæ hæreſis. Epiſtola Cœleſt. » Auguſtinum, inquit Cœleſtinus, Sanctæ re- » cordationis virum pro vita ſua atque meritis in noſtra commu- » nione ſemper habuimus, nec vſquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſal- » tem rumor aſperſit &c.] Quid inde ad fictitios Prædeſtinatianos comprimendos? Qui ſi vera ſunt, quæ de illis feruntur, ex Auguſtini libris doctrinam ſuam ſe accepiſſe gloriabantur, & eius potiſſimum auctoritate dogmata ſua confirmabant. Imò vero ſi qui fuiſſent hoc Pontificium decretum ad ſuæ doctrinæ confirmationem, quam ex Auguſtino ſe hauſiſſe iactabant, arripere debuiſſe, qui non videat, meridianâ in luce vltro cœcutiat.

Denique vt omnis cauillatio & tergiuerſatio abſiſtat hic adducenda ipſius non Prædeſtinati R.P. mendaciſsimi: ſed Proſperi noſtri veraciſsimi de cuius legatione agitur, fides & auctoritas. Integrũ eius de hoc ipſo Pontificali decreto referamus teſtimonium, ipſe per ſeipſum legationis ſuæ argumentũ & quod à Cœleſtino Papa obtinuit decretum exponat, quo mendaciorũ & argutiarum omnium nebulas diſſoluat, veritatem pleniſsimè aſtruat, & contra ſentientium omnium ora comprimat. Proſper igitur poſt mortem Cœleſtini Papæ ſub Sixto Sũmo Pontifice Pelagianæ perfidiæ virus in reliquiis Pelagianorũ expungens, & expugnans, librũ edidit de gratia Dei & Libero Arbitrio cõtra Collatorem, Caſsianũ ſcilicet Monachũ ſacerdotalis ordinis virum, qui diſputandi vſu inter Proſper cõtra Collatorem. reliquias illas quibuſcũ degeret excellebat, in quo collationẽ eius 13. de protectione Dei ante decenniũ vt vidimus editã pleniſsimè refutauit. In principio libri inuehitur Proſper in rabulas illos Pelagianorum reliquias, qui Sanctum Auguſtinũ libróſque eius contra errorem Pelagianorum conditos immoderatis calũniis impetere non quieſcerent. Et ſub finem poſt pleniſsimam collationis il- Cap. 41. » lius refutationem: En cuius dogmata, inquit, ſint Magiſtri, qui vt » Catholicarum mentium caſtitatem gratiæ defenſoribus calũnian- » do corrumpant, præcipuum noſtro tẽpore in doctrina Eccleſiaſti- » ca virũ rabido ore diſcerpunt, credũntque ſe omnia auctoritatum

munimina poſſe cõuellere, ſi hanc Paſtoralis ſpeculæ validiſsimam "
turrim crebra Pelagiani arietis illiſione pullauerint. *Firmum* qui- "
dem *fundamentum Deo ſtat*: Sed congruenter iſti non deſunt par- "
tibus ſuis. Dignum quippe eſt, vt quorum ſequuntur ſententiam, "
imitentur inſaniam : nec enim alia poſſunt dicere, quàm quæ "
damnatorum querelis & procaſſiſſimis Iuliani ſunt vulgata con- "
uiciis : paria ſunt vnius ſeminis germina, & quod latebat in radi- "
cibus, manifeſtatur in fructibus &c.] Tum quomodo ſub Pon- "
tificibus Innocentio, Zozimo, Bonifacio, & Cœleſtino iſtorum machinæ fractæ ſint, & in ſuperbiæ ſociis, ac Principibus corruerint refert. Tum ſequentibus capitibus 42. & 43. hoc ipſum Cœleſtini contra eos ipſos, corúmque nouitates pro tuenda Sancti Auguſtini doctrina editum decretum exponit, & inſurgentes ab iiſdem ipſis Pelagianorum reliquiis in eiuſdem decreti expoſitione querelas, eo quòd libri de Prædeſtinatione Sanctorum & bono perſeuerantiæ non fuiſſent in decreto nominati, referendo refellit. Tum denique cap. vlt. eas huiuſce Pelagianæ falſitatis ita ſe habere verſutias aſſerit, vt ſi eis liceat prætentę correctionis imagine aliquod ſibi fauentium radicis ſuæ germen excipere, totam ſe in exigua ſui parte reparare : Quod ne "
(inquit) hypocritarum obtineatur inſidiis, confidimus Domini "
protectione præſtandum, vt quod operatus eſt in Innocentio, "
Zozimo, Bonifacio, Cœleſtino, operetur & in Xiſto : Et in cu- "
ſtodia Dominici gregis hæc ſit pars gloriæ huic reſeruata Paſto- "
ri, vt ſicut illi lupos abegere manifeſtos, ita hic depellat occul- "
tos.] Sed videamus ipſa Proſperi verba de hoc Cœleſtini decreto ibid. cap. 42.

Cœleſtin. Papa.

Ibid. cap. vlt.

Per hunc virum (inquit) intra Gallias iſtis ipſis, qui Sanctæ "
memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentiæ eſt "
adempta libertas; quando conſultantium actione ſuſceptâ, & li- "
brorum qui errantibus diſplicebant pietate laudatâ, quid opor- "
teret de eorum auctoritate ſentiri, ſancto manifeſtauit eloquio, "
euidenter pronuntians, quantùm ſibi præſumptionis iſtius noui- "
tas diſpliceret, quâ auderent quidam aduersùs antiquos Magi- "
ſtros inſolenter inſurgere, & indiſciplinatâ calumniâ Prędica- "
tioni veritatis obſtrepere. Auguſtinum, inquiens, Sanctæ Recor- "
dationis Virum pro vita ſua atque pro meritis in noſtra ſemper "
communione habuimus nec vt ſupra. Et continuò inquit, con- "
tra iſtam chariſſimæ laudationis tubam, contra iſtam ſacratiſſi- "
mi teſtimonij dignitatem audet quiſquam malignæ interpreta- "
tionis murmur emittere? & perſpicuę ſinceriſſimæque ſententiæ "
nubem obliquæ ambiguitatis obtendere? vt ſcilicet, quia in "
Epiſtola Papæ librorum, pro quibus actum eſt, non expreſſus eſt "

Proſper cõtra Collat. cap. 42.

Cœleſtin Papa. » titulus, hinc eos appareat non probatos, & iſtam in Sanctum Au-
» guſtinum laudationem pro anteriorum ſcriptorum meritis fuiſſe
» collatam. Maneat planè, maneat iſta conditio, vt horum libro-
» rum nouitas repudiata videatur, ſi in eadem cauſa eiuſdem Viri
» diſſentit Antiquitas. Et vt inutilè aut incongruum iudicetur,
» quod ab his, quæ contra Pelagianos condidit diſſonans inue-
» nitur &c.]

Si ad hunc Proſperi locum aduertiſſet Reuerendus Pater Cœleſtini Decretum (vt credimus) in ſuum contra Prędeſtinatos ſenſum detorqueri non poſſe agnouiſſet, nec Hincmari & dilectiſſimi Prædeſtinati ſui ſolâ fide innixus, veriſimile id vnquam videri poſſe exiſtimaſſet. Quicquid ſit iam confidenter dicere non veremur eos, qui an Prædeſtinatiani hoc Cœleſtini Decreto damnati fuerint, quærendum putarunt, tam clara in luce vltrò cæcutientes, non tam ipſos qui verum ſit, non videre, quam id ipſum ſe diſſimulare, vt imponant ſimpliciorum fidei.

SIRMONDVS.

Hic ergo nunc (inquam) æquos iudices appello, indiſciplinatas quæſtiones *in medium ab his Presbyteris vocatas, quas dicat Cœleſtinus, præter illas, de quibus ad Auguſtinum ſcripſerat Proſper, & de quibus idem ad Gallorum Capitula reſponderat, quos omnes ad vnam pertinuiſſe Prædeſtinationem ſignificauimus: Aut quæ porro*, iſta nouitas vetuſtatem (*vt ait*) inceſſens, *ſi ea non erat, quæ noua, & inaudita de Prædeſtinatione docentibus imputabatur? Quod denique Auguſtini partes ſuſcipiens* nullo vnquam ſiniſtræ ſuſpicionis rumore aſperſum, *hoc eſt nullius inſimulatum hereſis fuiſſe teſtatur, quia propter Prædeſtinatorum hæreſim dictum non videt, cuius illi auctorem ſibi Auguſtinum, & vulgo iactabant, & confictis libris mentiebantur.*

CONFVTATIO.

Hic ergo nunc (inquam) æquos iudices appello, etiam Reuerendos Societatis Patres, etiam iam ipſum Reuerendum P. *indiſciplinatas quæſtiones in medium ab his Presbyteris vocatas, quas dicat Cœleſtinus præter illas de quibus Auguſtinum ſcripſerat Proſper, & de quibus idem ad Gallorum Capitula reſponderat.* Hoc verum, & explicat Proſper dicto cap. 42. contra Collatorem, indiſciplinatâ calumniâ predicationi veritatis obſtrepere.

Proſper cõtra Collat. cap. 42.

Quas omnes ad vnam pertinuiſſe Prædeſtinationẽ ſignificauimus, (inquit R. P.) tranſeat. Nihil ad rem, licet ibi etiam agatur de Libero Arbitrio, Voluntate Dei, & Morte Chriſti, & aliis quæ à Prædeſtinatione diſtinguuntur. *Aut quæ porro* (inquit R. P.) *iſta nouitas vetuſtatem (vt ait) inceſſens, ſi ea non erat quæ noua & inaudita de Prædeſtinatione docentibus imputabatur.* Eſto: licet

Proſper (vbi ſuprà) iſtius nouitatis præſumptionem ad hoc referat, quòd auderent quidam aduersùs antiquos Magiſtros inſolenter inſurgere, & indiſciplinata calumnia prædicationi veritatis obſtrepere. Et imputabatur quidem non quibuſlibet, ſed ipſi Auguſtino, & ab ipſis Pelagianorum reliquiis, non ex veritate, ſed ex liuore, iuxta Sanctum Fulgentium lib. primo ad Monimum cap. vlt. *Quod denique Auguſtini partes ſuſcipiens Cœleſtinus* (inquit R. P.) *nullo vnquam ſiniſtræ ſuſpicionis rumore aſperſum hoc eſt nullis inſimulatum hæreſis fuiſſe teſtaturi, quis propter Prædeſtinatorum hæreſim dictum non videt. Cuius illi auctorem ſibi Auguſtinum, & vulgò iactabant, & confictis libris mentiebantur.*] Immo quis propter fictitiam Prædeſtinatorum (qui nulli eſſent) hæreſim dici non potuiſſe non videt, eo magìs quod illi iuxta iſtorum commentum, auctorem ſibi Auguſtinum, & vulgò iactabant & confictis libris mentiebantur: eo ſiquidem magis confirmatâ ipſius Auguſtini auctoritate in ſua hæreſi fuiſſent obfirmati; qui verò propter peruerſas hæreſis Pelagianæ reliquias ex ipſis Decreti Pontificij verbis & ex teſtimonio Proſperi dictum non videat, in meridiana luce cæcutiat neceſſe eſt. Cœleſtin. papa.

Sirmondvs.

Sed Photium quoque Patriarcham hîc audiamus; huius enim hac de re verba ſunt cap. 54. Bibliotheca Μετὰ μέντοιγε θάνατον τοῦ ἐν ἁγίοις Αὐγουστίνου, ἤρξαντό τινες τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, τὸ μὲν δυσσεβὲς κρατύνειν δόγμα, κακῶς δὲ λέγειν Αὐγουστῖνον, καὶ διασύρειν, ὡς ἀναίρεσιν τοῦ αὐτεξουσίου εἰσηγησάμενον. ἀλλὰ καὶ Κελεστῖνος ὁ Ῥώμης ὑπέρ τε τοῦ θείου ἀνδρὸς, καὶ κατὰ τῶν ἀνακινούντων τὴν αἵρεσιν, τοῖς ἐγχωρίοις γράφων ἐπισκόποις, τὴν κινουμένην πλάνην ἔστησεν. *In Hiſtoria Prædeſt. habetur.* Mortuo (inquit) Sancto Auguſtino cœperunt quidam « ex Clero impium dogma ſtatuere, ac de Auguſtino malè loqui, « eúmque inſectari, quaſi Liberi Arbitrij interitum induxiſſer. « Verum Cœleſtinus Pontifex, & pro Sancto Viro, & contra hæ- « reſis incentores ſcribens ad Epiſcopos eius Regionis, naſcentem « errorem compeſcuit.] «

Photij Biblioth. cap. 54.

Confvtatio.

Photij teſtimonium, qui nono ſeculo vixit, poſtquàm Proſperum ipſum audiuimus, valdè ſuperfluum; ſed & ſuſceptæ cauſam non dicam parum iuuat, immò certiſſimè penitùs perimit. Toto Capite contra Neſtorianos & pelagianos agitur; primò vnam eſſe vtriuſque hęreſis Pelagianæ & Neſtorianę nequitiam aſſerit, quæ non Deum ipſum id eſt Spiritum Sanctum, fidem hominibus, omniáque ad vitam, pietatem & ſalutem neceſſaria priuatim diuiderit vnicuiq; provt velit, ſed conſtitutâ hominis naturam (quæ per tranſgreſſionē, & peccatum Beatitudine excidit, atque à Deo

Totum illud Photij cap. expenditur.

Cœleſtin. Papa.

ſeparata morti tradita eſt) pro merito voluntatis vtriuſque Spiritum Sanctum & appellaret & repelleret; Pelagianos illa de Corpore, ſeu membris Chriſti hoc eſt de Eccleſia petulanter iactare; Neſtorianos verò de ipſo etiam Corporis Capite Chriſto eadem ſentire & affirmare, de quodam libro quem legerat refert. Deinde Pelagianæ hæreſis ortum, conuictionem, & condemnationem ſub Auguſtino ſtrictim exprimit. Tum quid in eiuſdem hæreſis Renouatores, & ipſius Auguſtini detrectatores actum ſit, ſub Cœleſtino hac ſectione quam R. P. in teſtimonium opinioni ſuæ (vt ſentire videtur) valdè accommodatum vſurpauit, tum etiam quid poſteà ſub Leone tam ab ipſo quàm à Proſpero in eoſdem Pelagianos cautum fuerit, perſtringit. Et ſubjunctâ condemnatione in eandem hæreſim, & per Concilium Epheſinum & per Ioannem Alexandrinum Epiſcopum in Apologiâ ad Gelaſium Summum Pontificem Caput hoc concludit: ita vt nihil magìs abſonum & à ſenſu, & à verbis ipſius Photij fingi poſſit, quam R. P. imaginaria prçſumptio.

Secundò, præter ſeriem huiuſce narrationis, verba ipſa reclamant, quæ iuxta publicam & antiquam Andreæ Scoti Antuerpienſis verſionem ſic habent. Poſt Sancti Auguſtini mortem cœperunt quidam in Clero impium illud dogma aſſerere (τὸ μὲν δόγμα) malè etiam loqui de Auguſtino, atque adeo conuitiis inceſſere, tanquam Arbitrij Libertatem tollendam docuiſſet: verùm Cœleſtinus Pontifex Romanus de Sancto Viro & contra eos qui hanc hæreſim reſuſcitarent (κατὰ τῶν ἀνακινέντων τὴν αἵρεσιν eius oræ Epiſcopis ſcribens errorem nuper reuocatum cohibuit.]

Photij verba iuxta And. Scotum.

Tertiò, denique quid magìs abſonum à Prædeſtinatianis quos fingunt, quàm maleloquentia ſeu detractio in Auguſtinum & conuitia, maximè ex eo quod illis Liberi Arbitrij interitum induxiſſe videretur, immò verò ex his maiori laude eum fuiſſent proſecuti, qui in eo errore fuiſſe aſſeruntur: ſed contrà, illud Pelagianorum reliquiis, ſeu ipſis Pelagianis optimè concinere, quç iam retulimus certo certiùs euincunt, vt qui contraria comminiſcuntur, tam clara in luce vltrò cœcutientes, non tam ipſi quid verùm ſit non videant, quàm videre ſe diſſimulent.

SIRMONDVS.

Non ſum neſcius hæc à Photio cum iis quæ Pelagianorum erant, commemorari: ſed de Pelagianis, quorum vt alia omittam nouus error hoc tempore non erat, intelligi hæc non poſſe planum eſt: Prædeſtinatorum autem aduerſùs Auguſtinum propriam fuiſſe calumniam nemo neſcit: Liberum in homine Arbitrium illius ſententiâ nihil eſſe, Liberum ab illo Arbitrium penitùs ſummoueri. Quare ad hos prorſus referenda ſunt.

SIRMON-

CONFVTATIO.

Hic non de nouâ hæreſi, ſed de renouatione hęreſis actum eſſe verba ipſa prę ſe ferunt. Sed qualis iſta concluſio? Noua hęreſis ſeu nouus error de Pelagianis dici non poteſt : ergo de Prædeſtinatianis dictum? Verum (vt diximus) de Pelagianorum reliquiis, eandem Pelagianorum hæreſim reuocantibus dictum eſſe, ex verbis ipſis conſtat: illiſque ſolis conueniunt & in Auguſtinum calumniæ, & de ſublato per gratuitam & præuenientem omnia merita quam prędicaret Chriſti gratiam, Libero Arbitrio querelę: Liberum enim in homine Arbitrium ex illius ſententia nihil eſſe, & Liberum ab illo Arbitrium penitùs tolli & ſummoueri ipſorum fuiſſe ſolemniores & frequentiores inſultus teſtis eſt Proſper Epiſtolâ ad Ruffinum, & ipſa Gallorum Capitula object. 6. Quod Liberum Arbitrium nihil ſit, ſed ſiue ad bonum ſiue ad malum Prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.] Hâncque calumniam hæreditario quodam iure à maioribus ſuis acceperant, præſertim à Iuliano apud Auguſtinum lib. primo cap. 2. & oper. imperf. lib. primo cap. 74. & ſeqq. Sed congruenter iuxta Proſperum contra Collatorem cap. 41. Illi non deſunt partibus ſuis: dignum quippè eſt, vt quorum ſequuntur ſententiam, imitentur inſaniam. Nec enim alia poſſunt dicere, quàm quæ damnatorum querelis & procaciſſimis Iuliani ſunt vulgata conuitiis.]

Cœleſtin. Papa.

Gallorum obiect. 6.

Proſper cōtra Collat. cap. 41.

Verum R. P. nec credere velle, nec ferre poſſe videtur, Maſſilienſes illos & ſimiles Pelagianorum reliquias (quos ſæpius pietate doctrinâque præſtantes viros nominat) à Photio incuſari, quod hæreſim penè ſepultam iterum in lucem eduxiſſent meminerit Photium in hoc à Proſpero non diſſentire : inter reliqua ſiquidem Epiſtolâ ad Auguſtinum de illorum erroribus agens: In iſtis, inquit, Pelagianæ prauitatis reliquiis non mediocris virulentiæ fibra nutritur:] & d. cap. 41. contra Collat. Nec enim alia poſſunt dicere quam quæ damnatorum querelis & procaciſſimis Iuliani ſunt vulgata conuitiis: paria ſunt vnius ſeminis germina, & quod latebat in radicibus, manifeſtatur in fructibus. Non ergo cum iſtis noua acie dimicandum eſt, nec quaſi contra ignotos hoſtes ſpecialia ſunt ineunda certamina &c.] Et cap. 44. Igitur huiuſmodi hominum prauitati non tam diſputationum ſtudio, quam auctoritatum priuilegio eſt reſiſtendum, vt de proſtrati dudum dogmatis corpore nullum membrum ſinatur aſſurgere &c.] Ibidémque in fine, Pelagianos eorúmque reliquias, vtróſque lupos vocat, hac diſſimilitudine, quòd illi manifeſti, hi verò eſſent occulti : ſed vtrique lupi, vtrique à Chriſti grege pari cauſa abigendi. Et in cuſtodia (inquit) Dominici gregis

Proſper Epiſtola ad Auguſt.

Cōtra Collat. cap. 41.

Cap. 44.

Ibid.

Prædeſti-
natus.

hæc ſit pars gloriæ huic reſeruata Paſtori, vt ſicut illi lupos abe-gere manifeſtos, ita hic depellat occultos.

SIRMONDVS.

Maneat ergo quod poſuimus de Prædeſtinatis ſermonem hic eſſe illóſque à Cœleſtino Proſperi & Hilarij impulſu miſsâ ad Galliæ Præſules Epiſtolâ damnatos eſſe. CONFVTATIO.

Immo veriùs maneat, quod & poſuimus, & luce clarius proba-uimus de Pelagianorum reliquiis, nullomodo verò de fictitiis hę-reticis Prædeſtinatianis ſermonem hic eſſe, illoſque, aut nullos Prædeſtinatianos à Cœleſtino, Proſperi & Hilarij impulſu miſsâ ad Galliæ Præſules Epiſtolâ damnatos eſſe.

CAPVT IV. Apud R.P. Sirmondum.

Prædeſtinatorum hæreſim primus impugnat Auctor Prædeſtinati: cuius nomen in Codice Remenſi nullum, in Augienſi falſum expreſſum eſt.

CONFVTATVR.

Auctorem illum Pelagianum fuiſſe comprobatur, nec vllos Prædeſtinatos hæreticos, ſed Catholicos Gratiæ de-fenſores ineptiſſimo Prædeſtinati libro impetitos.

Pars prima.

TRIBVS præcedentibus Capitibus proprium R. P. com-mentum expendimus, quo recéns nullo duce, ſed propriô marte, licet Hincmaro & Prædeſtinato ſuo erroris facem aliqua-tenus præmonſtrantibus; ex Auguſtino, Proſpero & Hilario, ipsó-que Papa Cœleſtino nutantem & infidam dilectiſſimi ſui Præde-ſtinati aliorúmque ex prauis Pelagianorum reliquiis, de fictitiis prædeſtinatianis fallaciam, ſed in caſſum aſtruere conatus eſt: vidimus ſiquidem illos omnes acerrimos Catholicæ veritatis Aſ-ſertores & Vindices, & perfectæ gratiæ intrepidos amatores nul-lomodo ſe fictitiis prædeſtinatianis interſeruiſſe: ſed dum per-fidas illas Pelagianorum reliquias debellarent, ab iiſdem quaſi de prædeſtinatione prauè ſentirent, calumniosè impetitos, & Pontificali Cœleſtino Decreto à calumnia vindicatos: iam reli-quum eſt vt cum R. P. dilectiſſimum ſuum prædeſtinatum, e-mentitum Proſperum, fallacem Gennadium, deceptum Enno-dium (ſi tamen Epiſtola quæ ei tribuitur eius ſit) & celeberrimum fraudulentæ illius nequitiæ Architectum Fauſtum, vnà cum ficti-tiis, ementitis, & Apocriphis illius Arelatenſi & Lugdunenſi pſeudoſynodis ſigillatim & per ſingula capita expendamus?]

Pelagiani & Sequa-ces men-daces.

Sed prius hic obſeruaſſe non erit inutile, præter quam quod

Digitized by Google

generaliter vt Catholica veritas ex Deo ipſo, qui veritas eſt, non niſi veritate quâ conſtat adſtruitur: ſic hæretica perfidia, quę ex diabolo mendacii patre, non niſi mendaciorum & fallaciarum fuco coloratur & ſubſiſtit. Certiſſimum & cuilibet obuium ſingulariter Auguſtinum eiuſque diſcipulos vt perfectæ Chriſti gratiæ ſic & veritatis ſtudioſiſſimos fuiſſe ſectatores, mendacij & fallaciarum oſores: Pelagianos vero omnes eorúmque reliquias tam in capite, quam in membris, non minùs mendacij, & fallaciarum, & calumniarum ſingulares Architectos, quàm erroris & hæreſis ſuæ fuiſſe patronos. Prædeſtinatus.

Pelagij ipſius, Cœleſtii & Iuliani verſutas fraudes & conuitia nemo non nouit, niſi qui Auguſtinum eos impugnantem non legit. Ipſorum Poſteri plurima illorum & ſimilium Pelagianæ prauitatis aſſertorum opera, tacito nomine SS. Patrum, Gregorij Nicæni, Ambroſij, Hieronymi, & Auguſtini operibus, quo hæreſis illius venenum inſciis propinarent, interſeruerunt, vt in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad illos Patres obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus: immò ipſi Sixto Summo Pontifici Pelagianorum hoſti acerrimo illi ſuppoſuere tria volumina eorum hæreſim plurimum redolentia, vt pluribus probauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annalium tom. quinto ad annum 440. Quin & ſequenti ſæculo ineunte, breuiſſimas annotationes in Pauli Epiſtolas, in quibus Pelagiani erroris venena plurima eſſent ſeminata, quaſi à Gelaſio Papa Pelagianæ hæreſeos & reliquiarum eius inimiciſſimo conſcriptas, omnium manibus fuiſſe expoſitas teſtis eſt eodem tempore Caſſiodorus de Diuinis Lectionibus cap. 8. Sed & (inquit) in Epiſtolas 13. Sancti Pauli, initio meæ lectionis inueni, quæ in cunctorum manibus ita celebres habeantur: vt eas à Sancto Gelaſio Papa vrbis Romæ doctiſſimi Viri ſtudio dicerent fuiſſe conſcriptas: quod ſolent facere qui res vitioſas cupiunt glorioſi nominis auctoritate defendere: ſed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt ſubtiliſſimas quidem eſſe, ac breuiſſimas dictiones, ſed Pelagiani erroris venena illic eſſe ſeminata:] Et Sanctus Gregorius Pontifex maximus, Epiſtolarum, ſeu Regiſtri libro 5. Epiſtola 14. libro 6. Epiſtola 31. & libro ſeptimo Epiſtola 48. notat & queritur in Conſtantinopolitano Codice Epheſini Concilii ad ſe in cauſa Monachorum Iſauriæ per Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum tranſmiſſo (in quo Concilio vt cuilibet obuium damnata fuit Pelagiana hæreſis cum Neſtoriana) immixta fuiſſe legitimis Concilii actis falſa eiuſdem Concilii acta in fauorem ipſius hæreſis Pelagianæ, puta de Adæ anima, quòd in peccato mortua non fuerit: ſed ne ab ipſorum de quibus agimus reliquiis recedamus, dignum

Caſſiodor. de Diuin. Lect. cap. 8

Gregorius PP.

Proſper.

Prædeſti-natianæ. » eſt (inquit Proſper) vt quorum ſequuntur ſententiam, imitentur » inſaniam &c.]

Ipſe igitur reliquiarum iſtarum Primicerius Caſſianus, quantumlibet in ſtudio pietatis ſpeciem haberet, ex ſolemni innatâ & inſeparabili huius erroris & hæreſis prauitate, Collatione 17. capite 17. docere non erubuit: Quandoque licitum eſſe mentiri: Caſſianus Collat. 17. cap. 17. » taliter (inquit) de mendacio ſentiendum, atque ita eo vtendum » eſt, quaſi natura ei inſit ellebori, quòd ſi imminente exitiali mor» bo ſumptum fuerit, ſit ſalubre &c. Non enim (inquit) Deus ver» borum tantùm actuúmque noſtrorum diſcuſſor & iudex, ſed etiã » propoſiti ac deſtinationis inſpector eſt. Qui ſi aliquid cauſa ſalu» tis æternæ, ac diuinæ contemplationis intuitu ab vnoquoque, vel » factum fuerit, vel promiſſum tametſi hominibus durum atque ini» quum eſſe videatur, ille tamen intimam cordis inſpiciens pieta» tem, non verborum ſonum, ſed votum dijudicat voluntatis: quia » finis operis, & affectus conſiderandus eſt perpetrantis, quo po» tuerunt quidam, vt ſupra dictum eſt, etiam per mendacium iuſtifi» cari, & alij per veritatis aſſertionem peccatum perpetuæ mortis » incurrere &c.] Cuius rei gratiâ notatus fuit à Proſpero Caſſia- Proſper cõtra Collat. cap. 9. » nus contra Collatorem cap. 9. Hac lege (inquit Proſper) ac regu» lâ poteris prædicare quod tam errent, qui dicunt ſemper eſſe fal» lendũ, quàm qui definiunt nunquam eſſe fallendum.] Sic Ennodius non ignobilis inter Pelagianorum reliquias in Epiſtola quam infra cap. 10. retulit R.P. non veritus eſt Apoſtolo mendacium aliquod impingere cùm dixit: *Gratia Dei ſum id quod ſum*: mox enim » (inquit Ennodius) ne ſic fugâ gloriæ mederetur, vt lõgo interual» lo à veritate deciſſeret, ſapiens Architectus adjunxit *abundãtius* » *omnibus laboraui* &c.] & fraudium Architectus Fauſtus Deo ipſi pium mendaciũ adſcribere non erubuit lib. 2. de Liber. Arb. cap. » vlt. Optat (inquit) iudex miſericors cœleſtis Decreta Concilij » pio immutare mendacio, ſi reus medicinã feſtinet adhibere pecca» to.] Huiuſce prauæ doctrinæ periculoſiſſimam praxim iam vidi» mus ex S. Proſpero Epiſt. ad Ruffinum ipſorum occultis, ſed non » incognitis ſuſurrationibus in tantum impetitum S. Auguſt. vt tan» tæ pietatis viro Paganorum & Manichæorũ adſcriberetur impietas.] Item in præfatione ad Capit. Gallorũ, obiectiones illas nihil aliud eſſe quàm illorum commentum, opprobriis & calumniis in Sanctum illum virum & doctrinam eius, refertum. Et hoc (in» quit Proſper) quaſi compendium cognitionis his qui iudicio eo» rum ducebantur afferre, vt quę in libris prædicti viri damnabilia » reperiſſe iactabant, breuium capitulorum indiculis publicarẽt, ta» líque commẽto & deteſtationẽ eius, quem impeterent, obtinerẽt, » & ab his, quæ infamaſſent, curam exterriti laboris auerterent.]

Digitized by Google

Vidimus & iam ex ipſomet Proſpero in præfatione reſponſionum ad obiectiones Vincentianas eum ſimiliter & alios Sancti Auguſtini diſcipulos ab jiſdem Pelagianorum reliquiis, eo quod eandem de vera Chriſti gratia & abſoluta Dei Prædeſtinatione doctrinam tuerentur, plurimis calumniis & blaſphemiis fuiſſe impetitos: Contexunt enim, inquit, & qualibus poſſunt ſententiis comprehendunt ineptiſſimarum quarumdam blaſphemiarum prodigioſa mendacia, eáque oſtendenda & ingerenda multis publicè, priuatímque circumferunt. Aſſerentes talia in noſtro eſſe ſenſu qualia Diabolico continentur indiculo, quæ falſo in nos ad incitandam inuidiam iactitari facilè & ſufficienter ſubſcriptione vnius probaremus anathematis &c. Niſi malignitas eorum, qui ſe grauari putant, ſi de nobis benè ſentiatur, ipſam ſubſcriptionis noſtræ breuitatem ſuſpectam eſſet habitura &c.] Et plurimos huiuſcemodi fuiſſe calumniarum libellos ab illis Pelagianorum reliquiis in vulgus emiſſos, vt ex illis procax ineptorum loquacitas in veros Catholicæ fidei gratiæ Chriſti & diuinæ Prædeſtinationis aſſertores opprobria & conuitia effunderet teſtis eſt ipſe Proſper contra Collatorem cap. 2. ne ad obſcurandam ſcientiam Doctiorum ea exagitare videamur, quæ vulgus ignobile, & procax ineptorum loquacitas intemperanter effundit, vnius potiſſimùm definitiones, quem non dubium eſt illis omnibus in Sanctarum Scripturarum ſtudio præſtare referemus &c.]

Cœleſt. Papa.

Proſper Præfat. ad obiect. Vincent.

Proſper cõtra Collat. cap. 2.

Iiſdem technis & non diſſimili nequitia iidem ipſi Catholicos gratuitæ & abſolutæ Dei Prædeſtinationis aſſertores vocabant Prædeſtinatos vel Prædeſtinatianas (vt iam vidimus ex Arnobio iuniore) eóque nomine eos ipſos in hæreticorum catalogum referre ſtudebant, libros etiam Auguſtini nomine fingebant, quos quaſi à Catholicis confictos refellerent, eoſque & à Summo Pontifice, & in Synodis quas fingerent conuictos & condemnatos mentiebantur, vt mox ſigillarim videbimus: interim nemo (vt ſpero) tam iniquus iudex eſt, qui ex ſolemni & innata huiuſce hæreſis (quam probauimus) perfidia hoc ſolo titulo, hâc ſolâ præſcriptione, ſine vlla altiori indagine, quicquid ab huiuſmodi Pelagianæ prauitatis reliquiis in veræ Chriſti gratiæ & abſolutæ Dei Prædeſtinationis aſſertores Prædeſtinatianorum hæreticorum nomine emiſſum videbimus, quaſi ſuſpectum & nullius fidei explodendum, & penitus reiiciendum non cenſeat.

His præmiſſis dilectiſſimum R. P. Prædeſtinatum expendentes, eius non mediocris virulentiæ fibras immo retecta vulnera ſimpliciter indicemus. Liber ille tripartitus R. P. cura & ſtudio anno 1643. in lucem prodiit, auctoris Anonimi, & ſine titulo à R. P. Prædeſtinati nomine & titulo inſignitus, quod ab auctore

Pædeſti-natus. ſit editus in hæreſim Prædeſtinatorum quæ, aſſerit (inquit R. P.) Dei Prædeſtinatione peccata committi: Primo ſiquidem libro Catalogum hæreſeon contexuit, quarum vltimam poſuit prædeſtinatorum. Secundus libellum illum ſub nomine Auguſtini confictum, & tertius eius confutationem continet. In præfatione

Prædeſt. in præfat. » verò ſcribendi occaſionem hanc aperit: tandem aliquando, in-
» quit, non tam editus quam deprehenſus ad manus noſtras per-
» uenit liber, qui Auguſtinum mentitur in titulo, cum ſe hæreti-
» cum oſtendat in textu, quis enim neſciat Auguſtinum orthodo-
» xum ſemper fuiſſe Doctorem, & tam ſcribendo, quàm diſpu-
» tando omnibus hæreticis obuiaſſe: volentes ergo inimicum fidei
» noſtræ inter fratres dogma inducere, Catholicum ſuprà limina-
» re libri ſui titulum poſuerunt, qui libro velut ſepulchrum fœ-
» tens à foris quidem Auguſtini nomine dealbatur, intùs verò ſca-
» turit vermibus mortuorum. Hunc librum aliquando ſibi oblatum
» Beatiſſimę memoriæ Summus Pontifex Cœleſtinus ita execra-
» tioni habuit, vt eum perpetuo iuberet damnari ſilentio. Eo ma-
» gis hæreticorum animus inflammatus clanculo eum per diuerſas
» domos tradidit lectitandum: quique quanto legi publicè veta-
» batur, tantò ab eis aſſerebatur inſuperabili æquitate conſcri-
» ptus: ſicque perfidum iniere conſilium, vt in modum ſymboli
» non diſcutiendus traderetur aliquibus, ſed credendus. Ita con-
» tra hunc ſuſcepimus vt aduerſum ſingula blaſphemiarum eius
» dicta, tam rationabili veritate, quàm legali auctoritate pugne-

Idem in Prologo lib. 3. » mus &c.] Et in prologo libri tertij. Itaque primò (ô Sancta mater
» Eccleſia puræ fidei genitrix) contra occultos hoſtes tuos, contra
» nouos barbaros pacificum habitum mentientes, contra eos qui
» per te contra te arma corripiunt, noſtras vires exalta, & volentes
» inire certamen adiuua: Contra hos præcipuè contra quos adhuc
» nullus ſcribendo pugnauit, cum illi ſcriptis ſuis ſub Sacerdotis
» Auguſtini nomine totum penè iam vulnerauerint mundum, vi-
» tiatos libros proferendo, & varias Epiſtolas dando, quas memo-
» rati Hypponienſis Epiſcopi eſſe confingunt &c.] Et paulo poſt;
» cur autem intermiſſis aliis prauitatibus hunc librum in medium
» attulimus, ſolùm hæc ratio eſt, quiā in modnm ſymboli eis quos

Ibid. lib. 3. » deceperunt tradunt &c.] Et lib. 3. pag. 129. in hac hæreſi Dia-
» bolus tyrannidis ſuæ furore graſſatur, vt lethali plaga penè vni-
» uerſum vulneret mundum &c.] Et pag. 201. hic eſt libellus ve-
» ſter quem nulli datis legendum, niſi ſub ſacramento, *vide ne pro-*
» *das, ne des legendum imperitis.* Regnum Dei paucorum eſt, in
» hoc apparet, quia te Deus prædeſtinauit ad vitam, ſi hunc libel-
» lum tu ſicut animam tuam ſerues. Maxima pars mulicularum
» à vobis hunc meretur libellum accipere: Denique quæ eum pro-

didit fœmina corpore, ſed vir animo, dum iſtum à vobis libel- « Prædeſti-
lum ſub ſacramento ſuſcepiſſet, ſcriptum legens exhorruit, & « natus.
his quos Catholicos nouerat, examinandum dedit; legimus eum «
& nos, quod ſemper timuiſtis, & iuuante Domino blaſphemias «
eius euidenter detegentes omnes Catholicos admonemus, vt «
hunc libellum fugiant, execrentur, & æterno anathemate fe- «
riant. Damnabilitas enim eius eo vſque peruenit, vt vniuerſa «
myſteria Saluatoris euacuet.] «

Eius libelli dogmata retulit hoc cap. R. P. & in ipſius examine luce clariùs euincemus à Pelagianis ipſi Auguſtino impoſita: En qualis libellus ab ipſo R. P. auctore Pelagiano confictus, vt veram Catholicæ fidei doctrinam plauſibiliùs laceraret: calumniæ non minimum argumentum, quod author anonymus, & libelli *qui eo authore vniuerſum vulnerauerit mundum*, ſolus vnquam «
meminerit.] «

Anno 1644. dilectiſſimus hic R. P. Prædeſtinatus grauiſſima Doctoris Theologi Cenſura fuit notatus, præfixa ex Iſaïæ cap.
Iſa. 28. 28. conuenientiſſima ſententia. *Audite verbum Domini viri illuſores, dixiſtis enim poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus.*] Cenſura illa 5. capitibus conſtat. Primo errores & hæreſes illius auctoris 22. ſectionibus notat, eumque non ſolum ex Pelagianorum reliquiis, ſed merum & pleniſſimum Pelagianum eſſe conuincit. Secundò plures falſitatis notas fabulas & errores graues obſeruat. Tertiò errores ſeu hæreſes ab eo Prædeſtinatis obiectas probat nihil aliud eſſe, quàm obiectiones ab ipſis Pelagianis eorúmque reliquiis contra Sancti Auguſtini & Eccleſiæ doctrinam emiſſas. Quartò iudicium ſuum profert. Quintò opuſculum ſuum cum recapitulatione concludit.

Præter quòd hic auctor anonymus eſt & ſic ſuſpectæ fidei, plurimis ſcatet mendis & erroribus, & tres illi libri ex ſtylo eiuſdem auctoris eſſe apparent. Meminiſſe non eſt inutile illum falſi conuictum in præcipuo ſui operis argumento (vt vidimus cap. præcedenti) in eo quod aſſeruit librum illum, quem impugnat, Summo Pontifici Cœleſtino oblatum, ita execrationi ab illo habitum, vt eum perpetuo iuberet damnari ſilentio, ideóque deinceps in modum ſymboli non diſcutiendum, ſed credendum ſecretò aliquibus tradi: Quod non niſi per præfatam decretalem Cœleſtini Papæ Epiſtolam ad Epiſcopos Gallorum inſtantibus Proſpero & Hilario contingere potuiſſe R. P. aſſeruit; illícque tam ex verbis illius Epiſtolæ, quàm certiſſimo ipſius Proſperi teſtimonio contrarium comprobatum. Quodque in ſecundo pro- « Prædeſt.
logo aſſeritur: contra quos adhuc nullus ſcribendo pugnauit, « prol. 2.
cum illi ſcriptis ſuis ſub Auguſtini nomine totum penè iam vul- «

Cap. præced. pag. 483.

Prædeſti- natus. » nerauerint mundum, vitiatos libros proferendo & varias Epiſto- » las dando, quas memorati Epiſcopi eſſe confingunt.] Fidem omnem ſuperat, hominis vanitatem & impudentiſſimam inſolentiam arguit: & aduertat R. P. quanto id Proſpero & reliquis, qui tunc eſſent fidei Catholicæ aſſertoribus dedecori cederet, quòd tantam hæreſim, quæ ſcriptis totum penè iam vulnerauerit mundum, tantùm progredi paſſi fuiſſent nemine præter hęreticum Pelagianum contradicente: Item quòd plurima nomine ipſius Auguſtini ſuppoſititia & hæreſeon plena ſcripta penè vniuerſum mundum ipſis tacentibus repleuerint: ita vt nec etiam ipſe Proſper eorum in Chronico vllomodo meminerit.

Sed his etiam & ſimilibus prætermiſſis, vt omnis tergiuerſandi tollatur occaſio, duo hic paucis probanda. Primum dilectiſſimum R.P. Prędeſtinatum eſſe hæreticum plenè Pelagianum: Alterum certiſſimè non contra hęreticos Prędeſtinatianos, ſed contra Catholicos ſcriptum. Quoad primum licet auctor expreſsè pag. 199. Pelagium & eius dogmata contra originale peccatum & baptiſmi neceſsitatem anathemate feriat: nihilominus eiuſdem prauitatis Spiritum retinuiſſe, & pleniſsimè expoſuiſſe videbimus: illud autem Pelagianis ſolemne ſic agere fuiſse obſeruauit Proſper Epiſtola ad Demetriadem cap. 10. Quam partem (inquit) ſuperbæ prędicationis quidam ſibi cum cæteri abnuerent ſeruauerunt, ſed hoc eos aut minùs imperitè, aut valdè nequiter feciſse non dubium eſt. Vt omnium hominum generalem ruinam meritorum priuilegio ſubleuarent. Et cum inter noſtros originalis peccati vulnera faterentur, inter ſuos tamen hoc tenere oſtenderent, quod priorum hominum præuaricatio ſolis imitatoribus obfuiſset: naturalem autem facultatem nihil ſui in alieno amiſiſse peccato, cui & poſſibile eſset & liberum, per voluntariam deuotionem promereri gratiæ largitatem.]

Proſper ad Demet. cap. 10.

Dilectiſsimus igitur ille R.P. Prædeſtinatus de Prædeſtinatione & alijs plurimis peruerſiſsimè & inter ſe etiam contraria ſentit, vt probatur in Cenſura, quæ non conueniunt Pelagianorum reliquiis: ſed hic contenti erimus aliqua eius placita de concupiſcentia referre: pag. 171. contra Apoſtolum aſserit baptizatum non videre *etiam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis:* ſolam enim (inquit) legem Chriſti in ſe habet, quę non repugnat legi mentis eius, & non eum ducit captiuum in lege peccati.] Secundò concupiſcentiam ante peccatum fuiſse in primis parentibus agnoſcit. Videamus ergo (inquit pag. 208.) Vtrum hęc concupiſcentia (ſicut dicitis) *lex peccati ſit.* Nos concupiſcentiam dicimus eſse rem naturalis certaminis, & hanc dicimus ad propagationem hominum à Deo Creatore viſceraliter eſse firmatam:

Prædeſt. pag. 171.

Ibid. pag. 208.

Adhuc

Adhuc enim primi homines &c.] Pag. 213. Hunc (inquit) « concupiſcentiæ motum ſicut cætera alia membra à Creatore « ſuſcepimus &c.] Pag. 210. Vnum vobis eligite, aut bona eſt « generatio hominis, & bona eſt concupiſcentia; aut malæ ſunt « nuptiæ, & iniqua concupiſcentia &c.] Pag. 211. Ipſe ob multipli- « candam ſobolem concupiſcentię inſeruit charitatem &c.] pag. 212. « Hanc vos dicitis *legem peccati*, ſed nos hanc legem generis com- « probamus, quam vos criminis accuſatis, & hanc nos dicimus cau- « ſam virtutum, quam vos vultis oſtendere cauſam vitiorum.] Pag. « 214. Vultis noſſe bonam hanc eſſe concupiſcentiam, myſteriis « eam comparabo diuinis &c.] Denique qui contraria ſentiant « pag. 212. impietatis damnat: O quam infœlix impietas, inquit, « eſt à Prædeſtinatis inuenta, vt ex præuaricatione dicatur eue- « niſſe hominis, quod eſt ex benedictione Creatoris inſertum &c.] « En ſimul qualem ſe prodat, & quales eſſe Prædeſtinatos, quos hæreſis & impietatis criminatur, qui concupiſcentiam ſcilicet ex præuaricatione deſcendere inuentione ſua aſſerunt: hæc ſuffi- ciant, nemo ex his non videt auctorem hunc, quem ex reliquijs Pelagianorum eſſe non diffitetur R. P. etiam merum fuiſſe Pela- gianum qualem ſe deſignari notat pag. 192. & 199.

Prædeſt. natus.

Pag. 212.

Nota.

Nunc hos libros ſcriptos non contra Prædeſtinatos, ſeu Præ- deſtinatianos hæreticos (qui nulli fuere) ſed contra Catholicos abſolutam Dei Prædeſtinationem cum Sancto Auguſtino aſſeren- tes probatur. Primo. Quia ſcripti ſunt (vt patet ex titulo 2. libri) in eos qui aſſerunt Dei Prædeſtinatione peccata committi: Atqui hæc fuit ſolemnis calumnia Pelagianorum & reliquiarum in Sancti Auguſtini doctrinam, vt ſuprà probatum eſt ex cap. 14. Obiect. Gall. & ex Sancto Fulgentio lib. 1. ad Monimum cap. vlt. Secundo mox videbimus illa ipſa hæreſis capita nullo excepto quæ Præ- deſtinatis ab hoc authore affinguntur, ipſi Sancto Auguſti- no fuiſſe impoſita ab iiſdem Pelagianis, ipſorúmque reliquiis. Tertio in præfatione auctor ipſe ſcribere profitetur non contra hæreticos apertos, ſed contra eos qui magis ciues Sanctorum, & domeſtici fidei æſtimentur, & in prologo lib. 3. contra eos qui per Eccleſiam & contra Eccleſiam arma corripiunt: Itaque ô « Sancta mater Eccleſia, inquit, puræ fidei genitrix contra occul- « tos hoſtes tuos, contra nouos barbaros pacificum habitum men- « tientes, contra eos qui per te contra te arma corripiunt noſtras « vires exalta &c.] Poſtremò, Prædeſtinatorum nomine omnes « Catholicos intelligere, & inſequi apertiſſimè, & manifeſtiſſimè ſignificauit dum pag. 212. ab illis aſſeruit inuentam infœlicem illam, quam vocat impietatem vt ex Adæ præuaricatione dica- tur proceſſiſſe hominis concupiſcentia. O quam infœlix, inquit, «

Prædeſt. in prologo lib. 3.

Pag. 212.

Prædeſti-natus. » impietas eſt à prædeſtinatis inuenta, vt ex præuaricatione dica-
» tur eueniſſe homines, quod eſt ex benedictione Creatoris inſer-
» tum: hanc vos dicitis eſſe legem peccati, ſed hanc nos legem
Nota. » generis comprobamus, quam vos criminis accuſatis.] Hanc maximam fuiſſe inter Sanctum Auguſtinum & Iulianum contentionem probant lib. 4. de nuptiis & concupiſcentia, libri 6. contra Iulianum: & operis imperfecti libri duo: ita vt Sanctus Auguſtinus oper. imperfecti lib. 1. cap. 104. concupiſcentiam vocet gra-
Auguſt. oper. imp. lib. 1. cap. 104. » tam Iuliani ſuſceptam. Quæ ſuſcepta tua, inquit, tam tibi gra-
» ta eſt, vt cùm ab illa in conſenſionem quiſque non trahitur, ip-
» ſam putas eſſe laudandam, quaſi malum non ſit res, quæ impel-
» lit in malum &c.] Et ſic nemo non videt prædeſtinatorum nomine impugnatum maximè ipſum Sanctum Auguſtinum, quem impius & execrandus ille Pelagianus infœlicis impietatis calumniatur. Sunt & alia huiuſcemodi plurima, ſed in re tam perſpicua magìs onerarent legentis animum, quàm confirmarent ſatìs per ſe manifeſtam ſententiam: iam R.P. verba expendamus.

CAP. IV. PARS ALTERA.

SIRMONDVS.

Tacitè hactenus ac re potius, quam verbo actam vidimus cauſam Prædeſtinatorum: quanquam enim & in Africa & in Gallia ventilata & reiecta horum dogmata fuerunt, nondum tamen hæreſis nomen audiebatur, nec Prædeſtinati horum ſectatores vocabantur: poſt hæc in apertum res erupit, palámque in hæreſes relata, & multorum ſcriptis confutata, Synodalibus demum decretis damnata eſt, & oppreſſa.

CONFVTATIO.

Nec re nec nomine hactenus, nec in Africa nec in Gallia vllos fuiſſe prædeſtinatos ſeu prædeſtinatianos plus quam ſatis iam probatum: nec alia & ventilata & reiecta dogmata quàm quæ à Pelagianis, corúmque reliquiis ipſi Auguſtino Proſpero & alijs catholicæ & orthodoxæ veritatis profeſſoribus fuiſſent obiecta; in poſterum eadem dogmata iiſdem Catholicis prædeſtinatianorum nomine ab jiſdem hęreticis vel ſaltem errantibus, etiam Synodalia decreta fingentibus falſo impoſita videbimus.

SIRMONDVS.

Primus in illos ipſo teſte ſtylum exeruit auctor Prædeſtinati, cuius liber paucis ab hinc annis in lucem prodiit ex Bibliotheca Sanctæ Mariæ Remenſis: hos enim ille cum inter Catholicos, quibus immixti erant, latentes deprehendiſſet, ac librum ab his ſub Auguſtini nomine ad aſſerendam hæreſim falsò confictum, qui apud illos inſtar ſymboli habebatur nactus eſſet, integrum edidit, & refu-

Digitized by Google

ſtauit, præmiſſo hæreſum omnium elencho, adiectáque ad cæteras Prædeſtinatiana, quam his verbis deſcribit. Prędeſti- natus.

CONFVTATIO.

Ipſo teſte, ſed fallaciſſimo vt quæ ſuperius diximus & ex Cœleſtini verbis probauimus pleniſſimè euincunt, & ſic penitus Antiprędeſtinatus ille reiiciendus, qui plura deſideret Cenſuram legat.

SIRMONDVS.

"Nonageſima hæreſis, quam in præfatione noſtra diximus "de nomine Auguſtini Epiſcopi eſſe mentitam Prædeſtinatorum "nomen accepit.]

CONFVTATIO.

Hoc nomen impoſitum, quo ipſius Auguſtini, quem poſt decretum Cœleſtini non auderent hæretici palàm impetere, Proſperi & reliquorum de abſoluta Dei prædeſtinatione ſententiam impugnare, & præcipua Sancti Auguſtini ſcripta contra Pelagianos corúmque reliquias edita reiicere poſſent, (vt ex Proſpero contra Collat. cap. 43. vidimus ipſos reiecisſe libros de Prædeſtinat. Sanct. & de Dono perſeu. quaſi à Cœleſtino non approbatos) nemo eſt qui non videat. Sed ex illius fictitiæ hæreſis capitibus plenius eluceſcet, vt pluribus in Cenſura probatur, ex qua pauca aliquibus additis hic delibauimus.

SIRMONDVS.

"Hi electionem bonorum, & recuſationem malorum Deo de- "cernente definiunt, non homine vel ſtudente, vel negligente; "nolunt Dei iura vel à ſtudentibus cuſtodiri, vel à negligentibus "violari.]

CONFVTATIO.

Idem ipſum Auguſtino à Gallis impoſitum ex obiectionum plurimis Capitibus, patet præcipuè, primo quod ex Prædeſtina- "tione Dei velut fatali neceſſitate homines ad peccata compulſi "cogantur in mortem] & 6. quod Liberum Arbitrium in homi- "ne nihil ſit: ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.] Idem etiam cap. 14. I. Gallor. obiect. c. 1, Cap. 6.

SIRMONDVS.

"Dicunt: etiam ſi voluerit bonum facere, qui ad malum prę- "deſtinatus eſt, ad bonum peruenire non poterit: nam qui ad bo- "num prædeſtinatus eſt, etiam ſi negligat ad bonum perducetur "inuitus.]

CONFVTATIO.

Hæc ipſa pręcipua fuit Maſſilienſium in Sancti Auguſtini de 2.

Prædeſti- natus. » abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiam; querela, vt teſtis eſt » Proſper Epiſtola ad Auguſtinum: hoc autem propoſitum (in- » quit) vocationis Dei quo vel ante mundi initium, vel in ipſa » conditione generis humani eligendorum & reiiciendorum dici- » tur facta diſcretio, vt ſecundùm quod placuit Creatori alij vaſa » honoris, alij vaſa contumeliæ ſint creati, & lapſis curam reſur- » gendi adimere, & ſanctis occaſionem teporis afferre, eo quod » in vtrámque partem ſuperfluus labor ſit, ſi neque reiectus vllâ » induſtriâ poſſit intrare, neque electus vllâ negligentiâ poſſit » excidere: quoquo enim modo ſe egerint, non poſſe aliud erga » eos, quàm Deus definiuit accidere, & ſub incerta ſpe curſum » non poſſe eſſe conſtantem. Cum aliud habeat prædeſtinantis » electio, caſſa ſit annitentis intentio. Remoueri itaque omnem » induſtriam, tollíque virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præ- » ueniat voluntates, & ſub hoc Prædeſtinationis nomine fatalem » quandam induci neceſſitatem, aut diuerſarum naturarum dici » Dominum conditorem, ſi nemo aliud poſſit eſſe quam factus eſt » &c.] Idémque ipſum Proſpero & alijs Auguſtini diſcipulis, eiúſ- ue doctrinæ ſectatoribus, obiectum patet ex obiect. Vincent. Obiect. Vincent. cap. 14. » cap. 14. quod pars illa magna Chriſtianorum Catholicorum fi- » delium atque Sanctorum, quæ ad ruinam & perditionem præ- » deſtinata eſt, etiam ſi petat à Deo Sanctitatis perſeuerantiam, » non impetrabit; eo quod mutari non poteſt diuina Prædeſti- » natio, quæ illos præordinauit, præparauit, præcipitauit vt » caderent.]

SIRMONDVS.

» Dicunt Baptiſmatis vndam non vniuerſa peccata mun- » dare.]

CONFVTATIO.

Non à Pelagianorum reliquiis, ſed à Pelagianis ipſis, & ab Auguſt. ad Bonif. lib. 1. cap. 13. ipſo Iuliano quæſita hæc in Sanctum Auguſtinum obiectio, ip- » ſomet teſte lib. 1. ad Bonifacium cap. 13. dicunt etiam (inquit » Iulianus) Baptiſma non dare omnem indulgentiam peccato- » rum, nec auferre crimina, ſed radere; vt omnium peccato- » rum radices in mala carne teneantur; quis hoc (inquit Auguſti- Ibid. lib. 3. cap. 3. » nus) niſi infidelis affirmet.] Item ibidem lib. 3. cap. 3. Baptiſma » quoq; (objicit Iulianus cũ reliquis Pelagianis Epiſcopis) non verè » homines nouos facere aſſerunt, id eſt non plenam dare remiſſio- » nem peccatorum, ſed ex parte filios Dei fieri, ex parte autem fi- Aug. cõtra Iulian. lib. 2. cap. 1. » lios ſæculi, id eſt Diaboli remanere contendunt: Mentiuntur &c.] » Idem etiam lib. 2. cõtra Iulianum cap. 1. dicitis enim nos aſſerendo » originale peccatum Diabolum dicere hominum naſcentium con-

ditorem, damnare nuptias, negare in Baptiſmo, dimitti vniuerſa peccata, Deum crimine iniquitatis arguere, deſperationem perfectionis ingerere &c.]

Prædeſtinatus

SIRMONDVS.

Dicunt, ita antecedit gratia Liberum Arbitrium, vt ante accipiat homo quàm petat, ante inueniat quàm quærat, ante ei aperiatur quàm pulſet.]

CONFVTATIO.

Hoc ipſum improbatum ab Adrumetinis Monachis, quod in Epiſtola 106. ſcripſerat ad Sixtum Sanctus Auguſtinus, vt ipſe notat Epiſtolâ 46. ad Valentinum: improbatum etiam à Maſſilienſibus refert Proſper Epiſtolâ ad Auguſtinum. Atque ad hanc gratiam (inquit) quâ in Chriſto renaſcimur, peruenire per naturalem ſcilicet facultatem, petendo, quærendo, pulſando, vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturæ benè vſus, vt ad iſtam ſaluantem gratiam initialis gratiæ ope meruerit peruenire.] Sed hoc ipſum optimè confirmat Sanctus Auguſtinus de bono perſeu. cap. 23. Vbi intelligimus (inquit) & hoc ipſum eſſe donum Dei, vt veraci corde, & ſpiritualiter clamemus ad Deum attendant ergo quomodo falluntur qui putant eſſe à nobis, non dari nobis, vt petamus, quæramus pulſemus, & hoc eſſe dicunt quod gratia præceditur merito noſtro, vt ſequatur illa, cum accipimus petentes, & inuenimus quærentes, aperitúrque pulſantibus. Nec volunt intelligere etiam hoc diuini muneris eſſe, vt oremus, hoc eſt petamus, quæramus, atque pulſemus &c.]

Proſper Epiſtola ad Auguſt.

Auguſt. de bono perſeu. cap. 23.

Item idem ipſe Proſper carmine de ingratis cap. 20. ſic inter reliqua illorum erroris dogmata recenſet.

Quærere, pulſare, & petere proprium omnibus eſſe
Aſſeritis, qui ſe ſtudeant aptare vocanti.

Proſper de ingratis cap. 20.

Quibus reſpondet cap. 25. de gratia agens, dum inquit,

Hæc vt cuiuſquam ſtudióque, effectúque petatur
Ipſa agit, & cunctis dux eſt venientibus ad ſe,
Pérque ipſam niſi curratur, non itur ad ipſam.]

Ibid. cap. 25.

Idem Epiſtolâ ad Ruffinum cap. 2. ſic erroris illorum placita refert: quò vnuſquiſque (inquit) ſecundùm voluntatis ſuæ motum, ſi quæſierit inueniat, ſi petierit recipiat, ſi pulſauerit introeat &c.] quæ refellit ibidem cap. 5. & ſeqq. ſic etiam contra Collatorem cap. 4. Iam hic quaſi per inſcrutabilem diuerſitatem introducitur definitio quâ docetur multos ad gratiam venire ſine gratia, & huius effectum petendi, quærendi, atque pulſandi habere quoſdam de vigilantia liberæ voluntatis.] Quibus reſpondet capite ſexto: quomodo autem (inquit) non aduersùs te in

Ad Ruffinũ cap. 2.

Contrà Collat. cap. 4.

Prædeſti-natus. » illud damnatum incidere, quod (velis nolis) conuinceris dicere » gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari: cum aliquid præce- » dere boni operis ex ipſis hominibus, propter quod gratiam con- » ſequantur affirmas? non enim nullius meriti haberi poteſt pe- » tentis fides, quærentis pietas, pulſantis inſtantia, præcipuè cùm » omnes eiuſmodi & accipere, & venire, & intrare dicantur.]

SIRMONDVS.

» Dicunt nullum ad Chriſti fidem accedere, niſi fuerit à Patre » tractus inuitus: illud attendentes: *Nemo venit ad me niſi quem Pa-* Ioan. 6. » *ter attraxerit.* v. 44.

CONFVTATIO.

August. ad Bonif. 1. c. 19. Hoc etiam ſibi à Iuliano obiectum teſtatur Sanctus Auguſti- » nus libro primo ad Bonifac. capite 19. Quam multi (inquit) ini- » mici Chriſti quotidie ſubitò Dei occultâ gratiâ trahuntur ad » Chriſtum: quod verbum ſi non ex Euangelio poſuiſſem, quanta » de me propter hoc iſte dixiſſet, cùm etiam nunc obluctetur non » mihi, ſed illi, qui clamat: *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui* Ioan. 6. » *miſit me, traxerit eum*: non enim ait duxerit, vt illic aliquomodo v. 44. » intelligamus præcedere voluntatem: quis trahitur, ſi iam vole- » bat? & tamen nemo venit niſi velit: trahitur ergo miris modis, » vt velit, ab illo qui nouit intùs in ipſis hominum cordibus ope- » rari, non vt homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant, Ibid. lib. 2. cap. 5. » ſed vt volentes ex nolentibus fiant.] Et ibidem lib. ſecundo cap. » quinto. Sic enim (inquit) hoc nobis obijciendum putarunt, ſub » nomine (inquiunt) gratiæ ita fatum aſſerunt, vt dicant, quia niſi » Deus initio & reluctanti homini inſpirauerit boni, & ipſius im- » perfecti cupiditatem, nec à malo declinare nec bonum poſſet » arripere &c.] Et de prædeſtinatione Sanctorum cap. 8. Quid eſt De prædeſt. Sanct. c. 8. » *ad me veniet*, niſi credet in me: ſed vt fiat, Pater dat &c.] Item » paulò poſt: Nolite (inquit) murmurare inuicem, *Nemo poteſt* » *venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum* &c. Valde re- » mota eſt à ſenſibus carnis hæc Schola, in qua Pater auditur, & do- » cet vt veniatur ad Filium &c.]

SIRMONDVS.

» Dicunt omnia non in re, ſed ita in ſpe fieri: vt quod dicit Apo- » ſtolus: *Spes quæ videtur non eſt ſpes*: etiam hoc myſteriis appli- Rom. 8 » cent, & dicant ea, quæ percipiuntur, videntur quidem eſſe, ſed v. 14. » non ſunt.

CONFVTATIO.

Etiam hoc à Iuliano & aliis Pelagianorum Epiſcopis contra fi- dem Catholicam propter concupiſcentiam objectum, ſæpius di- Aug. ad Bonif. lib. 3. cap. 3. » luit Auguſtinus, vt lib. 3. ad Bonifac. cap. 3. Baptiſma quoque » (inquiunt) non verè homines nouos facere aſſerunt, id eſt non

plenam dare remiſſionem peccatorum &c. Nam ſi à me quiſquam « Prædeſtinatus.
quæſierit vtrùm per Baptiſmum ſalui facti fuerimus, negare non «
Tit. 3. potero, dicente Apoſtolo: *Saluos nos fecit per lauacrum regenera-* «
v. 5. *tionis & renouationis Spiritus Sancti*: Sed ſi quæſierit vtrùm per «
idem lauacrum omni prorſus modo iam nos fecerit ſaluos: reſpon- «
Rom. 8 debo non ita eſt, idem quippe item dicit Apoſtolus: *Spe enim ſal-* «
v. 24. *ui facti ſumus; ſpes autem quæ videtur non eſt ſpes.*] Item lib. 6. con- «
tra Iulian. cap. 18. Sed & hoc calumniarum caput quaſi appendix
eſt 3. capitis.

SIRMONDVS.

Dicunt plus obfuit ad nocendum Adam generi humano, quàm «
Chriſtus in ſubueniendo: nam Adam, aiunt, quod nocuit, ita ma- «
net, vt hoc nec Paſſio Chriſti, nec Baptiſmatis ſanctificatio poſ- «
ſit auferre. «

CONFVTATIO.

Idémque hoc ipſum etiam à Pelagianis in ipſum Auguſtinum
obiectum, propter peccatum originale, quòd illi negarent & aſ-
ſererēt infantes morte præuentos non Baptizatos perire non poſſe,
& Auguſtinus contrà Epiſtolâ 89. Hilario reſpondens quæſtione
1. Cor. 3. vbi de ſententia Apoſtoli 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes mo-*
15. v. *riuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur,* quam ſæpiùs à Pe-
lagianis obiectam toties expoſuit de peccat. merit. lib. 1. cap. 28.
De natur. & grat. cap. 41. De nupt. & concup. lib. 2. cap. 27.
contra Iulian. 6. cap. 24. Item operis imperfecti lib. 2. cap. 135.
144. 145. 147. 197. 209.

Porrò quod ſequitur. Nam Adam, aiunt, quod nocuit ita ma-
net, vt hoc nec Paſſio Chriſti, nec Baptiſmatis Sanctificatio poſ-
ſit auferre,] additum fuit contra concupiſcentiam quæ remanet
poſt Baptiſmum, vt patet ex lib. 3. huiuſce Antiprædeſtinati à
num. 25. ſeu pag. 199. vſque ad finem, & in ipſum Auguſtinum
poſitum probatur ex lib. 1. ad Bonifac. cap. 13. In quo poſt quam « Auguſt. ad
Iuliani in ipſum Auguſtinum obiectionem retulit, quòd aſſereret « Bonif. lib. 1.
(vt iam vidimus) Baptiſma omnem peccatorum indulgentiam « cap. 13.
non tribuere, nec auferre crimina, ſed radere, vt omnium pecca- «
torum radices in malâ carne teneantur. Iſtam ſimilitudinem, in- «
quit Sanctus Auguſtinus, comperi ſuæ illos adhibere calumniæ, «
tanquam hoc nos ſentiamus atque dicamus, ſed de iſta concupi- «
ſcentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua neceſſe eſt, vt «
etiam Baptizatus, & hoc ſi diligentiſſimè proficit, & Spiritu Dei «
agitur, piâ mente confligat &c.] Idem contra Iulianum lib. 4. « Contra Iu-
cap. 2. In quo eaſdem ſententias huius auctoris, quas iam retuli- « lian. lib. 4.
mus contra Iulianum impugnat, & inter reliqua hæc habentur. « cap. 2.
Quid autem agit in carne Sanctorum continentium iſta concu- «
piſcentia, niſi peccandi deſideria, quibus non conſentientes exer- «

Prædeſti-
natus.

» cent (vt confiteris) glorioſa certamina? Quid ergo illa agit vbi
» malum eſt, quicquid agit, ac ſi ei conſentiatur & peragit, quid ibi
» agit hæc concupiſcentia, vbi nihil boni concupiſcitur ex illâ? &c.
» Quid agit tua iſta ſuſcepta ſi deſipis, aduerſaria ſi ſapis, quid agit
» vbi nihil boni agit ipſa, nihil boni agitur de ipſa? &c.] Et paulò
» poſt: ſed quia in iſta humana miſeria, peior hoſtis eſt cauenda ſu-
» perbia, ideo nimirum non penitùs extinguitur in carne continen-
» tium Sanctorum iſta concupiſcentia, vt dum pugnatur aduerſùs
» eam, periculorum ſuorum animus admoneatur, ne ſecurus infle-
» tur donec humana fragilitas ad tantam perfectionem perueniat
» ſanitatis, vbi nulla putredo laſciuiæ, nullus tumor ſuperbiæ for-
midetur:] Eandem concupiſcentiam, Iulianus vocabat membro-
rum vigorem ſeu potentiam, apud Auguſtinum de nupt. & con-
cup. lib. 2. cap. 33. & 35. & irriſoriè eam appellabat legem cogen-
tem, & neceſſitantem, apud Auguſtinum operis imperf. lib. 1. cap.
70. & ibid. lib. 2. cap. 8. legem quæ captiuum hominem cogat ſer-
uire criminibus.]

Ex his qui non videat non à Catholico hæreticos Prædeſtina-
tianos (qui nulli fuere) impetitos nec aliquo ex Pelagianorum
reliquiis, ſed à germano quodam Pelagiano ipſum Auguſtinum
tacito eius nomine impugnatum, eiúſque omnia ſcripta contra Pe-
lagianos edita hâc ſimulatâ verſutiâ, vt quia rectà (poſt Decre-
tum Cœleſtini Papæ cuius meminit) in ipſius ſcripta (ſicut Iulia-
nus) inſurgere, & memoriam eius lacerare non poſſet; auctorem
ipſum ſimulato honore proſequendo: poſtrema & præcipua eius
ſcripta in Pelagianos eorúmque reliquias edita, quaſi ab eis quos
Prædeſtinatos vocat ſuppoſita impugnare, & quaſi nullius aucto-
ritatis reijcere poſſet. Hâc eadem verſutiâ & nequitiâ vſus eſt (vt
vidimus) Hincmarus in Remigium Lugdunenſem Archiepiſcopú
eiúſque libros de tribus Epiſtolis, & de tenenda Veritate Scriptu-
ræ, immò etiam ipſos Canones Conciliorum Valentini & Lingo-
nenſis, quos in priore opere quaſi ſuppoſitos, & confictos, & in po-
ſteriore quaſi infamis alicuius Compilatoris commẽtum infamat.

SIRMONDVS.

Tam luculento contra ſe teſtimonio perculſi & attoniti, hoc vnum quo infirmarent, habuerunt Prædeſtinatiani dogmatis defenſores, quòd auctoris ſit (vt volunt) Semipelagiani, quâ notâ etiam cæteros inurunt, qui huic adſtipulantur.

CONFVTATIO.

De cæteris ſuo loco, verùm de dilectiſſimo R. P. Prædeſtina-
to, ſeu veriùs Antiprædeſtinato, non Semipelagianum, ſeu ex vul-
garibus Pelagianorum reliquiis, ſed merum Pelagianum & ſtu-
dioſiſſimum Iuliani diſcipulum, & ſectatorem probant quæ ſupra
de

de concupiſcentia retulimus dogmata (quàm huic ipſi, non minùs quàm Iuliano gratiſſimam fuiſſe ſuſceptam euincunt, maximè quæ ſcripſit à pag. 199. vſque in finem operis ſui) & quæ his Catholicis (quos Prædeſtinatianos fingit) impoſuit hęreſis capita. Idque ipſum iterum confirmatur ex eo, quòd de diuina Prædeſtinatione, nec cum Catholicis, nec etiam cum Pelagianorum reliquiis ſentiat: abſolutam ſiquidem Prædeſtinationem quæ Catholicorum eſt, tum eam quæ meritorum præuiſionem ſequitur, quæque Pelagianis & eorum reliquiis placuit vnâ & eâdem ratione impugnat pag. 174. Prædeſtinationem cum vocatione confundit, omnes omnino ad vitam Prædeſtinatos aſſerit: & pag. 176. hominem Prædeſtinationem Dei ſuâ auerſatione contemnere poſſe pręſupponit. Prædeſtinatus.

Nec etiam hoc vnum habent (licet pluſquam ſufficeret) perfectæ Chriſti gratiæ intrepidi amatores (quos Prædeſtinatiani dogmatis defenſores non ex charitate vocat R. P.) quò inſolentiſſimum huiuſce Antiprædeſtinati & falſiſſimum teſtimonium reijciant: ſiquidem & in plurimis fallacem, falſi reum & mendacij conuictum etiam in ſubſtantia ſcripti, quod falsò improbatum fingit à Cœleſtino, tum vt reliqua huiuſcemodi Pelagianorum & reliquiarum commenta in veros Catholicæ fidei Aſſertores confictum ab ipſo fuiſſe librum, quem impugnat, & ſic penitus reiiciendum nemo eſt qui non videat, qui plura videre deſiderat Cenſuram conſulat.

SIRMONDVS.

Nec ſentiunt homines cordati nihil hoc ad quæſtionem noſtram pertinere: in qua id vnum quærimus, fuerintne aliquando in hæreticorum numero Prædeſtinati: quod & ſi cum ab Orthodoxis aſſeritur, religioſius amplectimur: non eo tamen ſtatim falſum eſt, ſi falſi dogmatis ſint qui affirmant. Quid enim: an inter Eccleſiaſtica Hiſtoriæ ſcriptores fidem omnem abrogabimus Euſebio Cæſarienſi, aut Socrati & Sozomeno, propterea quod ille Arrianus fuerit, hi vero Nouatiani: quod ſi hos in iis Hiſtoriis, quas narrant non reſpuimus, cur Prædeſtinati Auctorem, ac reliquos tametſi ii eſſent quos fingunt, in re Hiſtorica non recipiamus?

CONFVTATIO.

Et in re Hiſtorica tam ab Euſebio, quàm à Socrate & Sozomeno & aliis omnibus hæreticis quæ illorum hæreſi fauet, nullam vnquam fidem habitam nemo eſt qui ignoret: ideóque in eorum libris lectitandis obſeruandam Apoſtoli cautelam, *Omnia probate, quod bonum eſt tenete*, docet Gelaſius Papa in lib. de vinculo Anathematis: Et ipſa Euſebij Hiſtoria ab eodem Summo Pontifice in Concil. Roman. inter Apocrypha & occultanda fuit reiecta Can. Sancta Romana Diſt. 15. Sed & Gregorius Magnus Regiſtri

1 Theſſ. 5. v. 21.

Gelaſius de Vinculo Anath.

Can. Sancta Rom. Diſt. 15.

Gregorius Magnus Reg. 6. Epiſt. 31.

Prædeſti-
natus.

lib.6.Epiſt.31. notat ſingulariter Sedem Apoſtolicam Sozomeni
» Hiſtoriam non recipere. In Hiſtoria autem Sozomeni, inquit, de
» quodam Eudoxio qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatũ
» arripuiſſe dicitur aliqua narrantur. Sed ipſam quoque Hiſtoriam
» Sedes Apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, &
» Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat, atque vſque ad diem obi-
» tus ſui magnum Doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet. Reſtat ergo
» vt ſi quis illam Hiſtoriam recipit, Synodo, quæ piæ memoriæ Iu-
» ſtiniani temporibus de tribus capitulis facta eſt, contradicat, qui
» vero huic contradicere non valet, neceſſe eſt, vt repellat.] Quantò magis in iis quæ hereſim illorum auctorum iuuant, vt pluribus obſeruauit Illuſtriſſ. Cardinalis Baron. in Annal. Eccleſiaſt. tom. 5. ad ann. 439. Atqui hic agitur de commento in cauſam illius hæreſis contra Catholicam veritatẽ confiĉto, & ſic penitùs reijciendũ eſt, nec vlla fides adhibenda, etiam ſi reliqua quę ſupra retulimus ceſſarent, hócque tacitè agnouit ipſe R. P. dum fidem auctoribus ſuis ex ſcriptis S. Auguſtini, Proſperi, & Hilarij, & ex Decretali Cœleſtini Papæ Epiſtolâ (ſed fruſtrà vt iam vidimus) mendicare conatus eſt.

SIRMONDVS.

Denique vt nunc non dicam à labe immunes fuiſſe, quos accuſant, quid his præcipuè Prædeſtinatorum causâ ſuccenſent, ſi qui horum de Prædeſtinatis ſenſus fuit, eundem aliorum fuiſſe conſtat, quos ipſi ſuſpectos habere non poſſunt? niſi fortè parum Orthodoxum fuiſſe exiſtimant S. Auguſtinum, qui Adrumetinos Monachos (vt dictum eſt) Liberum in homine Arbitrium negãtes redarguit, aut 30. Epiſcopos, qui ad condemnandum Prædeſtinationis errorem in Arelatenſi Concilio congregati ſunt, aut Cæſarium & ſocios, qui aliquos ad malum prædeſtinari credentibus anathema in Arauſicano 2. dixerunt.

CONFVTATIO.

Concilium Arauſicanum 2. R. P. ſententiæ nullomodo fauere, ſed plurimum nocere, & Arelatenſe Apocryphum & commentitium fuiſſe ſuo loco probabimus: de Auguſtino (vt ſperamus) nulla in poſterum quoad fictos Prædeſtinatianos mouebitur controuerſia.

SIRMONDVS.

Quod ſi hos reprehendere non audent, deſinant auctori noſtro conuitiari, ac doleant potiùs eius adhuc nomen, quod luce dignum erat, ignorari. Nã quod Hyginus ab Hincmaro eſt appellatus, error eſt: Hincmari quippè Codex, quem in editione noſtra expreſſimus, auctoris nomen nullum habuit. Hygini verò nomen, quod in 1. libri fronte legitur, non auctoris (vt præfati ſumus) ſed vnius eſt ex iis, qui hæreſum catalogos contexuerunt. At in Augia Diuitis exemplari, cuius Antigraphum Romæ poſtea vidimus, nomen quidem adſcriptum eſt authoris, ſed falſi, hoc eſt Primaſij, neque error hic recens, ſed quod exemplaris

antiquitas teſtatur, iam olim per critici alicuius oſcitantiã natus: qui cùm apud Iſidorũ in libro de Viris Illuſtribus obſeruaſſet Primaſium Epiſcopũ Africanum, de hæreſibus libros tres ediſſe ad Fortunatum Epiſcopum, de his tribus Prædeſtinati noſtri temerè auguratus, Codicem illum Augienſem ita digeſſit, vt ſingulos libros Primaſij ad Fortunatum titulo prænotaret. Quod abſurdiſſimum fuit, cùm toto ſæculo poſterior ſit Primaſius, & diuerſiſſimam vtriuſque operis rationẽ fuiſſe Iſidori verba declarent. Tertium in Dunenſi Flandrorum Monaſterio extare exẽplar ferunt, ſed ſine inſcriptione (vt opinor.) Quare quis Prædeſtinatum noſtrum ſcripſerit, nihil dum hactenus compertũ eſt. Prædeſtinatus.

CONFVTATIO.

Doleant (inquit R.P.) *auctoris noſtri adhuc nomen, quod luce dignum erat ignorari.*] Immò ſalubrius doleat R. P. poſt tot exantlatos in publicum labores, tot SS. Patrum, aliorúmque optimæ notæ antiquiſſimorũ Auctorum monumenta è puluere eruta ſuis vigiliis, curâ, & ſtudio, publici iuris facta, dum libero nimis indulget arbitrio, & ſuſceptæ cauſam fouere ſtudet, in miſerum illum Antiprædeſtinatum non luce ſed igne dignum Pelagianæ nequitiæ fraudibus & fallaciis ſicut erroribus irretitum incidiſſe, eiuſque virulentiæ inſcium in publicũ emiſiſſe, & Leporium cuius confeſſionẽ edidit R.P. imitatus, emendationis ſuę libellum proferat, in quo & ſatisfaciat de errore, & gratias agat de emendatione. * Gennadius de Viris Illuſtr.

Deinde meminerit R.P. in præfatione dilectiſſimi Prædeſtinati libellum illum (vt iam diximus) non leui conjecturâ Arnobio iuniori ſe adſcripſiſſe, hîc verò de Arnobio ne verbum quidem: cur mutatâ ſententiâ Antiprædeſtinatum ſuum quem Africanum eſſe auguratus eſt, iam quaſi Gallum profert: nimirum ſentit homo cordatus è re magis ſuſpectæ ſuæ fore ſi ex Africa in Galliam traduceret, & non minimum in Arnobio fraudis & fallaciæ ſubeſſe argumentum, quod reliquis libris pariter Pelagianis nomen ſuum inſcripſiſſet, huic verò ne calumniæ notaretur denegaſſe.

Porrò quicquid ſit de Auctore, quæ ille norat hęreſis Capit. 3. 5. & 7. & peruerſiſſimę eius de Cõcupiſcentia & Dei Prędeſtinatione ſententiæ, certiſſimè euincunt Antiprędeſtinatum illum in contentionibus quæ illo ſæculo in Gallia inter Proſperum, & Hilarium, & reliquos perfectę Chriſti gratię intrepidos amatores ex vna parte, inter Caſſianum, Fauſtum, & alios ſimiles Liberi Arbitrii decomptores, Pelagianæ peruerſitatis reliquias ex altera, interceſſerunt, nullomodo fuiſſe verſatum, nec etiam libellum illum ad controuerſiam (quam non attigit) nono ſęculo agitatam confictum, vt ſuſpicatus eſt Auctor illius cenſuræ, ſed indubitatè, vel ab Arnobio illo, vel alio Iuliani Diſcipulo, Pelagianę perfidiæ ſectatori, vel in Africa, vel verius in Campania, vel Sicilia contra Eccleſiæ

Prædeſti-natus.

& S. Auguſtini doctrinam confictos tres illos Antiprædeſtinati libros, quæ iam diximus vix dubitare permittunt.

Nec verebimur hîc coniecturam noſtram proponere, captâ anno 439. per Genſericum Carthagine, eiecti ſunt ab Africa plurimi Nobiles & Epiſcopi, ſicut ex antiquis Auctoribus Proſpero, Victore Vticenſi, & Iſidoro refertur in Annalibus Eccleſiaſticis: aliis igitur aliò per orbē Romanum oberrantibus, aliqui in Sardiniam & Siciliam (in qua Iulianus plurimum Pelagianæ hæreſis virus diſſeminauerat) peruenerunt; Et ſpecialiter, quot vult Deus Carthaginenſis Archiepiſcopus, & cum eo plurimi Clericorum fractis nauibus impoſiti nudi & expoliati Carthagine expulſi, Neapolim Campaniæ vrbem proſperâ nauigatione Deo duce appulerunt, in eos, vt acerrimos Catholicæ Fidei defenſores, ſcriptos ab Antiprædeſtinato Iuliani Diſcipulo illius ſententiarum tenaciſſimo libros iſtos argumento eſt, quod in lib. 3. prologo aſſerit ſcribere ſe contra nouos Barbaros pacificum habitum mentientes, contra eos, qui per Eccleſiam contra Eccleſiam arma corripiunt.

Prædeſtin. Prologo lib. 3.

» Itaque, inquit, ô Sancta Mater Eccleſia puræ fidei Genitrix, con-
» tra occultos hoſtes tuos, contra nouos Barbaros pacificum habi-
» tum mentientes, contra eos, qui per te contra te arma corripiunt,
» noſtras vires exalta. Hęc temporibus à R. P. præſcriptis conueniunt ſed non eius propoſito: videtur ipſe quos hoſtes illos occultos nouos Barbaros pacificum habitum mentientes, qui per Eccleſiam contra Eccleſiam ipſo Antiprædeſtinato iudice arma corriperent intelligere poſſit. Atque hæc noſtra coniectura ſi minùs placeat reliquorum quæ diximus, indubitatę fidei non officier.

CAPVT V. Apud R.P. Sirmondum.

Prædeſtinatorum hæreſis nomen & origo in Chronico Proſperi, non Tironis Aquitani, ſed alterius eiuſdem nominis & ætatis.

CONFVTATVR.

Hoc Pſeudochronicon ab aliquo ex Pelagianorum reliquiis confictum, Sancto Proſpero doloſè ſuppoſitum, & ab omnibus Catholicis reiiciendum oſtenditur: Cùm Prædeſtinatorum hæreſim ab Auguſtino ipſo initium ſumpſiſſe dicat, quod in vulgaribus editionibus adulteratum eſt, incaſsùm verò à R. P. aliò detortum.

Pars prima.

FRAVDIBVS & fallaciis Pelagianorum & reliquiarum, vidimus ſuppoſita Capitula quaſi ex libris Sancti Auguſtini excerpta, alia etiam ſimiliter ſuppoſita quaſi ex Proſperi & aliorum

Digitized by Google

Sanɑi Auguſtini diſcipulorum ſcriptis deſumpta, quibus Catholicam doctrinam infamarent: Ab iiſdem quoque confictũ librum iam vidimus, ſeu ſymbolum nomine ipſius Sancti Auguſtini, quo quaſi à Prædeſtinatianis hæreticis confictò & refutato ſe veræ fidei vindices,& defenſores exhiberent. Nunc videamus Pſeudochronicon eiuſdem Proſperi nomine ab iiſdem confictum, quo Sanctus Auguſtinus eiuſque diſcipuli ſub Prædeſtinatianorum hæreticorum titulo recenſentur his verbis: Prædeſtinatorum hæreſis,quæ ab Auguſtino accepiſſe dicitur initium, his temporibus ſerpere exorſa eſt.] Et ibid. laudatur Caſſianus, & licet breuiſſimum ſit Chronicon illud,innumeris ſcatet erroribus:non eſſe Proſperi iam agnoſcit R. P. ſed alterius eiuſdem nominis; quod an verum ſit expendendum. Pſeudo-Proſper. Pſeudo-chronico Proſperi

Verùm (vt diximus) à perfidis illis, & fraudulentis Pelagianorum reliquiis ſuppoſitum fuiſſe, quò doctrinam S. Auguſtini & Diſcipulorum eius infamarent, argumento eſt, quòd de altero Proſpero, qui Chronicon ediderit ſummum huc vſque ſilentium, apud antiquos Auctores nullum veſtigium; deinde vt hoc ementitum Pſeudochronicon pro vero Proſperi Chronico reciperetur, ſtuduit Auctor in eundem annum deſinere, quo verum Proſperi Chronicum,ſcilicet iuxta R.P. anno 444. vt quia verum Proſperi Chronicum celeberrimum haberetur, aliquibus (clam tamen, vt veriſimile eſt,poſt Decretum Cœleſtini Papæ,in honorem S. Auguſtini & approbationem eius doctrinæ) venenum hoc propinaretur, eſſe Prædeſtinatianorum hæreſim quæ ab Auguſtino ſumpſiſſet initium. Vtque hoc noſtro ſæculo Pſeudochronicum illud in lucem auctoritate ipſius S. Proſperi prodiret,etiam procuratum mox videbimus.

Huiuſce ementiti Pſeudochronici illo ſæculo nullus meminit, ſed hæc nono ſæculo Hincmarus quidem, licet nullis parceret argumentis, & in quibuſuis auctoribus fabulæ, quam de veteribus Prædeſtinatianis finxerat, probationes quæreret: non tamen illi ignotum fuiſſe argumento eſt,quòd in pluribus tam Galliç quàm Germaniæ Bibliothecis habeatur manuſcriptum. Sed eò quòd Pſeudochronicum hoc hæreſim illam Auguſtino ipſi eiúſque Dipulis inſcriberet, ab illo abſtinuit & reiecit: Sigebertum (vt refert R P.) non latuit, & quam in eo abſurditatem notauit correxit, & in Chronico ſuo ad annum 414. illam Prædeſtinatianorum hæreſim, non ex S. Auguſtino, ſed ex libris S. Auguſtini malè intellectis initium ſumpſiſſe obſeruauit.

Hoc noſtro ſæculo quidam ex Pelagianorum reliquiis huius de veteribus Prædeſtinatianis fabulæ decomptores non minimũ cauſæ pręſidium rati, ſi Pſeudochronicum hoc cum hac Sigeberti

Digitized by Google

Pſeudo Proſperi.

correctione nomine, Sancti Proſperi non ſuſpecta manu in publicum prodiret, huic publicæ fraudi clariſſimum virum P. Pithœum Antiquitatis peritiſſimum delegerunt, ille bonâ fide iſtorum nequitiæ inſcius Pſeudochronicum hoc nomine Sancti Proſperi, quem auctorem, vt aſſeruit eſſe crederet, & verbis illis (*ab Auguſtini libris malè intellectis*) iuxta Sigebertum loco eorum (*ab Auguſtino*) repoſitis, quæ verum eorum ſenſum referre, & meliùs ſonare perſuaſus erat, edendum curauit. Tum illi fraudis artifices palàm inſultare cœperunt; Ne minimum quidem dubium ſupereſſe poſt Sancti Proſperi indubitatum teſtimonium fuiſſe reuera hæreticos veteres prædeſtinatianos, quorum hæreſis ex Sancti Auguſtini libris malè intellectis ſerpere exorſa eſſet: ſtupefacti perfectæ Chriſti gratiæ & Sancti Auguſtini doctrinæ intrepidi amatores celeberrimas Bibliothecas inquirere cœperunt in Auguſtano manuſcripto Codice & alijs plurimis vbique *ab Auguſtino non ab Auguſtini libris malè intellectis* poſitum reperiunt, corúmque exemplaria etiam in Bibliotheca Patrum publici iuris fiunt: inde etiam & alijs plurimis argumentis ementitum & ſuppoſitum hoc pſeudochronicon non Sancti Proſperi eſſe conuincunt. Tandem R. P. licet in Concilijs antiquis Galliæ tom. 1. ad ementitum & Apocryphum Concilium ſuum Arelatenſe proſperum, ſicut Sigebertum referat docuiſſe Prędeſtinatorum hęreſim, *ex libris Sancti Auguſtini malè intellectis*, initium ſumpſiſſe, nihilominus in pręambulis dilectiſſimi ſui Prędeſtinati germanam lectionem illius Pſeudochronici eſſe dixit (*ab Auguſtino*) nec aliter habere Sancti Victoris MS. Codicem docuit, & addidit quod in Tironis Chronico ſcriptum, *erat ab Auguſtino*, Sigebertus interpretatus eſt, *ex libris Auguſtini malè intellectis*, veriſſimè. Hoc enim eſt (inquit) quod Auguſtini obtrectatoribus ad Capitula Gallorum reſpondens teſtatur Proſper eius illos doctrinam, aut non intelligendo, aut intelligi nolendo reprehendere.] Sed ibi vt iam vidimus non de Prędeſtinatis, ſed de Maſſilienſibus & alijs Pelagianorum reliquiis agitur.

In proœmio Prædeſtinati.

Iam verò illâ licet detectâ fraude R. P. ementiti & ſuppoſiti huiuſce pſeudochronici auctorem teſtem aduocat, quo fabulam illam veterem prędeſtinatianorum adſtruat nec ex qualitate auctoris ſine dubio ex Pelagianorum reliquiis, nec aſperitate verborum eius in ipſum Sanctum Auguſtinum deterritus, benignâ & ſuſceptę accommodâ interpretatione. Verba illa (*ab Auguſtino*) non niſi iuxta Sigebertum intelligi poſſe affirmat: quaſi verò qui Auguſt. Paganorum & Manichæorum impietatem ad ſcribere non ſunt veriti iuxta Proſperum ad Ruffinum, qui eum eiuſque ſcripta reprehendere & ea quæ damnabilia in eis repe-

Digitized by Google

riſſe falsò iactabant, breuium Capitulorum indiculis Diabolicâ calumniâ publicare præſumerent teſte Proſpero in præfatione ad obiecta Gallorum, & qui alijs etiam breuiſſimis Capitulis blaſphemiarum prodigioſa mendacia Proſpero & aliis Sancti Auguſtini diſcipulis imponerent iuxta præfationem eiuſdem Proſperi ad obiectiones Vincentianas. Illi ipſi (inquam) non potuerint per calumniam principium hæreſis imputare Auguſtino, & cum dicunt hæreſim, *ab Auguſtino* accepiſſe initium, intelligendi ſint dixiſſe, *ab Auguſtini libris malè intellectis:* Et qui non ſic intelligat, bardum auctorem credat, vel ipſe bardus ſit: Mira certè R. P. erga Pelagianos benignitas. Sed mox pluribus. Pſeudo Proſper.

Interim auctorem illum, qui Caſſianum laudet, qui hæreſim ex Auguſtino ortam aſſerat, qui ementitum nomen aſſumpſerit, qui Pſeudochronicum illud vero Proſpero Sancti Auguſtini diſcipulo ſubiicere & ſupponere tentauerit, non niſi pelagianorum fuligine tinctum, & Pſeudochronicum vt ementitum & ſpurium partum nemo eſt qui reiiciendum non cenſeat. Iam expendamus quid inde R. P. ſibi aſtruat.

CAP. IV. PARS ALTERA.

Sirmondus.

Eorum, qui Prædeſtinatianam inter hæreſes collocarunt. Secundò loco ſit Proſper in Chronico Pithoeano id eſt Pithœi curâ edito idémne is fuerit cum Proſpero Aquitano an alius mox videbimus. Nunc certum eſt idem illi nomen fuiſſe. Hoc enim agnoſcunt veteraexemplaria, & ſic appellatur à Sigeberto Gemblacenſi vbi de Sancti Martini obitu ſcribitur.

Confutatio.

Nulla iam quæſtio eſt vtrum auctor huiuſce ementiti Chronici idem ſit, qui verus Proſper, non eſſe fateri cogitur R. P. ſed an ſuppoſitum fuerit Chronicum illud, vt pro legitimo ipſius Proſperi partu haberetur, an vero ab altero Proſpero editum: nullum alium fuiſſe Proſperum qui Chronicon ediderit videmus, nec vllus vnquam meminit: immò affectatum ab auctore, vt pro vero ipſius Proſperi Chronico haberetur, apparet ex eo, quod Pſeudochronicon illud ad eundem annum protraxerit, quo verum Proſperi Chronicum, & ſic vel hâc ſolâ notâ prorſus reiiciendum.

Sirmondus.

Huius ergo de Prædeſtinatis, earúmque exordio verba ſunt. "Prædeſtinatorum hæreſis quæ ab Auguſtino accepiſſe dicitur initium his temporibus ſerpere exorſa eſt,]"

Confutatio.

In Chronico notatur annus Honorij 23. qui inciditin annum 415. quo in partem Imperij aſſumptus eſt, vel ſaltem à morte pa-

Pſeudo Proſper.

tris in annum 417. quo tempore vix Pelagius vel in Africa in Conciliis vel Romæ à Summis Pontificibus damnatus fuerat: & pauca adhuc edita fuerant in Pelagianos ſcripta, vt notetur auctoris inſcitia vna cum eius nequitia. Quis autem hæc ipſa verba (*Prædeſtinatorum hæreſis quæ ab Auguſtino dicitur accepiſſe initium*) niſi Pelagianus, vel Pelagianorum fallacijs & in Auguſtinum ipſum Diabolicæ malignitatis veneno corruptus ſcribere potuerit? Quis æquâ mente illud excipere poſſit, niſi eâdem fuligine tinctus? Et ſic quiſquis ille fuerit auctor, Anathemate percutiendus, nec Hincmarus ipſe quamuis prædeſtinatianæ fabulæ adſtruendæ cupidiſſimus, tam ingentem in Sanctum Auguſtinum calumniam ferre potuit: tam inſolens ſententia nullo commento recipi poteſt.

SIRMONDVS.

Omnium oculis patet Codex Bibliothecæ Sancti Victoris, vnde Pithœi prodiit editio, & cum hoc Codice Pariſiis item, ne externa quærantur congruit alterum exēplar, quod Antonij Oiſelli olim fuit: nunc in hæredum eſt poteſtate: at cur inquiunt pro eo quod in manuſcripto legitur (ab Auguſtino) *Pithæus* (ab Auguſtini libris malè intellectis) *edendum curauit? Equidem ſi dicendum eſt, factum nolim. Cæterum quod vir acris iudicij, cùm in Oiſellino Codice lectionem vtramque reperiſſet, atque vnam vtriúſque ſciret eſſe ſententiam, lectionem illam prætulit, quæ calumniæ minus foret obnoxia, quid eſt tantoperè, quod reprehendant?*

CONFVTATIO.

Reprehendunt certè, nec immeritò, non clariſſimum virũ, quem ſciunt bonâ fide verſatum, ſed eum qui conſilium dedit tam editionis, quàm alterationis, quo ex hac editione hoc de veteribus Prædeſtinatianis commentum fulciri poſſet. Et mira certè R.P. dexteritas etiam detectâ fraude ſic ementiti huiuſce Pſeudo Proſperi tam inſolentem & indiſciplinatam ſententiam deflectentis, vt ei aſſerendæ ſuæ fabulę inſeruiat. Porro (vt diximus) non ex ſimili Oiſelli Codice, ſed exemplo Sigeberti procurata hæc alteratio, & quomodo Oiſellinus Codex ſimilis Codici Sancti Victoris, qui vnicam & germanam lectionem continet, vtramque continere poſſit, non ſatis patet.

SIRMONDVS.

Quaſi bardum adeo & incautum Chronici huius auctorem credant fuiſſe, vt quam hæreſim ipſe appellaret, eius ducem ac principem haberi vellet Auguſtinum: verùm hi lectionem, quæ malè ab ipſis intelligi doceat Auguſtinum ferre ſcilicet non poſſunt. Nobis verò poſt Adrumetenſium Monachorum exemplum, fixum ratúmque eſt, quamlibet ſibi de rectè intellectis Sancti Auguſtini

libris

Digitized by Google

Libris blandiantur atque illius placita & ſententias fingant, refingántque pro arbitrio, nunquam obtenturos, vt erroribus hunc ſuis, niſi falsâ & vitiosâ interpretatione, fauentem habeant. Pſeudo Proſper

Confvtatio.

Sed Reuera bardus & incautus ſit, quiſquis tam abſonam, & auctoris mentitam contrariam interpretationem admittat; vt cum hæretici inimici Gratiæ Chriſti Sancto Auguſtino eiúſque ſcriptis intentiſſimi, qui illi Paganorum & Manichœorum impietatem adſcribunt, eius & Proſperi ſcripta falſis indiculis infamant, eóſque blaſphemiarum prodigioſis mendaciis onerant, cum, inquam, illi dicunt *hæreſim ab Auguſtino accepiſſe initium* intelligendum ſit *ab Auguſtini libris male intellectis*, maximè vbi agitur de ſententia (ſcilicet de abſoluta Dei prædeſtinatione) propter quam in eundem blaſphemias illas & opprobria coniiciunt. Qui abſurditatem huiuſce interpretationis non videat, puto tam bardus ſit, vt in meridiana luce cæcutiat; qui admittat, Pelagianæ fuliginis ſuſpicionem non euadat: ſi monitus à Reuerendo P. Hincmarus cauillationem iſtam veriùs quàm interpretationem potuiſſet admittere, pſeudochronicum hoc quod abiecit, quàm lubenter pro tutela ſuſceptæ ſuæ de veteribus prædeſtinatianis Fabulæ amplexus fuiſſet! Sed acumen huiuſce verſutæ interpretationis, ſicut etiam aliarum ſubtilitatum de huiuſcemodi Prædeſtinatianis in Adrumetino Monaſterio, in Maſſilienſium querelis, & Proſperi apud Cœleſtinum Papam Legatione, huic noſtro ſæculo debebatur. Nec Hincmarus (vt vidimus) in illis ſubtilitatem Reuerendi P. attigit; ementitum verò iſtud Proſperi Chronicon huiuſce ſubtilitatis neſcius penitus reiecit; nec ideo bardi ſuſpicionem incurrit. Quid ergo vbi Hæretici, Lutherani & Caluiniſtæ quotidie mentiuntur peruerſa ſua dogmata ab Apoſtolo Paulo, vel etiam ab ipſo Chriſto accepiſſe initium, vel eos bardos credat, vel ipſe bardus ſit, qui non interpretetur eos dicere velle ex Pauli Apoſtoli Libris vel ipſis Euangeliis malè intellectis? Et quando à plurimis dicitur ſcientiam mediam & conditionatam à Reuerendo P. Molina ſumpſiſſe initium, bardos eos credat vel bardus ſit ipſe, niſi intelligat à Reuerendi P. Molinæ libris malè intellectis: quis ita ſapiat, niſi penitus deſipiat?

Quantum verò ad intelligentiam ſcriptorum Sancti Auguſtini. An Reuerendo P. (licet glorietur) minùs infœliciter euenerit in aſtruendâ ex illis ſuâ de veteribus Prædeſtinatianis Fabulâ, quàm ex iudicio Sedis Apoſtolicæ Societati ſucceſſit in eruendo ex iiſdem ſcientiæ mediæ commento, Lectorum erit iudicium. Interim meminerit R. P. non ſublimioribus ingeniis in ſe confi-

Digitized by Google

Pſeudo Proſper. S. Fulgent. de verit. Prædeſt. lib. 2. c. 18.

dentibus patere hanc intelligentiam iuxta Sanctum Fulgentium " de veritate Prædeſt. lib. 2. cap. 18 ſed iis, qui humiliter orant " miſericordiæ Dominum, vt eundem Spiritum intelligentiæ le- " gentes accipiant, quem ille accepit vt ſcriberet, & eandem illu- " minationis gratiam adipiſcantur vt diſcant, quam ille adeptus eſt " vt doceret.]

SIRMONDVS.

Sed vt ad Pithœi Chronicon redeamus quid eis dicemus, qui Proſperi eſſe negant? quo autem negant argumento? quia hic, inquiunt, Tiro nuncupatur & neſciunt, qui ſic ratiocinantur Proſperi Aquitani cognomen id fuiſſe: Pithœumque rei haud ignarum, tametſi in Codice Sancti Victoris, quo vſus eſt, ſolum Proſperi nomen erat, Tironem de ſuo adieciſſe, quia eundem ipſum vtriuſque Chronici Auctorem fuiſſe in animum induxerat.

CONFVTATIO.

An Sancto Proſpero Tiro cognomen fuerit, necne parùm refert, dummodo conſtet (vt Reuerendo Patre conſentiente iam conſtat) pſeudochronicum hoc non illius fuiſſe legitimum partum, ſed vtroque ſæculo illo ſcilicet & noſtro etiam ſuppoſitum.

SIRMONDVS.

In quo ſane quamquam ægrè à tanti viri ſententiâ diſcedimus, adſtipulantes nos potiùs habent, qui aduerſantur: Tironis enim Proſperi Chronicon hoc non fuit, ſed tamen Proſperi (vt dictum eſt) nec enim cauſa ſatìs apparet cur bis idem eorumdem temporum Chronica ſcriberet, nec credibile, ſi ſcriberet tam diuerſa ſcripturum, vt non dicam, quæ de Prædeſtinatis ab hoc Proſpero referuntur, ea in Aquitanum cadere, eique conuenire non poſſe.

CONFVTATIO.

Benè ſit, quamquam ægrè, nemo neſcit, habemus confitentem reum, *Tironis Proſperi Chronicon hoc non fuit*: veriſſimum. *Sed tamen Proſperi*, hoc negamus, immo confictum à Pelagianorum reliquiis, vt auctore Sancto Proſpero prædeſtinatianorum hæreſis eo ſæculo & ſequentibus crederetur, ſicut & noſtro ſæculo procuratum.

Nec credibile ſi ſcriberet tam diuerſa ſcripturum,] quidni additum & tam falſa, *vt non dicam quæ de Prædeſtinatis ab hoc Proſpero referuntur, ea in Aquitanum cadere, eique conuenire non poſſe.*] Cur verò ea vero Proſpero conuenire non poſſint? Niſi quia nullos ille hæreticos Prædeſtinatos agnouit, qui ex Auguſtini libris malè intellectis hęreſim hauſerint: ſi enim is ſit verborum pſeudo Chronici ſenſus, vt contendit R. P. Quidni ea in Proſperum Aquitanum cadere queant? Si Prędeſtinatos ille nouit, ſi contra

illos Auguſtini doctrinam ab ipſis adulreratam defendit, ſi ipſius Auguſtini opem aduerſus illos per literas implorauit, ſi Pontificiæ Sedis auctoritatem in illos armauit? Sua igitur ipſe commenta deſtruit R. P. dum hic agnoſcere cogitur, ea Proſpero Aquitano conuenire non poſſe; quæ ſi vera eſſent quæ de eodem Proſpero prius aſſeruit facillimè ei conuenirent. Pſeudo Proſper

SIRMONDVS.

Quare duo fuerunt, duo, inquam, Proſperi eadem ætate eadem que in Gallia, Chronicum ambo ſcripſerunt, eundémque ambo ad terminum hoc eſt ad Valentiniani Auguſti 8. & Anthemij conſulatum, vrbémque à Genſerico captam perduxerunt.

CONFVTATIO.

Verum & vnicum qui Chronicon ſcripſit Sanctum Proſperum nemo neſcit. Alterius nullus meminit. Vt ſuppoſitum & ementitum hoc de quo agimus pſeudochronicum non agnoſcat, R. P. alterum Proſperum eadem ætate eadémque in Gallia, & qui ad eundem annum idem ſuſceptum opus perduxerit nullo auctore fuiſſe intendit, *Alter Soſias ex Plauti Amphitruone eruitur.* Quaſi vero hæc ſuppoſitio non fuerit ex minimis Pelagianorum & reliquiarum fraudibus & fallaciis, niſi verò quoties Sanctis patribus libros ſuppoſitos videmus, vt ſuprà teſte Bellarmino, & Baronio, & Caſſiodoro Pelagianorum opera Sanctis Gregorio Niſſæno, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Xiſto, & Gelaſio vidimus ſuppoſita, dicendum ſit alios fuiſſe Gregorios, Ambroſios, Hieronymos, Auguſtinos, Xiſtos & Gelaſios: Quidni ergo pſeudochronicon illud ſpurium & ſuppoſitum illo ſæculo fateatur R. P. cum iam hoc noſtro ſæculo non minori fraude ſuppoſitum conſtet, non tantùm, vt tanquam germanus Sancti Proſperi fœtus, editum, ſed vt magìs adſtruendæ huic de veteribus Prædeſtinatianis Fabulæ inſeruiret, adulteratum.

SIRMONDVS.

Sed hoc Chronici vtriuſque diſcrimen, quod Proſper Pithœanus appendicem dumtaxat Euſebio, & Hieronymo videtur adieciſſe, hoc eſt, non amplius compoſuiſſe, quàm quod à Pithœo in lucem eſt datum: Tiro autem Proſper Victorij, Gennadij, & Caſſidiori teſtimonio ab Adam, mundique Principio exorſus, ad Vandalicam vſque direptionem opus ſuum deduxerat. Chronicon hoc (vt res docet) Chronici Euſebiani, quò vſque cum Hieronymi ſupplemento porrigitur, mera eſt Epitome. Vnde & Epitomen Chronicorum interdum vocant, aut excerpta ex Chronicis, quia inde Proſper omnia decerpſerat, niſi quod Conſulum Faſtos, quibus illi carebant, à Chriſti vſque Baptiſmo ſuis Proſper locis inſeruit, ac cætera quoque deinceps, vſque ad operis finem de ſuo contexuit: Quemadmodum autem Eu-

Digitized by Google

Pſeudo Proſper

ſebij & Hieronymi Proſper, ita Proſperi proſecutus eſt Hiſtoriam Victor Tironenſis in Africâ Epiſcopus, appendicem inde ſuam ordiens vbi Proſper in prima Chronici ſui editione deſierat, hoc eſt à Theodoſij Aug. 18. & Albini conſulatu, qui Chriſti annus cenſetur 444. Nam vltra eum non proceſſiſſe primam editionem, vt teſtis non eſſet Victor, qui Proſperum in hoc conſulatu reliquiſſe docet, fidem facerent hactenus vulgata eius exemplaria, quæ ibidem omnia conſiſtunt: quare qui reliqui ad captam vrbem ſunt anni vndecim, alterâ poſt editione adiectos fatendum eſt.

CONFVTATIO.

Hæc elimatam Reuerendi P. (quem plurimùm veneror) in antiquitatibus noſtris peritiam redolent, ſed ſuſceptæ cauſam ne minimùm quidem iuuant. Et ſic maneat nullam eſſe huiuſce ementiti & ſuppoſiti Chronici fidem: idque vt inimicâ & fallaci Pelagianorum manu fabricatum penitus eliminandum: Et quicquid ſit, etiam Reuerendo P. licet ægrè & ingratis conſentiente, huic de veteribus Prædeſtinatianis Fabulæ verum Sancti Proſperi Chronicum nullo modo concinere, eiúſque ſilentium hoc ipſum Pelagianum de prædeſtinatianis hæreticis commentum, falſitatis arguere nemo eſt qui non intelligat.

CAPVT VI. Apud R. P. Sirmondum.

Gennadij Maſſilienſis de Prædeſtinatorum hæreſi teſtimonium, & Ianſenij Gennadium fruſtra inſectantis Refutatio.

CONFVTATVR.

GENNADIVS *Pelagianâ fuligine ſine dubio tinctus quæ Prædeſtinatianorum dogmata recenſet, non alia ſunt quàm Auguſtini, ſed calumnioſè propoſita.* IANSENIVS *ab iniquiſſimis Reuerendi P. criminationibus vindicatus.*

LOVANIENSIVM *Theologorum fides, qui ſummo labore & induſtriâ Auguſtinum ediderunt, quàm immeritò in dubium reuocata.*

Pars Prima.

GENNADIVS Maſſilienſis Presbyter Caſſiani diſcipulus, ex illis Pelagianorum reliquiis non minimus, ipſius Fauſti fraudium & nequitiarum Architecti coætaneus, & in hæreſi

collactaneus, tertius poſt Antiprædeſtinatum & Pſeudo Proſperum Fabulæ iſtius teſtis adducitur, *qui primus*, inquit, *Reuerendus P. in publicum prodiit ex iis, qui Prædeſtinatos hæreſis notâ confixerunt*, ſed veriùs Catholicos hæreticos eſſe prædeſtinatianos finxerunt. Gennadius.

Gennadium Pelagianæ prauitatis fuligine non mediocriter tinctum ex Pelagianorum reliquiis, in Hieronymum, Auguſtinum, Proſperum, & alios perfectæ gratiæ intrepidos amatores, iniquiſſimum fuiſſe cenſorem ſcripta eius omnia demonſtrant. Scripſit librum de Eccleſiaſticis dogmatibus, qui habetur inter opera Sancti Auguſtini, & ſub Sancti Auguſtini nomine editus eſt, in quo non modica Pelagianæ virulentiæ ſemina inſeruit. Ideóque emendata aliqua & ad reliqua Correctorij vice inſerta 30. Capitula à 21. ad 52. Correctorij vice 11 priora à 22. ad 33. ex Capitulis Decretali Cœleſtini Papæ ſubiectis. 5. ſequentia à 34. ad 37. ex Capitulis Concilij Carthaginenſis. Et reliqua 14. à 38. ad 52. ex Selectis Concilij Arauſicani canonibus deſumpta: Scripſit etiam Illuſtrium Virorum Cathalogum, in quo de Hieronymo, Auguſtino, Proſpero, & ſimilibus orthodoxæ fidei in Pelagianos aſſertoribus ſiniſtrè locutus eſt; Ruffinum verò Pelagianorum parentem, Caſſianum, Fauſtum, & ſimiles Pelagianorum reliquias plurimis laudibus extulit. Gennadius de S. Hieronymo. Hieronymum Ruffini obtrectatorem vocat, & æmulationis ſtimulo incitatum ad obloquendum ſtylum vertiſſe aſſerit.] De Auguſtino dixit: vnde & multa loquenti accidit, quod dixit per Salomonem Spiritus-Sanctus: *Ex multiloquio non effugies peccatum, &c.* De S. Auguſtino. De reſurrectione mortuorum etiam ſimili cucurrit ſinceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit, error tamen illius ſermone multò (vt ſuperius dixi) contractus, luctâ hoſtium exageratus, necdum hæreſis quæſtionem dedit.] De Proſpero: legi & librum, inquit, aduersùs opuſcula ſuppreſſo nomine Caſſiani, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, ille infamat nociua: re enim verâ Caſſiani, & Proſperi de Gratia Dei, & Libero Arbitrio ſententiæ in aliquibus ſibi inueniuntur contrariæ.] De Proſpero. Ex his quis non cenſeat Pelagianâ ſeù Caſſianâ fuligine tinctum cenſorem. Sed & de Fauſto ipſo edidit, inquit, opus egregium de gratia Dei, quâ ſaluamur, & Libero humanæ mentis Arbitrio, in quo ſaluamur: De Fauſto. In quo opere docet gratiam Dei ſemper, & inuitare, & præcedere, & iuuare voluntatem noſtram, & quicquid ipſa libertas arbitrij pro labore piæ mercedis acquiſierit, non eſſe proprium meritũ, ſed gratiæ donum: Et in fine, ſunt & alia eius ſcripta quæ quia necdum legi nominare nolui, viuâ tamen voce egregius Doctor & creditur & probatur:] Ideóque de Gẽnadio hoc obſeruauit

Digitized by Google

Gennadius. Card. Bellarminus. de Script Eccleſiaſt. in Gennadio. Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, anno 490. ſcripſit etiam librum de Viris Illuſtribus, in quo ſuſpicionem non paruam reliquit ſuæ non rectæ fidei: Laudauit enim Caſſianum, & Fauſtum, qui Semipelagiani fuerunt, Sanctum Proſperum depreſſit, qui pro gratia Dei contra Pelagium fortiſſimè dimicauit.] Et illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annalium Eccleſiaſt. Tom. 6. ad annum 466. agens de Scriptis Sancti Proſperi. Card. Baronius ad Ann. 466. Quod verò, inquit, ad Sancti Proſperi ſcripta pertinet, qui viuens in acie iugiter ſtetit pugnans aduerſus hæreticos Pelagianos, poſt obitum non caruit eorum morſibus: Etenim Gennadius & ipſe Pelagianorum aſperſus ſordibus de Proſperi ſcriptis agens, hæc ait: Legi & librum eius aduersùs Collatoris opuſcula ſub perſona Caſſiani, quæ Eccleſia Dei, vt ſalutaria probat, ipſe infamat.] Ita ipſe ſugillans planè Sanctum Proſperum quòd aduersùs Caſſianum ſcripſerit, cuius opera falsò iactat ab Eccleſiâ Catholicâ eſſe probata; ſed dicat quænam iſta eſt Eccleſia Dei, quæ opuſcula Caſſiani, vt Catholica probat? Certè non dicenda Catholica, ſed Pelagianorum Eccleſia: Nam ſi verè Catholica, de his conſulatur Eccleſia: Audi quid os Eccleſiæ Catholicæ loquatur. Can. ſancta Rom. Eccl. Diſt. 15. *Opuſcula Caßiani Presbyteri Galliarum apocrypha*, &c.]

Tertium etiam ſcriptum edidit Gennadius, ſiue hæreſeon Catalogum, vt ipſemet teſtatur ſibi eſſe propoſitum in prędicto catalogo de Viris Illuſtribus in Vigilantio, & in Neſtorio, & in Suffridi editione ipſemet teſtatur ſcripſiſſe de omnibus hęreſibus libros octo. Hinc in ſupplementum Hieronymi, vt probatum fuit Louanienſibus Doctoribus in cenſura libri illius, de Eccleſiaſticis dogmatibus, & quale primùm editum eſt anno 1517. ſiue quatuor tantummodo hæreſum appendicem ad Sancti Auguſtini librum de hæreſibus, vt vult Reuerendus Pater ex manuſcripto codice Sancti Victoris, & Hincmari teſtimonio, vt poſtea videbimus. Ideóque magis ad ſolam Catholicę veritatis infamationem compoſitum: in hoc ſiquidem, vel catalogo vel appendice Prædeſtinatianos in Hæreticorum numerum retulit, eorúmque hęreſim (quam finxit) deſcripſit: ſed vt patet ex illis ipſis Gennadij verbis, quę à Reuerendo patre referuntur, ſolâ Sancti Auguſtini, de abſolutâ Dei prædeſtinatione Doctrinâ, hoc Prædeſtinatianæ hęreſis nomine fuit diffamata; idque pleniùs probabitur, vbi Reuerendi Patris verba expendentur. Et interim doctiſſimi nec ſuſpecti Reuerendi Patris Petauij eiuſdem Societatis non ignobilis membri iudicio illud confirmaſſe non erit inutile: Tome primo de Theologicis dogmatibus, lib. 9. cap. 2. hæc habentur. Petauius de Theolog. Dogm. Tom. 1. lib. 9. cap. 2. At in calce indiculi de hæreſibus, qui Hieronymo inſcribitur & Gen-

nadio Maſſilienſi Presbytero nonnulla referuntur eorum opinio- « Genna-
nis capita, quæ maiori ex parte Auguſtini dogma ſapiunt, niſi « dius.
quod ad inuidiam illi faciendam calumnioſè concepta ſunt, velut «
cùm ait: illos qui Deo inſpirante obediunt vocationi, ſi non ſunt «
de ſaluandorum numero, ſubtrahendas eis vires agendi, ne per- «
durent in bono, quod aduerſus Auguſtinum Galli & Maſſilien- «
ſes obiiciebant, vt ex Proſpero liquet: ita & illud, quod alios «
etiam inuitos attrahat ad ſalutem, alios poſt bona reiiciat, & com- «
pellat in malum, quò pereant in æternum.] «

Hoc Gennadij opuſculum primum (vt dictum eſt) in lucem prodiit anno 1617. quaſi indiculus hæreſes plurimas continens, etiam plures quæ ab Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo iiſdem verbis referuntur, & non ſolùm quatuor hæreſeon appendicem; nec vt libri Sancti Auguſtini, de hæreſibus, ſed vt Sancti Hieronymi Catalogi ſupplementum, cum hoc ipſo Hieronymi Catalogo, ex neſcio quo vetuſto codice editum à doctiſſimo viro Claudio Maynardo Andium Propræſide, idque vnà cum geminis Sancti Auguſtini contra Pelagianos lucubrationibus, de geſtis Pelagij, & operis imperfecti in Iulianum libris duobus antehac non excuſis.

Nullo alio extante, & in publicum emiſſo huiuſce Gennadij opuſculi teſtimonio, ex quo vel à ſtudioſiſſimo quolibet non tantùm obſeruari, ſed coniici quidem poſſet hoc Gennadij opuſculum falſum & ſuppoſitum eſſe, & Gennadium ſolam appendicem quatuor hęreſeon, eámque in ſupplementum Sancti Auguſtini, non Sancti Hieronymi indiculi ſeu catalogi compoſuiſſe (quod obſeruandum) Ianſenius Iprenſis Epiſcopus, Auguſtini ſui tomi primi, lib. 8. cap. 23. iudicium ſuum de prædeſtinatiana hæreſi proferens, nullam vnquam fuiſſe, ſed è contrario doctrinam Catholicam, quam Sanctus Auguſtinus & Proſper expoſuerunt, ſub nomine iſtius hæreſis calumnioſè à Maſſilienſibus traductam fuiſſe docuit. Gennadium primum, non quidem Prędeſtinatianos in hæreticorum numerum, ſed eorum dogmata Pelagianorum loco retuliſſe: Iſidorum verò Hiſpalenſem iiſdem omnino verbis plures hęreſes ex Gennadio deſcripſiſſe, Pelagianos à Gennadio prætermiſſos addidiſſe, & Prædeſtinatianos à Gennadio poſitos prætermiſiſſe aſſeruit.

A tribus annis R. P. in publicum emiſit opus Hincmari de prædeſtinatione, in cuius cap. 1. refert Gennadij de quatuor ſolùm hæreſibus quaſi Auguſtini appendicem, & hoc ipſo anno 1648. in manuſcripto Sancti Victoris codice poſt finem libri Sancti Auguſtini de hęreſibus, ſubiunctam reperit hanc Gennadij quatuor hæreſeon appendicem. Hinc hoc Capitulo R. P. in Epiſ-

Digitized by Google

Gennadius. copum Iprenſem quaſi falſi reum inuehitur, quòd ſicut Doctores Louanienſes in cenſura libri Gennadij de dogmatibus Eccleſiaſt. & ſicut R. P. Petauius fidem ſecutus vnici, quod in publicum extaret exemplaris, manuſcriptorum Reuerendi P. quæ nondum in lucem prodierant inſcius, dixerit Gennadium conſultò prætermiſiſſe pelagianos, & Iſidorum loco prædeſtinatianorum quos Gennadius in album hæreticorum retulerat, repoſuiſſe Pelagianos. Sed & vlteriùs progreditur, ipſos Louanienſes Doctores non minoris criminis reos inſimulat, quòd in celeberrimâ operum Sancti Auguſtini editione Louanienſi *cùm in tra-*

Hoc ipſo Capit.

» *ctatu de hæreſibus & codice Gemblacenſi*, inquit, *Gennadiana hæc*
» *Appendix tacito licet auctoris nomine præferretur, omiſſa Prædeſti-*
» *natiana, tres tantum reliquæ ſunt expreſſæ.* Sed ſi Reuerendi P. ad notas celeberrimorum tam pietate & ſinceritate quàm doctrinâ Doctorum illorum aduertiſſet, non ita leuiter tam grauem cenſuram tuliſſet: vidiſſet ſiquidem celeberrimam illam tractatus illius de hęreſibus editionem ex 7. optimæ notæ Codicibus emendatam. Societatis Ieſu, Gemblacenſi, Carthuſienſi, Tornacenſi, Sancti Amandi, Claromareſchi & Cambronâ. Et ſub finem libri illius in Gemblacenſi Codice ſolam ſubiungi hæreſim Timotheanam, in reliquis Codicibus Neſtorianam & Eutichianam: In nullis verò haberi prædeſtinatianam, & Doctores illos tam in hoc, quàm in reliquis ſummâ fide verſatos agnouiſſet: ſed iam ipſum R. P. audiamus.

CAP. VI. PARS ALTERA.

SIRMONDVS.

Proſpero ſuccedet Gennadius Maſſilienſis, qui licet non ante omnes ſcripſit, primus tamen in publicum prodiit ex iis, qui Prædeſtinatos hæreſis notâ confixerunt: horum autem dogmata his verbis complexus eſt.

CONFVTATIO.

Non magis proſperè ſuccedet prædeſtinatianæ Fabulæ ex Gennadio, quàm ex pſeudo-Proſpero, vtriuſque ſcripti & ementiti Chronici & indiculi ſeù appendicis auctor ex Pelagianis ſeù ipſorum reliquiis. Veros Catholicæ doctrinæ profeſſores, & ipſum Auguſtinum ſub prædeſtinatianorum hæreſi, ille quidem clam ementito, hic verò palàm proprio addito nomine ſuo infamare ſtuduit, quod etiam eo facilius in Gennadio conuinci poteſt, quò dogmata expreſſit, quæ prædeſtinatianæ hæreſis notat, dum apparebit eadem ipſa ex calumnia ipſi Auguſtino à Maſſilienſibus & Gallorum reliquis Pelagianâ fuligine ſimiliter tinctis falsò impoſita, & aliqua etiam ab ipſo Auguſtino probabuntur aſſerta, niſi quod (vt notauit R. P. Petauius) ad inuidiam illi faciendam iniquioribus

Digitized by Google

iniquioribus verbis calumnioſé concepta ſunt. Gennadius.

SIRMONDVS.

Prædeſtinatiani hæretici ſunt qui dicunt. Quod Deus non om- «
nes homines ad hoc crearit, vt omnes ſaluentur, ſed vt multitu- «
dine hominum ornetur mundus.] «

CONFVTATIO.

1. Hoc ipſum præciſè ipſi Auguſtino obiectum fuit ab ipſis Maſſi-
lienſibus Gallorum cap. 13. his verbis: Quod quidam homines « Obiect.
non ad hoc à Deo creati ſunt, vt vitam adipiſcantur æternam, « Gall. ca. 13.
ſed vt habitum tantummodo ſæculi præſentis ornarent, & ad «
vtilitatem naſcerentur aliorum.] Huius obiectionis occaſio quæ- «
ſita fuit ex Auguſtini lib. 5. contra Iulian. cap. 4. in quo agens de Auguſt. in
abſoluta Dei Prædeſtinatione de reprobis dixit: Cæteri autem « Iulian. lib.
mortales, qui ex iſto numero non ſunt, & ex eadem quidem « 5. cap. 4.
maſſa, ex qua & iſti, ſed vaſa iræ facti ſunt, ad vtilitatem naſ- «
cuntur iſtorum: non enim quemquam eorum Deus temerè ac «
fortuitò creat, aut quid de illis boni operetur ignorat. Cum & «
hoc ipſum bonum operetur, quod in eis humanam creat natu- «
ram, & ex eis ordinem ſæculi præſentis exornat, &c.] Idem ip- «
ſum obiectum Proſpero & aliis Sancti Auguſtini diſcipulis ob-
iectione Vincentianâ 2. 3. & 4. obiect. ſecundâ quod Deus nolit « Obiect.
omnes homines ſaluari etiam ſi omnes ſaluari velint.] Tertiâ « Vincent. cap. 2.
quod Deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, vt il- « Cap. 3.
lam perdat in æternam.] Et quartâ quod maior pars generis hu- « Cap. 4.
mani ad hoc creetur à Deo, vt non Dei, ſed Diaboli faciat vo- «
luntatem.] «

SIRMONDVS.

Math. Quod & ſi generali prædicatione: *Venite ad me omnes qui la-* «
7. v. 28. *boratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, non tamen omnes eâ «
voluntate vocet, vt omnes ſequantur vocem eius.] «

CONFVTATIO.

2. Hoc contra diſcrimen ſæpius à D. Auguſtino inculcatum inter
vocationem generalem, & vocationem ſecundùm propoſitum
prolatum eſſe nemo non videt, de qua vocatione cap. 16. & 17. Auguſt. de
de prædeſt. Sanct. vocat enim, inquit, Deus prædeſtinatos mul- « Prædeſt.
tos Filios ſuos, vt eos faciat membra prædeſtinati Filij ſui, non « Sanct. cap. 16.
Luc 14. ea vocatione, qua vocati ſunt, *qui noluerunt venire ad nuptias*, illâ
v. 18. quippe vocatione & Iudæi vocati ſunt, *quibus Chriſtus Cruci-* «
fixus ſcandalum eſt, & gentes quibus Chriſtus Crucifixus *ſtultitia* «
eſt, ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam diſtinxit Apo- «
1. Cor. 1 ſtolus dicens: *Ipſis vocatis Iudæis & Græcis prædicare ſe Chriſtum* «
v. 23. *Dei virtutem, & Dei Sapientiam*: Sic enim ait: *Ipſis autem vo-* «
Rom. 8 v. 28. *catis*, vt illos oſtenderet non vocatos, ſciens eſſe quandam certam «

XXx

Digitized by Google

Gennadius. " vocationem eorum, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt: *quos* Rom. 9. v. 12.
" *præſciuit, & prædeſtinauit, &c.* Dixit ergo *ſed ex vocante* non & 13.
D cap. 16. in fine. " quacumque vocatione, ſed quâ vocatione fit credens, &c.] Non enim vocatione illâ vocati ſunt, de qua dictum eſt *multi vocati,* Math. 20. v. 16
ſed illâ quâ vocantur *Electi*; vnde & hìc poſtea quàm dixit: ſe- Rom.
" cundum Electionem autem *dilecti propter Patres*, continuò ſub- 11. v. 28.
" iecit: Vnde agimus *ſine Pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei*
" (id eſt) ſine mutatione ſtabiliter fixa ſunt; ad hanc vocationem,
" qui pertinent *omnes* ſunt *docibiles Dei &c.* Iſtorum autem nemo
" perit, &c.]

Hæc Auguſtinus reſpondens Maſſilienſium querelis per Proſ-
Proſper Epiſt. ad Auguſt. " perum Epiſtolâ ad ipſum Auguſtinum exhibitis, dicentem: Quic-
" quid in libris iis contra Pelagianos de vocatione electorum ſe-
" cundum Dei propoſitum diſputaſti, contrarium putant Patrum
" opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui: ipſorum definitio eſt: Vniuerſis
" hominibus propitiationem, quæ eſt in Sacramento Sanguinis
" Chriſti ſine exceptione eſſe propoſitam, &c: Et eos prædeſtinaſſe
" in regnum ſuum, quos gratis vocatos dignos futuros electione,
" & de hac vita bono fine exceſſuros eſſe præuiderit, &c.] Sed nec
Maſſilienſes Sancti Auguſtini reſponſioni acquieuerunt: immo
Gallor. Obiect. 5. ſentententiam eius calumniati ſunt Gallorum obiect. 5. Quòd
" qui vocati ſunt, non æqualiter ſint vocati, ſed alij vt crederent,
" alij vt non crederent.] Illúdque ipſum deinde inuidioſiùs etiam
Vincent. Obiect. 7. Sancto Proſpero inculcatum Obiect. Vincent. cap. 7. Quod hæc
" ſit voluntas Dei, vt magna pars Chriſtianorum ſalua eſſe nec
" velit, nec poſſit.]

Sirmondus.

" Sed nec omnes, qui ipſo inſpirante obediunt vocationi, dicunt
" accipere exequendi in bono opere perſeuerantiam.]

Confutatio.

3. Similem profert Maſſilienſium querelam Hilarius Epiſtolâ ad
Hilarius Epiſt. ad Auguſt. " Auguſtinum. Nolunt autem, inquit, ita hanc perſeuerantiam
" prædicari, vt non vel ſuppliciter emereri, vel amitti contumaci-
" ter poſſit, nec ad incertum voluntatis Dei deduci ſe volunt, &c.]
Auguſt. de Dono Perſeu. cap. 8. " Quibus reſpondet Sanctus Auguſtinus de Dono Perſeuer. cap. 8.
" Cur quibuſdam qui eum coluerunt bona fide, perſeuerare vſque
" in finem non dedit, cur putas, niſi quia non mentitur, qui dicit:
" *Ex nobis exierunt: ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis* 1. Ioan. 2. v. 19.
" *manſiſſent vtique nobiſcum.* Nunquid ergo hominum naturæ duæ
ſunt, abſit. Si duæ naturæ eſſent, gratia vlla non eſſet: Nulli enim
daretur gratuita liberatio, ſi naturæ debita redderetur. Homini-
bus autem videtur omnes, qui boni apparent, fideles perſeue-
rantiam vſque in finem accipere debuiſſe: Deus autem melius

Digitized by Google

eſſe iudicauit. Miſcere quoſdam non perſeueraturos certo nume- Genna-
ro Sanctorum ſuorum, vt quibus non expedit in huius vitæ ten- dius.
tatione ſecuritas, non poſſint eſſe ſecuri; multos enim à perni-
1. Cor. cioſa elatione reprimit, quod ait Apoſtolus: *Quapropter qui vi-*
10. v. 12 *detur ſtare, videat ne cadat:* Voluntate enim ſuâ cadit, qui cadit:
& voluntate Dei ſtat qui ſtat, &c.] & cap. 9. Ex duobus itaque « Ibid. cap. 9
paruulis originali peccati pariter obſtrictis cur iſte aſſumatur, ille « alias 8.
relinquatur, & ex duobus ætate iam grandibus impiis, cur iſte «
ita vocetur, vt vocantem ſequatur: inſcrutabilia ſunt iudicia Dei. «
Ex duobus autem piis cur huic donetur perſeuerantia vſque in «
finem, illi autem non donetur; inſcrutabiliora ſunt iudicia Dei. «
Illud tamen fidelibus debet eſſe certiſſimum, hunc eſſe ex præ- «
1. Ioan. deſtinatis, illum non eſſe. *Nam ſi fuiſſent ex nobis*, (vt vnus Præ- «
2. v. 19. deſtinatorum, qui de pectore Domini bibebat hoc ſecretum) *man-* «
ſiſſent vtique nobiſcum. Quid eſt quæſo *non erant ex nobis: nam ſi* «
fuiſſent manſiſſent vtique nobiſcum: Nonne vtrique à Deo creati, «
vtrique ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui «
Iſa. 57. dixit *omnem flatum ego feci*, vnius eiuſdémque naturæ animas ac- «
v. 16. ceperant, nonne poſtremò vtrique vocati fuerant, & vocantem «
ſecuti, vtrique ex impiis iuſtificati, & per lauacrum regeneratio- «
nis vtrique renouati? Sed ſi hoc audiret ille, qui ſciebat proculdu- «
bio quod dicebat, reſpondere poſſet & dicere: vera ſunt ſe- «
cundum hæc omnia *ex nobis erant*: Veruntamen ſecundum aliam «
quandam diſcretionem *non erant ex nobis: Nam ſi fuiſſent ex no-* «
bis, manſiſſent vtique nobiſcum. Quænam eſt tandem iſta diſcre- «
tio? patent libri Dei non auertamus aſpectum: clamat Scriptu- «
ra diuina adhibeamus auditum. *Non erant ex iis*, quia non erant «
ſecundùm propoſitum vocati, non erant in Chriſto *Electi ante* «
conſtitutionem mundi, non erant *in eo ſortem conſecuti:* non erant «
prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui vniuerſa operatur: nam «
ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis ſine dubitatione manſiſ- «
ſent: vt enim non dicam, quàm ſit poſſibile Deo auerſas, & ad- «
uerſas, in fidem ſuam hominum conuertere voluntates, & in eo- «
rum cordibus operari, vt nullis aduerſitatibus cedant, nec ab «
ipſo aliquâ ſuperati tentatione diſcedant, cùm poſſit & quod ait «
1. Cor. Apoſtolus facere, vt non eos permittat tentari ſuper id quod «
10. v. 13 poſſunt.] «

Hæc eadem ſanctiſſima fidei Chriſtianæ doctrina tota libro
iſto de dono perſeuerantiæ fuit confirmata, qui vt ex titulo patet
ad hoc ipſum editus eſt. Nihilominus poſtea à Maſſilienſibus &
aliis ſimilibus apud Gallos Pelagianorum reliquiis improbata & Gallor.
impugnata vt patet ex Gallorum obiectionibus Capit. 7. quòd Obiect. 7.

Genna- » Deus quibuſdam Filiis ſuis, quos regenerauit in Chriſto, qui-
dius. » bus fidem, ſpem & dilectionem dedit, ob hoc non det perſe-
» uerantiam, quia non ſunt è Maſſa perditionis præſcientiâ Dei,
» & prædeſtinatione diſcreti] Et hoc ipſum poſtea verbis etiam
iniquioribus ad inuidiam eiuſdem doctrinæ de dono perſeueran-
tiæ, Sancto Proſpero ab iiſdem Pelagianorum reliquiis obie-
Vincent. » ctionum Vincentianarum cap. 8. & 9. oppoſitum fuit. Cap. 8.
Obiect. 8. » quòd nolit Deus, vt omnes Catholici in fide Catholica perſeue-
& 9. » rent, ſed velit vt magna ex inde pars apoſtatet] & Capitulo no-
» no: quod velit Deus vt magna pars Sanctorum à ſanctitatis pro-
» poſito ruat.]

SIRMONDVS.

» Sed poſt multos labores, & iuſtitiæ fructus, ſi non ſunt de ſal-
» uandorum numero, ſubtrahendas eis vires agendi, ne perdurent
» in bono.]

CONFVTATIO.

4. Hanc vnam fuiſſe ex primis Maſſilienſium obiectionibus in
Sancti Auguſtini doctrinam ab ipſo Hilario priori ſuâ, quæ non
Auguſt. de extat, Epiſtolâ expoſitam, teſtis eſt ipſe Auguſtinus de Dono
Dono Per- » Perſeuer. Cap. 15. Sed aiunt, inquit, vt ſcribitis, neminem poſſe
ſeu. cap. 15. » correptionis ſtimulis excitari, ſi dicatur in conuentu Eccleſiæ au-
» dientibus multis. Ita ſe habet de Prædeſtinatione Dei definita
» ſententia voluntatis Dei, vt alij ex vobis, &c. Et ſi qui obeditis, ſi
» prædeſtinati eſtis reiiciendi, ſubtrahentur obediendi vires, vt obe-
Ibid. ca. 22. » dire ceſſetis, &c.] quæ cap. 22. ibidem quoad modum prædi-
» candi, non quoad ſubſtantiam improbat Auguſtinus: Quam-
» uis ergo hæc vera ſint, inquit, non tamen iſto modo dicenda ſunt
» audientibus multis, vt ſermo ad ipſos etiam conuertatur, &c.
» Quid enim ſententiæ deperit ſi ita dicatur. Si qui autem obe-
» diunt, ſed in regnum eius & gloriam prædeſtinati non ſunt, tem-
» porales ſunt, nec vſque in finem in eadem obedientia perma-
» nebunt, &c.] Et hæc ipſa ſententia vltima eſt ex illis quas Camil-
Excerpta lus & Theodorus PreſbyteriGenuenſes ex libris Sancti Auguſti-
Genuenſ. ni de Prædeſt. Sanct. & de dono perſeu. quaſi obſcuriores colle-
cap. vlt. gerunt, & Sancto Proſpero propoſuerunt vt earum veram intel-
ligentiam ipſis traderet: Verùm non ſic Maſſilienſes, & ſimi-
les Pelagianorum reliquiæ, ſed hoc calumnioſè reprehenden-
Gallor. tes in Sanctum Auguſtinum, eiúſque doctrinam obiecerunt Gal-
Obiect. 13. » lorum Capit. 13. quòd omnes illi fideles & Sancti, qui ad æter-
» nam mortem prædeſtinati ſunt, quando ad vomitum ſuum re-

Digitized by Google

labuntur, vitio quidem ſuo hoc facere videntur: ſed ipſius vitij « Genna-
cauſa eſt diuina Prædeſtinatio, quæ illis latenter ſubtrahit bonas « dius.
voluntates.] «

SIRMONDVS.

Et è contrario illos, qui prædeſtinati ſunt ad vitam æter- «
nam, etiam ſi in perfidia, vel in omni genere peccati longo «
tempore volutentur, accepturos occaſionem, quâ & credant in «
Deum, & ſecundùm Dei præceptum viuant, & poſſideant ſo- «
cietatem iuſtorum.] «

CONFVTATIO.

Sic ſæpiùs, & veriùs Auguſtinus non ſolum accepturos occa-
ſionem, quâ & credant, &c. ſed ipſam fidem. & reliqua, cùm
dono perſeuerantiæ contra Iulianum lib 5. Capit. 4. ait, inquit, « Auguſt. in Iulian. lib. 5. cap. 4.
Rom. 2 v. 4. Apoſtolus *Bonitas Dei ad Pœnitentiam te adducit*, verum eſſe con- «
ſtat, ſed quem prædeſtinauit adducit, quamuis *ſecundum duri-* «
v. 5. *tiam, & cor impœnitens* (quantum ad ipſum attinet) *theſauriſet ſi-* «
v. 6. *bi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei; qui reddet* «
vnicuique ſecundum opera eius; quantumlibet enim prębeat pa- «
tientiam, niſi ipſe dederit, quis agit pœnitentiam, &c.] Et pau- «
lò poſt: ex iſto numero Electorum & Prædeſtinatorum etiam, qui «
peſſimam duxerunt vitam, & per Dei benignitatem adducuntur «
ad pœnitentiam, per cuius patientiam non ſunt huic vitæ in hac «
ſcelerum perpetratione ſubtracti, vt oſtendatur & ipſis, & aliis «
cohæredibus eorum, de quàm profundo malo poſſit Dei gratia «
liberare: Ex his nemo perit quacumque ætate moriatur; abſit «
enim, vt Prædeſtinatus ad vitam ſine Sacramento Mediatoris fi- «
nire permittatur hanc vitam, &c.] «

Idemipſum pluribus proſequitur idem Auguſtinus de Corrept. Auguſt. de
& Gratia. cap. 7. Quicunque ergo, inquit, ab illa originali dam- « Corrept. &
natione, iſtâ diuinæ gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubium, « Grat. ca. 7.
quod & procuratur eis audiendum Euangelium, & cùm audie- «
Gal. 5. v. 6. runt credunt, &c, *in fide, quæ per dilectionem operatur*, vſque in fi- «
nem perſeuerant, & ſi quando exorbitant, correpti emendantur, «
& quidam eorum (etſi ab hominibus non corripiantur) in viam «
quam reliquerant, redeunt, & nonnulli acceptâ gratiâ in quali- «
bet ætate periculis huius vitæ, mortis celeritate ſubtrahuntur, &c. «
Non enim ſic ſunt vocati, vt non eſſent electi, &c. Ex iſtis nullus «
perit; quia omnes electi ſunt, &c.] Et paulò poſt. Horum ſi quiſ- « D. Cap. 7.
quam perit fallitur Deus; ſed nemo eorum perit, quia non falli- «
tur Deus: horum ſi quiſquam perit, vitio humano vincitur Deus, «

 «

Pſeudo Proſper. S. Fulgent. de verit. Prædeſt. lib. 2. c. 18.

dentibus patere hanc intelligentiam iuxta Sanctum Fulgentium
» de veritate Prædeſt. lib. 2. cap. 18 ſed iis, qui humiliter orant
» miſericordiæ Dominum, vt eundem Spiritum intelligentiæ le-
» gentes accipiant, quem ille accepit vt ſcriberet, & eandem illu-
» minationis gratiam adipiſcantur vt diſcant, quam ille adeptus eſt
» vt doceret.]

SIRMONDVS.

Sed vt ad Pithæi Chronicon redeamus quid eis dicemus, qui Proſperi eſſe negant? quo autem negant argumento? quia hic, inquiunt, Tiro nuncupatur & neſciunt, qui ſic ratiocinantur Proſperi Aquitani cognomen id fuiſſe: Pithæumque rei haud ignarum, tametſi in Codice Sancti Victoris, quo vſus eſt, ſolum Proſperi nomen erat, Tironem de ſuo adiecisse, quia eundem ipſum vtriuſque Chronici Auctorem fuiſſe in animum induxerat.

CONFVTATIO.

An Sancto Proſpero Tiro cognomen fuerit, necne parùm refert, dummodo conſtet (vt Reuerendo Patre conſentiente iam conſtat) pſeudochronicum hoc non illius fuiſſe legitimum partum, ſed vtroque ſæculo illo ſcilicet & noſtro etiam ſuppoſitum.

SIRMONDVS.

In quo ſane quamquam ægrè à tanti viri ſententiâ diſcedimus, adſtipulantes nos potiùs habent, qui aduerſantur: Tironis enim Proſperi Chronicon hoc non fuit, ſed tamen Proſperi (vt dictum eſt) nec enim cauſa ſatis apparet cur bis idem eorumdem temporum Chronica ſcriberet, nec credibile, ſi ſcriberet tam diuerſa ſcripturum, vt non dicam, quæ de Prædeſtinatis ab hoc Proſpero referuntur, ea in Aquitanum cadere, eique conuenire non poſſe.

CONFVTATIO.

Benè ſit, quamquam ægrè, nemo neſcit, habemus confitentem reum, *Tironis Proſperi Chronicon hoc non fuit:* veriſſimum. *Sed tamen Proſperi*, hoc negamus, immo confictum à Pelagianorum reliquiis, vt auctore Sancto Proſpero prædeſtinatianorum hæreſis eo ſæculo & ſequentibus crederetur, ſicut & noſtro ſæculo procuratum.

Nec credibile ſi ſcriberet tam diuerſa ſcripturum,] quidni additum & tam falſa, *vt non dicam quæ de Prædeſtinatis ab hoc Proſpero referuntur, ea in Aquitanum cadere, eique conuenire non poſſe.*] Cur verò ea vero Proſpero conuenire non poſſint? Niſi quia nullos ille hæreticos Prædeſtinatos agnouit, qui ex Auguſtini libris malè intellectis hæreſim hauſerint: ſi enim is ſit verborum pſeudo Chronici ſenſus, vt contendit R. P. Quidni ea in Proſperum Aquitanum cadere queant? Si Prædeſtinatos ille nouit, ſi contra

Digitized by Google

illos Auguſtini doctrinam ab ipſis adulteratam defendit, ſi ipſius Auguſtini opem aduerſus illos per literas implorauit, ſi Pontificiæ Sedis auctoritatem in illos armauit? Sua igitur ipſe commenta deſtruit R. P. dum hîc agnoſcere cogitur, ea Proſpero Aquitano conuenire non poſſe; quæ ſi vera eſſent quæ de eodem Proſpero priùs aſſeruit facillimè ei conuenirent. Pſeudo Proſper

SIRMONDVS.

Quare duo fuerunt, duo, inquam, Proſperi eadem ætate eademque in Gallia, Chronicum ambo ſcripſerunt, eundémque ambo ad terminum hoc eſt ad Valentiniani Auguſti 8. & Anthemij conſulatum, vrbémque à Genſerico captam perduxerunt.

CONFVTATIO.

Verum & vnicum qui Chronicon ſcripſit Sanctum Proſperum nemo neſcit. Alterius nullus meminit. Vt ſuppoſitum & ementitum hoc de quo agimus pſeudochronicum non agnoſcat, R. P. alterum Proſperum eadem ætate eadémque in Gallia, & qui ad eundem annum idem ſuſceptum opus perduxerit nullo auctore fuiſſe intendit, *Alter Soſias ex Plauti Amphitruone eruitur.* Quaſi vero hæc ſuppoſitio non fuerit ex minimis Pelagianorum & reliquiarum fraudibus & fallaciis, niſi vetò quoties Sanctis patribus libros ſuppoſitos videmus, vt ſuprà teſte Bellarmino, & Baronio, & Caſſiodoro Pelagianorum opera Sanctis Gregorio Niceno, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Xiſto, & Gelaſio vidimus ſuppoſita, dicendum ſit alios fuiſſe Gregorios, Ambroſios, Hieronymos, Auguſtinos, Xiſtos & Gelaſios: Quidni ergo pſeudochronicon illud ſpurium & ſuppoſitum illo ſæculo fateatur R. P. cum iam hoc noſtro ſæculo non minori fraude ſuppoſitum conſtet, non tantùm, vt tanquam germanus Sancti Proſperi fœtus, editum, ſed vt magìs adſtruendæ huic de veteribus Prædeſtinatianis Fabulæ inſeruiret, adulterarum.

SIRMONDVS.

Sed hoc Chronici vtriuſque diſcrimen, quod Proſper Pithœanus appendicem dumtaxat Euſebio, & Hieronymo videtur adieciſſe, hoc eſt, non amplius compoſuiſſe, quàm quod à Pithœo in lucem eſt datum: Tiro autem Proſper Victorij, Gennadij, & Caſſidiori teſtimonio ab Adam, mundique Principio exorſus, ad Vandalicam vſque direptionem opus ſuum deduxerat. Chronicon hoc (vt res docet) Chronici Euſebiani, quò vſque cum Hieronymi ſupplemento porrigitur, mera eſt Epitome. Vnde & Epitomen Chronicorum interdum vocant, aut excerpta ex Chronicis, quia inde Proſper omnia decerpſerat, niſi quod Conſulum Faſtos, quibus illi carebant, à Chriſti vſque Baptiſmo ſuis Proſper locis inſeruit, ac cætera quoque deinceps, vſque ad operis finem de ſuo contexuit; Quemadmodum autem Eu-

Pſeudo Froſper *ſebij & Hieronymi Proſper, ita Proſperi proſecutus eſt Hiſtoriam Victor Tironenſis in Africâ Epiſcopus, appendicem inde ſuam ordiens vbi Proſper in prima Chronici ſui editione deſierat, hoc eſt à Theodoſij Aug. 18. & Albini conſulatu, qui Chriſti annus cenſetur 444. Nam vltra eum non proceſſiſſe primam editionem, vt teſtis non eſſet Victor, qui Proſperum in hoc conſulatu reliquiſſe docet, fidem facerent hactenus vulgata eius exemplaria, quæ ibidem omnia conſiſtunt: quare qui reliqui ad captam vrbem ſunt anni vndecim, alterâ poſt editione adiectos fatendum eſt.*

CONFVTATIO.

Hæc elimatam Reuerendi P. (quem plurimùm veneror) in antiquitatibus noſtris peritiam redolent, ſed ſuſceptæ cauſam ne minimùm quidem iuuant. Et ſic maneat nullam eſſe huiuſce ementiti & ſuppoſiti Chronici fidem: idque vt inimicâ & fallaci Pelagianorum manu fabricatum penitus eliminandum: Et quicquid ſit, etiam Reuerendo P. licet ægrè & ingratis conſentiente, huic de veteribus Prædeſtinatianis Fabulæ verum Sancti Proſperi Chronicum nullo modo concinere, eiúſque ſilentium hoc ipſum Pelagianum de prædeſtinatianis hæreticis commentum, falſitatis arguere nemo eſt qui non intelligat.

CAPVT VI. Apud R. P. Sirmondum.

Gennadij Maſſilienſis de Prædeſtinatorum hæreſi teſtimonium, & Ianſenij Gennadium fruſtra inſectantis Refutatio.

CONFVTATVR.

GENNADIVS *Pelagianâ fuligine ſine dubio tinctus quæ Prædeſtinatianorum dogmata recenſet, non alia ſunt quàm Auguſtini, ſed calumnioſè propoſita.* IANSENIVS *ab iniquiſſimis Reuerendi P. criminationibus vindicatus.*

LOVANIENSIVM *Theologorum fides, qui ſummo labore & induſtriâ Auguſtinum ediderunt, quàm immeritò in dubium reuocata.*

Pars Prima.

GENNADIVS Maſſilienſis Preſbyter Caſſiani diſcipulus, ex illis Pelagianorum reliquiis non minimus, ipſius Fauſti fraudium & nequitiarum Architecti coætaneus, & in hæreſi

collactaneus, tertius poſt Antiprædeſtinatum & Pſeudo Proſperum Fabulæ iſtius teſtis adducitur, *qui primus*, inquit, *Reuerendus P. in publicum prodiit ex iis, qui Prædeſtinatos hæreſis notâ confixerunt*, ſed veriùs Catholicos hæreticos eſſe prædeſtinatianos finxerunt. Gennadius.

Gennadium Pelagianæ prauitatis fuligine non mediocriter tinctum ex Pelagianorum reliquiis, in Hieronymum, Auguſtinum, Proſperum, & alios perfectæ gratiæ intrepidos amatores, iniquiſſimum fuiſſe cenſorem ſcripta eius omnia demonſtrant. Scripſit librum de Eccleſiaſticis dogmatibus, qui habetur inter opera Sancti Auguſtini, & ſub Sancti Auguſtini nomine editus eſt, in quo non modica Pelagianæ virulentiæ ſemina inſeruit. Ideóque emendata aliqua & ad reliqua Correctorij vice inſerta 30. Capitula à 21. ad 52. Correctorij vice 11 priora à 22. ad 33. ex Capitulis Decretali Cœleſtini Papæ ſubiectis. 5. ſequentia à 34. ad 37. ex Capitulis Concilij Carthaginenſis. Et reliqua 14. à 38. ad 52. ex Selectis Concilij Arauſicani canonibus deſumpta: Scripſit etiam Illuſtrium Virorum Cathalogum, in quo de Hieronymo, Auguſtino, Proſpero, & ſimilibus orthodoxæ fidei in Pelagianos aſſertoribus ſiniſtrè locutus eſt; Ruffinum verò Pelagianorum parentem, Caſſianum, Fauſtum, & ſimiles Pelagianorum reliquias plurimis laudibus extulit. Hieronymum Ruffini obtrectatorem vocat, & æmulationis ſtimulo incitatum ad obloquendum ſtylum vertiſſe aſſerit.] De Auguſtino dixit: vnde & multa loquenti accidit, quod dixit per Salomonem Spiritus-Sanctus: *Ex multiloquio non effugies peccatum, &c.* De reſurrectione mortuorum etiam ſimili cucurrit ſinceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit, error tamen illius ſermone multò (vt ſuperius dixi) contractus, luctâ hoſtium exageratus, necdum hæreſis quæſtionem dedit.] De Proſpero: legi & librum, inquit, aduersùs opuſcula ſuppreſſo nomine Caſſiani, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, ille infamat nociua: re enim verâ Caſſiani, & Proſperi de Gratia Dei, & Libero Arbitrio ſententiæ in aliquibus ſibi inueniuntur contrariæ.] Ex his quis non cenſeat Pelagianâ ſeù Caſſianâ fuligine tinctum cenſorem. Sed & de Fauſto ipſo edidit, inquit, opus egregium de gratia Dei, quâ ſaluamur, & Libero humanæ mentis Arbitrio, in quo ſaluamur: In quo opere docet gratiam Dei ſemper, & inuitare, & præcedere, & iuuare voluntatem noſtram, & quicquid ipſa libertas arbitrij pro labore piæ mercedis acquiſierit, non eſſe proprium meritū, ſed gratiæ donum: Et in fine, ſunt & alia eius ſcripta quæ quia necdum legi nominare nolui, viuâ tamen voce egregius Doctor & creditur & probatur:] Ideóque de Gēnadio hoc obſeruauit

Gennadius de S. Hieronymo.

De S. Auguſtino.

De Proſpero.

De Fauſto.

Gennadius. — Card. Bellarminus. de Script Eccleſiaſt. in Gennadio. — Card. Baronius ad Ann. 466.

Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſti-
» cis, anno 490. ſcripſit etiam librum de Viris Illuſtribus, in quo
» ſuſpicionem non paruam reliquit ſuæ non rectæ fidei: Laudauit
» enim Caſſianum, & Fauſtum, qui Semipelagiani fuerunt, San-
» ctum Proſperum depreſſit, qui pro gratia Dei contra Pelagium
» fortiſſimè dimicauit.] Et illuſtriſſimus Cardinalis Baronius An-
nalium Eccleſiaſt. Tom. 6. ad annum 466. agens de Scriptis San-
» cti Proſperi. Quod verò, inquit, ad Sancti Proſperi ſcripta per-
» tinet, qui viuens in acie iugiter ſtetit pugnans aduerſus hæreticos
» Pelagianos, poſt obitum non caruit eorum morſibus: Etenim
» Gennadius & ipſe Pelagianorum aſperſus ſordibus de Proſperi
» ſcriptis agens, hæc ait: Legi & librum eius aduerſùs Collatoris
» opuſcula ſub perſona Caſſiani, quæ Eccleſia Dei, vt ſalutaria pro-
» bat, ipſe infamat.] Ita ipſe ſugillans planè Sanctum Proſperum
» quòd aduerſùs Caſſianum ſcripſerit, cuius opera falsò iactat ab
» Eccleſiâ Catholicâ eſſe probata; ſed dicat quænam iſta eſt Eccle-
» ſia Dei, quæ opuſcula Caſſiani, vt Catholica probat? Certè non
» dicenda Catholica, ſed Pelagianorum Eccleſia: Nam ſi verè Ca-
» tholica, de his conſulatur Eccleſia: Audi quid os Eccleſiæ Ca-
» tholicæ loquatur. *Opuſcula Caßiani Presbyteri Galliarum apo-*
» *crypha*, &c.]

Can. ſancta Rom. Eccl. Diſt. 15.

Tertium etiam ſcriptum edidit Gennadius, ſiue hæreſeon Catalogum, vt ipſemet teſtatur ſibi eſſe propoſitum in prędicto catalogo de Viris Illuſtribus in Vigilantio, & in Neſtorio, & in Suffridi editione ipſemet teſtatur ſcripſiſſe de omnibus hęreſibus libros octo. Hinc in ſupplementum Hieronymi, vt probatum fuit Louanienſibus Doctoribus in cenſura libri illius, de Eccleſiaſticis dogmatibus, & quale primùm editum eſt anno 1517. ſiue quatuor tantummodo hæreſum appendicem ad Sancti Auguſtini librum de hæreſibus, vt vult Reuerendus Pater ex manuſcripto codice Sancti Victoris, & Hincmari teſtimonio, vt poſtea videbimus. Ideóque magis ad ſolam Catholicę veritatis infamationem compoſitum: in hoc ſiquidem, vel catalogo vel appendice Prædeſtinatianos in Hæreticorum numerum retulit, eorúmque hęreſim (quam finxit) deſcripſit: ſed vt patet ex illis ipſis Gennadij verbis, quę à Reuerendo patre referuntur, ſolâ Sancti Auguſtini, de abſolutâ Dei prædeſtinatione Doctrinâ, hoc Prædeſtinatianæ hęreſis nomine fuit diffamata; idque pleniùs probabitur, vbi Reuerendi Patris verba expendentur. Et interim doctiſſimi nec ſuſpecti Reuerendi Patris Petauij eiuſdem Societatis non ignobilis membri iudicio illud confirmaſſe non erit inutile: Tome primo de Theologicis dogmatibus, lib. 9. cap. 2. hæc habentur. At in
» calce indiculi de hæreſibus, qui Hieronymo inſcribitur & Gen-

Petauius de Theolog. Dogm. Tom. 1. lib. 9. cap. 2.

nadio Maſſilienſi Presbytero nonnulla referuntur eorum opinio- « Genna-
nis capita, quæ maiori ex parte Auguſtini dogma ſapiunt, niſi « dius.
quod ad inuidiam illi faciendam calumnioſè concepta ſunt, velut «
cùm ait: illos qui Deo inſpirante obediunt vocationi, ſi non ſunt «
de ſaluandorum numero, ſubtrahendas eis vires agendi, ne per- «
durent in bono, quod aduerſus Auguſtinum Galli & Maſſilien- «
ſes obiiciebant, vt ex Proſpero liquet: ita & illud, quod alios «
etiam inuitos attrahat ad ſalutem, alios poſt bona reiiciat, & com- «
pellat in malum, quò pereant in æternum.] «

Hoc Gennadij opuſculum primum (vt dictum eſt) in lucem prodiit anno 1617. quaſi indiculus hæreſes plurimas continens, etiam plures quæ ab Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo iiſdem verbis referuntur, & non ſolùm quatuor hæreſeon appendicem; nec vt libri Sancti Auguſtini, de hæreſibus, ſed vt Sancti Hieronymi Catalogi ſupplementum, cum hoc ipſo Hieronymi Catalogo, ex neſcio quo vetuſto codice editum à doctiſſimo viro Claudio Maynardo Andium Propræſide, idque vnà cum geminis Sancti Auguſtini contra Pelagianos lucubrationibus, de geſtis Pelagij, & operis imperfecti in Iulianum libris duobus antehac non excuſis.

Nullo alio extante, & in publicum emiſſo huiuſce Gennadij opuſculi teſtimonio, ex quo vel à ſtudioſiſſimo quolibet non tantùm obſeruari, ſed conijci quidem poſſet hoc Gennadij opuſculum falſum & ſuppoſitum eſſe, & Gennadium ſolam appendicem quatuor hęreſeon, eámque in ſupplementum Sancti Auguſtini, non Sancti Hieronymi indiculi ſeu catalogi compoſuiſſe (quod obſeruandum) Ianſenius Iprenſis Epiſcopus, Auguſtini ſui tomi primi, lib. 8. cap. 23. iudicium ſuum de prædeſtinatiana hæreſi proferens, nullam vnquam fuiſſe, ſed è contrario doctrinam Catholicam, quam Sanctus Auguſtinus & Proſper expoſuerunt, ſub nomine iſtius hæreſis calumnioſè à Maſſilienſibus traductam fuiſſe docuit. Gennadium primum, non quidem prędeſtinatianos in hæreticorum numerum, ſed eorum dogmata Pelagianorum loco retuliſſe: Iſidorum verò Hiſpalenſem iiſdem omnino verbis plures hęreſes ex Gennadio deſcripſiſſe, Pelagianos à Gennadio prætermiſſos addidiſſe, & Prædeſtinatianos à Gennadio poſitos prætermiſiſſe aſſeruit.

A tribus annis R. P. in publicum emiſit opus Hincmari de præd eſtinatione, in cuius cap. 1. refert Gennadij de quatuor ſolùm hæreſibus quaſi Auguſtini appendicem, & hoc ipſo anno 1648. in manuſcripto Sancti Victoris codice poſt finem libri Sancti Auguſtini de hęreſibus, ſubiunctam reperit hanc Gennadij quatuor hæreſeon appendicem. Hinc hoc Capitulo R. P. in Epiſ-

Gennadius. copum Iprenſem quaſi falſi reum inuehitur, quòd ſicut Doctores Louanienſes in cenſura libri Gennadij de dogmatibus Eccleſiaſt. & ſicut R. P. Petauius fidem ſecutus vnici, quod in publicum extaret exemplaris, manuſcriptorum Reuerendi P. quæ nondum in lucem prodierant inſcius, dixerit Gennadium conſultò prætermiſiſſe Pelagianos, & Iſidorum loco prædeſtinatianorum quos Gennadius in album hæreticorum retulerat, repoſuiſſe Pelagianos. Sed & vlteriùs progreditur, ipſos Louanienſes Doctores non minoris criminis reos inſimulat, quòd in celeberrimâ operum Sancti Auguſtini editione Louanienſi *cùm in tra-*

Hoc ipſo Capit. » *ctatu de hæreſibus & codice Gemblacenſi*, inquit, *Gennadiana hæc* » *Appendix tacito licet auctoris nomine præferretur, omiſſa Prædeſti-* » *natiana, tres tantum reliquæ ſunt expreſſæ*. Sed ſi Reuerendi P. ad notas celeberrimorum tam pietate & ſinceritate quàm doctrinâ Doctorum illorum aduertiſſet, non ita leuiter tam grauem cenſuram tuliſſet: vidiſſet ſiquidem celeberrimam illam tractatus illius de hęreſibus editionem ex 7. optimæ notæ Codicibus emendatam. Societatis Ieſu, Gemblacenſi, Carthuſienſi, Tornacenſi, Sancti Amandi, Claromareſchi & Cambronâ. Et ſub finem libri illius in Gemblacenſi Codice ſolam ſubiungi hæreſim Timotheanam, in reliquis Codicibus Neſtorianam & Eutichianam: In nullis verò haberi prædeſtinatianam, & Doctores illos tam in hoc, quàm in reliquis ſummâ fide verſatos agnouiſſet: ſed iam ipſum R.P. audiamus.

CAP. VI. PARS ALTERA.

Sirmondvs.

Proſpero ſuccedet Gennadius Maſſilienſis, qui licet non ante omnes ſcripſit, primus tamen in publicum prodiit ex iis, qui Prædeſtinatos hæreſis notâ confixerunt: horum autem dogmata his verbis complexus eſt.

Confvtatio.

Non magis proſperè ſuccedet prædeſtinatianæ Fabulæ ex Gennadio, quàm ex pſeudo-Proſpero, vtrinſque ſcripti & ementiti Chronici & indiculi ſeù appendicis auctor ex Pelagianis ſeù ipſorum reliquiis. Veros Catholicæ doctrinæ profeſſores, & ipſum Auguſtinum ſub prædeſtinatianorum hæreſi, ille quidem clam ementito, hic verò palàm proprio addito nomine ſuo infamare ſtuduit, quod etiam eo facilius in Gennadio conuinci poteſt, quò dogmata expreſſit, quæ prædeſtinatianæ hæreſis notat, dum apparebit eadem ipſa ex calumnia ipſi Auguſtino à Maſſilienſibus & Gallorum reliquis Pelagianâ fuligine ſimiliter tinctis falsò impoſita, & aliqua etiam ab ipſo Auguſtino probabuntur aſſerta, niſi quod (vt notauit R. P. Petauius) ad inuidiam illi faciendam

iniquioribus verbis calumnioſè concepta ſunt. Gennadius.

SIRMONDVS.

Prædeſtinatiani hæretici ſunt qui dicunt. Quod Deus non om- « nes homines ad hoc crearit, vt omnes ſaluentur, ſed vt multitu- « dine hominum ornetur mundus.] «

CONFVTATIO.

Hoc ipſum præciſè ipſi Auguſtino obiectum fuit ab ipſis Maſſi- 1. lienſibus Gallorum cap. 13. his verbis: Quod quidam homines « Obiect. non ad hoc à Deo creati ſunt, vt vitam adipiſcantur æternam, « Gall. ca. 13. ſed vt habitum tantummodo ſæculi præſentis ornarent, & ad « vtilitatem naſcerentur aliorum.] Huius obiectionis occaſio quæ- « ſita fuit ex Auguſtini lib. 5. contra Iulian. cap. 4. in quo agens de Auguſt. in abſoluta Dei Prædeſtinatione de reprobis dixit: Cæteri autem « Iulian. lib. mortales, qui ex iſto numero non ſunt, & ex eadem quidem « 5. cap. 4. maſſa, ex qua & iſti, ſed vaſa iræ facti ſunt, ad vtilitatem naſ- « cuntur iſtorum: non enim quemquam eorum Deus temerè ac « fortuitò creat, aut quid de illis boni operetur ignorat. Cum & « hoc ipſum bonum operetur, quod in eis humanam creat natu- « ram, & ex eis ordinem ſæculi præſentis exornat, &c.] Idem ip- « ſum obiectum Proſpero & aliis Sancti Auguſtini diſcipulis ob- iectione Vincentianâ 2. 3. & 4. obiect. ſecundâ quod Deus nolit « Obiect. omnes homines ſaluari etiam ſi omnes ſaluari velint.] Tertiâ « Vincent. cap. 2. quod Deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, vt il- « Cap. 3. lam perdat in æternam.] Et quartâ quod maior pars generis hu- « Cap. 4. mani ad hoc creetur à Deo, vt non Dei, ſed Diaboli faciat vo- « luntatem.] «

SIRMONDVS.

Math. 7. v. 18. Quod & ſi generali prædicatione: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, non tamen omnes eâ « voluntate vocet, vt omnes ſequantur vocem eius.] «

CONFVTATIO.

Hoc contra diſcrimen ſæpius à D. Auguſtino inculcatum inter 2. vocationem generalem, & vocationem ſecundùm propoſitum prolatum eſſe nemo non videt, de qua vocatione cap. 16. & 17. Auguſt. de de prædeſt. Sanct. vocat enim, inquit, Deus prædeſtinatos mul- « Prædeſt. Sanct. tos Filios ſuos, vt eos faciat membra prædeſtinati Filij ſui, non « cap. 16. Luc 14. v. 18. ea vocatione, qua vocati ſunt, *qui noluerunt venire ad nuptias*, illâ quippe vocatione & Iudæi vocati ſunt, *quibus Chriſtus Crucifixus ſcandalum eſt*, & gentes quibus Chriſtus Crucifixus *ſtultitia eſt*, ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam diſtinxit Apo- « 1. Cor. 1 v. 23. ſtolus dicens: *Ipſis vocatis Iudæis & Græcis prædicare ſe Chriſtum* « *Dei virtutem, & Dei Sapientiam*: Sic enim ait: *Ipſis autem vocatis*, vt illos oſtenderet non vocatos, ſciens eſſe quandam certam « Rom. 8 v. 28.

Gennadius. » vocationem eorum, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt: *quos* Rom 9 v. 12.
» *præſciuit, & prædeſtinauit, &c.* Dixit ergo *ſed ex vocante* non & 13.
D. cap. 16. in fine. » quacumque vocatione, ſed quâ vocatione fit credens, &c.] Non Math. 20. v. 16
enim vocatione illâ vocati ſunt, de qua dictum eſt *multi vocati,* Rom. 11. v. 28.
ſed illâ quâ vocantur *Electi*; vnde & hîc poſtea quàm dixit: ſe-
» cundum Electionem autem *dilecti propter Patres*, continuò ſub-
» iecit: Vnde agimus *ſine Pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei*
» (id eſt) ſine mutatione ſtabiliter fixa ſunt; ad hanc vocationem,
» qui pertinent *omnes* ſunt *docibiles Dei &c.* Iſtorum autem nemo
» perit, &c.]

Hæc Auguſtinus reſpondens Maſſilienſium querelis per Proſ-
Proſper Epiſt. ad Auguſt. » perum Epiſtolâ ad ipſum Auguſtinum exhibitis, dicentem: Quic-
» quid in libris iis contra Pelagianos de vocatione electorum ſe-
» cundum Dei propoſitum diſputaſti, contrarium putant Patrum
» opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui: ipſorum definitio eſt: Vniuerſis
» hominibus propitiationem, quæ eſt in Sacramento Sanguinis
» Chriſti ſine exceptione eſſe propoſitam, &c: Et eos prædeſtinaſſe
» in regnum ſuum, quos gratis vocatos dignos futuros electione,
» & de hac vita bono fine exceſſuros eſſe præuiderit, &c.] Sed nec
Maſſilienſes Sancti Auguſtini reſponſioni acquieuerunt: immo
Gallor. Obiect. 5. ſententiam eius calumniati ſunt Gallorum obiect. 5. Quòd
» qui vocati ſunt, non æqualiter ſint vocati, ſed alij vt crederent,
» alij vt non crederent.] Illúdque ipſum deinde inuidioſiùs etiam
Vincent. Obiect. 7. Sancto Proſpero inculcatum Obiect. Vincent. cap. 7. Quod hæc
» ſit voluntas Dei, vt magna pars Chriſtianorum ſalua eſſe nec
» velit, nec poſſit.]

SIRMONDVS.

» Sed nec omnes, qui ipſo inſpirante obediunt vocationi, dicunt
» accipere exequendi in bono opere perſeuerantiam.]

CONFVTATIO.

3. Similem profert Maſſilienſium querelam Hilarius Epiſtolâ ad
Hilarius Epiſt. ad Auguſt. » Auguſtinum. Nolunt autem, inquit, ita hanc perſeuerantiam
» prædicari, vt non vel ſuppliciter emereri, vel amitti contumaci-
» ter poſſit, nec ad incertum voluntatis Dei deduci ſe volunt, &c.]
Auguſt. de Dono Perſeu. cap. 8. » Quibus reſpondet Sanctus Auguſtinus de Dono Perſeuer. cap. 8.
» Cur quibuſdam qui eum coluerunt bona fide, perſeuerare vſque
» in finem non dedit, cur putas, niſi quia non mentitur, qui dicit:
» *Ex nobis exierunt: ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis* 1. Ioan. 2. v. 19.
» *manſiſſent vtique nobiſcum.* Nunquid ergo hominum naturæ duæ
ſunt, abſit. Si duæ naturæ eſſent, gratia vlla non eſſet: Nulli enim
daretur gratuita liberatio, ſi naturæ debita redderetur. Homini-
bus autem videtur omnes, qui boni apparent, fideles perſeue-
rantiam vſque in finem accipere debuiſſe: Deus autem melius

Digitized by Google

eſſe iudicauit. Miſcere quoſdam non perſeueraturos certo nume- Gennadius.
ro Sanctorum ſuorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione ſecuritas, non poſſint eſſe ſecuri; multos enim à perni-
1. Cor. 10. v. 12 cioſa elatione reprimit, quod ait Apoſtolus: *Quapropter qui videtur ſtare, videat ne cadat:* Voluntate enim ſuâ cadit, qui cadit: & voluntate Dei ſtat qui ſtat, &c.] & cap. 9. Ex duobus itaque « Ibid. cap. 9 alias 8.
paruulis originali peccati pariter obſtrictis cur iſte aſſumatur, ille «
relinquatur, & ex duobus ætate iam grandibus impiis, cur iſte «
ita vocetur, vt vocantem ſequatur: inſcrutabilia ſunt iudicia Dei. «
Ex duobus autem piis cur huic donetur perſeuerantia vſque in «
finem, illi autem non donetur; inſcrutabiliora ſunt iudicia Dei. «
Illud tamen fidelibus debet eſſe certiſſimum, hunc eſſe ex præ- «
1. Ioan. 2. v. 19. deſtinatis, illum non eſſe. *Nam ſi fuiſſent ex nobis*, (vt vnus Præ- «
deſtinatorum, qui de pectore Domini bibebat hoc ſecretum) *manſiſſent vtique nobiſcum.* Quid eſt quæſo *non erant ex nobis: nam ſi* «
fuiſſent manſiſſent vtique nobiſcum: Nonne vtrique à Deo creati, «
vtrique ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui «
Iſa. 57. v. 16. dixit *omnem flatum ego feci*, vnius eiuſdémque naturæ animas ac- «
cepetant, nonne poſtremò vtrique vocati fuerant, & vocantem «
ſecuti, vtrique ex impiis iuſtificati, & per lauacrum regeneratio- «
nis vtrique renouati? Sed ſi hoc audiret ille, qui ſciebat proculdu- «
bio quod dicebat, reſpondere poſſet & dicere: vera ſunt ſe- «
cundum hæc omnia *ex nobis erant*: Veruntamen ſecundum aliam «
quandam diſcretionem *non erant ex nobis: Nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum.* Quænam eſt tandem iſta diſcre- «
tio? patent libri Dei non auertamus aſpectum: clamat Scriptu- «
ra diuina adhibeamus auditum. *Non erant ex iis*, quia non erant «
ſecundùm propoſitum vocati, non erant in Chriſto *Electi ante* «
conſtitutionem mundi, non erant *in eo ſortem conſecuti:* non erant «
prædeſtinati ſundum propoſitum eius, qui vniuerſa operatur: nam «
ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis ſine dubitatione manſiſ- «
ſent: vt enim non dicam, quàm ſit poſſibile Deo auerſas, & ad- «
uerſas, in fidem ſuam hominum conuertere voluntates, & in eo- «
rum cordibus operari, vt nullis aduerſitatibus cedant, nec ab «
ipſo aliquâ ſuperati tentatione diſcedant, cùm poſſit & quod ait «
1. Cor. 10. v. 13 Apoſtolus facere, vt non eos permittat tentari ſuper id quod «
poſſunt.] «

Hæc eadem ſanctiſſima fidei Chriſtianæ doctrina tota libro iſto de dono perſeuerantiæ fuit confirmata, qui vt ex titulo patet ad hoc ipſum editus eſt. Nihilominus poſtea à Maſſilienſibus & aliis ſimilibus apud Gallos Pelagianorum reliquiis improbata & Gallor. Obiect. 7.
impugnata vt patet ex Gallorum obiectionibus Capit. 7. quòd

Gennadius. „ Deus quibuſdam Filiis ſuis, quos regenerauit in Chriſto, quibus fidem, ſpem & dilectionem dedit, ob hoc non det perſeuerantiam, quia non ſunt è Maſſa perditionis præſcientiâ Dei, & prædeſtinatione diſcreti] Et hoc ipſum poſtea verbis etiam iniquioribus ad inuidiam eiuſdem doctrinæ de dono perſeuerantiæ, Sancto Proſpero ab iiſdem Pelagianorum reliquiis obie-

Vincent. Obiect. 8. & 9. „ ctionum Vincentianarum cap. 8. & 9. oppoſitum fuit. Cap. 8. „ quòd nolit Deus, vt omnes Catholici in fide Catholica perſeuerent, ſed velit vt magna ex inde pars apoſtatet] & Capitulo nono: quod velit Deus vt magna pars Sanctorum à ſanctitatis propoſito ruat.]

SIRMONDVS.

„ Sed poſt multos labores, & iuſtitiæ fructus, ſi non ſunt de ſaluandorum numero, ſubtrahendas eis vires agendi, ne perdurent in bono.]

CONFVTATIO.

4. Hanc vnam fuiſſe ex primis Maſſilienſium obiectionibus in Sancti Auguſtini doctrinam ab ipſo Hilario priori ſuâ, quæ non

August. de Dono Perſeu. cap. 15. extat, Epiſtolâ expoſitam, teſtis eſt ipſe Auguſtinus de Dono „ Perſeuer. Cap. 15. Sed aiunt, inquit, vt ſcribitis, neminem poſſe „ correptionis ſtimulis excitari, ſi dicatur in conuentu Eccleſiæ audientibus multis. Ita ſe habet de Prædeſtinatione Dei definita ſententia voluntatis Dei, vt alij ex vobis, &c. Et ſi qui obeditis, ſi prædeſtinati eſtis reiiciendi, ſubtrahentur obediendi vires, vt obe-

Ibid. ca. 22. „ dire ceſſetis, &c.] quæ cap. 22. ibidem quoad modum prædicandi, non quoad ſubſtantiam improbat Auguſtinus: Quamuis ergo hæc vera ſint, inquit, non tamen iſto modo dicenda ſunt audientibus multis, vt ſermo ad ipſos etiam conuertatur, &c. Quid enim ſententiæ deperit ſi ita dicatur. Si qui autem obediunt, ſed in regnum eius & gloriam prædeſtinati non ſunt, temporales ſunt, nec vſque in finem in eadem obedientia permanebunt, &c.] Et hæc ipſa ſententia vltima eſt ex illis quas Camil-

Excerpta Genuenſ. cap. vlt. lus & Theodorus Preſbyteri Genuenſes ex libris Sancti Auguſtini de Prædeſt. Sanct. & de dono perſeu. quaſi obſcuriores collegerunt, & Sancto Proſpero propoſuerunt vt earum veram intelligentiam ipſis traderet: Verùm non ſic Maſſilienſes, & ſimiles Pelagianorum reliquiæ, ſed hoc calumniosè reprehendentes in Sanctum Auguſtinum, eiúſque doctrinam obiecerunt Gal-

Gallor. Obiect. 13. „ lorum Capit. 13. quòd omnes illi fideles & Sancti, qui ad æternam mortem prædeſtinati ſunt, quando ad vomitum ſuum re-

labuntur, vitio quidem ſuo hoc facere videntur: ſed ipſius vitij « Genna-
cauſa eſt diuina Prædeſtinatio, quæ illis latenter ſubtrahit bonas « dius.
voluntates.] «

SIRMONDVS.

Et è contrario illos, qui prædeſtinati ſunt ad vitam æter- «
nam, etiam ſi in perfidia, vel in omni genere peccati longo «
tempore volutentur, accepturos occaſionem, quâ & credant in «
Deum, & ſecundùm Dei præceptum viuant, & poſſideant ſo- «
cietatem iuſtorum.] «

CONFVTATIO.

Sic ſæpiùs, & veriùs Auguſtinus non ſolum accepturos occa-
ſionem, quâ & credant, &c. ſed ipſam fidem. & reliqua, cùm
dono perſeuerantiæ contra Iulianum lib 5. Capit. 4. ait, inquit, « Auguſt. in Iulian. lib. 5. cap. 4.
Rom. 2. Apoſtolus *Bonitas Dei ad Pœnitentiam te adducit*, verum eſſe con- «
v. 4. ſtat, ſed quem prædeſtinauit adducit, quamuis *ſecundum duri-* «
v. 5. *tiam, & cor impœnitens* (quantum ad ipſum attinet) *theſaurizet ſi-* «
v. 6. *bi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei; qui reddet* «
vnicuique ſecundum opera eius; quantumlibet enim præbeat pa- «
tientiam, niſi ipſe dederit, quis agit pœnitentiam, &c.] Et pau- «
lò poſt: ex iſto numero Electorum & Prædeſtinatorum etiam, qui «
peſſimam duxerunt vitam, & per Dei benignitatem adducuntur «
ad pœnitentiam, per cuius patientiam non ſunt huic vitæ in hac «
ſcelerum perpetratione ſubtracti, vt oſtendatur & ipſis, & aliis «
cohæredibus eorum, de quàm profundo malo poſſit Dei gratia «
liberare: Ex his nemo perit quacumque ætate moriatur; abſit «
enim, vt Prædeſtinatus ad vitam ſine Sacramento Mediatoris fi- «
nire permittatur hanc vitam, &c.] «

Idemipſum pluribus proſequitur idem Auguſtinus de Corrept. Auguſt. de
& Gratia. cap. 7. Quicunque ergo, inquit, ab illa originali dam- « Corrept. &
natione, iſtâ diuinæ gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubium, « Grat. ca. 7.
quod & procuratur eis audiendum Euangelium, & cùm audie- «
Gal. 5. runt credunt, &, *in fide, quæ per dilectionem operatur*, vſque in fi- «
v. 6. nem perſeuerant, & ſi quando exorbitant, correpti emendantur, «
& quidam eorum (etſi ab hominibus non corripiantur) in viam «
quam reliquerant, redeunt, & nonnulli acceptâ gratiâ in quali- «
bet ætate periculis huius vitæ, mortis celeritate ſubtrahuntur, &c. «
Non enim ſic ſunt vocati, vt non eſſent electi, &c. Ex iſtis nullus «
perit; quia omnes electi ſunt, &c.] Et paulò poſt. Horum ſi quiſ- « D. Cap. 7.
quam perit fallitur Deus; ſed nemo eorum perit, quia non falli- «
tur Deus: horum ſi quiſquam perit, vitio humano vincitur Deus, «

Gennadius. " &c. ſed nemo eorum perit, quia nullâ re vincitur Deus, &c.
" quàm fortis autem perſeuerantiæ vſque in finem munus accepe-
" rint, ſequantur & dicant: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti,* Rom. 8 v. 35.
" *tribulatio an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an peri-*
" *culum, an gladius?* &c. Horum fides quæ per dilectionem opera-
" tur, profectò aut omnino non deficit, aut ſi qui ſunt, quorum de-
" ficit, reparatur antequam vita illa finiatur, & deletâ, quæ inter-
" currerat iniquitate, vſque in finem perſeuerantia deputatur, &c]
Ibid. cap. 9. " Et ibidem cap 9. Quicunque ergo in Dei prouidentiſſima diſpo-
" ſitione præſciti, Prædeſtinati, vocati, iuſtificati, glorificati ſunt,
" non dico etiam nondum nati, iam filij Dei ſunt, & omninò pe-
Ibid. cap. 12. " rire non poſſunt. Hi verè veniunt ad Chriſtum, &c.] & cap. 12.
" Chriſto enim ſic eos ponente, *vt eant, & fructum afferant, & fru-* Ioan. 15 v. 16.
" *ctus eorum maneat,* quis audeat dicere forſitan non manebit? *ſine*
" *pœnitentiâ ſunt enim dona & vocatio Dei*: ſed vocatio eorum qui Rom. 9. v. 29.
" ſecundùm propoſitum vocati ſunt: pro his ergo, interpellante
" Chriſto, ne deficiat fides eorum, ſine dubio non deficiet vſque in
" finem; ac per hoc perſeuerabit vſque in finem, &c.] Denique il-
lud ipſum toto libro de Dono perſeuerantiæ confirmat contra
Hilarij Epiſtola ad Auguſt. Maſſilienſes, qui iuxta Hilarium Epiſtolâ ad Auguſtinum, nole-
bant perſeuerantiam hanc, ita prædicari, vt non vel ſuppliciter
emereri, vel amitti contumaciter poſſet. Cæterum, inquit, quic-
" quid libet donatum ſit prędeſtinatis, id poſſe amittere, & retine-
" re propria voluntate contendunt; quod tunc falſum eſſet, ſi ve-
" rum putarent eam quoſdam perſeuerantiam percepiſſe, vt niſi
" perſeuerantes eſſe non poſſint.] Quos in hoc præcipuè refellit
Sanctus Auguſtinus cap. 6. & 7. de Dono perſeuerantiæ.

SIRMONDVS.

" Tali definitione id docere ſtudent, quòd Deus perſonas homi-
" num accipiat, quòd alios etiam inuitos poſt multa mala opera at-
" trahat ad ſalutem, alios poſt bona reiiciat, & compellat in malum
" quò pereant in æternum.]

CONFVTATIO.

7. Hoc ipſum Iuliani, & aliorum Epiſcoporum Pelagianorum in
Catholicos fuit improperium, eo quòd gratiam Dei propterea
gratis dari, ne gratia non ſit, non tanquam debitam meritis prę-
cedentibus reddi aſſererent, quod improperium Epiſtolâ ſuâ ad
Auguſt. ad Bonif. lib. 2. cap. 6. Theſſalonicenſem Epiſcopum contrariâ profeſſione expreſſerunt,
" apud Auguſtinum, lib. 2 ad Bonifac. cap. 6. hęc enim verba ſunt
" veſtra (inquit Auguſtinus) Baptiſma omnibus neceſſarium eſſe
" ætatibus confitemur, gratiam quoque adiuuare vniuſcuiuſquę

bonum propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis im- „ Gennadius.
mittere: quia *perſonarum acceptio non eſt apud Deum*;] Quibus „
Coloſſ. 3.v.16. ibidem reſpondet Sanctus Auguſtinus: Quæ igitur cauſa huic par- „
uulo Baptiſmum procurauit, illi negauit? an ipſi fatum habent, „
quia meritum non habent: aut in his eſt acceptio à Domino per- „
ſonarum? Nam vtrumque dixiſtis, priùs fatum, acceptionem „
poſtea perſonarum, vt quoniam vtrumque refutandum eſt, re- „
maneat, quod vultis aduerſus gratiam introducere meritum, &c. „
Si autem in baptizandis paruulis, & nullum meritum omninò „
præcedere; & tamen fatum non eſſe conceditis, cur nos quando „
dicimus gratiam propterea gratis dari, ne gratia non ſit, & non „
tanquam meritis præcedentibus reddi, fati aſſertores eſſe iactatis, „
non intelligentes iuſtificandis impiis, ſicut propterea merita non „
ſunt, quia gratia eſt; ita propterea non eſt fatum, quia Dei gratia „
eſt: ita propterea *non eſſe acceptionem perſonarum*, quia Dei gratia „
eſt.] „

Et capite ſequenti, vbi docuit Sanctus Auguſtinus fatum dici Ibid. cap 7.
non poſſe, *de perſonarum acceptione* ait: Item quæ acceptio perſo- „
narum ibi rectè dicitur, vbi ille qui iudicat relinquens cauſæ me- „
ritum, de qua iudicat, alteri contra alterum ſuffragatur; quia in- „
uenit aliquid in perſona, quod honore vel miſeratione ſit dignum: „
Si autem quiſpiam duos habeat debitores, & alteri vellet remit- „
tere debitum, alterum exigere, cui vult donat; ſed neminem „
fraudat, nec acceptio perſonarum dicenda eſt, quando iniquitas „
nulla eſt: alioquin eis qui parum intelligunt, poteſt acceptio per- „
ſonarum videri, vbi vineæ Dominus operariis qui vnâ horâ illic „
Matth. 20.v.9. opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis, *qui pertulerunt pon-* „
dus diei & æſtus, æquales faciens in mercede, quorum tam magna „
diſtantia fuerat in labore. Sed quid reſpondebit de hac veluti ac- „
ceptione perſonarum aduerſus patremfamilias murmurantibus. „
v. 13. &c. *Amice*, inquit, *non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conueniſti* „
mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſi- „
mo dare, ſicut & tibi: an non licet mihi quod volo facere? an oculus „
tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? nempe hic tota iuſtitia eſt, „
hoc volo, tibi, inquit, reddidi, huic donaui, neque vt huic do- „
narem, tibi aliquid abſtuli, aut quod debebam, vel minui vel ne- „
gaui. *An non licet mihi facere quod volo: an oculus tuus nequam eſt,* „
quia ego bonus ſum? ſicut ergo hîc *nulla eſt acceptio perſonarum*, „
quia ſic alius gratis honoratur, vt alius debito non fraudetur: ſic „
etiam cùm ſecundùm propoſitum Dei vocatur alius, alius non „
vocatur, vocato datur gratuitum bonum, cuius boni eſt vocatio „
ipſa principium: non vocato redditur malum, quia omnes rei „
ſunt, ex eo quòd per vnum hominem peccatum intrauit in mun- „

Digitized by Google

Gennadius. dum, &c.] Quod pluribus exequitur Sanctus Auguſtinus, & exemplo geminorum à meretrice expoſitorum illuſtrat: Et licet gratia verè ſit gratuita, nec ex meritis vllis etiam futuris præuiſis, nullam tamen ineſſe perſonarum acceptionem demonſtrat.]

Ibid. cap. 8. Et capite ſequenti 8. reſpondet alteri eorumdem hæreticorum obiectioni, de qua etiam hîc Gennadius, quòd Deus etiam inuitos
» attrahat ad ſalutem: videamus tamen, inquit, quid illud ſit ſub
» nomine, inquiunt, gratiæ ita fatum aſſerunt, vt dicant: quia niſi
» inuito & reluctanti homini inſpirauerit boni, & ipſam imper-
» fecti cupiditatem, nec à malo declinare, nec bonum poſſit arri-
» pere.] Sed de hoc ſupra ad caput quartum in examine capituli ſecundi & quinti Antiprædeſtinati, ſicut & de compulſione in malum ad caput tertium, vbi de veterum prædeſtinatianorum Capitulis ab Hincmaro notatis.

Nec etiam hîc prætermittendum illam ipſam perſonarum acceptionem ab ipſis Pelagianorum reliquiis, teſte Petro Diacono & aliis in libro de Incarnat. & Grat cap. 7. obiectam; & ibidem ſicut & à Sancto Fulgentio refutatam in lib. de Incarnat. Chriſti, cap. 21.

Ex quibus patet non ſolum iuxta R. P. Petauium, nonnulla quæ referuntur à Gennadio prædeſtinatianæ hæreſis capita maiori ex parte Auguſtini dogma ſapere, niſi quòd ad inuidiam illi faciendam calumnioſè concepta ſunt: verùm etiam omnia omnino, & omni ex parte capita illa nihil aliud continere, quàm dogmata ipſa Sancti Auguſtini, niſi quòd ad inuidiam illi faciendam calumnioſè concepta ſunt, vel quæ ab hæreticis Pelagianis, eorúmque reliquiis, ipſi, & Sancto Proſpero fuere falsò & ex calumniâ impoſita. Et ſic hæc omnia quæ à Gennadio, de fictitiis Prædeſtinatianis ex calumnia & per inuidiam in Catholicos ſcripta ſunt penitus reiicienda.

SIRMONDVS.

Simul ac in lucem prolatum eſt hoc elogium incredibile dictu, quos tumultus, & quas conſternationes apud nouos vetuſti erroris patronos excitarit, nihil vt intentatum reliquerint, quò Gennadij fidem, quia de teſtimonio fallere non poterant, auctoritatémque extenuarent.

CONFVTATIO.

Quale ſit hoc non *Elogium* ſed commentum, iam vidimus, *qui tumultus, quæ conſternationes (incredibile dictu)*] paria commenta: & aduertat Reuerendus P. quomodo vocet nouos vetuſti erroris Patronos, eos, qui licet ſentiant, & euincant nullos vnquam fuiſſe hæreticos prædeſtinatianos, hæreſum Capita ipſis impoſita,

impoſita, quæ à Sancto Auguſtino, Proſpero, & aliis perfectæ gratiæ intrepidis amatoribus fuere reiecta, non minus quam R. P. improbant & execrantur. Gennadius.

SIRMONDVS.

Quid verò tandem habent quod opponant? ſi principem ſcholæ interroges, Gennadium accuſat, quòd primus omnium prædeſtinatos in hæreticorum album referre auſus ſit. At hoc falſum eſt, quia ante illum retulerant, vt de aliis taceam & Proſper, & auctor Prædeſtinati: deinde quid culpæ eſt id quod verum ſit ante alios profiteri.

CONFVTATIO.

Aduertat R. P. quam leuiter Iprenſem Epiſcopum (quem principem ſcholæ vocat) in falſi crimen incidiſſe notet quod tom. 1. lib. 8. cap. 23. dixerit, non vt refert R. P. quod Gennadius primus omnium prædeſtinatos in hæreticorum album referre auſus ſit: *Sed quod primus omnium dogmata Prædeſtinatianorum recenſuit*; illud ſiquidem falſum propter Pſeudoproſperum, qui primus illos in hæreticorum numerum retulit: Vt ibidem obſeruauit Ianſenius ſed hoc veriſſimum: quia ille nulla dogmata recenſuit, nec alius ante Gennadium excepto R. P. dilectiſſimo Antiprædeſtinato qui nondum editus, cum Iprenſis Epiſcopus ſcripſit. Et ſic nullomodo falſi reus. Sed hic non ſatis ſincerè, immutata illius verba, & quod de dogmatibus dixit, ad perſonas tranſlatum, vt propter Pſeudoproſperum falſi reus probaretur: *Nullius verò culpæ quod verum ſit ante alios profiteri*: Sed non minimum falſitatis argumentum tam horrendæ hæreſeos & tam late peruagatæ, vt quæ totum penè vulnerauerit mundum (ſi qua R. P. Antiprædeſtinato fides) non niſi auctores ſuſpectæ fidei quales vidimus Gennadium, tantóque tempore ab illius exortu cum ab anno 417. initium ſumpſiſſe dicatur, mentionem feciſſe.

SIRMONDVS.

Verum inquiunt non eſſe oſtendit Iſidorus, qui Gennadij librum hoc nomine improbauit, & correxit: qua de cauſa (*inquit Ianſenius*) Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, cum librum iſtum « vidiſſet, atque inde plures hæreſes iiſdem omnino verbis deſcrip- « ſiſſet, Pelagianos à Gennadio prætermiſſos addidit, & Præde- « ſtinatos à Gennadio poſitos prætermiſit.] *Hac ille tom. 1. lib.* 8. « *cap. 23. quàm multa in paucis verbis friuola, & commentitia; quæ vno ſtatim verbo reuicta euaneſcunt: quia Gennadium conſtat librum de hæreſibus nullum edidiſſe.* Ianſenius tom. 1. lib. 8. cap. 23.

CONFVTATIO.

Falſum eſſe quod de prædeſtinatianis retulit Gennadius non hoc ſolo argumento probat Ianſenius Iprenſis Epiſcopus, ſicut &

Digitized by Google

Gennadius. quæ iam diximus demonſtrant, deinde nullomodo arguendus venit. Siquidem etſi iam conſtaret (quod non conſtare mox videbimus) Gennadium librum de hæreſibus non edidiſſe ſed quatuor tantum hæreſum appendicem (vt vult R. P.) Nihilominus tunc cum ſcripſit Ianſenius, conſtabat librum editum à Gennadio, non appendicem Auguſtini, ſed Hieronymi ſupplementum, quale cum omnibus notis retulit Ianſenius, quale in Cenſura (vt diximus) opuſculi de Eccleſiaſticis dogmatibus à Doctoribus Louanienſibus laudatum, quale etiam ab Illuſtriſſimo Cardinale Baronio, immò & poſt ipſum Iprenſem Epiſcopum à R. P. Petauio relatum eſt neque vllus aliter opinari poterat. Cum Hincmari opus de Prædeſtinatione nondum typis editum foret, nec etiam MS. Codex Sancti Victoris quem hoc anno reperit R. P. cuiquam innotuiſſet. Qua ergo fronte (verbo abſit inuidia) Reuerendiſſimus ille Iprenſis Epiſcopus multa in paucis verbis illis friuola & commentitia protuliſſe arguitur? Quod de Gennadij opuſculo non tanquam de Auguſtini appendice (quod nullus tum diuinare poterat etiamſi verum eſſet) ſed tanquam de Hieronymi Supplemento locutus ſit, vt ſola quæ tum extabat huius operis editio præferebat? Vtrum vero conſtet Gennadium librum de hæreſibus nullum edidiſſe, paulò poſt videbimus & edidiſſe probabimus.

SIRMONDVS.

Hincmar. de Præd.ſt. cap. 1. *Hincmarum audiamus haud paulo notiore ſibi & veriora narrantem in libro de prædeſtinat cap. 1.* Sed & de hæreſibus 88. (*inquit*) idem Doctor mirificus Auguſtinus conſcripſit, quibus nouiſſimè hæreſim Pelagianorum ſubiunxit. Inde Gennadius Maſſilienſis valde doctus hanc Prædeſtinatianam nonageſimam hæreſim ſectæ Pelagianæ ſuppoſuit. Deinde 91. Neſtorianam ponit, ſicque Eutychianam, & poſt hanc Timothæanam.]

CONFVTATIO.

Hincmarum nec notiora ſibi, nec veriora narrare, quæ ſuprà retulimus conuincunt: ſed & erronee cenſet hîc Auguſtinum 88. ſuperaddidiſſe 89. hæreſim Pelagianam, vt ipſi congruat appendix illa Gennadij, quæ à 90. Prædeſtinatianorum hæreſi incipit. Et ſic quanta fides Hincmaro?

SIRMONDVS.

Quanquam quid hîc opus eſt Hincmari ſuffragium petere, cum idoneos teſtes habeamus veteres libros, atque in his Codicem Bibliothecæ Sancti Victoris Pariſienſis? In quo poſt finem libri Sancti Auguſtini de hæreſibus ſubiuncta eſt Gennadij appendix, quam diximus in hunc modum. Finit relatio Sancti Auguſtini Epiſcopi de

hæreſibus, hæc verò quæ ſequuntur à Sancto Gennadio Maſſi- «
lienſi Presbytero ſunt poſita. «

Gennadius.

90. Prædeſtinatiani ſunt qui dicunt quod Deus &c. «

91. Neſtoriani dicunt Sanctam Virginem &c. «

92. Eutichyani dicunt Dominuum Ieſum &c. «

93. Timothæani dicunt Filium Dei verum quidem homi- «
nem ex Virgine Maria natum, ſed non ita vnam, &c. «

Tum deinde explicit liber de hæreſibus: *Vt dubium non ſit Gen-* «
nadium vltra non proceſſiſſe, & has tamen quatuor complexum «
eſſe.] «

Qua fide R. Pater dicere potuerit: *Idoneos teſtes habere ſe veteres libros*, vnico reperto Codice manuſcripto Bibliothecæ Sancti Victoris non ſatis patet: Eò minus quod in eadem Bibliotheca videamus duos alios manuſcriptos Codices, in quibus de Prædeſtinatianis nihil reperitur: ſed de Neſtorianis & Eutichyanis tantum ſicut & in Codice illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini, vt patet ex libro eius de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Sancto Auguſtino: nec etiam in illo 7. manuſcriptorum optimæ notæ Codicum, quibus vſi ſunt Doctores Louanienſes in correctione celeberrimæ illorum editionis vlla mentio habetur de Prædeſtinatianis. Contra verò nullus alius in publicum editus Codex Gennadianæ Appendicis, quàm qui typis expreſſus eſt anno 1617. quaſi ſupplementum Hieronymi, non Auguſtini, & alias hæreſes continens: immò etiam (vt ſuprà obſeruatum) ante illam editionem, eius cum hac ipſa nota meminere Doctores Louanienſes in Cenſura tractatus de Eccleſiaſticis dogmatibus inter opera Sancti Auguſtini. Ita vt non ſatis cautè dici poſſit, *dubium nullum ſubeſſe* reperto vno ſolo Codice contra fidem plurimorum aliorum Codicum atque etiam contra fidem ipſius Gennadi: qui in libro de Viris Illuſtribus in Vigilantio & Neſtorio bis ſe librum de hæreſibus Scripturum profitetur.

Sed & obſeruandum in Codice illo Sancti Victoris qui Epitomen hæreſeon continet, vt poſt tractatum Sancti Auguſtini poſitæ ſunt quatuor illæ hæreſes ex Gennadio, ſic & poſt Gennadium adiungit alias ex Sancto Iſidoro, hac præfixa nota, *quæ ſequuntur à Sancto Iſidoro, &c.* Quod R. P. Argumentum omnino infringit ſicut enim hinc colligi non poteſt Iſidori librum eſſe appendicem Gennadij; nec etiam Gennadium Auguſtini: itaque probabile eſt in hoc hæreſeon manuſcripto Codice Sancti Victoris, alias hæreſes in Gennadio conſultò prætermiſſas, quod eædem à Sancto Iſidoro qui immediatè deſcriptus eſt fuerint iiſdem fermè verbis expreſſæ, alioquin alterutrum Codicum illorum falſum eſſe neceſſe eſt: Et ſanè præter ius & æquum R. P. ſuo potius

Digitized by Google

Gennadius. Codici fidem haberi poſtulat quam ei qui à viro clariſſimo Claudio Maynardo editus fuit, qui Gennadij opuſculum tanquam Hieronymi non Auguſtini ſupplementum nobis exhibet: Vt vt ſit quid hoc ad Ianſenium, qui publicæ nec ſuſpectæ ſed & vnicæ editionis vnà cum omnibus quotquot huc vſque de his ſcripſere, & ſingulariter cum ipſo R. P. Petauio fidem ſecutus eſt? Quid iniquius vel ineptius quam illuſtriſſimum Antiſtitem futilium commentorum reum peragi quod de Hincmari opere cum blattis tineiſque adhuc luctante vel de MS. Codice in Pariſinæ Bibliothecæ angulo latitante nihil diuinauerit.

SIRMONDVS.

Quamobrem mirari equidem ſatis nonpoſſum quo caſu vel conſilio factum ſit, vt in celeberrima Sancti Auguſtini operum editione Louanienſi, cùm ex Codice Gemblacenſi Gennadiana hæc Appendix tacito licet Actoris nomine proferretur, omiſſa Prædeſtinatiana tres tantum reliquæ ſint expreſſæ.

CONFVTATIO.

Quis hæc legens non crederet R.P. Codicem illum Gemblacenſem notiſſimum, eóque attentiſſimè expenſo deprehenſam illic Prædeſtinatianam hæreſim. Nihilominus certo certius iuxta obſeruationem meritiſſimorum & fideliſſimorum Doctorum illorum in notis ſuis ad tractatum illum Sancti Auguſtini de hæreſibus, nec in Codice illo Gemblacenſi, nec in aliis ſex, quos huius editionis correctioni adhibuerunt manuſcriptos antiquiſſimos Codices, de Prædeſtinatiana illa hæreſi ne verbum quidem: ſed in Codice illo Gemblacenſi de Timothæana ſola, & in reliquis de Neſtoriana & Euthychiana: ideo ſumma fide ſicut & diligentia, & doctrina Doctores illos tres tantum illas hæreſes in appendice tractatus illius repoſuiſſe, in eóque, vt in reliquis optimè verſatos fuiſſe in illa editione, & in publicum optimè meritos, nulli contra ſentientium & inuidorum calumniæ ſubiacere nemo non videt.

SIRMONDVS.

Porro cum ex ſuperioribus liqueat Gennadium etſi hoc illi fortaſſe in animo fuerat, librum de hæreſibus re ipſa nullum ſcripſiſſe, apparet quâ fide Ianſenius librum, qui nunquam fuit, ab Iſidoro dicat expilatum.

CONFVTATIO.

Immò vt ex ſuperioribus apparet, nullomodo liquet; Præterea ipſemet ſua ipſa ſcripta recenſens Gennadius, vt Suffridi editio habet, memoratur ſcripſiſſe aduerſus omnes hæreſes libros octo apud Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium Annalium tom. 6. ad annum 490. Quin etiam in altera editione antiquiſſima

libri Gennadij de Scriptoribus Eccleſiaſticis inter librum Sancti Hieronymi & librum Sancti Iſidori eiuſdem thematis, inter libros à Gennadio editos & ab ipſo recenſitos numerantur libri illi octo de hæreſibus his verbis: Ego Gennadius Maſsiliæ Presbyter ſcripſi aduerſus omnes hæreſes libros VIII. & aduerſus Neſtorem lib. VI. & aduerſus Eutychem lib. XI. & aduerſus Pelagium lib. III. & tractatus de mille annis de Apocalypſi Beati Ioannis. Et hoc opus. Et Epiſtolam de fide mea miſi ad Beatum Gelaſium vrbis Romæ Epiſcopum. Gennadius. Ex vetuſtiſſ. libro Gennadij de ſcript. Eccleſiaſt.

Explicit liber Gennadij Presbyteri Maſſilienſis extat hoc volumen in 4. in Bibliotheca Sorbonica.

Verum etiam ſi liqueret hodiè librum nullum de hæreſibus, ſed Appendicem illam ſolam quatuor hæreſeon ſcripſiſſe Gennadium, non ſolùm bonâ fide, ſed etiam neceſſariò librum qui omnium etiam Doctiſsimorum iudicio approbatus extaret, ſecutus eſſet Ianſenius; Nec malè ſed ſincerè, non dixit quidem expilatum (iuxta R. P.) ſed ſincero iudicio (iuxta Apoſtolum) cæteris reiectis, quod bonum in eo eſſet à Sancto Iſidoro probatum & retentum.

SIRMONDVS.

Quo iure Pelagianos à Gennadio tanquam de hac hæreſi ſuſpecto non poſitos cauilletur, cum ab Auguſtino poſitos repeti à Gennadio non oportuerit: nec Gennadio cauſæ quicquam fuerit, cur Pelagianam hæreſim commemorare cunctaretur, qui Pelagium ipſum in illuſtrium Eccleſiæ Scriptorum Catalogo hæreſiarcham non diſſimulanter appellarat.

CONFVTATIO.

Penes quem ſit cauillatio; Ianſeniumné qui fidem ſolius editi libri, non alterius, qui non eſſet ſequi potuit, vel Reuerendum P. qui quod in Manuſcripto Codice rectius hoc anno inueniſſe præſumit, quaſi omnibus antea notiſſimum, & ſequendum fingit; alterius eſto iudicium. Porro licet Gennadius Pelagium hęreſiarcham notauerit, conſultò tamen, ne Pelagianę hæreſis capita, quæ apud ipſum Gennadium & ſimiles Pelagianorum reliquias vigerent exprimeret, hæreſis illa ab eo potuit prętermitti. Siquidem certo certius illos ſicut Auguſtinum poſt Decretum Cœleſtini nomine tenùs venerabantur, & nihilominùs doctrinam eius deprimebant, & calumniabantur: ita licet poſt condemnationem Pelagij & Cœleſtij ipſos Hæreſiarchas appellarent: Nihilomius illorum plurima & pręcipua dogmata approbaſſe & retinuiſſe (ſicut vidimus in dilectiſſimo R. P. Prædeſtinato) idque ab Illuſtriſſimo Cardinali Baronio in ipſo Fauſto fuit obſeruatum Annalium tom. 6. ad annum 490. Dum captio- « Baron. ad ann. 490.

Digitized by Google

Gennadius.

» ſè, inquit, videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio fauiſſe
» cõpertus eſt: eiuſmodi planè erant Pelagianorũ, immo & Pelagii
» ipſius fallaces artes, dum videri volentes eam hæreſim confuta-
» re, eandem firmiùs ſtabilirent.] Sed & de ipſo etiam Gennadio
» ibidem videas, ipſum inſuper, inquit, & in hoc ipſo de Scriptori-
» bus Eccleſiaſticis libello, plus ſatis fauere Pelagianis, eos vero
» impugnare, qui illis ſunt aduerſati; vti ſuperius ſæpe demon-
» ſtratum eſt, in illam vero Pelagianorum claſſem reiiciendum,
» qui intrinſecus fauentes Pelagianis erroribus, exteriùs viſi ſunt
» impugnare Pelagium.]

SIRMONDVS.

Quàm futili demum atque inani diuinatione Prædeſtinatianos ab Iſidoro, quos apud Gennadium repererat prætermiſſos pronuntiet, vbinam enim repererat? Non in libro de hæreſibus quem nullum ediderat: ergo in Appendice: at ne Appendicem quidem viderat: lege & confer quæ de Neſtorianis & Eutichyanis ab vtroque ſunt ſcripta nec apicem quidem offendes, quem à Gennadio magnus ille iudicio tuo Gennadij æmulator, mutuatus ſit. Cur ergo Prædeſtinatianæ inter hæreſes Iſidorus non meminit. Quia Gennadium non legerat.

CONFVTATIO.

Perpetuo ſarcaſmate inſequitur Ianſenium R. P. ſed & perpetuâ cauillatione, quaſi liber Gennadii qui ſolus editus eſt, nunquam apparuerit, & Manuſcriptus Codex Sancti Victoris, quem recens R. P. obſeruauit, nemini antehac notus, omnibus fuiſſet notiſſimus, & ſolus editus. Cum etiam (vt dicimus) quis Codex ſequendus, vel quis illorum falſus & ſuppoſitus ſit etiam nunc non ſatis conſtet.

Sed aduertat R. P. quàm parùm ſuſceptæ cauſam foueat, dum aſſerit *Iſidorum Prædeſtinatiana inter hæreſes non meminiſſe, quia Gennadium non legerat*: ſic igitur prædeſtinatianæ fabulæ vnica fides eſt penes Gennadium: & quicquid R. P. de Adrumetino Monaſterio, vt de prima mali illius origine, de Proſpero & Hilario aduerſus importunos illos prædeſtinatos Auguſtini opem implorantibus, de Cœleſtino Papa illos reprimente, de Pſeudoproſpero, iterum hæreſeos initium ab Auguſtino repetente, de Antiprædeſtinato ſuo illos funditùs, vt ſibi videtur debellante commentus eſt, quaſi nullius fidei apud Sanctum Iſidorum fuiſſe agnoſcit. Nouerat ſiquidem Iſidorus Sancti Auguſtini ſtudioſiſſimus, ex eius ſcriptis quid actum fuiſſet in Adrumetino Monaſterio, nec inde fuiſſe hæreticos prædeſtinatianos agnouit: nouerat & Epiſtolas Proſperi & Hilarii ad Auguſtinum, eiúſque reſponſionem in libris de prædeſtinatione Sanctorum, & Dono perſeuer. Nec inde fuiſſe hæreticos Prædeſtinatianos agnouit; nouerat &

Digitized by Google

Decretalem Cœleſtini Papæ ad Epiſcopos Gallorum, nec inde fuiſſe hæreticos Prædeſtinatianos agnouit, nec non iuxta R. P. Antiprædeſtinatum libros illos à prædeſtinatianis Auguſtini nomine confictos, qui totum penè vulnerauerant mundum, ignorare non potuit, nec inde fuiſſe hæreticos Prædeſtinatianos agnouit. Et ſic illa omnia, & reliqua eiuſdem farinæ, etiam Fauſti libri & fictitiæ Arelatenſis & Lugdunenſis Synodi (ipſo R. P. teſte) apud cordatos & intelligentes (qualis fuit Sanctus Iſidorus) nullius ſunt ponderis, quò Prędeſtinatianos hęreticos fuiſſe agnoſcant: ſiquidem *Prædeſtinatiana inter hæreſes Iſidorus non meminit quia Gennadium non legerat.* Gennadius verò (vt vidimus) è Pelagianorum reliquiis non minimus, ſolam Sancti Auguſtinini, & Eccleſiæ Catholicæ doctrinam Prædeſtinatianorum nomine impugnare & infamare ſtuduit: & ſic per ſeipſum penitus corruit totum R. P. commentum. Gennadius.

Porrò illum Gennadii librum legiſſe S. Iſidorum ex libri eius de hæreſibus cum Gennadii libro illo edito collatione, & Pelagianos loco Prædeſtinatianorum repoſuiſſe (ſi verus eſt ille liber) certo certius conſtat: & licet ex nouo illo Sancti Victoris Codice aliter iam eſſet ſentiendum, quid hoc ad Ianſenium, vt malæ fidei & erroris notetur? nec etiam hæc omnia rem, de qua agitur vel leuiſſimè attingunt; ſcilicet fuerintne vel non, hæretici Prædeſtinatiani: certiſſimum ſiquidem eſt illius Prædeſtinatianæ hęreſis Sanctum Iſidorum nullomodo meminiſſe, etiam ipſi ignotam fuiſſe R. P. hîc agnoſcit: & conſtat neminem pręter Pelagianâ prauitate notatos, illos fictitios Prędeſtinatianos in hæreticorum album retuliſſe.

SIRMONDVS.

Nugæ itaque fallaces, ac ridiculæ ſunt iſtæ, quæ ſi paulo cautiores, non decipient, at miſera profecto Marcellinarum Priſcillarùmque ſunt aures, quæ iſtiuſmodi apud illos fabulis aſſueſiunt.

CONFVTATIO.

Quis hæc ſine riſu legerit? Cùm nemini ſit ignotum quinam illi ſint qui miſeras Priſcillarum & Marcellinarum aures ineptiſſimis fabulis quotidiè obtundunt. Sed in poſterum nemini dubium fore confido, quin fabuloſa iſta de veteribus Prædeſtinatianis commenta non ſolùm nugæ fallaces & ridiculæ, quæ cautiores decipere non queant, ſed anilia prorſus deliramenta, quę ne mulierculis quidem fraudi eſſe poſſint, haberi debeant.

Digitized by Google

Pſeudo Arelat. Syn.

CAPVT VII. Apud R. P. Sirmondum.

De Arelatenſi Concilio, in quo Prædeſtinatorum hæreſis XXX. Epiſcoporum Decreto damnata eſt, & de Lugdunenſi, à quo iterum. proſcripta.

CONFVTATVR.

PSEVDOSYNODOS *illas nihil aliud quàm* FAVSTI REGIENSIS *profundæ calliditatis viri commenta fuiſſe, multis argumentis oſtenditur: Neque vllam Prædeſtinatorum hæreſim, ſed Catholicam ipſam de Prædeſtinatione Doctrinam, ſub commentitiorum Conciliorum illorum nomine, tam in Epiſtolis, quàm in Libris ſuis à* FAVSTO *damnatam.*

Pars prima.

POST tot, tantáque Pelagianæ prauitatis, & reliquiarum eius in Catholicos perfectæ Chriſti gratiæ, & gratuitæ Dei Prædeſtinationis iuxta Sanctum Auguſtinum Aſſertores, mendacia & portentoſa commenta pro coronide, ſupremo fraudium & fallaciarum Architecto Fauſto Regienſi Epiſcopo ſupererat Eccleſiæ Concilia in eos ipſos fingere & comminiſci, vt non ſolum ſcriptis famoſis & fallacibus impetiti, etiam in hæreticorum album falſo & ementito Prædeſtinatianorum nomine relati & recenſiti: ſed etiam in Conciliis tam Arelatenſi XXX. (vt inquiunt) Epiſcoporum, quàm Lugdunenſi iudicati & damnati haberentur.

Peruerſæ illę Pelagianorum reliquię patres ſuos pelagianos non minùs (vt vidimus) in fraudibus & fallaciis, quàm in multis hæreſis ſuæ Capitibus ſecuti & imitati ſunt: & ſicut iuxta Sanctum Gregorium Magnum Regiſtri lib. 5. Epiſtolâ 31. & aliis (vt ſupra vidimus) pelagiani Epheſino Concilio, in quo damnati fuerant, acta falſa ſuppoſuerunt in gratiam eiuſdem hæreſis, & veris Concilij Actis interſeruerunt: ſic harum Primicerius Fauſtus ſuis fraudibus, vt hæreſi notiſſimus, duo Concilia Arelatenſe ſcilicet, & Lugdunenſe, in Catholicos mendaciis ſuis ſupponere & fingere non erubuit.

Vt ſuppoſitionis & fallaciæ huius innoteſcat veritas, ſufficeret aduertiſſe

aduertiſſe horum ſuppoſitorum Conciliorum neminem ſæculo illo, nec tribus ſequentibus meminiſſe præter illorum Architectum Fauſtum, nec etiam poſterioribus ſæculis præter Hincmarum eiuſdem hæreſis, & fallaciæ non ignobilem patronum: vt ſiquidem tot tantáque vidimus eorum in Catholicæ veritatis & perfectæ Chriſti gratiæ Aſſertores fallaciarum monumenta; nemo eſt (vti ſperamus) tam iniquus iudex, qui non ſolum non ſuſpecta habeat, ſed etiam penitus non reijciat & explodat ea omnia, quæ à perfidis illis calumniatoribus aſſerendæ & confirmandæ perfidiæ ſuæ adſtructa fuiſſe euincuntur. Nihilominus ad pleniorem huiuſce commenti confutationem, qualis fuerit fallaciæ illius Architectus Fauſtus, quáve arte & conſilio illud geminum Apocryphum Concilium concinnarit, noſſe non erit inutile. Pſeudo Arelat. Syn.

Fauſtus ſicut Pelagius, & Cœleſtius in Scotiæ ſeu Britanniæ finibus natus, hæreſis illius, quæ plurimùm illic diſſeminata illis temporibus viguit, virus cum lacte hauſit, ab annis primoribus, vt à Sidonio Apollinari amico lib. 9. Epiſtolâ 9. deſcribitur, animi, litterarúmque dotibus maximè eloquentiâ præditus, adamatam Philoſophiam rapuit. Hæc, inquit ille ad eum ipſum, ab annis veſtra iamdudum pediſſequa primoribus, hæc tuo lateri comes inſeparabilis: ſiue in palæſtris exercercris vrbanis, ſiue in abſtruſis macerarere ſolitudinibus, hæc Athenæi conſors hæc Monaſterij tecum mundanas abdicat, tecum ſupernas prædicat diſciplinas; huic copulatum te matrimonio, qui laceſſiuerit, ſentiet Eccleſiæ Chriſti Platonis Academiam militare, téque nobilius philoſophari.] Tales Pelagiana lues requirit Diſcipulos & hæreſis ſuæ format protectores eximios inſtar Pelagij, Cœleſtij, & Iuliani. Sidonius Apoll. lib. 9 Epiſtolâ 9.

His dotibus Fauſtus Lirinenſe Monaſterium, ingreſſus poſtmodum Abbas factus non minima Pelagianæ hæreſeos ſemina ex collatione Caſſiani 13. de protectione Dei, Honorato Abbati Lirinenſi dicata ſuſcepit, & in ſeuero vitæ Religioſæ propoſito perdurans, exemplo Caſſiani, habénſque ſpeciem pietatis in ſtudio, cuius virtutem diffiteretur in ſenſu (vt ait Proſper ad Collat. cap. 1.) traxit ad ſe multos ineruditos, & non habentia ſpiritum diſcretionis corda conturbauit.] Maximè vbi eâ ſimulatâ pietate externis illis Ingenij, Eloquentiæ & Philoſophiæ dotibus plurimum illuſtrata ad Regienſem Epiſcopatum euectus eſt. *Virilla profundæ calliditatis*, qualis à Sancto Iſidoro vocatur de Viris Illuſtribus cap. 14. plurima hæreſis ſeu erroris ſemina ſubdolè diſſeminauit & virulentiæ ſuę iaculis incautos plurimos eruditâ facundiâ & ſubtiliſſimis philoſophiæ ſuæ argutiis vulnerauit: eóque pericu- Proſper ad Collat. cap. 1.

Pſeudo Arelat. Synod.

» loſius, quod in Epiſcopatu retentâ vitæ Monaſticæ auſteritate,
» nihil ab Abbate mutatus nouæ dignitatis obtentu ſimulata illa
» pietas in operibus & ſcriptis ſuis magis emineret, Sidonio ipſo te-
» ſte Epiſtolarum lib. 9. Epiſtolâ 7. ad ipſum Fauſtum ſeu Fauſti-
» num. Quin potius (inquit) animam malè ſibi conſciam, & per
» horas ad recordata pœnalis vitę debita contremiſcentem fre-
» quentiſſimis tuis illis & valentiſſimis orationum munere ſuffra-
» giis, precum peritus inſulanarum, quas de paleſtrę congregatio-
» nis Heremitidis, & de Senatu Lyrinenſium Cellullanorum, in vrbe
» quóque cuius Eccleſię Sacra ſuperinſpicis trâſtuliſti, nihil ab Ab-
» bate mutatus: per Sacerdotem quippe cum nouę dignitatis obten-
» tu rigorē veteris diſciplinę non relaxaueris &c.] Sed hæc ad oſtē-
tationem præ ſe ferebat Fauſtus ſuperbiâ tumidus, vt paulò poſt
eodem ipſo ſęculo obſeruauit Sanctus Auitus Viennenſis Archie-
piſcopus teſtis omni exceptione maior, Epiſtolâ quartâ ad Gun-
debadum Burgundionum Regem. Hic autem (inquit de Fauſto)
» quantum ad frontem pertinet, quaſi abſtinentiſſimam vitam pro-
» feſſus, & non ſecretam crucem, ſed publicam vanitatem jactantiâ
» ventoſi tumoris exagerans, quantum potuit auditoribus venena-
» tam diſputationem velut declinabilis virtutum ſeruator induxit
&c.] His ipſis artibus Caſſianus ipſe Pelagianarum reliquiarum
Anteſignanus, immo & ipſi Pelagiani teſte Proſpero, dicto capite
primo contra Collatorem, fallaciarum & errorum ſuorum credu-
» litatem auſpicati ſunt. Dum ab indoctis, inquit, & parum cau-
» tis excellentioris ſcientiæ indicantur, & miſero peruerſóque ſuc-
» ceſſu facilem mendacio conſenſum eliciunt, quia reuerentiam
» ſibi præſumptione pepererunt: nec enim cum ſint bonæ opinio-
» nis viri, creduntur vllomodo tarditate intelligentiæ, aut teme-
» ritate iudicij, in ſuperfluę querelæ conclamationem potuiſſe pro-
» rumpere &c.] Idem ipſe Proſper pluribus etiam proſequitur
Epiſtolâ ad Demetriadem cap. 10. his verbis. Multi enim ſer-
uientes Deo, & in lege eius die ac nocte meditantes crucifixe-
» runt carnem ſuam cum deſideriis & concupiſcentiis, omniumque
» illecebrarum incentiua domuerunt, non damnis victi, non perſe-
» cutionibus fracti, non proſperitatibus deprauati, mundum iſtum
» nec dilexere obſequentem, nec timuere terrentem. Tantam ita-
» que firmitatem, & tam ſublime propoſitum quâ impugnatione
» Diabolus poſſet adoriri, niſi vt quibus non potuerat perſuadere
» vitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem, vt inde nouiſ-
» ſima inſtrueretur tentatio, vnde nocuit prima deceptio? Non ita-
» que deſidioſis & tepidis neque inertibus & incultis, ſed magis
» quibuſdam animis ſedulis & bonorum actuum probitate luculen-
» tis per gloriam irrepſit humanam, & quos impulſione non mo-

Sydon. Apoll. lib. 9 Epiſt. 7.

S. Auit. Epiſt. 4. ad Gundeb. Regem.

Proſper ad Collat. cap. 1.

Idem ad Demetriadem cap. 10.

uit, elatione deiecit. Quantò enim clariores erant meritis tanto " Pſeudo
eos aptiores ſuis inuenit inſidiis &c.] " Arelat. Syn.

Fauſtus igitur non minus ſimulatâ doctrinâ, quàm pietate ſubdolà conſpicuus, hac arte concinnauit libros ſuos de Gratia & Libero Arbitrio, quos contra Catholicos perfectæ Chriſti gratiæ & gratuitæ Dei Prædeſtinationis aſſertores confecit, vt quaſi contra Pelagianorum dogmata ſcriberet, duo priora Capita aduerſus Pelagium inſcripſerit; in reliquis verò, qui libros illos cum libris Sancti Auguſtini de Prædeſt. Sanct. & de dono perſeuer. contulerit, facillimè deprehendet ſummum Fauſti illius infauſti propoſitum fuiſſe, diſſimulato vel ſuppreſſo Sancti Auguſtini nomine (quod vt reliqui eiuſdem prauitatis aſſeclæ in ſpeciem venerarentur) libros illos refutare.

Hos verò Fauſti libros Pelagianorum reliquiæ ſummis honoribus proſecuti ſunt: contra verò Catholicę fidei aſſertores & vindices omnes, Summi Pontifices, Prȩſules, & alij non minùs pietate, & morum ſanctitate, quàm doctrinâ celeberrimi Viri, & ipſa Concilia vt Hæreticos, & Apocryphos rejecerunt & ſcriptis plurimis anathemate percuſſerunt: illius approbationis teſtis eſt ipſe Gennadius pari fuligine (vt vidimus) tinctus, de Viris Illuſtribus capite octogeſimo quinto. Edidit quoque (inquit) " opus egregium de gratia Dei, qua ſaluamur, in quo opere docet " gratiam Dei ſemper & inuitare, & præcedere, & adjuuare voluntatem, & quicquid ipſa Libertas Arbitrij de labore piæ mercedis acquiſierit, non eſſe proprium meritum, ſed eſſe gratiæ donum.] Catholicę verò fidei profeſſores longè aliter: videbimus enim poſtea totum orbem commotum in peruerſiſſimas illas Fauſti lucubrationes interim audiendus Ado Viennenſis Epiſcopus in Chronico ad annum quadringenteſimum nonageſimum ſecundũ vbi agens de Fauſto & ſcriptis S. Auiti eiuſdem Viennenſis Sedis Epiſcopi quæ iam non extant hæc habet: Fauſtus ex Abbate Lirinenſis Monaſterij apud Regium Galliȩ Epiſcopus factus, Pelagianum dogma deſtruere conatus, in errorem labitur: vnde " qui eius ſenſus in hac parte Catholicos prȩdicant, ſicut Gen- " nadius de Viris Illuſtribus ſcribens, omnino errant: ita enim Libe- " rum Arbitrium, tam Auguſtinus quàm cœteri Catholici in Ec- " cleſia Dei docent vt illuminatio, virtus & ſalus illi à Chriſto, & " per Chriſtum, & cum Chriſto ſit: Fauſtus verò iſte ita Liberum " Chriſtianum Arbitrium docere conatur: vt illuminatio eius, vir- " tus, & ſalus, non à Chriſto, ſed à natura ſit. Contra hunc ſcribit " lucidiſſimâ fide Beatus Auitus Viennenſis Epiſcopus eius redar- " guens errorem, ſimiliter & Ioannes vir eruditus Antiochenus " Preſbyter.] "

Gennadius de Viris Illuſt. cap. 85

Ado in Chronico ad an. 492.

Digitized by Google

Genna-dius.

Baronius ad annum 490.

Nec erit ingratum hic Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij referre iudicium, qui Annalium tom. 6. ad annum 490. recenſito hoc
» Gennadij Elogio. Hæc Gennadius, inquit, quiſnam rogo ſub
» tam pulchro titulo, adeò fidei Orthodoxæ concinno exiſtimare
» poſſet ineſſe librum, in quo lateret hæreſis (ſeu anguis in herba ſub
» prominentibus floribus) quod quidem haud rudes tantum ſed
» & diſertos potuit decepiſſe.]

Hos libros non tam diſſeminandis in Gallia Aquitanica Pelagianæ prauitatis reliquiis, quàm fouendis in Britannia patria ſua Pelagij ipſius Diſcipulis compoſuiſſe Fauſtum vt ibidem obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, argumento eſt quòd illos clauſis inuolucriſculis (Sidonio Apollinari teſte in prædicta

Sidonius Apoll. lib. 9. Epiſt. 9.

» Epiſtolâ nonâ libri 9.) Fauſtus per Riochatum Antiſtitem ac
» Monachum Britannis ſuis direxerit ea lege, vt in Gallia illos
» nemini exhiberet, etiam dilectiſſimum Sidonium Apollinarem Epiſcopum Aruernum quem tranſeundo inuiſeret, nihilominus celaret. Ita vt Riochatus duobus menſibus donec Gentium concitatarum procella defremeret, ibi commoratus ſic reliqua Fauſti dona detexerit, vt libros illos pervrbanè opperuerit; nec niſi poſt profectionem proditus, & in via retentus quæſitos & inuentos Sidonio lectitandos ægrè exhibuerit: cuius rei gratiâ Epiſtolâ
» illâ Sidonius conqueritur apud ipſum Fauſtum. An verebare (in-
» quit) ne tuis dictis inuideremus? &c. An ſupercilium tanquam
» difficilis ac rigidi ploſoris extremiſcebas? An ideo me faſti-
» diendum negligendùmque curaſti, quia contempſeris iuniorem,
» quod parùm credo, an quia indoctum, quod magìs fero. An
» aliquo caſu diſſidebamus, vt putaremur iis, quos libellis edi-
» diſſetis derogaturi? An quod Præſule Deo tenues nobis eſſe a-
» micitias, nec inimici fingere queunt &c.] Illic autem agi de libris illis Fauſti de Gratia & Libero Arbitrio, pluribus probauit vbi ſupra Baronius, & ipſe Reuerendus Pater in notis ſuis ad Sidonium.

Vt igitur libri illi maiori plauſu & veneratione reciperentur, *Vir ille profundæ calliditatis* iuxta Iſidorum, *ſeu verſipellis vulpecula*, iuxta Baronium, auctoritate duorum Conciliorum

Epiſtola Fauſti ad Leontium.

Arelatenſis & Lugdunenſis, eos à ſe ipſo ſcriptos & à Patribus illius Concilii ſubſcriptos finxit, illis præmiſsâ Epiſtolâ quaſi præfatione ad Leontium Arelatenſem Archiepiſcopum cum hoc
» titulo: Profeſſio fidei contra eos, qui dum per ſolam Dei Volun-
» tatem alios dicunt ad vitam attrahi, alios in mortem deprimi,
» hinc fatum cum Gentibus afferunt, inde Liberum Arbitrium cum
» Manichæis negant.] Verba ipſius Epiſtolæ in principio hæc ſunt:
» Domino Beatiſſimo ac Reuerentiſſimo Leontio Papæ Fauſtus.

Digitized by Google

Quod pro ſollicitudine Paſtorali (Beate Papa Leonti) in condem- « Pſeudo-
nando Prædeſtinationis errore Concilium Summorum Antiſti- « Arelat.
tum congregaſtis, vniuerſis Galliarum Eccleſiis præſtitiſtis. « Synod.
Quod verò ad ordinanda ea, quæ collatione publicâ doctiſſimè «
protuliſtis, operam infirmis humeris curámque mandaſtis, parum «
vt reor tanto negotio, parum Sanctæ exiſtimationi veſtræ conſu- «
luiſtis, & me iudicio charitatis, vos periculo electionis oneraſtis.] «

Deinde operis ſui rationem exponit gratiæ neceſſario ſubjungendum laborem, néve propoſitum & opus eius tanquam verè Pelagianum ab omnibus reijceretur, ſolitâ verſutiâ Pelagium eiúſque blaſphemias deteſtari, & mediâ viâ progredi profitetur. Verùm « (inquit) quia Pelagius nudum laborem importuniùs exaltans, & « humanam demẽs infirmitatem ſine gratia ſibi poſſe ſufficere ſtultè credidit, impiè prædicauit, elationis turrim in cœlum conatus « erigere, blaſphemias eius breui ſermone perſtringere, & confutare « neceſſariũ iudicauimus: ne forte is qui donum laboris (id eſt præceptum iubentis excludit) aſſerentibus nobis quod Dei miſericordia fide & operibus promeréda eſt, Catholicam vocem ad Pelagii « ſenſum, diſcretionis neſcius, applicaret, & omiſsâ viâ Regiâ in dextram cadens, in ſiniſtram declinare nos crederet, & dum de labore ſeruo gratiæ loquimur offendiculum ante pedes cæci oppoſuiſſe videremur.] Tum latius ſermonem de præſcientia & prædeſtinatione produxiſſe innuit; vt quæ putabantur obſcura, abſolutiora tardioribus redderentur: & tandem præfationem iſtam hac fallaciarum coronide concludit: in quo quidem opuſculo poſt Are- « latenſis Concilii ſubſcriptionem nouis erroribus deprehenſis, ad- « ijci aliqua Synodus Lugdunenſis exegit.] «

Eâdem fallaciâ eidem falſitati adſtruendę & obtegendę Fauſtus ſuo nomine Epiſtolam edidit ad Lucidum Presbyterum, quem inſimulauit variis de gratia & Libero Arbitrio, & de Dei prædeſtinatione erroribus irretitum, ab ipſo Fauſto frequenti collocutione admonitum, ad viam veritatis adduci non potuiſſe, ad Synodum delatũ, dũ ſummi Antiſtites meditarentur eum ab vnitate ſuſpendere, monet eum, vt propoſita quæ ſubiicit capitula agnoſcat, & ſubſcriptione ſuâ profiteatur. Vt ſcilicet cum gratia Domini operationem Baptizati famuli ſemper adiungeret, & eum qui prædeſtinationẽ excluſo labore hominis aſſerit, cum Pelagii dogmate deteſtetur: alioquin ſe perſonam eius Concilio expoſiturũ minatur.

Epiſtola Fauſti ad Lucidum.

Deinde quaſi Lucidus non emiſsâ ſubſcriptione à Concilio niſi reſipiſceret dãnatus fuiſſet: poſtea verò ex correptione Fauſti (quã ſalutẽ publicam dicit) viſis Fauſti libris qui à Concilio Arelatenſi fuiſſent ſubſcripti, pœnitentiã ductus culpam agnoſceret, eius nomine errores ſuos deteſtantis, & Concilii ſententiã quam medici-

Epiſtola Lucidi.

Pſeudo- Arelat. Synodo.

nam vocat, profitentis, alteram finxit Epiſtolam, & quaſi ipſius » Lucidi manu ſubſcriptam his verbis prodidit. Lucidus Presbyter » hanc Epiſtolam manu propria ſubſcripſi & quæ in ea adſtruuntur » aſſero & quæ ſunt damnata condemno? *Alias ſcripſi & damnanda.*

Hæc tria nõ ignobilis fallaciç monumenta; Præfatio ſcilicet Fauſti ad Leontium Arelatenſem Archiepiſcopum, eius Epiſtola ad Lucidum, & Lucidi ad Concilium eum libris ipſius Fauſti de gratia & Libero Arbitrio ad Britannos ab ipſo emiſſa fuere, vt libri eius maiori reuerentia & applauſu reciperentur, quaſi iudicio duarum Synodorum comprobati, & viam quam ipſe quaſi regiam traderet (licet reuera Pelagianam) eo magis ſequendam agnoſcerent, quo inter Pelegianam, quam verbis deteſtaretur & Catholicam quam quaſi Prædeſtinatianam hæreticam exemplo Lucidi fugiendam doceret mediam eſſe nec deſerendam monſtraret: hæc tria ſeorſim à libris Fauſti complicata etiam ipſi Sidonio non fuiſſe relecta non leui argumento eſt, quod illorum nullomodo in Supradicta Epiſtola ſua meminit, & quicquid ſit in Arelatenſi, Lugdunenſi & aliis proximioribus prouinciis penitus incognita fuiſſe, ne fallaciæ & ſuppoſitionis illius debitas lueret pœnas, vel ſaltem maximam confuſionem illinc referret Fauſtus. Et ſic falſitatis & ſuppoſitionis Conciliorum illorum plurima ſunt argumenta.

1. Quod nec Conciliorum illorum Arelatenſis & Lugdunenſis nec Epiſtolarum illarum Fauſti ad Lucidum & Lucidi ad Concilium auctor vllus nec ſæculo illo, nec ſequentibus vſque ad Hincmarum vllomodo meminit.

2. Gennadius ipſe licet eodem tempore & in eadem prouincia verſaretur, Fauſto & ſcriptis eius maximè libris illis de gratia & Libero Arbitrio plurimum addictus, quaſi eadem Pelagianæ prauitatis fuligine tinctus, Conciliorum illorum nullomodo meminit, & libros illos plurimum extollens non obmiſiſſet profiteri auctoritate Synodorum illarum editos, & ab Epiſcopis ſubſcriptos iuxta Fauſti præfationem.

3. Si libri illi ab Apocryphis Conciliis illis fuiſſent confirmati & ab Epiſcopis ſubſcripti, cur Fauſtus eiúſque mandato Riochatus tanta cura eos in Britanniam miſſos etiam ipſum Sidonium amiciſſimum apud eum duobus menſibus commoratus celaſſet: nec etiam de hac Epiſcoporum ſubſcriptione ſiluiſſet Sidonius in ſupradicta ad Fauſtum Epiſtola.

4. Quotquot illos Fauſti libros, vt hæreticos impugnauerunt maximè Sanctus Auitus Viennenſis Archiepiſcopus, & Sanctus Cæſarius Arelatenſis auctoritate Conciliorum eiuſdem Prouinciæ retenti ſcriptis ſuis abſtinuiſſent, ſolius plenioris

Digitized by Google

Concilij viam in libros illos Concilijs confirmatos habuiſſent.

5. Synodus Arauſicana ſecunda, quæ ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ iuxta ſententiam Sancti Auguſtini illis omnibus Pelagianarum reliquiarum querelis finem impoſuit, & Prædeſtinatianum commentum diſſoluit, de ementitis illis & Apocryphis Concilijs nullomodo meminit. Pſeudo Arelat. Synodo.

Denique Apocrypha Concilia illa tàm Lugdunenſe, quàm Arelatenſe in numero & Canone Conciliorum Eccleſiæ nunquam huc vſque fuere recenſita: Lugdunenſis præter Fauſtum nullus vnquam vſque ad R.P. meminit: Arelatenſe verò recenſuit quidem Hincmarus licet malè quaſi anno 430. ſub Cœleſtino Papa & ipſius iuſſu celebratum, ſed contrà ab Archiepiſcopis Lugdunenſibus Amolone & Remigio totáque Eccleſia Lugdunenſi vtrumque non modo prætermiſſum verum etiam (vt mox videbitur) penitùs exploſum: immò & Arelatenſe refertur præter & contra numerum eorum quæ in illa vrbe habita hoc nomine inſigniuntur, nec vlli eorum conuenire poſſe, quæ tribus illis Fauſti Epiſtolis continentur optimè & pluribus fuit obſeruatum in vtraque Ianſenij Apologia.

Sed falſitatis, & ſuppoſitionis trium illarum Epiſtolarum Fauſti ſcilicet ad Lucidum, & Lucidi ad Concilium, & Fauſti ad Leontium Arelatenſem ex quibus ſolis conſtat totum de Apocryphis illis Conciliis commentum, plurima ſunt non leuis notæ argumenta.

1. Similia plurima, quæ iam vidimus totius Pelagianæ Sectæ commenta ſuæ adſtruendæ hęreſi ſimiliter concinnata: plurimi libri prauitatem illam continentes Catholicis Patribus adſcripti; Capitula falſo illis adſcripta, ipſi etiam quaſi libros Sancto Auguſtino ſuppoſuiſſent infamati, item Prędeſtinatianæ hæreſis notati & hoc nomine in hæreticorum album relati. Acta etiam Conciliorum deprauata & corrupta.

2. De ipſius Fauſti ſolius harum trium Epiſtolarum, ex quibus conſtare volunt illa ementita & Apocrypha Concilia, Architecti, & qui ſolus illorum meminit, profundæ calliditatis viri & verſipellis vulpeculæ fraudibus & verſutia. Vox publica & communis omnium ſæculorum fama.

3. Nullâ ratione perſuaderi poteſt in duobus Concilijs, & in eorum altero, 30. Epiſcoporum iudicio & ſubſcriptione approbatam fuiſſe Pelagianam hęreſim libris illis Fauſti apertiſſimè omnium fermè Catholicorum communi ſententiâ expoſitam vt obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annalium Eccleſiaſt. tomo 6. ad annum 490.

4. Nulla omnino extant Apocryphorum Conciliorum illorum,

Digitized by Google

Pſeudo-Arelat. Synodo.

Acta, nulli Canones, nulla etiam alia monumenta præter has tres commentitias ipſius Fauſti Epiſtolas: nec præter Fauſtum (vt vidimus) vſque ad Hincmarum, vllus fuit qui illorum Pſeudo-conciliorum meminerit.

5. Inſolens & inuſitata Conciliorum forma, loco Canonum ſeu definitionum, librorum editio, qui deinde ab Epiſcopis ſubſcribantur.

6. Concilium illud Lugdunenſe quâ ratione editum ſit non patet: immò ſuperfluum videtur poſt correctum Lucidum, qui ſolus iuxta Fauſti ad Lucidum Epiſtolam iam damnatos in Concilio Arelatenſi errores tueretur.

7. Et ſic merum commentum quod dixit Fauſtus ad Leontium Arelatenſem, nouis erroribus deprehenſis adiici aliqua Synodus Lugdunenſis curauit: quomodo ſiquidem noui errores deprehenſi correcto Lucido, qui ſolus erraſſe fuerat repertus?

8. Quomodo poſt Arelatenſis Synodi ſubſcriptiones potuit exigere Synodus Lugdunenſis aliqua adiici, cum nihil libris illis additum appareat, nec poſt ſubſcriptiones potuiſſent ſine falſitatis nota emendari.

9. Nullus vnquam apparuit Codex qui ſubſcriptiones Epiſcoporum libris illis ſubiectas iuxta Fauſti Epiſtolam ad Leontium contineret. Nec etiam apparuerunt Sidonio: alioquin libros illos Fauſti ad ipſum laudans hoc non omiſiſſet: immò nec aliter clamculum & furtim etiam ipſi chariſſimo Sidonio celandi in Britanniam fuiſſent amandati.

10. Confictam eſſe Fauſti Epiſtolam ad Lucidum, & Lucidi errores reuocantis Epiſtolam, ſeu libellum ad confirmandos Pelagianæ prauitatis errores, quos in libris ſuis ſparſerat Fauſtus ex Epiſtolarum illarum cum illis ipſis libris collatione facillimè cuilibet conſtat.

11. Manifeſtiſſima contradictio in Epiſtola Fauſti ad Lucidum in principio dicit Concilij patres meditari ſuſpendere Lucidum, qui ſolus errores illos tueretur, ob quos condemnandos Epiſtola ad Leontium Arelatenſem dixit congregatum Concilium, & in fine minatur Lucidum niſi ſubſcribat perſonam eius publicis conuentibus exponendam: Quomodo minatur fore quod iam factum erat, maximè ſi etiam ante Fauſti Epiſtolam Epiſcopi in ipſo Concilio eius ſuſpenſionem meditarentur.

12. Subſcriptiones tam ipſius Lucidi, quàm decē Epiſcoporum contra fidem Hincmariani Codicis fidem manuſcripti Caniſij, & plurium etiam antiquorum Codicum, ipſo R. P. teſte additæ & ſuppoſitæ fuerunt in illa Fauſti Epiſtola ad Lucidum. In quibus

Codici-

Codicibus extat ſola ipſius Fauſti ſubſcriptio, & ſola iuxta Reuerendum P. extare debet: Et ſic quanta fides etiam in reliquis adhiberi poteſt huic Epiſtolæ? Pſeudo Arelat. Syn.

13. Epiſtolam alteram Lucidi ad Concilium, non à Lucido ſed à Fauſto compoſitam, & idem ſtylus & tenor ipſius attentè conſiderantibus manifeſtum præbent iudicium. Nec Lucidus à ſe compoſitam nec etiam ſcriptam, ſed ſubſcriptam tantùm profitetur.

14. Variant etiam lectiones in expoſitione ſubſcriptionis: ſiquidem in editione Bibliothecæ Patrum Pariſienſi habetur, Lucidus Preſbyter hanc Epiſtolam manu propriâ *ſcripſi*, & quæ in ea adſtruuntur aſſero, & quæ ſunt *damnanda* condemno. In vtraque Reuerendi P. editione, Lucidus Preſbyter hanc Epiſtolam meam manu propriâ *ſubſcripſi*, & quæ in ea adſtruuntur aſſero, & quæ ſunt *damnata damno*: Ibi ſcripſi & damnanda, hic ſubſcripſi & damnata: in editione verò Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij nulla ſubſcriptio.

15. Epiſtolam illam Lucidi non in Concilio Arelatenſi (vt vult Reuerendus P.) editam, ſed quaſi poſt Concilium à Lucido emiſſam finxit Fauſtus, vt verba illa Epiſtolæ præ ſe ferunt (iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilij) & ſic quomodo emiſſa ad Epiſcopos qui dicuntur illi Synodo interfuiſſe.

16. Sicut malè & falsò ſubſcriptiones Epiſcoporum additæ ſunt Epiſtolæ Fauſti ad Lucidum: ſic etiam malè & falsò in titulo & inſcriptione Epiſtolæ Lucidi addita ſunt 30. in aliquibus, 27. in aliis, Epiſcoporum nomina: Commentum illud & falſitas illius inſcriptionis patet ex eo quod in manuſcriptis immò etiam in impreſſis Codicibus variant Epiſcoporum nomina, non ſolum ordine, qui vt infra videbitur in diuerſis editionibus diuerſus & in totum fermè inuerſus eſt: Sed & in hac editione R. P. additi ſunt tres Epiſcopi ſcilicet Leontius, Crocus & Vrcilinus, qui in editione Bibliothecæ Patrum Pariſienſi anni 1610. & in Codice Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij non habentur. Immo verò in Hincmariano Codice operis ſcilicet de Prædeſtinatione cap. 1. à Reuerendo P. editi, abeſt Leontius Arelatenſis Epiſcopus, falſi illius Concilij Præſes, & additur Leocadius: ita vt nulla fides adhiberi poſſit huic inſcriptioni.

17. Maximè ſuſpectus eſt hic 30. Epiſcoporum numerus: cùm in Arauſicano 2. eiuſdem Prouinciæ Concilio quod ab omni Eccleſia comprobatum eſt, 14. tantùm fuerint Epiſcopi ſed & maximè cur in cauſa vnius ſolius Presbyteri, erroris tunc, iuxta Fauſti ad eundem Epiſtolam, nondum rei facti conuocatio Concilij tot Epiſcoporum, tot Prouinciarum, Arelatenſis, Vienuenſis, Lugdunenſis, &c.

Pſeudo Arelat. Syn.

18. Probauimus illam Lucidi Epiſtolam quaſi in Concilio Lugdunenſi poſt Arelatenſe oblatam ab ipſo Fauſto confictam: Nihilominus Patiens Lugdunenſis Archiepiſcopus in nullo codice primus nominatur, ſed in turba reliquorum Epiſcoporum alicubi 6. alibi 16. ſed & ſi oblata fuit in Concilio Arelatenſi: quo caſu in codice certè antiquiſſimo & optimæ notæ, ſcilicet Hincmariano non reperitur & prætermittitur Leontius Arelatenſis, qui Præſes debuit eſſe Concilij: ſed incipitur ab Eufronio?

19. Inſolens & inuſitata ratio, in ſupplicibus ad Concilium libellis exprimendi in inſcriptione ſingula Epiſcoporum nomina: immo vel ad Patres Concilij ſimpliciter, vel ad Præſidem dirigi ſolitos nemo eſt qui neſciat. Et ſic affectata hæc & adultera eſt tot Epiſcoporum inſcriptio.

20. In plurimis veterum ſcriptorum inſcriptionibus ſeù Epigraphè non tantùm Criticorum oſcitantiam (vt aduertit R. P. in ſuo Antiprædeſtinato cap. 4.) ſed & ſectariorum nequitiam maximè in Pelagianorum reliquiis præualuiſſe conſtat, vt ex ſimili Pelagianorum nequitiâ ipſorum libros Sanctorum Patrum nominibus vidimus prænotatos.

21. Item non ſolùm in titulo ipſo, ſeù inſcriptione, & nominibus Epiſcoporum, & in ſubſcriptione etiam (vt vidimus) menda plurima, ſed & in ſerie ipſius Epiſtolæ plurima à Pelagianorum reliquiis in diuerſis codicibus ablata & reſciſa (& quoquomodo in plurimis Codicibus abeſſe agnouit R.P. in notis ſuis ad tomum primum Concil. Galliæ pag. 600.) quia (vt inferiùs videbitur) hanc Epiſtolam in Catholicos & Eccleſiam ipſam ſcriptam fuiſſe luce clariùs reuincebant, dum reprobatur & abiuratur à Lucido ſententia quâ profeſſus erat Chriſtum pro his tantum quos credituros præſciuit, adueniſſe.

22. Hæc ementita Concilia nullo modo conſtant, niſi ex tribus illis Fauſti vel à Fauſto ſcriptis Epiſtolis: Atqui Fauſti opuſcula omnia à Gelaſio Papa in Concilio Romano 70. Epiſcoporum damnata fuere vt apocrypha, & omnino reiicienda & occultanda; & ſic damnatæ, reiiciendæ & penitus occultandæ Epiſtolæ illæ, in quibus vnicum Pſeudo-Conciliorum illorum fundamentum.

23. Denique Conciliorum illorum non ſolum nullus vnquam ad poſtremum vſque ſæculum meminit, præter Fauſtum concinnatorem, & Hincmarum fraudium illarum Patronum, qui de Arelatenſi ſolo quaſi temporibus & mandato Cœleſtini Papæ habito mendoſiſſimè loquitur, & ex his Fauſti & Lucidi Epiſtolis, quas in opere ſuo de Prædeſtinatione in erroris ſui fundamentum inſeruit. Sed etiam iiſdem ipſis Hincmari tempo-

Digitized by Google

ribus à Remigio Lugdunenſi Archiepiſcopo, totáque Lugdunenſi Eccleſiá (vt ſupra vidimus ad annum 852. & 864.) ex Amolonis Epiſtolâ ad Gotteſchalcum in fine ex libello in Ioannem Scotum cap. 4. & ex libello de tenenda veritate Scripturæ ad Caput 4. de morte Chriſti pro ſolis credentibus, commenta quæ Epiſtolis illis confirmantur, penitus exploſa & reiecta fuere, quaſi noua & à nullo Concilio approbata. Siquidem non modo Amolo contra prauum de Prædeſtinatione reproborum dogma Conc. Arauſicani ſecundi auctoritate vſus, nullo modo Pſeudo Synodorum illarum Arelatenſis & Lugdunenſis meminit, quæ alioquin non fuiſſent prætermiſſæ: Sed & Florus Magiſter vnà cum Eccleſia Lugdunenſi contra Ioannem Scotum cap. 4. commentum illud in hæreſi quæ diceretur ſolius gratiæ his verbis reſpuit: Non poteſt inueniri toto tempore, quod fuit inter Auguſtinum « & nos, aliquam talem hæreſim in Eccleſia extitiſſe; niſi quod vel « ipſum, vel nos qui eum ſectamur iſtius erroris accuſat.] Denique « Sanctus Remigius Amolonis ſucceſſor cum eadem Eccleſiâ in libello de Tenenda Veritate Scripturę cap. cōtra illud ipſum quod Pſeudo Synodis illis ſpecialiter aſſeritur definitum, Chriſtum videlicet mortuum etiam pro omnibus reprobis: Timeāt, inquit, « ſtatuere quod nullum Sanctorum Patrum Concilium, nullum « Apoſtolicæ Sedis Pontificum, nullum Eccleſiaſticorum dogma- « tum Decretum hactenus inueniant ſtatuiſſe.] «

Pſeudo Arelat. Syn.

In Libello Eccleſ. Lugd de Tenenda Veritate Scripi.

His omnibus perſpectis vti ſperamus, nemo eſt qui non videat hæc omnia falſa, & adultera ſpuria & commentitia, à Fauſto ipſo infauſto profundæ calliditatis viro & verſipelli vulpeculâ ſuppoſita, vt hæreſis & errorum ſuorum venena cooperiret, & periculoſiùs ſpargeret: Nec eſt quod obiiciatur Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium deprehendiſſe quidem fraudulentam Fauſti ad Leontium Arelatenſem præfatoriam Epiſtolam, vafrum eius conſilium, & falſiſſimum eſſe quod ibidem refertur de ſubſcriptione Epiſcoporum Concilij: nihilominus Concilia illa, maximè Arelatenſe agnouiſſe, & Epiſtolas illas Fauſti ad Lucidum, & Lucidi ad Concilij Patres pro legitimis habuiſſe; Siquidem (vt iam notauimus) deceptus Illuſtriſſimus Cardinalis ex ſubſcriptionibus Epiſtolæ Fauſti ad Lucidum, quas fictitias & falsò nunc additas etiam per R. P. iam conſtat, & in confeſſo eſt, nec ſuppoſitiones illas plurimas ex diuerſis Codicibus, & alia plurima quę iam retulimus falſitatis argumenta, pluribus intentus aduertere potuit, quorum etiam plurima ex poſterioribus codicibus poſt Illuſtriſſimum Cardinalem editis probantur: ſed & ex Gennadio, Hincmaro, Flodoardo & Sigeberto (quos ſolos notos habuiſſe potuit) aliquam fuiſſe Prædeſtinatianorum hęreſim, autumans ad

Pſeudo Arelat. Syn. illos Prędeſtinatianos referri Apocryphum illud Concilium Arelatenſe nullo periculo potuiſſe ratus, Epiſcoporum illorum, quos ſubſcripſiſſe Fauſti Epiſtolæ pro certo habebat, reuerentiâ motus: Cum etiam infinito Annalium tempore ad alia vrgeretur, his quę iam vidimus minùs fuit intentus. Si autem de falſitate illa tunc conſtitiſſet, vt iam conſtat, quis ex eis quæ contra Fauſtum, vt fraudium omnium Architectum & verſipellemvulpeculam, maximè quoad libros eius de Gratia & Libero Arbitrio, immo & quoad ſuppoſitum illud de Arelatenſi Concilio commentum, edidit; hæc omnia vt falſa & ſuppoſita omnino improbaturum & reiecturum fuiſſe vel minimùm dubitare poſſit?

Porrò non in Prædeſtinatianos hæreticos, qui nulli eſſent, fabricata fuiſſe hæc Fauſti commenta, quod noſtri maximè inſtituti eſt: ſed in Catholicos ipſos Sancti Auguſtini diſcipulos perfectę Chriſti gratiæ, & abſolutæ Dei Prędeſtinationis aſſertores patet: primò ex eo quòd doctrina Anathematibus in illis Epiſtolis concluſa nulla alia ſit, quàm ipſius Sancti Auguſtini: Niſi quod ad inuidiam illi faciendam calumnioſè concepta fuit, vel ea ſaltem quæ calumnioſè illi à Maſſilienſibus eiuſdémque fidei hominibus fuit impoſita in Capitulis Gallorum, vt ſuprà, maximè in Gennadij examine ipſo etiam Reuerendo P. Petauio teſte probauimus.

In Titulo Præfat. Secundò ex titulo præfatoriæ Fauſti Epiſtolæ ad Leontium A- „ relatenſem, profeſſio fidei contra eos qui dum per ſolam Dei vo- „ luntatem alios dicunt ad vitam trahi, alios in mortem deprimi: „ hinc fatum cum Gentibus aſſerunt: inde Liberum Arbitrium „ cum Manichæis negant.] Quis non videat hoc contra Sanctum Auguſtinum, eiúſque diſcipulos geminę Prædeſtinationis electorum ad vitam, & reproborum ad mortem æternam aſſertores ſcriptum, maximè poſt Proſperi teſtimonium Epiſtolâ ad Ruffi-

Proſper Epiſtolâ ad Ruffinum. „ num, ad quos reſpexiſſe videtur Fauſtus. Vt ſcilicet, inquit Proſ- „ per, tantę pietatis viro (Sancto Auguſtino) Paganorum & Ma- „ nichœorum adſcribatur impietas.]

„ Tertiò ex eo quòd ibidem, inquit, in condemnando Prędeſti- „ nationis errore Concilium Summorum Antiſtitum Congregra- „ ſtis.] Poſt tumultus illos omnes quos per Maſſilienſes & alios Gallos ſimiléſque Pelagianorum reliquias in ipſum Sanctum Auguſtinum excitatos, quis non videat hęc in ipſum, eiúſque diſcipulos acta, ſeù veriùs à Fauſto conficta: Maximè cùm nulla nec in Epiſtolis illis, nec etiam in Fauſti libris Catholicę de Dei Prędeſtinatione ſententię ratio habita fuerit.

Quartò illud ipſum patet ex eo quòd in prçfatione ipſa, dum Fauſtus maximè Pelagium eiúſque blaſphemias reiicere profite-

Digitized by Google

tur, præcipuum illius hæreſis fundamentum non modo ſequitur, ſed quaſi indubitatum præſupponit: Ne forte, inquit, is qui do- « num laboris (id eſt præceptum iubentis) excludit, &c.] Quæ ma- « ior hæreſis Pelagianæ nota, immo maius ipſius hæreſis virus, quàm præuenientem & concomitantem, & ſic omnem Chriſti gratiam in præcepto iubentis collocare: ita vt nemo dubitare poſſit hæc ipſa à Pelagianæ hæreſis acerrimo, & ſubtiliſſimo vindice, non niſi in Catholicos gratuitæ & verè Chriſti Gratiæ aſſertores confictа. Pſeudo Arelat. Syn.

Quintò hoc ipſum ſpecialiter profeſſi ſunt Petrus Diaconus, & alij, qui in cauſa fidei à Græcis ex Oriente Romam miſſi fuerant anno circiter 520. in libro de Incarnatione, & Gratia ad Fulgentium & alios Africæ Epiſcopos, Cap. vlt. Anathematizamus, in- « quiunt, Pelagium & Cœleſtium, ſimúlque etiam Iulianum Eda- « uenſem, & qui illis ſimilia ſapiunt, præcipuè libros Fauſti Gal- « liarum Epiſcopi, qui de Monaſterio Lirinenſi prouectus eſt, « quos contra prædeſtinationis ſententiam ſcriptos eſſe, non du- « bium eſt, &c.] « Petrus Diaconus de Incarn. & Gratia cap. vlt.

Sextò patet ex Concilio Arauſicano ſecundo, in quo Patres Concilij propter obiectiones & calumnias illas in Catholicos à Fauſto & aliis diſſeminatas, præcisè profiteri neceſſe habuere: Aliquos verò ad malum diuina pôteſtate Prædeſtinatos eſſe non « ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt qui tantum malum cre- « dere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus. Quod « ſatis calumniam illam reuincit non in hæreticos, ſed in ipſos Catholicos veræ fidei profeſſores fuiſſe propoſitam: Alioquin Epiſcopi ſimpliciter eos, qui ad malum prædeſtinationem crederent, vt reliquos hæreticos anathemate percellere contenti fuiſſent, nec dixiſſent ſi qui ſunt, nec multo minùs, non ſolum non credimus.] Neque enim ſolent Conciliorum Patres alienos ſe profiteri ab hæreſibus quas damnant, niſi ad calumniam propulſandam. Concil. Arauſic. 2. can. 25.

Septimò denique R. P. viderit quomodo ſe à proprio ſuo teſtimonio expediat, etiam vbi in antiquis Conciliis Galliæ ſuppoſita hæc & falſa Concilia, Arelatenſe & Lugdunenſe, pro veris & & legitimis Cõciliis proferre & obtrudere conatus eſt, ad annum ſcilicet 475. ibi ſiquidem licet prædeſtinationis errorem, ad quem expugnandum Arelatenſis Synodus fingitur congregata, prædeſtinatorum hæreſim illam interpreterur, quæ ſuo ſenſu iuxta Proſperum & Sigebertum ex libris Sancti Auguſtini malè interpretatis dicitur ſumpſiſſe exordium: Nihilominus contentionem illam ortam non inter prædeſtinatianos hæreticos ex vna parte, & Catholicæ fidei aſſertores ex alia, notat: Sed inter Proſperum &

Digitized by Google

Pſeudo Arelat. Syn.

alios Sancti Auguſtini diſcipulos ex vna parte; Fauſtum & alios Galliarum Epiſcopos, quos illi, inquit, vt Semipelagianos inſimulabant, ex altera parte, eámque controuerſiam ab Arauſicana ſecunda Synodo ex Sancti Auguſtini ſententiâ fuiſſe compoſi-
» tam. Hæc ſunt ipſa Reuerendi P. verba. Cui abſurda, inquit, quia
» nonnullis quorundam librorum ſuorum ſententiis viam munire,
» aut vim addere Sanctus Auguſtinus quorundam in Gallia Epiſ-
» coporum, aliorumque iudicio videbatur, ab illo propterea cùm
» in cęteris maximi facerent, vehementer hac in parte diffidebant.
» At contrà, qui pro Sancti Auguſtini placitis cum Proſpero dimi-
» cabant, eius aduerſarios, quod naturæ humanæ plus æquo tribue-
» re viderentur, vt Semipelagianos inſimulabant, quâ notâ in his
» etiam libris ſuis Fauſtus non caruit. Nam & à Gelaſio Papa hoc
» nomine inter apocryphos relati ſunt, & ab Auito Viennenſi atque
» à Fulgentio & aliis pluribus oppugnati. Cæterùm graui ac diu-
» turnæ contentioni, quæ ſanctiſſimos & doctiſſimos vtrimque
» viros in Gallia centum amplius annos exercuit, finem poſtea tan-
» dem attulit Synodus Arauſicana ſecunda, quæ totam de Gratia
» & Libero Arbitrio controuerſiam ex Sancti Auguſtini ſententia
» compoſuit.] Iam videamus quomodo in hac Prędeſtinatiana fabula ſibi ipſi R. P. concinat.

Iac. Sirm. tom. 1. Conc. Franc. in Conc. Arelat.

CAP. VII. PARS ALTERA.

Sirmondvs.

Omnium, quæ Prædeſtinatis inflicta ſunt grauius nullum vulnus fuit, quàm quo à triginta Epiſcopis affecti ſunt in Synodo Arelatenſi, atque iterum poſtea in Lugdunenſi.

Confvtatio.

Omnium quæ in Viros Catholicæ & orthodoxę fidei profeſſores prędeſtinatianorum nomine commenti ſunt Pelagiani, eorúmque Reliquię, ſupremum fuit ementitum & ſuppoſititium & Apocryphum illud Arelatenſe cum Lugdunenſi, vt iam vidimus Pſeudo-Concilium.

Sirmondvs.

Et quanquam neutrius hodie Concilij Acta reſtant (quod his commune eſt cum aliis quàm plurimis) ſuperſunt tamen ex Arelatenſi nonnulla, quæ fidem quoque adſtruunt Lugdunenſi.

Confvtatio.

Nec hodie nec vnquam vlla fuere, nec eſſe potuere ementitorum & ſpuriorum illorum Conciliorum Acta, nec vllus vnquam fuit pręter Fauſtum Architectum & ex eo Hincmarum, qui huc vſque ementitorum illorum Conciliorum vel minimũ meminerit. Et ſic his quidem commentitiis Conciliis commune eſt cum veris aliquibus, vt Acta non ſuperſint, ſed non vt ſoli fabricatores eorum in ſuam cauſam hęretici meminerint.

Sirmondvs.

Pſeudo. Arelat. Synod.

Epiſtola nempe Fauſti Regienſis Epiſcopi ad Lucidum Presbyterum è ſectâ Prædeſtinatorum, tunc ſcripta cùm celebraretur Arelatenſe Concilium, ſub annum, vt coniectura noſtra fuit, 475. Deinde Lucidi Libellus eidem oblatus Concilio: Poſtremò Fauſti eiuſdem altera Epiſtola ad Leontium Arelatenſem, qui Concilio præfuit. Tria hæc, quæ Actorum iacturam ſupplere quoquo modo poſſunt, ordine ſubiiciemus: ac primò quidem Fauſti, quam diximus ad Lucidum Epiſtolam, quâ illum hortatur, vt errores ſuos reuocet, futurum alioqui denuntians, vt à Concilio damnetur: ſic ergo ſe habet.

Confvtatio.

Hæc tria non Actorum, quæ nulla fuerunt iacturam ſupplent: ſed fabulam integram complectuntur, quò vt vidimus, Fauſti libri hæreſim Pelagianam, dum ipſum Pelagium damnant, continentes, maiori applauſu in Britannia, quò fuerunt amandati reciperentur. Sed quantum ad tempus huius falſæ Synodi, quam ad annum 475. ex coniectura refert, videat quàm malè Hincmaro ſuo concinat, qui in opere ſuo, de Prædeſtinat. capite primo, Synodum illam repoſuit ad annum 431. aut 432. ſub Cœleſtino Papâ, & ipſius iuſſu celebratam refert, vt aduertat quàm parùm tutò cœcum illum ducem in multis præter rationem ſecutus ſit: ſed nec Epiſtolam Lucidi quaſi eidem Concilio oblatam finxit Fauſtus, immo quaſi Lugdunenſi, vt patet ex verbis illis (iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilij): obſeruauit Illuſtr. Cardinalis Baronius, Annalium Tom. 6. ad Annum 490. num. 26. & Iſaac Habertus Vabrenſis Epiſcopus, in fidei ſuæ defenſione, pag. 2. cap. 5. pag. 51. quòd agnoſcere refugit, Reuerendus Pater, quia in nullius codicis inſcriptione nomen Lugdunenſis Epiſcopi, reliquis præfertur.

Sirmondvs.

Fauſti Epiſtola ad Lucidum.

Epiſtola Fauſti Regienſis ad Lucidum Prædeſtinatianum, vt errores ſuos reuocet.

Confvtatio.

Non ſic habet Titulus apud Hincmarum, nec alibi vſquam, ſed proprio Reuerendi Patris genio confictus apud Hincmarum ha- «
betur, Epiſtola Fauſti ad Lucidum Presbyterum: apud Baronium, «
in Bibliotheca Patrum, & alibi nullus præfertur alius Titulus, «
quàm qui ſequitur, deuinctiſſimo, &c. «

Sirmondvs. «

Domino deuictiſſimo, & mihi ſpeciali affectu venerando, «
ac ſuſcipiendo fratri Lucido Presbytero Fauſtus. «

Grandis charitas eſt, parùm cauti fratris errorem per Dei au- «

Pſeudo Arelat. Synod.

» xilium & gratiam, magis velle curare, quàm ſicut Summi Antiſtites meditantur, ab vnitate ſuſpendere; quid poſſum de hoc ſenſu (ſicut ais) cum vnanimitate tua per literas loqui, cùm te præſens multâ, & blandâ, & humili collocutione nunquam potuerim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de Dei gratia, & obedientia hominis, id omnimodo ſtatuere debemus, vt neque proni in ſiniſtram, neque importuni in dextram, regiâ magis gradiamur viâ.]

CONFVTATIO.

Quis hæc ſola intuitus non crederet *regiam*, quam requirit *viam, ne proni in ſiniſtram*, ſcilicet liberum arbitrium abſque gratia, *neque importuni in dexteram*, gratiam ſine libero arbitrio aſſerentes, Fauſtum hìc Catholicam fidem, gratiam ſcilicet liberi arbitrij ducem profiteri ſollicitum? Sed quàm longè ab hac verè regia via, & Catholica veritate aberret, ipſe Epiſtolâ alterâ ad Leontium Arelatenſem manifeſtat, dum regiam illam viam nihil aliud eſſe exponit, quàm profeſſionem præcepti iubentis pro vera Chriſti gratia, iuxta ipſam Pelagij mentem & ſententiam:

Fauſti Epiſtola ad Leontium.

» Pelagij blaſphemias, inquit, nudum laborem exaltantis, confutare neceſſarium iudicauimus, ne fortè, is qui donum laboris, id eſt præceptum iubentis excludit, aſſerentibus nobis quòd Dei miſericordia, fide, & operibus promerenda eſt, Catholicam vocem ad Pelagij ſenſum diſcretionis neſcius applicaret, *& omiſſâ viâ regiâ in dextram cadens, in ſiniſtram declinare nos crederet*, & dum de labore ſeruo gratiæ loquimur, offendiculum ante pedes cæci oppoſuiſſe videremur.

SIRMONDVS.

» Illud autem venerationem tuam dixiſſe miratus ſum, quòd nullus vnquam ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem, vel ſcripſerit, vel prædicauerit. Cùm plurimi multiplices & prophanos errores ſuos etiam ſcriptorum monimentis crediderint inſerendos, qui tamen Chriſtiano nomine gloriabantur.]

CONFVTATIO.

Hæc Verba duplicem & æquiuocum ſenſum admittunt, videlicet, vel Lucidum dixiſſe, nullum vnquam ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem ſcripſiſſe vel prædicaſſe: vel illud quod dixerat Lucidus, à nullo ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem ſcriptum vel prædicatum fuiſſe; priorem ſenſum magis implicitum amplectitur R. P. dum Verbum *quod* accentu notat, ne incidat in poſteriorem qui Prædeſtinatianæ fabulæ, vt mox patebit, iugulum premit: in priore itaque ſenſu ſententia illa abſoluta: Nullum vnquam ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem ſcripſiſſe vel prædicaſſe, ſatis abſona, &

quæſtione

quæſtioni quæ verſatur de Prædeſtinatione, non excluſo hominis labore profitenda minus apta videtur. Necnon verbum (*illud*) in principio ſententiæ non ſolum ſuperfluum eſſet, ſed etiam propter ſequens relatiuum (*quod*) iuxta poſteriorem ſenſum expreſsè poſitum videtur alioquin enim meliùs & abſque æquiuocatione dictum eſſet. Venerationem autem tuam dixiſſe miratus ſum quòd &c. Sed verbum (*illud*) relatum ad verbum (*quod*) naturaliter abſque fuco & ambage exponit in poſteriore ſenſu, Lucidum omnium primum ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem dixiſſe Prædeſtinationem excluſo hominis labore prædicandam, vt ex nouitate dogma facilius exploderetur. Quod autem quam ſit Prædeſtinatianæ R. P. fabulę inimicum & peremptorem nemo non videt. Nam ſi Lucidus primus & vnicus finit (vt hîc habetur) qui huc vſque Prædeſtinationem excluſo labore hominis aſſeruit, ille ipſe primus fuit & vſque ad annum 475. hæreticus Prædeſtinatianus: & ſic nulli fuere vnquam in Adrumetino Monaſterio, qui pernicioſum & hæreticum illud dogma tenuerint: vt voluit R. P. cap. 1. contra Prædeſtinatianos apud Gallos emergentes Sancti Auguſtini opem per literas non implorauerunt Proſper & Hilarius, vt intendit R. P. cap. 2. nec Prædeſtinati à Cœleſtino Papa Proſpero, & Hilario ſuggerentibus repreſſi per Epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ, vt aſſeruit R. P. cap 3. nec prædeſtinatorum hæreſim impugnauit auctor prædeſtinati: vt fertur cap. 4. nec etiam prædeſtinatorum hæreſis nomen & origo in Chonico Proſperi, vt cap. 5. fruſtrà probare laborauit. Immò ex hac ipſa ſola Fauſti non contemnendi in ſuos iudicis ſententia conſtat & ementitum proſperum, & chariſſimum R.P. prædeſtinatum ex calumnia in Catholicos prædeſtinatianorum hæreſim commentos eſſe, illum non verum ſed Pſeudochronicum edidiſſe, hunc verò fictitium nomine Sancti Auguſtini librum illis impoſuiſſe: Proſperum & Hilarium nec apud Cœleſtinum, nec apud Sanctum Auguſtinum de fictis prędeſtinatianis, ſed de veris pelagianis eorúmque reliquiis conqueſtos eſſe. Nec etiam niſi pelagianorum reliquias motus Adrumetinos excitaſſe, ſicut intendimus & pluribus quolibet capite probatum. Videat Reuerendus Pater quomodo, quaúe arte hanc Fauſti ſui iugulum prementis ſententiam euadat. Pſeudo Arelat. Synodo.

Sirmondvs.

Breuiter ergo dicam quantum cum abſente loqui poſſum, quid ſentire cum Catholica Eccleſia debeas: id eſt, vt cum gratia Domini operationem Baptizati famuli ſemper adiungas, & eum qui prædeſtinationem excluſo labore hominis aſſerit, cum pelagij dogmate deteſteris.]

Pſeudo Arelat. Synodo.

CONFVTATIO.

Prædeſtinati hæreſi 90. ſect. 1.

Hanc fuiſſe calumniam Maſſilienſium non ſolùm in diſcipulos Sancti Auguſtini, ſed etiam in ipſum Auguſtinum ſuprà probatum cap. 4. in expendendo Antiprædeſtinati R. P. art. 1. in quo aſſeritur electionem bonorum & recuſationem malorum Deo decernente definiri, non homine vel ſtudente vel negligente. Nolunt, inquit, Dei iura vel à ſtudentibus cuſtodiri vel à negligentibus violari.] Et ſic ſimiliter in Auguſtinum Pelagianorum reliquiæ Gallorum obiect. 6. quod Liberum Arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſiue ad bonum, ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.

Gallor. obiect. 6.

SIRMONDVS.

6. Fauſti Anathemata.

Anathema ergo illi qui inter reliquas Pelagij impietates, hominem ſine peccato naſci, & per ſolum laborem poſſe ſaluari, damnandâ præſumptione contenderit, & qui eum ſine gratia Dei liberari poſſe crediderit.]

CONFVTATIO.

Auguſt. de gratia Chriſti c. 2.

Sic etiam Pelagius ipſe apud Auguſtinum de gratia Chriſti cap. 2. ſcripſiſtis mihi cum Pelagio vos egiſſe &c. eumque dixiſſe audientibus vobis Anathema, qui vel ſentit vel dicit gratiam Dei, quâ Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non ſolum per ſingulas horas, aut per ſingula momenta; ſed etiam per ſingulos actus noſtros non eſſe neceſſariam: & qui hanc conatur auferre, pœnas ſortietur æternas.] Vnde Leo Papa Pelagianorum nequitiam callens ipſis ad Eccleſiam reuertentibus non ſufficere ſanxit, ſi Pelagium deteſtentur, niſi etiam illius hæreſis dogmata ſigillatim ſcriptâ profeſſione damnent, Epiſtolâ 86. ad Nicetam Aquileienſem: quoniam, inquit, nouimus hanc iſtorum eſſe verſutiam, vt in quacunque particula dogmatis execrandi, qua ſe à damnatorum ſocietate diſcreuerunt, nihil ſibi ſenſuum ſuorum exiſtiment eſſe non ſaluum &c.] Vt ex ſequentibus in Fauſto apparebit. Interim anathema ſit & ei, qui gratiam Chriſti in præcepto iubentis vnà cum Pelagio & Fauſto (vt iam vidimus) repoſuerit.

Leo Papa Epiſtola 86.

SIRMONDVS.

Anathema illi qui hominem cum fideli confeſſione ſolemniter Baptizatum, & aſſerentem Catholicam fidem, & poſtmodùm per diuerſa mundi huius oblectamenta, & tentamenta prolapſum in Adam, & originali peccato periiſſe aſſeruerit.]

CONFVTATIO.

Hæc etiam fuit Gallorum in Auguſtini ſcripta obiectio ſecunda quod ab eis qui non ſunt prędeſtinati ad vitam non auferat percepta Baptiſmi gratia origiuale peccatum.] Eadem fuit etiam An-

Digitized by Google

tiptæ deſtinati R. P. calumnia, & in Auguſtinum & in ipſius diſcipulos art. 3. vt ſuprà vidimus & expendimus cap. 4. Pſeudo Arelat. Synodo. 3.

SIRMONDVS.

Item Anathema, illi qui per Dei præſcientiam in mortem deprimi hominem dixerit.]

CONFVTATIO.

Idem ipſum etiam ipſi Auguſtino obiectum à Maſſilienſibus, Gallorum Capitulo primo: quòd ex Prædeſtinatione Dei velut fatali neceſſitate homines ad peccata compulſi cogantur in mortem.] Idem etiam cap. 11. quod per potentiam Deus homines ad peccata compellat.] Nec diſſimilis fuit Antiprædeſtinati R. P. calumnia art. 2. dicunt etiam ſi voluerit bonum facere, qui ad malum prædeſtinatus eſt, ad bonum peruenire non poterit.] Vide ſuprà cap. 4. Gallor. Obiect. 1. Obect. 11. Antipræd. art. 2.

SIRMONDVS.

Item Anathema illi, qui dixerit illum, qui periit, non accepiſſe, vt ſaluus eſſe poſſet, id eſt de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.] 4.

CONFVTATIO.

Hoc etiam deſumptum ex obiectionibus Gallorum in Sanctum Auguſtinum cap. 5. quòd qui vocati ſunt non æqualiter ſint vocati; ſed alij vt crederent, alij vt non crederent] & cap. 7. quod Deus quibuſdam filiis ſuis, quos regenerauit in Chriſto, quibus fidem ſpem & dilectionem dedit, ob hoc non det perſeuerantiam, quia non ſunt à maſſa perditionis præſcientiâ Dei, & Prædeſtinatione diſcreti.] Idem ipſum Proſpero & aliis Sancti Auguſtini diſcipulis obiectum à Vincentio cap. 7. & 13. Gallor. Obiect. 5. Obiect. 7. Obiect. Vincent. 7. & 13.

SIRMONDVS.

Item Anathema illi qui dixerit: quod vas contumeliæ non poſſit aſſurgere, vt ſit vas in honorem.] 5.

CONFVTATIO.

Hanc ſolemnem & præcipuam fuiſſe Maſſilienſium querelam in S. Auguſtini de gratuita & abſoluta Dei Prędeſtinatione ſententiâ, teſtis eſt Proſper Epiſtolâ ad Auguſtinum. Remoueri itaq; omnem induſtriâ, tollique virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præueniat voluntates, & ſub hoc Prædeſtinationis nomine fatalem quandam induci neceſſitatem, aut diuerſarum naturarũ dici Dominũ conditorem, ſi nemo aliud poſſit eſſe, quàm factus ſit &c. Et Hilarius Epiſtolâ ad Auguſtinum. Nolunt autem ita hanc perſeuerantiã prædicari, vt nõ vel ſupplicitet emereri, vel amitti cõtumaciter poſſit, nec ad incertũ voluntatis Dei deduci ſe volunt &c.] Itẽ Gall. c. 13. Proſper Epiſtola ad Auguſt. Hilarius Epiſtola ad Auguſt. Gall. Obiect. 13.

SIRMONDVS.

Item Anathema illi qui dixerit: quod Chriſtus non pro omnibus 6.

» mortuus ſit, nec omnes homines ſaluos eſſe velit.]

CONFVTATIO.

Proſper Epiſtola ad Auguſt. Nec minùs ſolemnem fuiſſe in Auguſtinum Maſſilienſium ſententiam (teſtatur Proſper in Epiſtola ad Auguſtinum) vbi eorum » doctrinam exponens, nec vacillare (inquit) illud *exiſtimant* quod » Deus omnes homines velit ſaluos fieri & in agnitionem veritatis » venire: quandoquidem inexcuſabiles ſint, qui & ad vnius veri Dei » cultum potuerint inſtrui intelligentiâ naturali, & Euangelium « ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vniuerſo au- » tem humano genere mortuum eſſe Dominũ noſtrum Ieſum Chri- » ſtum, & neminem prorſus à redemptione ſanguinis eius exce- » ptum, etiam ſi omnes hanc vitam alieniſſimâ ab eo mente pertran- » ſeant; quia ad omnes homines pertineat diuinæ miſericordiæ ſa- » cramentum: quo ideo plurimi non renouentur, quia quòd nec re- » nouari vtile habeant, prænoſcantur. Itaque (quantùm ad Deum » pertinet) omnibus paratam vitam æternam; quantùm autem ad ar- » bitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui Deo ſponte credi- » derint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint.] Idem

Gallor. Obiect. 8. » iterum Sancto Auguſtino obiectum fuit Gallorum cap. 8. quòd » non omnes homines velit Deus ſaluos fieri, ſed certum numerum » Prædeſtinatorum] & capitulo 9. quòd pro non totius mundi re-

9. » demptione Saluator ſit crucifixus.] Et poſt mortem Sancti Auguſtini idem ipſum Proſpero & aliis eius doctrinæ ſectatoribus op-

Vincent. Obiect. 1. 2. » poſitum Obiect. Vincentian. cap. 1. quod Deus noſter Ieſus Chri- » ſtus non pro omnium hominum ſalute, & redemptione ſit paſſus] » & capit. 2. quod Deus nolit homines ſaluare, etiamſi omnes ſal- » uari velint.]

SIRMONDVS.

Hæc omnia ſunt Fauſti ad Lucidum Anathemata, eáque ex his qui non videat in Sancti Auguſtini & diſcipulorum eius doctrinam propoſita, puto quod in meridiana luce cæcutiat.

CONFVTATIO.

» Cum autem ad nos in Chriſti nomine veneris, aut cũ à ſanctis Sa- » cerdotibus euocatus fueris, tunc oportunà, ſi Dominus iuſſerit, lo- » cis ſuis teſtimonia proferemus, quibus & quæ Catholica ſunt ma- » nifeſtentur, & quę Catholicis contraria deſtruantur. Nos autẽ per » illuminationẽ Chriſti veraciter & confidenter aſſerimus, & eũ qui » periit per culpã, ſaluum eſſe potuiſſe per gratiã, ſi gratiæ ipſi famu- » li laboris obedientiã non negaſſet: & eum qui per gratiã ad bonæ » conſummationis metas ſeruitio obſequente peruenit, cadere per » deſidiam, & perire potuiſſe per culpam. Nos ergo per mediũ Chri- » ſto duce gradientes, poſt gratiam ſine qua nihil ſumus, laborem » officioſæ ſeruitutis aſſerimus: ſed omnimodò arrogantiam, & præ- » ſumptionem laboris excludimus, vt totis viribus deſudantes, ne

gratia in nobis euacuetur, quicquid de manu Domini ſuſceperi- « Pſeudo
mus, donum pronuntiemus eſſe, non pretium; ſcientes laboris ip- « Arelat.
Luc. 17. v. 10. ſius fructum officij rem eſſe, non meriti: cum Euangeliſtâ dicen- « Synod.
tes: *Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.*] «

Hæc quæ ſtrictim pro Epiſtolę breuitate memorata ſunt aut re- « cipere ſe, aut reſpuere vnanimitas tua recurrente ſermone reſpon- « deat. Cæterum qui hanc veritatis menſuram gratia præcedente « & conatu aſſurgente, non ſequitur, dignus erit, qui à ſacris limini- « bus arceatur: ergo tamen indiuiduam bonitatem tuam toto ſin- « ceræ benignitatis amplexu in via retinens, intra Matris Eccleſiæ « gremium permanere, repudiato hoc errore deſidero. Qui ſi citò « reſpuatur, ignorantia fuiſſe videbitur; blaſphemia verò reputabi- « tur, ſi pertinaciter defendatur: grauem namqúe in Auctorem re- « torquemus inuidiam, ſi dicamus, quòd ei poſſibilitatem capeſcē- « dæ ſalutis noluerit dare qui periit, ei dumtaxat qui capere iam « poſſet Arbitrij Libertatem. Cùm minimè negare poſſimus, quòd « mandati præuaricatorem in iudicij ſui examinatione damnabit: « qui enim non eſt obnoxius de ſuſcepto, neſcio quomodo reus poſ- « ſit eſſe de perdito. Ac ſic peccantes in Deum, cuius in primis aſ- « ſeruimus gratiam, in poſtremis eius videbimur impugnare iuſti- « tiam. Huius autem Epiſtolæ exemplar mecum retineo, in con- « uentu Sanctorum Antiſtitum, ſi ita neceſſe fuerit, proferendum. « Quam ſi ſuſcipiendam putauerit fraternitas tua, aut ſubſcriptam « manu propriâ remittat, aut ſequentibus ſcriptis omnino ſe impro- « baſſe reſpondeat. Quod ſi eam ſubſcriptam (vt dixi) tranſmitte- « re nolueris, apertè adhuc ſe in errore perſiſtere ipſo ſilentio com- « probabis: ac proinde iam neceſſitatem mihi facies ad perſonam « tuam publicis conuentibus exponendam. Et ideo ſecundum hæc, « quæ à me ſunt directa reſcribe: vtrum ea remotis circuitionibus « aut agnoſcas, aut reſpuas.] «

CONFVTATIO:

Ex poſtrema huiuſce Epiſtolæ parte patet nondum Lucidum inter reos delatum, dum ſi ſubſcribere recuſet, hæc minatur Fauſtus: *Iam neceſſitatem mihi facies ad perſonam tuam publicis conuentibus exponendam.*] Et nihilominus in principio dixit Fauſtus, *Summos Antiſtites iam meditari ab vnitate eum ſuſpendere.*] Immo etiam ſi ſolū Lucidum notet, qui Prædeſtinationē Dei excluſo hominis labore profiteretur (in quo erroris ſummā quem Catholicis abſolutam Dei prædeſtinationem credentibus, nomine Prædeſtinatianorum hæreticorum per calumniam impoſuerunt Pelagianorum reliquiæ) in præfatione ſua ad Leontium Arelatenſem ei congratulatur, quòd *in condemnando Prædeſtinationis* « Fauſti Epiſt. ad Leontium.
errore Concilium Summorum Antiſtitum congregauerit.] Hæc «

Pſeudo Arelat. Synod. " certè ſimul non conueniunt: & ſic fraudulentorum conſilia Deus
" diſperdit.

SIRMONDVS.

" *Et aliâ manu* Fauſtus exemplar Epiſtolæ meæ relegi &
" ſubſcripſi.

Hæc enim vera & germana Epiſtolæ eſt ſubſcriptio vnicum auctoris nomen præferens, quod ſolum pariter & Hincmarus, & veteres optimi quique libri repræſentant: Altera autem vulgatis hactenus editionibus, quæ Auxanij aliorúmque cum Fauſto nouem Epiſcoporum nomina ſubnotat, etſi veterum quorumdam Codicum ſuffragio non caret: ſpuria tamen eſt haud dubiè & aliena.

CONFVTATIO.

Hæc ſit vera & germana Epiſtolæ qualem finxit Fauſtus ſubſcriptio, ſubſcriptiones aliæ & ſpuriæ & falſæ ſint. Mirum tamen quod R. P. in editione Conciliorum antiquorum Galliæ licet longè antehac notum habuiſſet Hincmarianum Codicem, & alios melioris notæ, qui nullas alias habent ſubſcriptiones ipſe tamen non ſolùm cum illis ſubſcriptionibus ediderit, ſed etiam in titulo ipſo quo maior huic Apocrypho Concilio auctoritas accederet, " repoſuit. *Fauſti Regienſis Epiſcopi Epiſtola ad Lucidum Presbyte-*
" *rum è ſecta Prædeſtinatorum &c. Synodi Arelatenſis tempore ſcri-*
" *pta, & à multis Epiſcopis, atque à Lucido ipſo ſubſcripta.*] Quorum verò nequitiâ quorumvè adulterâ manu hæ Commentitiæ tam Lucidi quam octo Epiſcoporum ſubſcriptiones additæ fuerint, nemo eſt qui non videat; eorum ſcilicet qui huic Fauſti Epiſtolæ auctoritatem Concilii tribui curarent, non eorum certè qui totum Fauſti commentum reiicerent, & abominarentur. Et obſeruandum hâc ſolâ ſubſcriptionis adulteræ & ſpuriæ notâ propter Epiſcoporum illorum reuerentiam Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium, & alios plurimos huiuſce fraudis & ſuppoſitionis neſcios, quotquot ingenuè fraudulentiam Fauſti auerſati ſunt, ab omnimoda reiectione totius huiuſce commenti abſtinuiſſe, & benignâ & commodâ interpretatione hæc recipi poſſe exiſtimaſſe: ita vt pleniſſimè iam detectâ fraude nulla maior ſit auctoritas, nulla potior ratio huiuſce Fauſti ad Lucidum Epiſtolæ, quàm Lucidi ad Concilium & iterum Fauſti ad Leontium Arelatenſem, quâ refertur Epiſcopos Ementiti illius Concilii Fauſti libris ſubſcripſiſſe: quod ab Illuſtriſſimo Cardinali & bonis fermè omnibus quaſi falſum & ab ipſo Fauſto gratìs confictum penitùs fuit exploſum.

Editio Côc. Ant. Gall.

SIRMONDVS.

Quæ & in errorem nonnullos induxit, vt ab Arelatenſi Concilio, vel à Lugdunenſi ſubſcriptam Fauſti Epiſtolam crederent, & aduerſariis noſtris calumniæ anſam præbuit, vt nos Concilij, nomen huic

Pſeudo Arelat. Synod.

vni Fauſti Epiſtolæ dicerent tribuere, quod eſt falſiſſimum.

CONFVTATIO.

Meminerit R. P. (vt iam diximus) Epiſtolam illam in Conciliis antiquis Galliæ, & cum ſubſcriptionibus editam & in capite poſitam, eam & à multis Epiſcopis atque à Lucido ipſo ſubſcriptam. Et ab omnibus qui perfectam Chriſti gratiam cum Auguſtino & Proſpero, ſcriptis ſuis profitentur, has ſubſcriptiones ſemper impugnatas, quaſi ſpurias & adulteras. Et totum hoc trium Epiſtolarum illarum commentum reiectum, & falſitatis accuſatum. Et aduertat R. P. quòd aduerſariis non calumniæ ſed legitimæ querelæ anſam præbeant, qui non vni Fauſti Epiſtolæ, ſed vnico fraudulentiæ eius commento, ex tribus illis Epiſtolis & libris ſuis de Libero Arbitrio, quos à Concilio ſubſcriptos finxit, compoſito, etiam poſt detectas tot fraudulentas ſuppoſitiones, nomen Concilij vnà cum Fauſto tribuunt.

SIRMONDVS.

Hàc igitur Fauſti Epiſtolà excitatus Lucidus ad ſe rediit, & quod diu cunctatus fuerat, errorem agnouit, atque ex Concilij ſententia libellum illi offerens huiuſmodi.

CONFVTATIO.

Hocce fuit Fauſti commentum, ſed viderit R. P. quomodo velit diu cunctatum Lucidum, libellum tàdem Concilio illi obtuliſſe. Quid igitur tot Epiſcopi inter diuturnas moras in hanc vnicam cauſam euocati; immo verò ex Fauſti commento Epiſtolam Lucidi non in Concilio, ſed poſt Concilium oblatam verba ſequentia demonſtrant. *Iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilij*, & in titulo illius Epiſtolæ à R. P. tom. 1. Antiq. Conc. Gall. notatur, *iuxta Synodi Arelatenſis ſtatuta*: ſed refugit R. P. hoc fateri: quoniam non ſatis cum ſpuriis & adulteris Epiſcoporum inſcriptionibus ſeu epigraphe conuenit, in quibus Patiens Lugdunenſis Epiſcopus, alibi 6. alibi 16. reponitur nullibi primus habetur.

SIRMONDVS.

Exemplar libelli Lucidi priſtinos errores reuocantis.

*Epiſtola Lucidi.

CONFVTATIO.

Non talis eſt inſcriptio, nec apud Hincmarum, nec in Codice Cardinalis Baronij, nec in Editione Bibliothecæ Patrum: apud Hincmarum *exemplar libelli Lucidi Presbyteri*: in Codice Baronij *nullus titulus*: in editione Pariſienſi Bibliothecæ Patrum: *Epiſtola Lucidi Presbyteri errores præteritos reuocantis*. Et melius Epiſtolam quam libellum dici, ſubſcriptio ipſius Lucidi probat his verbis concepta: Lucidus Presbyter hanc Epiſtolam meam manu „ propriâ ſubſcripſi.] „

Quoniam verò vt diximus, diuerſo ordine & præpoſteræ ſunt in

Pſeudo Arelat. Syn.

diuerſis Codicibns nomina Epiſcoporum in Epigraphe contra fidem veri exemplaris, in quo nullos fuiſſe credimus nominatos Epiſcopos; vt diuerſitas illa magis innoteſcat, tribus columnis tres quas vidimus diſcrepantes editiones ſubijcere hîc è regione non inutile iudicauimus, præfixâ illâ quam expendimus R.P. editione, tam in hoc libello, quàm in Conciliis Galliæ. Secundâ ex Hincmariano Codice in opere de Prædeſt.cap.1. Tertiâ verò editione, quâ vſus eſt Baronius, & quæ habetur in Bibliotheca Patrũ.

SIRMONDVS.

» Dominis Beatiſſimis & in Chriſto Reuerendiſſimis Patribus.

Bar. Hinc. Sirm.	Hinc. Cod.	Bar. & Bibl.
deeſt		
1 -- * -- 1 Leontio.	1 Eufronio.	1 Leontio.
2 -- 1 -- 2 Eufronio.	2 Viuentio.	2 Eufronio.
3 -- 15 -- 3 Fonteio.	3 Veriano.	3. Fonteio.
4 -- 2 -- 4 Viuentio.	4 Paulo.	4 Viuentio.
5 -- 9 -- 5 Mamerto.	5 Eutropio.	5 Mamerco.
6 -- 16 -- 6 Patienti.	6 Marcello.	6 patienti.
7 -- 3 -- 7 Veriano.	7 Claudio.	7 Veriano.
8 -- 10 -- 8 Auxanio.	8 Leontio.	8 Auxanio.
9 -- 17 -- 9 Fauſto.	9 Mamerto	9 Fauſto.
11 -- 4 -- 10 Paulo.	10 Auxiano.	10 Megetio.
10 -- 11 -- 11 Megetio.	11 Megetio.	11 Paulo.
12 -- 18 -- 12 Græco.	12 Leontio.	12. Græco.
13 -- 5 -- 13 Eutropio.	13 Croco.	13 Eutropio.
15 -- 8 -- 14 Leontio.	14 Vrciſino.	14 Baſilio.
16 -- 7 -- 15 Claudio.	15 Fonteio.	15 Leontio.
19 -- 6 -- 16 Marcello.	16 Patienti.	16 Claudio.
deeſt * 13 -- 17 Croco.	17 Fauſto.	17 Leucadio.
14 -- 20 -- 18 Baſilio.	18 Græco.	18 pragmatio.
16 -- 19 -- 19 Claudio.	19 Claudio.	19 Marcello.
deeſt * -- 14 -- 20 Vrſicino.	20 Baſilio.	20 Prætextato.
20 -- 21 -- 21 Prætextato.	21 Prætextato.	21 Iuliano.
18 -- 22 -- 22 Pragmatio.	22 Pragmatio.	22 Amicali.
27 -- 25 -- 23 Theoplaſto.	23 Viuentio.	23 Ioanni.
deeſt * 8 -- 24 Leontio.	24 Ioanni Ep.	24 Opiloni.
26 -- 23 -- 25 Viuentio.	25 Theoplaſto.	25 Licinio.
21 -- 26 -- 26 Iuliano.	26 Iuliano.	26 Viuentio.
22 -- 29 -- 27 Amicali.	27 Opiloni.	27 Theoplaſto Epiſ-
23 -- 24 -- 28 Ioanni.	28 Leocadio.	copis Lucidus Preſ-
24 -- 27 -- 29 Opiloni.	29 Amicali.	byter.
25 -- 30 -- 30 & Licinio Epiſcopis. Lucidus Presb.	30 & Licinio Presb. Lucid⁹. Hic deeſt Leontius Arelat. & adijcitur Leocadius.	Hic deſunt Leontius, Crocus, & Vrſicinus.

CONFV-

CONFVTATIO.

Pſeudo Arelar. Synodo.

In his tribus columnis quis non miretur tam inuerſum proferri Epiſcoporum illorum ordinem, ſed maximè in Codice Hincmariano, quem & certiſſimum antiquiſſimumqúe & optimæ notæ agnoſcit R. P. non recenſitum Leontium Arelatenſem, qui fictis illis Conciliis præfuerit, itavt prætermiſſo Præſide cæteris Epiſcopis fingatur Epiſtola Lucidi oblata, ſed & in eodem codice poſitus Leocadius, qui in reliquis omnibus non nominatur. Itē in eodem Hincmariano codice poſt Ioannem qui 24. numeratur, additur, Epiſcopo: Et in poſtremo Licinio additur, Presbyteris, quaſi ſex vltimi Presbyteri fuerint, non Epiſcopi: ſed & in codice Baronij & Bibliothecæ Patrum appoſita ſunt tantummodo 27. Epiſcoporum nomina, altero Leontio, Croco, & Vrſicino prætermiſſis; vnde tanta in còdicibus illis varietas & diuerſitas, niſi ex nimia non tantum Criticorum oſcitantiâ, ſed & Pelagianæ prauitatis ſectatoriorum nequitiâ, qui quò maiorem huic Fauſti commento auctoritatem adderent, Epiſcopos quàm potuerunt plurimos in Epigraphe appoſuerunt, ſicut etiam in Epiſtolâ Fauſti octo Epiſcoporum ſubſcriptiones cum ſubſcriptione etiam ipſius Lucidi, quaſi mandatum Fauſti executus eſſet, appoſuerunt. Sed & neſcio quo caſu vel conſilio factum ſit, vt hæc Epiſcoporum nomina, quæ iam in Epigraphe, vt in aliis exemplaribus repoſuit R. P. in editione Conciliorum antiq. Galliæ, in ſerie ipſius libelli ſeu Epiſtolæ appoſuerit, ex quo certiora apparere poterant: certè commentum hoc Fauſti falſitate, fraude & omnimodâ nequitiâ ſcatet.

SIRMONDVS.

Correptio veſtra ſalus publica, & ſententia veſtra medicina eſt: «
vnde & ego ſummum remedium duco vt præteritos errores ac- «
cuſando excuſem, & ſalutiferâ confeſſione me diluam.] «

CONFVTATIO.

Correptio nulla alia quam Fauſti ex Epiſtolâ præcedenti, quam quaſi à Concilio confirmaram, Concilio tribui voluit Fauſtus. Nec Fauſti mentem aſſecuti fuere, qui falſas & adulterinas, eius Epiſtolæ Epiſcoporum ſubſcriptiones ſuppoſuerunt. Sententiam verò nullam videmus præter Fauſti libros, quos ille in Concilio Arelatenſi ſubſcriptos finxit, & quaſi cauſam reſipiſcentiæ Lucidi laudari voluit. Idque eo euidentiùs patet, quòd propoſitiones omnes huiuſce Lucidi Epiſtolæ in libris ipſis Fauſti continentur, iuxta illius hæreſim contra Catholicam fidem expoſitæ.

SIRMONDVS.

Proinde iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilij, damno vo- «
biſcum ſenſum illum, qui dicit humanæ obedientiæ laborem diui- « 1.
næ gratiæ non eſſe jungendum; qui dicit poſt primi hominis lap- « 2.

CCcc

Arelat. » ſum ex toto arbitrium voluntatis extinctum : qui dicit quòd
Syn. » Chriſtus Dominus & Saluator noſter mortem non pro omnium ſa-
3. » lute ſuſceperit; qui dicit quòd præſcientia Dei hominem violen-
4. » ter compellat ad mortem, vel quod cùm Dei pereant voluntate
5. » qui pereunt: qui dicit quod poſt acceptũ legitimè Baptiſmum, in
6. » Adam moriatur quicunque deliquerit; qui dicit alios deputatos
7. » ad mortem, alios ad vitam prędeſtinatos: qui dicit ab Adam vſque
» ad Chriſtum nullos ex Gentibus per primam Dei gratiam, id eſt,
8. » per legem naturæ in aduentum Chriſti fuiſſe ſaluatos, & quod Li-
9. » berum Arbitrium in primo Parente perdiderint: qui dicit Patriar-
» chas ac Prophetas, vel ſummos quoſque Sanctorum etiam ante
» Redemptionis tempora intra paradiſum deguiſſe. Hæc omnia
» quaſi impia & ſacrilegiis repleta condemno.]

CONFVTATIO.

Verba illa [*Iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilii*] indicant hanc Lucidi Epiſtolam iuxta commentum & intentum Fauſti poſt Concilium Arelatenſe, quaſi in Concilio Lugdunenſi oblatam quod quaſi ab iiſdem earundem Prouinciarum Epiſcopis celebratum fingit. Porrò ea quæ hîc condemnat Lucidus ex ipſis Fauſti libris deſumpta ſunt, puta articulus primus ex cap. 3. lib. 1. Secundus ex cap. 8. Tertius ex cap. 16. Quartus ex cap. 2. lib. 2. Quintus ex cap. 15. lib. 1. Sextus ex cap. 4. Septimus ex cap. 9. lib. 8. Octauus eſt modificatio præcedentis: & Nonus à cauſa penitus alienus vt obſeruauit Ioannes Latius de Pelagianis lib. 2. cap. 13.

Iidémque omnes ipſi articuli conſentiunt in omnibus Fauſti anathematiſmis in eius Epiſtolâ propoſitis; & ſic veterum Gallorum in orthodoxam S. Auguſtini, Proſperi, & aliorum eius diſcipulorum doctrinam plurimas vt iam vidimus querelas continẽt.

SIRMONDVS.

» Ita autem aſſero gratiam Dei, vt anniſum hominis, & cona-
» tum gratiæ ſemper adjungam, & libertatem voluntatis humanæ
» non extinctam, ſed attenuatam & infirmatam eſſe pronunciem, &
» periclitari eum qui ſaluus eſt, & eum qui periit potuiſſe ſaluari.
» Chriſtum etiam Deum & Saluatorem (quantum pertinet ad
» diuitias bonitatis ſuæ) pretium mortis pro omnibus obtuliſ-
» ſe: & quia nullum perire velit, qui eſt Saluator omnium, maxi-
» mè fidelium, diues in omnibus qui inuocant illum.]

CONFVTATIO.

Has etiam aſſertiones ex libris Fauſti deſumptas cuilibet attentè conferenti liquet: Prima ſiquidem ex præfatione. Secunda ex cap. 9. lib. 1. Tertia ex cap. 11. Quarta ex cap. 16. Quinta & Sexta ex eodem cap. & ſimiliter concinunt cum ipſius Fauſti aſſertionibus.

Digitized by Google

Pſeudo-A relat. Synodo.

SIRMONDVS.

Et quia in tantis rebus conſcientiæ ſatisfaciendum, memini me ante dixiſſe quod Chriſtus pro his tantum quos credituros præſciuit aduenißet, ſententias Dominicas ſequens quibus ait: *Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare, & animam ſuam redemptionem dare pro multis:* Et illud: *Hic eſt Calix Sanguinis mei noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum:* Vel illud Apoſtoli: *Sicut ſtatutum eſt hominibus mori: ita & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* Nunc verò ſacrorum teſtimoniorum auctoritate, quæ abundè per ſpatia diuinarum inueniuntur Scripturarum ex ſeniorum doctrinâ ratione patefactâ: libens fateor Chriſtum etiam pro perditis aduenisse: quia eodem nolente perierunt. Neque enim fas eſt circa eos ſolùm, qui videntur eſſe ſaluati, immenſæ diuitias bonitatis, ac beneficia diuina concludi. Nam ſi Chriſtum his tantùm remedia attuliſſe dicimus, qui redempti ſunt, videbimur abſoluere non redemptos, quos pro redemptione contempta conſtat eſſe puniendos.]

Mat. 10 v. 28. Mat. 26 v. 28. Hebr. 9 v. 27.

CONFVTATIO.

Hæc integra ſectio, quæ in Codice Hincmariano, & hîc à R. P. ſicut in antiquis Conciliis Galliæ fuit appoſita, in plurimis manuſcriptis Codicibus, & in plurimis impreſſis, vt in Codice Baronij & in editione Pariſienſi Bibliothecæ Patrum deſideratur. Vnde patet non parùm hæc Fauſti commenta tam in titulis ipſis, & inſcriptionibus, quàm in ſubſcriptionibus, & in rebus ipſis fuiſſe mutila, & corrupta, alia ſublata, alia addita prout Pelagianorum reliquiis expedire viſum fuit. Ita vt eâ etiam de cauſa, ne minima fides huic Fauſti commento adhibenda ſit. Iſtius verò mutilationis hæc cauſa eſſe potuit: quòd ex iis quæ hac ſectione habentur luce clariùs pateat iſta omnia conficta non contra hæreticos Prædeſtinatianos, ſed in Sanctos Patres Catholicæ, & orthodoxæ fidei profeſſores: non ſolùm in Sanctum Auguſtinum, Proſperum & alios eius diſcipulos; ſed etiam aduerſus S. Hieronymũ & reliquos. Atque ita niſi omnia hęc à Fauſto (vt verè ſunt) eſſent conficta, Lucidus non factus ex Prædeſtinatiano Catholicus, ſed ex Catholico Pelagianus videretur: ea ſiquidem, quam hîc deſeruiſſe profitetur, fides eſt SS. Patrum, & maximè S. Hieronymi in Math. cap. 20. v. 28. explanantis verba illa Euangeliſtę à Lucido relata: *Sicut Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis:* Quando, inquit, formam ſerui accepit vt pro mundo Sanguinem funderet, & non dixit dare animam ſuam redemptionem pro omnibus, ſed pro multis, id eſt, pro his qui credere voluerint &c.] Sed iam pergamus ad reliqua.

Mat. 10 v. 28.

Hieronymus in Mathæi cap. 20. v. 28.

Digitized by Google

pſeudo Arelat. Synod.

SIRMONDVS.

» Aſſero etiam per rationem,& ordinem ſęculorum alios lege gratiæ, alios lege Moyſis,alios lege Naturæ,quam Deus in omnium cordibus ſcripſit, in ſpe aduentus Chriſti fuiſſe ſaluatos: tamen ab initio mundi ab originali nexu,niſi interceſſione Sacri Sanguinis non abſolutos profiteor,etiam æternos ignes, & infernales flãmas factis capitalibus præparatas: quia perſeuerantes humanas culpas meritò ſequitur diuina ſententia,quam iuſtè incurrunt, qui hæc non toto corde crediderint. Orate pro me Domini Sancti,& Apoſtolici Patres.]

CONFVTATIO.

Hæc etiam ſicut & pręcedens ſectio, vt & reliqua ex Fauſti libris deſumpta ex cap. 8.9. & 10. lib. 2. præter æternos ignes,qui cauſam de qua agitur ne minimum quidem attingunt.

SIRMONDVS.

» Lucidus Presbyter hanc Epiſtolã meam manu propriã ſubſcripſi, & quæ in ea adſtruuntur aſſero, & quæ ſunt damnata damno.

CONFVTATIO.

Neſcio quem codicem ſecutus ſit R. P. ſiquidem in nullo quem viderim huc vſque impreſſo, habetur pronomen illud poſſeſſiuum (*meam*) nec in Hincmariano codice,nec etiam in Conciliis antiquis Galliæ à R.P.editis: immo ſimpliciter habetur hanc Epiſtolam manu propriã ſubſcripſi, non Epiſtolam meam manu propria ſubſcripſi quaſi à Lucido fuerit compoſita:ſed in aliquibus exemplaribus loco ſubſcripſi malè legitur ſcripſi, & loco damnata legitur damnanda: & in Baronij codice nulla ſubſcriptionis nota: vt videat lector quantum Pelagianæ nequitiæ in hoc illius Architecti commentum lituerit; iam audiamus R. P.

SIRMONDVS.

Ex hac Lucidi ad Synodum Arelatenſem Epiſtolã non 30. ſolùm Epiſcoporum, qui in ea fuerunt nomina didicimus, ſed dogmatum etiam capita, quæ ſanxerunt contra Prædeſtinatos.

CONFVTATIO.

Ex Lucidi ad Synodum non Arelatenſem, ſed Lugdunenſem (vt diximus) fictã Epiſtolã conſtat (vt probauimus) Epiſcoporum nomina ex poſt facto & variè ſuperpoſita,ad libitum quorundam ex Pelagianorum reliquiis. Dogmatum verò capita non in prædeſtinatianos à Catholicis, ſed à Pelagiano in Catholicos ex ipſius hæreticis libris deſumpta, non ab Epiſcopis ſancita nemo eſt qui non videat: immò quis vnquam audiuit ab vllo Concilio ſic ſancita dogmata, qualiter fingit R. P. per Epiſtolam ad libitum errantis Synodo oblatam, nulla etiam appoſita ex parte Epiſcoporum, nec confirmatione, nec aliã quam minimã approbatione?

Digitized by Google

SIRMONDVS.

Reſtat quam tertio loco ſtatuimus Fauſti Epiſcopi ad Leontium Arelatenſem Epiſtola, ſeu præfatio librorum eius de gratia & Libero Arbitrio, quæ & Synodum hanc aduerſus Prædeſtinatos coactam docet fuiſſe, & Fauſti libros Leontij, ac Synodi mandato ad ea quæ Synodus protulerat digerenda & explicanda compoſitos, quibus proinde titulum Fauſtus præfixit, qui Prædeſtinatos, eorúmque errores deſignat his verbis: Profeſſio fidei contra eos qui dum per « ſolam Dei voluntatem alios dicunt ad vitam trahi, alios in mortem « deprimi, hinc fatum cum Gentibus aſſerunt, inde Liberum « Arbitrium cum Manichæis negant.] «

Pſeudo Arelat. Synodo.

CONFVTATIO.

Spuriam illam, ementitam, & Apocrypham Synodum, ſeu hæc tria, quæ fouendis & muniendis libris ſuis commentus eſt Fauſtus contra Catholicos ſub nomine Prædeſtinatorum conficta fuiſſe non euidentiùs probari poterat, quàm ex ipſa præfatoria Epiſtola eiúſque titulo, in quibus nihil aliud præter Maſſilienſium querelas in ipſum Auguſtinum exprimitur: vt patet ex Gallorum & Vincentij obiectionibus, & ex Proſpero ipſo ad Ruffinum, vt ſuprà exhibuimus: vt ſcilicet tantæ pietatis viro paganorum « & Manichæorum aſcribatur impietas.] «

Proſper Epiſtola ad Ruffinum.

SIRMONDVS.

Præfationis igitur hoc eſt exordium.

Domino Beatiſſimo & Reuerentiſſimo Leontio «
Papæ Fauſtus. «

QVòd pro ſollicitudine Paſtorali (Beate Pater Leonti) in « condemnando Prædeſtinationis errore Concilium Summorum « Antiſtitum congregaſtis, vniuerſis Galliarum Eccleſijs contuliſtis: « quod verò ad ordinanda quæ collatione publicâ doctiſſimè « protuliſtis, operam infirmis humeris curámque mandaſtis, « parùm ſanctæ exiſtimationi veſtræ conſuluiſtis, & me iudicio « charitatis, vos periculo electionis oneraſtis.] «

CONFVTATIO.

Hoc præfationis exordium docet quidem hæc contra Prædeſtinationis errorem iudicio Fauſti: ſed reuera contra Sancti Auguſtini doctrinam de gratuita & abſoluta Dei Prædeſtinatione conficta fuiſſe, conſtat ex illis ipſis Fauſti libris, in quibus tacito nomine Sancti Auguſtini libros de Prædeſtinatione Sanctorum, & de Dono perſeuerantiæ refellere nititur: Ex præfatis autem patet nullos editos Canones, nulla Capitula, nec dogmata illa Epiſtolę Lucidi, eſſe dogmata Concilij, niſi in quantùm ex libris

Pſeudo Arelat. Syn.

Fauſti fuere excerpta, quos vult à Concilio Epiſcoporum ſubſcriptione confirmatos: hîc ſiquidem expreſsè profitetur Fauſtus ſibi ipſi demandatam curam, non dogmatum capita, quæ in Lucidi Epiſtola ſancita fuiſſent explicandi (vt finxit R.P.) ſed eorum ordinandorum, quæ collatione publicâ protuliſſent, vbi nec de Lucido, nec de eius Epiſtola ne minimum quidem verbum, quod ſe duobus libris executum fuiſſe infrà profitetur. Porro inſolens & inuſitatum, loco Canonum libros edendi, & in cauſa (vt iam vidimus) vnius & ſolius Presbyteri ſolo teſte Fauſto mandatum quis non habeat ſuſpectum.

SIRMONDVS.

» *His autem verbis clauditur.* In quo quidem opuſculo poſt Are-
» latenſis Concilij ſubſcriptionem nouis erroribus deprehenſis,
» adiici aliqua Synodus Lugdunenſis exegit.

CONFVTATIO.

Hic totius commenti ſcopus, vt libri Fauſti ab Epiſcopis Concilij Arelatenſis comprobati, & ſubſcripti apparerent. Quod quaſi falſiſſimum fabuloſum, & mendaciorum Fauſti coronidem, Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ad annum 490. & cum eo boni fermè omnes execrantur. Vt tot tantique Epiſcopi, plurimi etiam ſanctitate conſpicui Pelagianæ hæreſi in libris illis expreſſiſſimè traditæ tam infœliciter conſenſerint: Opúſque tot plenum erroribus illo ipſo ſæculo à Summis Pontificibus, Sanctiſſimis Epiſcopis & aliis piiſſimis & eruditiſſimis viris per totum orbem, vt mox videbimus, etiam in Concilio 70. Epiſcoporum damnatam ſubſcriptione ſua confimauerint: quis hoc crederet, niſi qui ex ſuſceptæ cauſa Fauſtum, vt Catholicum, eiúſque libros, vt veram Eccleſiæ doctrinam continentes obtrudere conaretur?

SIRMONDVS.

Ex his perſpicuum eſt trium illorum quæ ad Concilium Arelatenſe attinere dicebamus: Fauſti ad Lucidum Epiſtolam inchoato iam Concilio ſcriptam eſſe; Lucidi libellum durante adhuc Concilio porrectum: Fauſti verò libros cum præfatione ſua poſt Concilij finem exaratos.

CONFVTATIO.

Quomodo libri illi poſt Concilij finem exarati, ſi à Concilio ſubſcripti: & quomodo durante Concilio conſcripta nomine Lucidi Epiſtola, quæ de illo Concilio vt præterito, eiuſque ſtatutis ſic loquitur: *Iuxta prædicandi recentia ſtatuta Concilii?*] Quidquid ſit ex his etiam perſpicuum eſt totú illud ex tribus his fictitiis Epiſtolis à Fauſto cōpactum figmentum, obtegendæ librorum ſuorum virulentiæ concinnatum, vt vidimus, & à diſcipulis ſuis,

adhibitis falſis Epiſcoporum inſcriptionibus & ſubſcriptionibus exornatum, & plurimis aliis fraudibus decomptum. Et mirum contra iudicium totius antiquitatis,& hoc etiam noſtro ſæculo Illuſtriſſimorum Cardinalium Baronij, & Bellarmini, & plurimis etiam ab eorum obitu detectis fraudibus, opus tam cautè, tam nequiter ex tot fallaciis conflatum & auctorem ipſum tot fraudium Architectum: *Profundæ calliditatis virum*, iuxta Sanctum Iſidorum Hiſpalenſem, *Fauſtum infauſtum* iuxta Lupum Abbatum Ferrarienſem: *Et verſipellem vulpeculam* iuxta Cardinalem Baronium, tot támque diſertos reperire patronos, vt etiam ei Apologiam affingant, & eius innocentiam prædicent. Pſeudo Arelat. Synodo.

CAPVT VIII. Apud R. P. Sirmondum. De Fauſto Regienſi eiuſque libris de gratia & Libero Arbitrio, déque nota qua inuri à quibuſdam ſolent, quid ſentiendum.

Confvtatvr.

Libros Fausti *à Summis Pontificibus iure proſcriptos, à Synodis Catholicis legitimè hæreſeos damnatos, à Sanctiſſimis Doctiſſimiſque Patribus, vt Catholicæ fidei perniciem inferentes contrarijs voluminibus inuictiſſimè impugnatos demonſtratur: Necnon quid ſentiendum de ijs qui eos pro orthodoxis obtrudunt, aperitur.*

Pars prima.

VT Pſeudo-Synodi Arelatenſis & Lugdunenſis merum fuere Fauſti commentum, neceſſe habuimus capite præcedenti aliqua de Fauſto prælibare, vt ex qualitate auctoris præcipuum nequitiæ eius figmentum magis innoteſceret, vtque apocryphæ illæ Synodi ſolo librorum illorum intuitu ab eo confictæ fuere, naturalis rerum ordo requirebat,vt priùs de his libris, deinde de ſpuriis & ementitis Synodis illis ageretur. Sed aliter R.P. ſuſceptæ ſuæ causâ viſum fuit: ideóque(vt eius veſtigiis inſiſtamus)vbi expendimus eximium tantæ fraudis apparatum, iam ſupereſt, vt latens ſummæ nequitiæ, & hæreſis in libris illis venenum, cui obtegendo illa omnia parata ſunt, Deo duce inſpiciamus, vt ex his cuique conſtet dignum patellâ operculum.

Fauſtus igitur eximiis animi literarumque dotibus præditus, non minus eloquentiâ quàm humanâ Philoſophiâ, & morum auſteritate prætumidus, Pelagianæ hæreſis virus quod à teneris an-

Fauſtus Reg. nis tam in Britannia, quam in Monaſterio Lirinenſi à Pelagio & Caſſiano hauſerat, in ſenectute ſua quo occultiùs, eo periculoſiùs diſſeminauit libris illis de gratia & Libero Arbitrio, quos contra germanam de abſoluta Dei Prædeſtinatione & perfecta Chriſti gratia doctrinam, maximè contra libros Sancti Auguſtini de Prædeſtinatione Sanctorum, & de Dono perſeuerantiæ, eâ arte concinnauit, vt Auguſtinum, quem impugnat, laudet, Pelagium verò cuius hæreſim ſpargit & propagat, execretur.

Fauſti Epiſtola ad Leontium. Quid enim in Pelagium ipſum acrius fingi poteſt, quàm quod in ipſa præfatione ad Leontium Arelatenſem, dementiâ, ſtultitiâ, » impietate, ſuperbiâ & blaſphemiis illum notat. Verum, inquit, » quia Pelagius nudum laborem importunius exalrans, & humanam » demens infirmitatem ſine gratia ſibi poſſe ſufficere ſtultè credi- » dit, impiè prædicauit, elationis turrim in cœlum conarus erige- » re, blaſphemias eius breui ſermone perſtringere, & confutare ne- » ceſſarium iudicauimus.] Ibidem etiam continuò, breui quidem ſermone, blaſphemias Pelagij perſtringit, ſed prædicat non confutat præcipuum hæreſis illius venenum, immò quaſi indubitatum peruerſæ doctrinæ ſuæ fundamentum tradit, dum veram Chriſti gratiam, quam prædicare intendit, non niſi in præcepto iubentis » conſtitutam eſſe exponit. Ne forte, inquit, is qui donum labo- » ris id eſt præceptum iubentis excludit, aſſerentibus nobis, quod » Dei miſericordia, fide, & operibus promerenda eſt, Catholicam » vocem ad Pelagij ſenſum diſcretionis neſcius applicaret &c.] Catholicam vocem vocat, quæ teſte Auguſtino peruerſitatem & virus omne Pelagianæ hæreſeos continet Epiſtola 107. ad Vita- » lem. Non eſt igitur (inquit Auguſtinus) gratia Dei in natura » Liberi Arbitrij, & in lege atque doctrina, ſicut Pelagiana per- » uerſitas deſipit.] Et operis imperfecti lib. 2. cap. 146. hoc eſt oc- » cultum & horrendum virus hæreſis veſtræ, vt velitis gratiam » Chriſti in exemplo eius eſſe:] Immò etiam illud ipſum à Pelagio in Dioſpolitana Synodo ſub Anathemate damnatum de geſtis Pelagij cap. 14. obiectum Pelagio ex Cœleſtij doctrina, Gratiam Dei & adiutorium non ad ſingulos actus dari, ſed in Libero Arbitrio eſſe, vel in lege, ac doctrina, & ab eo cum Anathemate damnatum, & dictâ Epiſtolâ 107. ad Vitalem: quomodo, inquit, » dicitur gratia Dei in natura eſſe Liberi Arbitrij, vel in lege atque » doctrina, cum & iſtam ſententiam Pelagius ipſe damnauerit &c.] Et vt magis notum fiat eundem fuiſſe Fauſti ſenſum, hîc adducenda illius expoſitio, qua Euangelicam Chriſti ipſius ſententiam huic peruerſiſſimæ Pelagianæ hæreſis nequitiæ magìs oppoſitam corrumpere & eludere ſtuduit, hanc ſcilicet: *Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me attraxerit eum.* Quid eſt autem attrahere (inquit

[Margin notes: Auguſt. Epiſtola 107. — Aug. Operis imperf. lib. 2. cap. 146. — De geſtis Pelagij c. 14. — d. Epiſtola 107. — Fauſtus lib. 1. c. 17. — Ioan. 6. v. 44]

(inquit ille, lib. 7. cap. 17.) niſi prædicare, niſi Scripturarum conſolationibus excitare, increpationibus deterrere, deſideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri. Audi Dominum non duris nexibus, ſed manibus attrahentem, & dilectionis brachiis inuitantem, ſicut ait Propheta; attraxi eos in vinculis charitatis: & illud. Poſt te in odorem vnguentorum tuorum currimus; & ideò dicit: venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: ne vllus excuſare ſe poſſit excluſus, qui conuincitur inuitatus &c.] Ex hinc quis in his Fauſti libris Pælagianæ peruerſitatis ſenſum non agnoſcat?

Fauſtus Reg.

Verùm quoad Auguſtinum licet eum cap. 7. lib. 2. laudet, nihilominus (vt ſupra vidimus) ex ipſo præfationis titulo manifeſtiſſimè patet, Fauſtum ex profeſſo impugnare abſolutam Dei Prædeſtinationem, electos per ſuam voluntatem, ſeu gratiam merè gratuitam ad vitam ineffabili virtute attrahentis, reliquis per iuſtitiam in maſsâ perditionis relictis, quam Prædeſtinationem Sanctus Auguſtinus pleniùs expoſuit toto libro de Dono perſeuerantiæ, & vt immobilem Prædeſtinationis veritatem prædicat cap. 17.] De tam clarâ veritate neminem audere dubitare affirmat cap. 18.] Et hoc ſe ſcire, neminem contra illam Prædeſtinationem quam ſecundùm Scripturas Sanctas defendit, niſi errando diſputare poſſe profitetur dicto cap. 18.] Et cùm nullus vnquam, qui Auguſtinum legerit, eius hunc eſſe ſenſum dubitare poſſit, Fauſtus tamen ille infauſtus eos qui ex Prædeſtinatione omnia ſtatuta cenſent, vt liberi arbitrij interemptores infamare, & quaſi impios impugnare non veretur lib. 1. cap. 11. Dum liberi inquit, interemptor arbitrij in alterutram partem omnia ex Prædeſtinatione ſtatuta, & definita eſſe pronuntiat, etiam ſuprema remedia pœnitentæ, ſenſu abruptæ impietatis euacuat.] Eandémque doctrinam impietatis blaſphemiam vocat capite 16. quod ſi quemadmodum, inquit, abrupta blaſphemat impietas, alij ad mortem præordinati, alij prædeſtinati videntur ad vitam, nullam Chriſtus veniendi cauſam, nullam moriendi quam pietas eius inuenit, habuit neceſſitatem.]

De Abſoluta Dei Prædeſt.

Auguſt. de Prædeſt. Sanct. cap. 17. cap. 18.

Fauſtus lib. 1. c. 11.

Ibid. c. 16.

Et vt certiùs ſit illam germanam Sancti Auguſtini ſententiam nec aliam impugnare ibidem cap. 4. Dicunt, inquit, quod in alterutro rerum ſtatu illos ſibi mors vindicet, iſtos vita defendat, quæ cùm dicunt, qui vnum in origine perditum, alterum in Prædeſtinatione affirmat electum. Vide quo improbâ perſuaſione declinet. Quid enim aliud dicit, niſi quod adiutorio orationis neuter indigeat] Et lib. 2. cap. 3. ſenſum ſuum de Prædeſtinatione his verbis aperit, Præſcientia itaque gerenda prænoſcit,

Ibid. cap. 4.

Lib. 2. c. 3.

Fauſtus Reg.

» poſtmodùm Prædeſtinatio retribuenda deſcribit: illa præuidet
» merita, hæc præordinat præmia: Præſcientia ad potentiam, Præ-
» deſtinatio ad iuſtitiam pertinet: Præſcientia de alieno ſubſiſtit
» actu, Prædeſtinatio autem de iudicio ſuo: illa facinus manifeſtat,
» iſta condemnat; illa teſtis, hæc iudex eſt: cùm illa prænuntiaue-
» rit cauſam, tunc prænuntiat iſta ſententiam: A præſcientiâ quæ
» ſunt noſtra produntur, à Prædeſtinatione quæ ſunt præparantur:
» ac ſic niſi præſcientia explorauit, Prædeſtinatio nil decernit &c.] Si quis ex his non agnouerit à Fauſto impugnatam veram totius Eccleſiæ, & Sancti Auguſtini de abſoluta Dei Prædeſtinatione ſententiam, tam clara in luce vltro cæcutiens, non tam ipſe quid verum ſit, opinor, non videt, quàm videre ſe diſſimulat.

De vera Chriſti gratia. Non omnibus dari.

Similiter de vera & gratuita Dei gratia, tam contra Pelagium ipſum, quàm contra peruerſas ipſius reliquias conſtanter, & pro certiſſimo Catholicæ fidei dogmate aſſeruit Auguſtinus, gratiam Dei non omnibus hominibus dari, Sermone 11 de verbis Apoſt.

Aug ſerm. 11. de Verb. Apoſt.

» communis eſt omnibus natura, non gratia, &c. videte tamen,
» fratres, quomodo illam generalem gratiam prædicēt, quâ creatus
» eſt homo, quâ homines ſumus, ſed non cum impiis Chriſtiani ſu-
» mus: Hanc ergo gratiā, quâ Chriſtiani ſumus, ipſam volumus præ-
» dicēt, ipſam volumus agnoſcāt, &c. Id ipſum etiam Pelagius, quò Catholicus appareret, licet ſimulatè profeſſus eſt Epiſtolâ ſuâ ad Innocentiū Papam, teſte Auguſtino de gratiâ Chriſti cap 31. quā

Auguſt. de Grat. Chriſti cap. 31.

» (inquit Pelagius) liberi arbitrij poteſtatē dicimus in omnibus eſſe
» generaliter, in Chriſtianis Iudæis, atque Gentibus: in omnibus eſt
» liberum arbitrium æqualiter per naturam; ſed in ſolis Chriſtianis
» iuuatur gratiâ, &c.] Et inter duodecim ſententias quas quaſi ad fidem rectam & Catholicam pertinentes Sanctus Auguſtinus Vitali Carthaginenſi Preſbytero Epiſtolâ 107. tradidit, 4. 5. & 6. his

Epiſt. 107. ad Vitalē.

» verbis fuere conceptæ: quoniam propitio Chriſto Chriſtiani Ca-
» tholici ſumus, ſcimus (Gratiam Dei) non omnibus dari, & qui-
» bus datur non ſolùm ſecundum merita operum dari; ſed nec ſe-
» cundùm merita voluntatis eorum quibus datur; quòd maximè
» apparet in paruulis: ſcimus eis quibus datur, miſericordiâ Dei
» gratuitâ dari: ſcimus eis quibus non datur, iuſto iudicio Dei non
» dari, &c.] Deinde in breui earumdem ſententiarum expoſitione:
» Quomodo, inquit, dicitur omnes homines eam, gratiam, fuiſſe
» accepturos, ſi non illi, quibus non datur, eam ſuâ voluntate re-
» ſpuerent; quoniam *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, cùm mul- 1. Tim. 2. v. 4.
» tis non detur paruulis, & ſine illâ plerique moriantur, qui non ha-
» bent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus, feſtinan-
» tibúſque parentibus, miniſtris quoque volentibus, ac paratis Deo
» nolente non detur, cùm repentè antequam detur, expirat pro

quo vt acciperet, currebatur? Vnde manifeſtum eſt eos qui huic " Fauſtus
reſiſtunt tam perſpicuæ veritati, non intelligere omnimodò quâ " Reg.
locutione ſit dictum: quod *omnes homines vult Deus ſaluos fie-* "
1. Tim. 2. v. 4. *ri*: cùm tam multi ſalui non fiant, non quia ipſi, ſed quia "
Deus non vult, quod ſine vlla caligine manifeſtatur in par- "
uulis, &c.] "

Hanc ipſam doctrinam, ſcilicet gratiam Dei, non omnibus hominibus dari, & cur vni potiùs quàm alteri detur, neceſſariò recurrendum ad altitudinem diuitiarum Dei, in omnibus fermè contra Pelagianos, eorúmque reliquias ſcriptis ſuis ſæpiùs, quaſi indubitatam veræ fidei regulam inculcauit Auguſtinus: præcipuè Epiſtolâ 105. ad Sixtum Presbyterum: de peccat. merit lib. 1. cap. 21. lib. 2. cap. 5. & 18. de Spiritu & lit. cap. 33. ad Bonifac. lib. 2. cap. 7. & lib. 4. cap. 6. & 8. de gratia & libero arbit. cap. 23. de corrept. & gratia, cap. 8 de Prædeſtinatione Sanct. cap. 9. de Dono perſeuer. cap. 8. 12. & 14. Item operis imperfecti, lib. 1. cap. 36. 37. & 133.

Et quoniam libros illos de Prædeſtinat. Sanct. & de Dono perſeuer præcipuè à Fauſto impugnatos aſſerimus, ex illis reliquis Aug. de Prædeſt. Sanct. c. 9.
prætermiſſis quædam hîc referre non erit inutile: fides igitur, (vt "
habetur in lib. de Prędeſt. Sanct. cap. 9) & inchoata & imper- "
fecta, Dei donum eſt, & hoc donum quibuſdam dari, quibuſdam "
non dari omnino non dubitet, qui non vult manifeſtiſſimis Sacris "
Literis repugnare: cur autem non omnibus detur, fidelem moue- "
re non debet, qui credit ex vno omnes eſſe in condemnationem "
ſine dubio iuſtiſſimam, &c] Et de Dono perſeuer. cap. 8. ſed " De Dono Perſeu. c. 8.
cur, inquit, gratia Dei non ſecundùm merita hominum datur? "
Reſpondeo quoniam Deus miſericors eſt: cur ergo, inquit, non "
omnibus? Et hîc reſpondeo: quoniam Deus iudex iuſtus eſt, ac "
per hoc & gratis ab eo datur gratia, & iuſto eius in aliis iudicio "
demonſtratur, quid eis quibus datur conferat gratia, &c.] Cur "
in eadem cauſa, me potiùs quàm illum puniet, aut illum quàm "
me potiùs liberabit: Hoc non dico, ſi quæris quare, quia fateor "
me non inuenire quid dicam; ſi & hoc quæris quare, quia in hac "
re, ſicut iuſta eſt ira eius, ſicut magna eſt miſericordia eius: ita "
inſcrutabilia iudicia eius: adhuc pergat & dicat, cur quibuſdam "
qui eum coluerunt bonâ fide, perſeuerare vſque in finem non de- "
dit? cur putas, niſi quia non mentitur qui dicit: *ex nobis exie-* "
1. Ioan. 2. *runt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vti-* "
que nobiſcum, &c.] "

Nunc Fauſtum illum infauſtum quidem, ſed impium etiam audiamus, in Deum & ſeruos ſuos maximè Sanctum Auguſtinum ponentem os ſuum: plurima hæreſis ſuæ venena paſſim in li-

Fauſtus Reg. bris ſuis diſſeminata prætermittentes, vno aut altero in hanc totius Eccleſiæ & Sancti Auguſtini quam protulimus ſententiam, teſtimonio erimus contenti: vbi duobus prioribus capitibus, quo magis hæreſis eius virulentia lateret, Pelagium ipſum verbo tenus refutauit: cap. 3. Nunc, inquit, veniendum eſt ad illos, qui dum gratiam aliis dari, aliis negari aſſerunt munus gratiæ, cum Pelagio perdiderunt, &c.] Deinde Pelagianam ſententiam oppoſitam ſic ſe ibidem amplecti liberrimè profitetur. Iſtud melius à nobis, inquit, poterit dici, hoc magis noſtris partibus conuenit applicari, qui non in partem, ſed in totum genus humanum gratiæ beneficia fatemur extendi: ſic tamen ei vigilantiæ humanæ ſtudium per omnia iudicemus adiungi, &c.] Quod pluribus ſequentibus Capitibus confirmat, & capite 17. eò impudentiæ & impietatis progreſſus eſt, vt Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinæ (quam retulimus ſuæ oppoſitæ) impietatis notam inurat: his verbis, *Nemo*, inquit, *venit ad me, niſi Pater qui miſit me attraxerit eum*, quis tam immemor ſalutis ſuæ ſit, qui attrahentis miſericordiam negare præſumat. Sed ille verè impius eſt, qui eam non omnibus ingeri, non omnibus teſtatur impendi] hæc tam apertè contra commemoratam à nobis Sancti Auguſtini doctrinam, vt nullo fuco, nullâ æquiuocatione aliò deduci poſſint.

[Fauſtus lib. 1. cap. 3.] [Ibid. c. 17.] [Ioan. 6. v. 44.]

Libri illi Fauſti pluribus Pelagianę prauitatis erroribus & blaſphemiis ſcatentes, ſed eloquentiæ fuco ſic deliniti, vt (Sidonio Apollinari teſte) lectori ſeu reluctanti ſeu voluntario ius voluptatis exciderent, duplicis etiam ementitæ Synodi auctoritate præmuniti, in Britanniam Fauſti patriam ſecretò amandati, non minimum hæreſi ibidem per Pelagium & Cœleſtium diſſeminatæ, & per Agricolam Seueriani Epiſcopi filium plurimùm excultæ fomentum præſtiterunt. Sed vbi primum tum in Gallia, tum in Africa, tum in Oriente, tum Romæ apparuerunt, omnium Catholicæ fidei defenſorum, tam Monachorum, quàm Epiſcoporum, Summorúmque Pontificum, & Conciliorum ipſorum iuſtiſſimis ſententiis tot errores proſcripti ſunt. Et in Fauſto contigit, quod in Pelagio de omnibus hæreticis obſeruauit Sanctus Auguſtinus Epiſtolâ 105. ad Sixtum in fine, his verbis: vt illius inquietudine ipſi Scripturas vigilantiùs perſcrutati ſint: vnde ne ouili Chriſti noceret, ei poſſit occurri, tanquam de ſomno ignauiæ, inquit, noſtra excitatur induſtria, ita per multiplicem gratiam Saluatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus conuertit in adiutorium: *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*.]

[Sidonius Apoll. lib. 9. Epiſt. 9.] [Auguſt. Epiſt. 105.] [Rom. 8. v. 28.]

Primus omnium Alcimus Auitus, Viennenſis Archiepiſcopus

ante annum 480. Sedem Epiſcopalem nactus non minùs ſancti- tate, quàm eloquentiâ & doctrinâ eximium Eccleſiæ Gallicanæ decus, primum lapidem in Fauſtum mouit, ſaltem in libros illos de Gratia & Libero Arbitrio, vt teſtis eſt Ado eiuſdem Sedis Archiepiſcopus in Chronico ad annum 492. vt in præcedenti Capite retulimus: contra hunc, inquit, ſcribit lucidiſſimâ fide Auitus Viennenſis Epiſcopus, eius redarguens errorem.] Fauſtus Reg. Ado in Chronic. An. 492.

Eodem ſæculo anno 495. Cum librorum illorum Virulentia in Galliis, iam ſicut in Britannia diſſeminata etiam ad notitiam Gelaſij Papæ, Catholicæ veritatis maximè contra Pelagianos vindicis acerrimi perueniſſet, in Concilio Romano 70. Epiſcoporum, opera Fauſti, ſicut & Caſſiani & Arnobii iunioris eadem Pelagianæ hæreſis prauitate inſperſa, inter hæretica & apocrypha fuere repoſita his verbis: Opuſcula Fauſti Reginenſis Galliarum apocrypha] Can. Sancta Romana Eccleſia. diſt. 15. Conc. Romanū ſub Gelaſio.

Sequenti ſęculo ineunte Sanctus Cæſarius ex Abbate Lirinenſi factus Arelatenſis Archiepiſcopus, ne longiùs librorum illorum virulentia ſerperet ſcriptis ſuis aduerſus nefariam hanc peſtis impotentiſſimæ ſuperbiam, ſaluberrimum parauit antidotum, ille ſiquidem teſte non ſuſpecto Reuerendo P. cap ſeq. inter eos qui Proſperi exemplo poſt eius exceſſum diuinæ gratiæ partes ſuſceperunt, in Gallia princeps fuit, Sancti Auguſtini non doctrinæ modo ſtudioſiſſimus, verùm etiam perſonæ; ſcripſit autem librum de Gratia & Libero Arbitrio, quem multò poſt circa annum 527. aut 28. Fœlici Papæ obtulit: ille verò ſuâ additâ Epiſtolâ illum comprobauit (ipſo Gennadio teſte in hoc omni exceptione maiore, in libro de viris Illuſtribus cap. 86. in editione Suffridi) Cæſarius, inquit, Arelatenſis Epiſcopus vir ſanctitate & virtute celeber ſcripſit egregia, & grata valdè, & monachis neceſſaria opuſcula, de gratia quoque & Libero Arbitrio edidit teſtimonia Diuinarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum iudiciis munita, vbi docet nihil hominem de proprio agere aliquid boni poſſe, niſi eum diuina gratia præuenerit: Quod opus etiam Papa Fœlix per ſuam Epiſtolam roborauit & in latius promulgauit.] Hiſt. Præd. Cap. 9. Gennadius de Viris Illuſt. cap. 86

Illo etiam eodem ſæculo ineunte, ex libris illis Fauſti in Orientem tranſlatis noua nec minima excitata fuit in Eccleſia Chriſti contentio: cùm enim Eutychiana hæreſis ex violenta Anaſtaſii Imperatoris tyrannide vires ibi paſſim reſumeret: Non paucos etiam Catholicos libri illi Pelagianam hæreſim Neſtorianæ cognatam, ideóque Eutychianæ maximè oppoſitam continentes inuenêre Patronos & Fautores. Quare ſicut moris fuit, vt qui ex regionibus hæreſi infectis venirent, in aliis non reciperentur,

Digitized by Google

Fauſtus Reg.

abſque Orthodoxæ fidei profeſſione, nec quidem generali, ſed quæ præſentes hęreſes condemnaret: Ita qui ex Catholicis & puris regionibus proficiſcerentur in infectas hæreſi, ſoliti erant ſibi ſumere pro viatico verę fidei documenta, quibus ſe orthodoxos profiterentur, & hæreticos eo magis refellerent, & ſe ab illorum inſidiis pręmunirent: ideoque anno 517. vel 518. B. Fulgentius in Sardiniam cum plurimis aliis Epiſcopis Africanis pro fide Chriſti relegatus, Petro Diacono profecturo Hieroſolymam regulam fidei petenti, ne quis ſibi ſenſus hęreticæ falſitatis obreperet, ſcripſit librum de fide ad Petrum, in quo quadraginta fidei regulis plurimas hæreſes refellit, ſed maximè vnà cum Eutichyana præcipuas Pelagianæ prauitatis reliquias, per integram perfectæ Chriſti gratiæ & abſolutæ Dei Prædeſtinationis profeſſionem, Anathemate percellit.

S. Fulgentij de fide ad Petrum.

De gratuitâ & ſingulari Chriſti gratiâ inter reliqua hæc habentur: Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites neminem hic poſſe hominum pœnitentiam agere, niſi quem Deus illuminauerit, & gratuita ſua miſeratione conuertit, &c.] Firmiſſimè tenè, & nullatenus dubites, poſſe quidem hominem, quem nec ignorantia Literarum; nec aliqua prohibet imbecillitas, vel aduerſitas, verba Sanctæ Legis & Euangelij ſiue legere, ſiue ex ore cuiuſquam prędicatoris audire; ſed diuinis mandatis obedire neminem poſſe, niſi quem Deus gratiâ ſuâ præuenerit: vt quod audit corpore, corde etiam percipiat, & acceptâ diuinitùs bonâ voluntate, atque virtute, mandata Dei facere & velit & poſſit, &c.]

Et de abſoluta Dei Prædeſtinatione. Firmiſſimè tene, inquit, & nullatenus dubites omnes, quos vaſa miſericordiæ gratuitâ bonitate Deus fecit, ante cōſtitutionē mundi in adoptionē Filiorū Dei prędeſtinatos à Deo, neque perire poſſe aliquem eorū, quos Deus prædeſtinauit ad regnū cœlorum; nec quēquam eorum: quos non Prædeſtinauit ad vitā, vllâ poſſe ratione ſaluari, prędeſtinatio enim illa gratuitę donationis eſt pręparatio, quâ nos Apoſtolus ait *Prædeſtinatos in adoptionē Filiorum Dei per Ieſum Chriſtum in ipſum.*] Eph. 1.

Et in fine profeſſionem propoſitionum illarum & reliquarum ad fidem Catholicam pertinere: his verbis aſſerit: Hæc interim 40. Capitula ad regulam veræ fidei firmiſſimè pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patientérque defende: Et ſi quem contraria his dogmatizare cognoueris, tanquam peſtem fuge, & tanquam hęreticum abiice. Ita enim iſta, quę poſuimus fidei Catholicæ congruunt, vt ſi quis non ſolùm omnibus, ſed etiam ſingulis voluerit contraire, in eo quòd ſingulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hęreticus, & Chriſtianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus Ca-

Digitized by Google

tholicis anathematizandus appareat.] « Fauſtus Reg.

Anno 519. Petrus alter Diaconus, & alii in cauſa fidei à Gręcis ex Oriente Romam miſſi, Libro de Incarnatione & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, fidei ſuæ profeſſionem in vtramque illam hæreſim, Eutychianam ſcilicet & Pelagianam, ediderunt ad eundem Sanctum Fulgentium, & alios Epiſcopos Africæ conſtantiſſimâ Chriſti confeſſione decoratos, & in Sardiniam relegatos, auctoritatem illorum quaſi ſibi valdè neceſſariam requirentes. in quo libro contra aliquot Pelagianæ virulentię libris illis Fauſti traditæ Capita, veram & perfectam Chriſti gratiam ingenuâ profeſſione expoſuerunt, eámque hac contra Fauſti libros coronide compleuerunt: Quorum omnium Sanctorum Patrum imbuti « doctrinis, inquiunt, anathematizamus Pelagium, & Cœleſtium, « ſimúlque etiam Iulianum Edauenſem, & qui illis ſimilia ſapiunt, « præcipuè libros Fauſti Galliarum Epiſcopi, qui de Monaſterio « Lirinenſi prouectus eſt, quos contra Prædeſtinationis ſententiam « ſcriptos eſſe non dubium eſt: in quibus non ſolum contra horum « omnium Sanctorum Patrum: verùm etiam contra ipſius Apo- « ſtoli contradictionem veniens, humano labori ſubiungit gratiæ « adiutorium: atque totam omnino Chriſti euacuans gratiam an- « tiquos Sanctos non eâ gratiâ quâ & nos ſecundùm quod docet « Beatiſſimus Apoſtolus, ſed naturæ poſſibilitate ſaluatos impiè « profitetur.] «

Petrus Diac. de Incarn. & Grat. cap. vlt.

Fulgentius vero, & vnà cum eo quindecim Epiſcopi in Sardinia pro Chriſti fide exules hâc acceptâ per Ioannem Diaconum illorum profeſſione, eandem ſimili libello de Incarnatione & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti confirmantes, & in omnibus approbantes, nullam quidem de libris Fauſti, qui ſibi eſſent incogniti, cenſuram tradiderunt, ſed pleniùs refutatis, quos illi notauerant Fauſti erroribus, hoc epilogo fidei ſuæ veritatem confirmauerunt: habetis, inquiunt, dilectiſſimi fratres tam de In- « carnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam de gratia paucis ex- « preſſam fidei noſtræ confeſſioníſque ſententiam, qua certiſſimè « continetur vnigenitum Deum, &c. Cuius gratiâ nobis & initium « bonæ voluntatis donatur ad fidem, & ipſi voluntati adiutorium « tribuitur, vt quod benè vult, benè operetur: Deus enim, qui « hominem condidit, ipſe Prædeſtinatione ſuâ & donum illumina- « tionis ad credendum, & donum perſeuerantiæ ad perficiendum, « atque permanendum, & donum glorificationis ad regnandum, « quibus dare voluit præparauit, quíque non aliter perficit in ope- « re, quam in ſua ſempiterna atque incommutabili habet volunta- « te diſpoſitum. Cuius Prædeſtinationis veritatem, quânos ante « mundi conſtitutionem prædeſtinatos in Chriſto teſtatur Apoſto- «

S. Fulgent. de Incarn. & Grat. cap. vlt.

Phil. 1. v. 4. & 5

Fauſtus Reg.

» lus : Si quis detrectet cordis credulitate recipere, vel oris confeſ-
» ſione proferre, ſi ante vltimum diem vitæ præſentis impietatis
» ſuæ contumaciam, qua Deo viuo & vero rebellis obſiſtit, non
» abiecerit, manifeſtum eſt eum non pertinere ad eorum numerum,
» quos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutionem gratis elegit &
» prædeſtinauit ad regnum.]

Anno ſequenti 520. multiplicatis Conſtantinopoli ex infauſtis illis Fauſti libris contentionibus de gratia & Libero Arbitrio, cùm eos impugnarent, inter reliquos Scythæ Monachi, quorum Ioannes Maxentius Preſbyter Antiochenus Archimandrita Princeps fuit: Poſſeſſor Africanus Epiſcopus, qui patriâ expulſus Conſtantinopoli tum habitabat monachis illis non parum infenſus, de Fauſti libris ſententiam dicere rogatus, nec improbare, nec approbare profeſſus eſt; ſed ſcriptâ ad Hormiſdam Summum Pontificem Epiſtolâ, Scythas illos Eutychianam hæreſim clam reſtituere conari incuſat, & contentiones illas de libris Fauſti, iudicium Summi Pontificis requirens, ei notas facit his verbis:

Poſſeſſor Epiſt. ad Hormiſdã.

» Vnde cum quorumdam fratrum animus de Codice Fauſti cuiuſ-
» dam natione Galli Reginæ ciuitatis Epiſcopi, qui de diuerſis re-
» bus & frequentiùs de gratia Dei diſertè viſus eſt diſputare, in
» ſcandalum moueretur, aliis (vt ſe habent humana ſtudia) in con-
» trarium renitentibus, me crediderunt de hoc ambiguo conſulen-
» dum : Dixi quidem ea, quæ à Tractatoribus pro captu proprij in-
» genij diſputantur, non vt Canonica recipi, aut ad Synodalium
» vicem pro lege ſeruari : ſed habere nos certa, ſcilicet quæ veteri
» lege vel nouâ conſcripta, & generalibus Patrum ſunt decreta
» iudiciis ad fundamentum fidei ac religionis integram firmitatem.
» Hęc autem quæ Antiſtites diuerſi conſcripſerunt pro qualitate ſui
» ſine præiudicio fidei ſolere cenſeri.] Et paulò poſt quæſo vt con-
» ſulentes [quid de præfati Auctoris dictis videatur auctoritate A-
» poſtolicæ reſponſionis agnoſcant, maximè quod filii quoque ve-
» ſtri Magiſtri Militum Vitalianus & Iuſtinianus, præcipuè ſu-
» per hac re reſcripto Beatitudinis veſtræ ſimiliter informari deſi-
» derant, &c.]

Hormiſdæ Epiſt. ad Poſſeſſ.

Tum Summus Pontifex Hormiſda Epiſtolâ ſuâ ad Poſſeſſorem notat Monachos Scythas, qui ab illis miſſi qui Conſtantinopoli remanſerant, cum Petro Diacono Romam venerant, nec monitis, nec manſuetudine, nec auctoritate comprimi potuiſſe, & Ro-
» mæ turbas concitaſſe, &c. & de Fauſti libris hæc reſcripſit. Hi
» verò quos vos de Fauſti cuiuſdam Galli Antiſtitis dictis conſu-
» luiſſe literis indicaſtis, id ſibi reſponſum habeant: neque illum
» recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non reci-
» pit examen Catholicæ fidei, aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ ambi-

guitatem

guitatem poſſe gignere, aut religioſis præiudicium comparare: « Fauſtus fixa ſunt à Patribus, quæ fideles ſectari debeant inſtituta, &c.] « Reg. Alludens (vt obſeruauit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annal. tom. 7. ad annum 520.) ad cenſuram Gelaſiii Papæ atque Romanæ Synodi, quorum Decreto ſcripta ipſius Fauſti reiecta ſunt inter apocrypha. Et ſubdidit Romanus Pontifex. De Arbitrio « tamen Libero, & Gratia Dei, quod Romana (hoc eſt) Catholica « ſequatur & aſſeueret Eccleſia. Licet in vatiis libris Beati Auguſti- « ni, & maximè ad Hilarium & Proſperum poſſit cognoſci, tamen « in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa Capitula continentur, quæ ſi tibi « deſunt, & neceſſaria creditis deſtinabimus; quamquam qui dili- « genter Apoſtoli dicta conſiderat, quid ſequi debeat euidenter co- « gnoſcat.] «

Acceptâ per Poſſeſſorem Conſtantinopoli, & publicatâ illâ Summi Pontificis Epiſtolâ, immo Encyclicâ factâ longè latéque per Prouincias diuulgatâ, Ioannes Maxentius Monachorum illorum Scitarum Archimandrita, quò ſuos Monachos ab illa nota liberaret, aduerſus eandem Epiſtolam ſcripſit Apologiam, in qua vt liberam ſibi dicendi compararet facultatem, Hormiſdæ eſſe negauit, ab aduerſariis eius nomine confictam affirmans, ſiue reuera illud crederet, ſiue ſimularet, eadémque Apologia ſeù libello plurimas librorum iſtorum Fauſti ſententias Pelagianæ hæreſis notauit & refellit.

Præterea idem Archimandrita, & Venerius Diaconus cum aliis Epiſtolâ ad Epiſcopos Africanos in Sardinia exules ſcriptâ, illis ſignificauerunt quoſdam fratres Conſtantinopoli, in quæſtione de Gratia Dei & humano arbitrio non rectum tenere Catholicæ fidei tramitem, ſed aduerſus Dei gratiam extollere velle humani arbitrij libertatem, & plurima erroris ſeù hæreſis illorum capita ex libris illis Fauſti deſumpta expoſuerunt, quò tot tantorumque Epiſcoporum pro fide Chriſti exulum auctoritate confirmati, potiores eſſent reprimendis illis Pelagianæ prauitatis reliquiis: Et alterâ ad Sanctum Fulgentium ſimili Epiſtolâ, idem ipſum ſuppliciter expetierunt, miſſis etiam ad eum libris illis Fauſti, quò nequitiam verſipellis vulpeculæ & imminens ex ea periculum magis noſſet, vel etiam libros refutãdo iſtud penitus amoueret: quorum piiſſimis votis plenus gratiæ & charitatis non defuit Præſul ille Sanctiſſimus: ſed anno ſequenti 521. tribus libris de veritate Prædeſtinationis & gratiæ Dei ad illos emiſſis, difficultates omnes & obiectiones propoſitas pleniſſimè reſoluit, & Catholicę fidei veritatem optime tutatus eſt: nec non ſeptem aliis libris duos illos « Iſidorus de Fauſti eiuſque profundam calliditatem penitus deſtruxit] teſte « viris Illuſt. Sancto Iſidoro de viris Illuſtribus Cap. 27. plus laborans expo- « cap. 27.

Fauſtus Reg. In vita S. Fulgentij cap. 28. In Synodica Epiſcoporum in Sard. Exul. c. vlt.

nere quam conuincere, quia dubios ſermones Fauſti exponere, hoc erat delirantis argumenta conuincere,] iuxta diſcipulum » Sancti Fulgentij in vita eius, cap. 28. & Fauſti commenta verita- » ti contraria Catholicæ fidei penitus inimica diſcuſſione prodidit, » ratione manifeſtâ conuicit, auctoritate diuinâ compreſſit, & præ- » cedentium Patrum conſonâ prorſus atteſtatione confutauit.] Teſtibus oculatis duodecim Epiſcopis Africanis in Sardinia pro Chriſti fide exulibus Epiſtola ipſorum ſynodica, capite vltimo, in qua deſiderio Monachorum illorum ſatisfacientes eaſdem ſibi propoſitas, ex libris Fauſti obiectiones breuiùs diſſoluunt, & ſcripta illa Sancti Fulgentij ſuis calculis confirmant his verbis.

Dicto cap. vlt.

» Cæterum vnus ex nobis, in quantum Dominus recti gratiam » dignatur donare ſermonis, illis omnibus quæ memoratos fratres » aduerſus gratiam & Prædeſtinationem intimaſtis, vel ſentire vel » dicere, tribus libris veſtro nomine dedicatis ſufficienti diſputatio- » ne reſpondit, quique aduerſus duos libros Fauſti Galli ſeptem » libros edidit, quos cùm recenſueritis, agnoſcetis protinùs, quem- » admodum memorati Fauſti commenta veritati contraria, Catho- » licæ fidei penitùs inimica diſcuſſione prodidit, &c.] vt ſuprà.

Ferrandus Diaconus in vita S. Fulgent. cap. 28.

De his ipſis Sancti Fulgentij in Fauſtum ſeptem libris, Diſcipulus eius ad Fœlicianum Sancti Fulgentij ſucceſſorem in vita eius » operibus præfixâ cap. 28. ita erat potior (Sanctus Fulgentius) om- » nibus gentibus, vt duo libri, quos Fauſtus Epiſcopus Galliarum » contra gratiam ſubdolo ſermone compoſuit, fauens occultè Pe- » lagianis, ſed Catholicus tamen volens videri, Conſtantinopoli of- » fenſi à pluribus fratribus ad beatum Fulgentium probandum di- » rigerentur: quibus, ne occultum ſerperet virus, ſeptem libris ipſe » reſpondit, plus laborans exponere, quàm conuincere; quia du- » bios ſermones eius exponere, hoc erat delirantis argumenta con- » uincere: Magnus planè huius operis labor mercedem debitam » citò ſuſcepit: mox enim, vt eſt dictatio ipſius finita, protinùs eſt » longiſſimæ captiuitatis cathena diſrupta: morte enim Traſamun- » di, bonitate Hilderici pax reddita Eccleſiæ Catholicæ per Africam » conſtitutæ, &c.] ſcilicet anno ſequenti 523.

S. Iſidor. de Viris Illuſt. c. 27.

Sed & Sancti Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, qui hoſce Sancti Fulgentij ſeptem libros legiſſe teſtatur, non contemnendum cum iudicio teſtimonium in libro de Viris Illuſtribus, cap. 27. hæc ha- » bet; Fulgentius Afer Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus, in Confeſſio- » ne fidei clarus, in Scripturis diuinis copioſiſſimè eruditus, in lo- » quendo quoque dulcis, in docendo ac diſſerendo ſubtilis, ſcripſit » multa, è quibus legimus, de Gratia Dei & libero arbitrio libros » reſponſionum ſeptem, in quibus Fauſto Galliæ Regienſis vrbis » Epiſcopo, Pelagianæ prauitati conſentienti reſpondens, obnititur

eius profundam deſtruere calliditatem.] " Fauſtus Reg.

Perlatis Conſtantinopolim aureis illis Sancti Fulgentij libris, cum Synodica Aliorum duodecim Epiſcoporum Africæ in Sardinia exulum, & tribus aliis Sancti Fulgentij libris de Veritate Prædeſtinationis & gratiæ, tumultus illi omnes ex infauſtis & hæreticis Fauſti libris, in veram Chriſti gratiam & gratuitam Dei Prædeſtinationem euanuerunt: ſed in Gallia virulentæ Pelagianæ hæreſis reliquiæ à Caſſiano Maſſiliæ & locis adiacentibus diſſeminatæ, ſed & à Fauſto libris illis plurimùm excultæ in altum iactis radicibus, nec Proſperi, & Hilarij curâ, nec ſummorum Pontificum, maximè Cœleſtini & Gelaſij auctoritate, nec etiam ſingularibus Sanctorum Auiti & Cæſarij libris in Fauſtum Scriptis euelli penitus potuerunt, quin multi, etiam Epiſcoporum aliqui dulcedine librorum Fauſti deliniti, eius deliramenta ſequerentur. Quapropter Sanctus Cæſarius perfectæ Chriſti Gratiæ profeſſor & vindex acerrimus, ad ſummum & vltimum præſidium Sedis Apoſtolicæ auctoritatem recurrendum cenſuit; ille igitur, librum quem ediderat, de gratia & libero arbitrio in Antidotum librorum Fauſti, maioris fore vtilitatis ratus, ſi à Sede Apoſtolicâ eſſet approbatus, & ex Epiſtola Hormiſdæ Encyclica edoctus in ſcriniis Eccleſiaſticis Romæ contineri expreſſa capitula, de Gratia Dei & libero arbitrio, quæ Hormiſdas ſedandis motibus illis Conſtantinopoli, ex libris Fauſti excitatis ſufficere aſſeruerat & Poſſeſſori ſi ibi deeſſent pollicitus fuerat, ſub annum 527. aut 528. opus ſuum de Gratia & libero arbitrio Fœlici Papæ obtulit, vt ſi gratum haberet confirmaret, eúmque deprecatus eſt, vt ex ſcriniis Apoſtolicis capitula illa in remedium Pelagianæ illius prauitatis mittere dignaretur: quod Sancto Cæſario feliciſſimè obtigit, & vtrumque quod expetierat à Fœlice Papa obtinuit: ſiquidem confirmationis operis ſui teſtis eſt Gennadius ipſe de Viris Illuſtribus capite 86. vt iam retulimus. Quod opus, inquit, etiam Papa Fœlix per ſuam Epiſtolam roborauit, & in latiùs promulgauit:] Capitula verò è ſcriniis " Apoſtolicis emiſſa fuiſſe patet ex præfatione Concilij Arauſicani ſecundi ex illis anno ſequenti compoſiti, vt capite ſequenti pleniùs videbitur: Et ſic tandem iuxta Reuerendum Patrem diuturnæ illi contentioni finem attulit Synodus illa, quæ totam de Gratia & libero arbitrio controuerſiam ex Sancti Auguſtini ſententia compoſuit: [Sed ita tamen, vt illæ Pelagianorum reliquiæ non amplius in publicum procedentes, ſed intùs deliteſcentes librorum illorum à Sanctis Præſulibus illis, Auito, Cæſario, & Fulgentio in Fauſtum editorum ſuppreſſionem procurauerint.

Gennadius de Viris Illuſt. c. 86.

Sirm. in Notis ad Pſeudo-Conc. Arelat. tom. 1. Conc.

Hæc nec alia, quæ nobis innoteſcere potuerint de duobus illis

Digitized by Google

Fauſtus Reg. Fauſti libris ſub finem quinti, & ſub initium ſexti ſæculi acta, nec ſæculis illis quiſquam præter Sidonium Apollinarem, Gennadium & Poſſeſſorem, eorum meminit, niſi quaſi Pelagianæ hæreſis virus continentium meminit. Sidonius quidem & iunior Epiſcopus dicendi peritiam & argutiam magis miratur, quàm latentem virulentiam, quam Epiſtola ad eum ipſum amicum ſuum ſcripta inconſultus notare non potuit, etiam ipſo Reuerendi Patris iudicio in notis ſuis ad Sidonium Apollinarem, pag. 162. Gennadius eiuſdem hæreſis fuligine non minimùm tinctus, opus illud niſi ſeipſum iudicans, improbare non valuit. Poſſeſſor verò licet Scitarum Monachorum odio, qui libros illos impugnarent, eorum non doctrinam, ſed eloquentiam laudauit, & Gelaſij cenſuræ ignarus, Summi Pontificis iudicium expectare maluit, quàm ſuum proferre, ei ſcribendo Fauſtum in libris illis de gratia diſertè diſputare ſibi viſum, non ſatis cautè venenum hæreſis latens ſub illis eloquentię floribus non odoratus, Summi Pontificis ſententiâ caſtigatus fuit. Cæteri omnes, Summi Pontifices, Gelaſius, Hormiſda, & Fœlix, Epiſcopi non minùs ſanctitate vitæ, quàm doctrina perſpicui, Sanctus Auitus, Sanctus Cæſarius, & Sanctus Fulgentius vnà cum ſociis Africæ Epiſcopis pro Chriſti fide in Sardiniâ exulibus, aliique minoris ordinis & dignitatis in Eccleſia, tam Presbyteri, quàm Diaconi, Archimandritæ & Monachi omnes, tùm pietate, tùm doctrinâ celeberrimi, etiam ſeptuaginta Epiſcopi in Concilio Romano ſub Gelaſio, libros illos Fauſti vt hæreticos & apocryphos, vt in Auguſtinum eiúſque doctrinam ſcriptos, Pelagianæ prauitatis virulentiam, fallaciam, & omnimodam nequitiam continentes damnauerunt, impugnauerunt & penitus reiecerunt. Ita vt deinceps memoria infauſti illius Præſulis ob alios etiam errores damnati, quòd animas corporeas eſſe aſſeruerit, & de pœnitentia etiam malè ſenſerit, bonis omnibus fuerit in execratione. Et licet 9. ſæculo Hincmarus eiuſdem plurimos errores contra veros perfectæ gratiæ defenſores propugnauerit, eius tamen nec auctoritatem nec ſententiam vllam auſus eſt proferre, etſi ob errorem maximè de pœnitentia damnatũ velit & à Cœleſtino Papa impugnatum per ſummam inſcitiam aſſerat, plurimis tamen malè ſanæ doctrinæ zizaniis notatum, ideóque damnatum profitetur in opere de Prædeſtinatione,

Hincmar. de Prędeſt. cap. 35.

» cap. 35 pag. 307. his verbis: Vnde ad Fauſtum (cuius opuſcula inter
» apocrypha Apoſtolica Sedes deputare curauit, quoniam cum aliis
» malè ſanę doctrinæ zizaniis, etiam de vltima pænitentia prauè diſ-
» ſeminauit, ſicut ſcripta eius demõſtrant, quæ Sanctus Cœleſtinus
» ad Epiſcopos Gallicanos ſcribens redarguit, vt in eius decretali
» inuenitur Epiſtola) quidam Paulinus ita ſcribit, &c.]

Huic noſtro & prędedẽti ſæculo reſeruatum erat, non pro Fauſto

Digitized by Google

dicam (potuit enim ex omnipotentiſſima Dei miſericordia quantumuis ingratus, indebitam, & verè gratuitam eius gratiam ſentire, agnoſcere, pœnitendo publicè profiteri) ſed pro libris illis peſtiferis Apologiam præparare, vt mox videbimus: Interim non erit inutile nec ingratum Illuſtriſſimorum Card. qui hoc noſtro ſæculo præcipuæ Eccleſiæ Columnæ, & hæreticorum flagella extitere, Baronij ſcilicet & Bellarmini de Fauſti libris hic proferre iudicium.

Fauſtus Reg.

Ille ſiquidem in Martyrologio Romano in notis ad 11. Sept. verſipellem vulpeculam Fauſtum nominat. Sed de Fauſto, inquit, conſule dicta in Annalibus, in quibus verſipellis vulpeculę fraus detegitur.] Et in Annalibus tom. 6. ad annum 490. poſt recenſitum de Fauſto Gennadij teſtimonium hæc Gennadius, inquit, quiſnam rogo ſub tam pulchro titulo adeò fidei orthodoxæ concinno exiſtimare poſſet ineſſe librum (Fauſti ſcilicet de quo agitur) in quo lateret hæreſis, ſeù anguis in herba ſub prominentibus floribus, quod quidem haud rudes tantum, ſed & diſertos potuit decepiſſe, &c.]

Baronius in Martyr. ad 11. Sept.

Idem Annal. tom. 6. An. 490.

Et iterum poſt multa: non eſt quidem, vt pro Fauſto aliqua poſſit in eius defenſionem vel excuſationem Apologia elaborari, quem conſtat in diuerſo orbe Catholico impugnatum: Etenim in Occidente Cæſarius & Auitus, doctiſſimi atque Sanctiſſimi in Gallia Epiſcopi, aduerſariis eum ſcriptis exagitauerunt: Eundémque in Africa Sanctus Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus ſeptem libris vehementiſſimè impugnauit, &c. Sed qui præſtant his omnibus, Fœlix atque Gelaſius Romani Pontifices eadem Fauſti ſcripta reiecerunt, vt planè vniuerſum occidentem orbem in eoſdem Fauſti libros inſurrexiſſe, eoſdémque oppugnaſſe atque hæreſis condemnaſſe manifeſtum ſit.

In Oriente verò non vnus duntaxat quem refert Ado, Ioannes Preſbyter Antiochenus eos Fauſti libros refellit, ſed Orthodoxi ferme omnes, &c. Et poſt recenſitam Hormiſdæ Epiſtolam. Hæc & alia, inquit, Hormiſda Papa ad Poſſeſſorem Epiſcopum Africanum, quibus valeas intelligere libris illis Fauſti ab omnibus contradictum, & à Sede Apoſtolica Catholicáque Eccleſia eos eſſe reiectos, &c. Quinam autem colligantur ex Fauſti duobus libris errores ſcriptis Sancti Auguſtini, & ſententiæ Catholicæ Eccleſiæ aduerſantes, tu vide illos collectos à Maxentio in reſponſione ad Hormiſdam Romanum Pontificem, vbi in pluribus Fauſtus declaratur hęreticus.

Videre namque eſt eundem Fauſtum in Conuentibus Sanctorum Patrum, *vt Saül inter Prophetas*, *Prophetam*, & ipſum apparuiſſe eadem cum illis ſentientem, ſed priuatis poſtea ſcriptis do-

Fauſtus Reg.

» loſâ arte totam de iuſtificatione hominis deſtruxiſſe ſententiam; » dum captioſè videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio fa» uiſſe compertus eſt. Eiuſmodi planè erant Pelagianorum immo » & Pelagij ipſius (vt ſuperiori tomo oſtenſum eſt) fallaces artes, » dum videri volentes hæreſim confutare, eandem firmiùs ſtabili» rent. Cum igitur Fauſti ſententiæ vbique ab Eccleſia Catholica » fuerit contradictum, videant quanto periculo quidam ex recen» tioribus, dum in nouatores inſurgunt, vt eos confutent, à Sancti » Auguſtini ſententia de Prędeſtinatione recedunt: cum alioqui » arma non deſint quibus aduerſarii profligentur.]

Bellarminus de gratia & Lib. Arb. lib. 2. cap. 11.

Et Cardinalis Bellarminus, vt magnum Eccleſiæ hoc ſæculo lumen, ſic totius Societatis decus eximium, de Gratia & Libero Arbit. lib. 2. cap. 11. vbi probauit ex traditione Eccleſiæ Prædeſtinationis Dei nullam eſſe cauſam in nobis, eámque fuiſſe Sãctorum Patrum ſententiam, eandem oſtendit ab ipſorum antiquioribus & doctioribus, quos deinde cæteri ſecuti ſunt, quaſi certum Catholicæ fidei dogma traditam: Contrariam verò Pelagianæ hęreſi imputatam, ſeù ad Pelagianos reiectam, idque confirmat auctoritate Gelaſii Papę & Synodi Romanæ 70. Epiſcoporum, in qua damnati libri Fauſti quos in Auguſtini libros de Prędeſtinatione Sanctorum, & bono perſeuerantiæ ſcriptos pro comperto » aſſeuerat his verbis. Denique Sanctus Gelaſius in Concilio 70. » Epiſcoporum nō ſolum probauit omnia ſcripta Sancti Auguſtini » & Sancti Proſperi, ſed etiam contrà damnauit libellos Ioannis » Caſſiani & Fauſti Reienſis: Cùm tamen non ignoraret potiſſimã » contentionem inter Proſperum, & Caſſianum, deinde inter Ful» gentium & Fauſtum, de ſcriptis Sancti Auguſtini de Prædeſtina» tione Sanctorum, & bono perſeuerantiæ fuiſſe.]

De Script. Eccleſ. in Fauſto.

Et iterum in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Fauſto Regienſi ad annum 480. vbi retulit pręcipua ex ſupradictis contra » Fauſtum teſtimonia, ſic concludit: Hęc admonere volui propter » aliquos, qui noſtro tempore Fauſtum Catholicum fuiſſe conten» dunt.] Iam R. P. Audiamus & expendamus.

CAP. VIII. PARS ALTERA.

SIRMONDVS.

Admonet hoc loco ſtudium veritatis, amórque innocentia, vt Fauſti Reienſis vicem doleamus, ſanctóque & clari nominis Antiſtiti reuerentiam, quã fas eſt, deprecemur. Quis enim ægrè non ferat Fauſtum illum, qui in admiratione omnibus ætate ſuâ fuit, & honore: quem doctrina ſalutaris ſingularíſque virum Sidonius, Doctorem eximium, Paſtorem egregium Rurinus appellabat, quem adhuc Abbatem Hilarius Arelatenſis ita honorauit, vt inter ſe ac Theodorum, & Maximum Epiſcopos medium locaret: Epiſcopum verò & Epiſcopi

Collegæ omnes reueriti ſunt, & Hilarius Pontifex dignum cenſuit, qui in Synodo Romana ſecum vnà præſideret. Fauſtum hunc, inquam*; quis æquo animo ferat librorum nunc iſtorum nomine, quod Prædeſtinatorum in his errores ex Synodi ſententia refellerit, vexari paſſim à multis, traducíque tanquam hæreticum?* Fauſtus Reg.

CONFVTATIO.

Quin imò admonet hoc loco ſtudium veritatis, amórque diuini cultus, & Chriſtianæ humilitatis, vt ſuperbiæ ac præſumptionis humanæ vicem ac miſerandam ſortem agnoſcētes, Deo ſupplices gratiam eius verè gratuitam perpetim, & omnibus momentis in tot tantiſque huius vitæ periculis deprecemur: vt ſeruiamus Domino in timore & exultemus ei cum tremore: ne quando iraſcatur Dominus & pereamus de via iuſta. Vt plurimis, & ipſi Fauſto imprimis contigit, dum ſibi hoc ipſum quod in eo emineret, Deo ingratus, non perfectæ Chriſti gratiæ aſſignauit, à via vere regia declinauit. Illam verò ſuperbiam maximam fuiſſe magnis ingeniis perditionis viam, ſæpiſſimè obſeruauit Sanctus Auguſtinus, præcipuè in libro de Spiritu & lit. cap. 11. vbi docet verum Dei cultum in hoc maxime conſiſtere, vt anima non ſit ei ingrata. Erit « Auguſt. de Spirit. & lit. cap. 11.
autem ingrata, inquit, ſi quod illi ex Deo eſt, ſibi tribuerit, præ- «
cipuéque iuſtitiam, cuius operibus, velut propriis & velut à ſe- «
metipſa ſibimet partis, non vulgariter tanquam ex diuitiis aut «
membrorum formâ, aut eloquentiâ, cæteriſque ſiue exteriùs, ſiue «
interiùs, ſiue corporis, ſiue animi bonis, quæ habere etiam ſce- «
lerati ſolent; ſed tanquam de his quæ propriè ſunt bona bono- «
rum, quaſi ſapienter inflatur: quo vitio repulſi à diuinæ ſtabilita- «
te ſubſtantię etiam magni quidam Viri ad idololatriæ dedecus de- «
fluxerunt, &c. [Et contra Iulianum lib. 5. cap. 3. Quando, inquit, « Idem contra Iulian. lib. 5. cap. 3.
ſibi homo multùm placet, & de ſua virtute confidit, ſi traditur in «
deſideria ſuperbiæ ſuæ tantò ampliùs augetur hoc malum, quan- «
tò magis ei cupiditates cęterę ceſſerint, eáſque velut laudabilia, «
hanc vnam oblectando, compreſſerit.] Item in Serm. 13. de verbis « Idē Serm. 13. de verb. Apoſtoli cap. 9.
Apoſtoli. Ergo, inquit, ne ad carnis actiones mortificandas de «
Spiritu tuo præſumas, & ſuperbiâ pereas, & tibi ſuperbo reſiſta- «
Iacob 4. v. 6. tur, non humili gratia concedatur: *Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Ne forte ergo ſuboriretur tibi iſta ſu- « cap. 10.
Rom. 8 v. 13. perbia, vide quid ſequatur: Cum enim dixiſſet *ſi Spiritu actiones* «
carnis mortificaueritis, viuetis, ne hîc ſe extolleret humanus Spi- «
ritus, & ad hoc opus ſe idoneum firmúmque iactaret, ſubiecit & «
v. 14. ait. *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur hi Filij ſunt Dei.* Quid tę «
ergo iam volebas extollere, vbi audiſti, *ſi Spiritu actiones carnis* «
mortificaueritis viuetis? Dicturus enim eras, hoc poteſt voluntas «
mea, hoc poteſt Liberum Arbitrium meum: quæ voluntas? quod «

Fauſtus Reg.

» Liberum Arbitrium? Niſi ille regat cadis, niſi regat iaces: Quo-
» modo ergo ſpiritu tuo cum audias Apoſtolum dicentem, *quot-* d.v.14.
» *quot enim Spiritu Dei aguntur, hi Filij ſunt Dei.* Tu te vis age-
» re, à te ipſo vis agi, ad actiones carnis mortificandas? Quid tibi
» prodeſt, quia non eris Epicuræus, & eris Stoicus? ſiue Epicu-
» ræus eris ſiue Stoicus eris, inter Filios Dei non eris.] Idem ip-

Proſper de Ingrat. cap. 37.

ſum Auguſtino ſuo concinens Proſper inculcat carmine de ingra-
tis Cap. 37.

» licet in cruce vitam
» Ducant & iugi afficiant ſua corpora morte,
» Abſtineant opibus; ſint caſti, ſintque benigni,
» Terreniſque ferant animum ſuper aſtra relictis:
» Si tamen hęc propriâ virtute capeſcere quemquam
» Poſſe putant, ſitue dignus labor iſte iuuari,
» Ingenium meruiſſe aiunt bona vera petentis:
» Creſcere quos cupiunt, minuuntur: proficiendo
» Deficiunt: ſurgendo cadunt, currendo recedunt,
» Vnde etenim varij fruſtra ſplendeſcere quærunt
» Inde obſcurantur: quoniam ſua, laudis amore,
» Non quæ ſunt Chriſti quęrunt: nec ſit Deus illis
» Principium, & capiti non dant in corpore regnum,
» Non horum templo eſt Chriſtus Petra fundamentum:
» Sed ſuper inſtabilem arbitrij nutantis arenam
» Aſſurgunt, fœdâ lapſuri mole tumoris.
» Iſti quem quidam reprobarunt ædificantes,
» Nunc etiam reprobant lapidem, pariéſque ſine ipſo
» Tertius eſſe volunt, quem nullo fœdere nectat
» Angulus, & quem nulla habeat compago ligatum:
» Hi thalamum ad ſponſi non perducuntur, & intrant
» libertate ſuâ quæ Chriſti gratia confert,
» Non acceperunt, & habent: non attrahit illos
» Vis Patris ad verbum, ſed ſponte & prępete curſu
» Pręueniunt ceſſantis opem; nec ad omne gerendum
» Eius egent, ſine quo ſibi plurima poſſe videntur.

Cap. 38.

» Quid prodeſt verbis commentum Pelagianum
» Reſpuere, & ſolâ damnatos plectere voce
» Cum paucis ſqualidâ ſublatis de cute neruis
» Intima viperei foueantur viſcera ſenſus, &c.]

Quiſquis hæc in Fauſto & ſimilibus Pelagianorum reliquiis non agnoſcet, eadem fuligine tinctus ſimile Dei iudicium, niſi reſipiſcat, vix euadet. Quis neſciat Caſſianum, Iulianum Cœleſtium, & Pelagium exteriori morum probitate non minùs

quam

quam Fauſtum plurimos decepiſſe vt Patres Dioſpolitanæ Synodi, Summum Pontificem Zozimum & aliquo tempore ipſum etiam Auguſtinum? Proſper etiam Epiſtolâ ad Demetriadem cap. 10. illorum omnium virtutes plurimas laudat: ſed ſuperbia deiectos probat: non itaque deſidioſis (inquit) & tepidis neque « inertibus & incultis, ſed magìs quibuſdam animis ſedulis & bo- « norum actuum probitate luculentis Diabolus per gloriam irre- « pſit humanam, & quos impulſione non mouit, elatione deiecit: « quantò enim clariores erant meritis tanto eos aptiores ſuis inue- « nit inſidiis &c.] Meminerit R. P. Iulianum à Sancto Auguſtino « oper. imperf. lib. 1. cap. 130. vocari nouum Anti-Chriſtum, eo quod contra Apoſtolum electionem ex operibus dicat, non ex gratia: hic ex minimis fuit in Fauſto Pelagianæ prauitatis erroribus; grauiores & merè Pelagianos iam ſuprà notauimus, & ſæculo ſuo libros illos hæreſis notatos, & damnatos vidimus, præter alias Fauſti hæreſes: non igitur immerito ab Illuſtriſſimis Cardinalibus Baronio & Bellarmino & alijs plurimis probatiſſimis auctoribus vt hæretici reiiciuntur.

Fauſtus Reg.

Proſper ad Demetriadem cap. 10.

Aug. oper. imperf. lib. 1. c. 130.

Sirmondvs.

Idque auctore quod diſſimulare non poſſunt, ac duce Ioanne Maxentio Scythâ Monacho, ex eorum numero, qui Eutychis hæreſim clam fouentes, Synodum Chalcedonenſem aduerſus Hormiſdam eiuſque legatos occultis artibus impetebant: hic enim eſt Maxentius, qui Conſtantinopoli annis poſt Arelatenſe Concilium ampliùs quàm quadraginta de Fauſti libris turbas primus excitauit, hæreticos illos eſſe clamitans, cùm alij contra (quorum princeps Poſſeſſor Epiſcopus Africanus) eſſe docerent orthodoxos. Cùmque à Poſſeſſore de his libris conſultus Hormiſdas mitiùs, quàm pro Maxentij voto reſpondiſſet, ſic homo amens efferatus eſt, vt Hormiſdam quoque ipſum inceſſeret, atque hæreticum dicere non dubitaret.

Confvtatio.

Auctore ac duce Ioanne Maxentio impugnari Fauſti libros non ſatis cautè hic aſſerit R. P. ſiquidem ante Maxentium Auitus & Cæſarius in Gallia, Gelaſius Papa Romæ in Concilio 70. Epiſcoporum illos vt hæreticos & Apocryphos notauerunt vel etiam ſcriptis ſuis refutauerunt, ſed & Ioannes Diaconus ex Oriente, Sanctus Fulgentius & alij in Sardiniam pro Chriſti fide relegati Epiſcopi prioribus ſuis ſcriptis errores librorum illorum ante Maxentium confutauerunt, vt ſuprà probatum fuit.

Porro vtrum Ioannes ille Maxentius Antiochenus Presbyter & Archimandrita & alij Scithæ Monachi Eutychis hæreſim, quam ſcriptis publicis deteſtabantur, clam fouerent, vtrum Synodum Chalcedonenſem, quam profeſſione publicâ vnâ cum omnibus

Fauſtus Reg.

Leonis Papæ Epiſtolis amplectentes in Chriſto duas naturas ſine confuſione in vnam perſonam vnitas prædicarent, occultis artibus impetirent, eo quod vnum de Trinitate Crucifixum (quod ſine hæreſi negari non poteſt,) profiterentur & Sedis Apoſtolicæ auctoritate confirmari peterent, non omnibus conuenit & huiuſce rei diſceptatio propoſiti noſtri metas longè excedit.

Sed quod idem ipſe *Maxentius de Fauſti libris turbas Conſtantinopoli primus excitarit*, hæreticos illos eſſe clamitans à R.P. gratis nullo teſte dictum. Immò turbarum cauſa ſine dubio ij, qui libros illos prorſus hæreticos, & iam auctoritate Apoſtolica damnatos, Apocryphos & omnino ſupprimendos vt orthodoxos in lucem proferrent. Nec primus Maxentius ille ibi illos vt hæreticos impugnauit: vidimus enim & Petrum Diaconum de contentione orta ob errores in libris illis ſparſos prius ſcripſiſſe in Sardiniam. Sed eſto; Laudandus non incuſandus Maxentius, quod libros illos hæreticos eſſe quales ab Apoſtolica Sede iudicati fuerant, contenderet.

Quod verò *Poſſeſſor Epiſcopus Africanus princeps eſſet eorum qui illos dicerent eſſe orthodoxos*, hoc emiſſum contra fidem Epiſtolæ ipſius Poſſeſſoris ad Hormiſdam Papam, quâ (vt vidimus) innuit contentionem inter alios ortam, ipſum verò ab aliquibus conſultum expectare maluiſſe iudicium Sedis Apoſtolicæ, quàm ſuum proferre, & ſolam Fauſti facundiam laudauit, & reſponſo Papæ didicit libros illos reiiciendos, vt reiecti fuerant à Gelaſio: quomodo igitur princeps eorum, qui docerent libros illos orthodoxos?

Denique quod *Maxentius homo amens ſic efferatus ſit vt Hormiſdam quod de his libris conſultus mitiùs, quàm pro eius voto reſpondiſſet, inceſſere, & hæreticum dicere non dubitauerit.*] Scriptus eius libellus quod vnicum extat eius rei teſtimonium longè aliter habet: primo libellus ille nullomodo amentiam redolet, & ab omnibus (vt ſuprà retulimus, ex Baronio) in his quæ libros Fauſti reſpiciunt & approbatus & laudatus; nec de eo aliter Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum 520. in

Bellarminus de Scriptor Eccleſ. in Ioan. Max.

» Ioanne Maxentio: Item reſponſionem (inquit) ad Epiſtolam Papæ » Hormiſdæ in quibus diſputat aduerſus Neſtorianos & aduerſus » Fauſtum Regienſem Semipelagianum. Et quidem Fauſtum & Pe- » lagianos egregiè refellit, ex libris Sancti Auguſtini &c.] Idem ipſum recentiſſimè confirmauit R. P. Petauius de Theologicis dog- » matibus tom.1.lib.9.cap.2.pag.573. his verbis: Fauſtus Auguſtini » doctrinæ (quantumlibet diſsimulare conetur) aduerſatur in om- » nibus, & Semipelagiana decreta propalam aſſeuerauit. Quod » vtrumque demonſtrat Ioannes Maxentius in reſponſione prima.

Secundo Maxentius Epiſtolam Hormiſdæ quaſi emencitam, nul-

lomodo ab ipſo emiſſam,ſed confictam impugnat. Tertio non tam de iudicio circa Fauſti libros, quàm de Monachorum Scytharum, qui cum Ioanne Diacono Romam delegati fuerant, diffamatione queritur. Denique Fauſtum quidem eiuſque libros, quique eos approbarent hæreticos dixit, & ipſo Cardinalium Baronij & Bellarmini iudicio probauit Maxentius: ſed Papam Hormiſdam, quem Epiſtolæ auctorem eſſe non ſine graui coniectura pernegaret, nullomodo vt hæreticum infamauit. Et ſi Cenſuram librorum Fauſti mitiorem quàm par eſſet exiſtimauit, etiã in hoc veniâ dignus videtur, quod ignorans decretum Gelaſij Papæ ad cuius Cenſuram teſte Baronio & vt cuilibet obuium eſt, alluſit Hormiſda, vim illius non apprehenderit. Quicquid ſit teſtibus Baronio & Bellarmino Sedi Apoſtolicæ non ſuſpectis iudicibus iudicium & Cenſura Maxentij in Fauſti libros non improbanda, nec huc vſque quiſquam contrarium probare, & librum eius refutare auſus eſt. Fauſtus Reg.

SIRMONDVS.

Nec verò hic illius, Sociorumque odia conquieuerunt, quin & Epiſcopos Africæ in Sardinia exules in Fauſtum acuere conati, hos etiã eius libros per Fulgentium refutandos in Sardiniam miſerunt: difficile videlicet non erat ab Afris id ſperare, apud quos nata (vt dictum eſt) Prædeſtinatorum hæreſis, in multorum adhuc mentibus hærebat; qui verò ab hac labe immunes erant, ſic tamen affecti erant plerique, vt quæcunque in Prædeſtinatos dicerentur, ac ſi Auguſtinum peterent ſuſpecta, & odioſa haberent omnia.

CONFVTATIO.

Huc vſque inauditum crimen, & nouus odij effectus: ſicut Poſſeſſor Summum Pontificem, ſic Petrus Diaconus & alij ex Oriente Romam delegati de Incarnatione & Gratia Chriſti conſuluerũt Sanctum Fulgentium, & alios Africanos Epiſcopos cum ipſo pro Chriſti fide in Sardinia exules: ſic etiam de libris Fauſti eos ipſos conſuluit Maxentius cum ſociis ſuis: ſed inquit R.P. *eos in Fauſtum acuere conati ſunt, eius libros eis per Fulgentium refutandos mittunt.* An mendaciis? an ſcriptis fallacibus? vt Hincmarus ad Eccleſiam Lugdunenſem contra Gotteſchalcum? Nequaquam: immo verò libros ipſos mittunt. Et ex Synodica Epiſcoporum, qua illorum Epiſtolæ reſpondent cap. 2. & ſequentibus patet in quæſtione de gratia & Libero Arbitrio eos ſimpliciter conſultos, nudè & ſine fuco difficultatibus propoſitis.

Porro aduertat R.P. qua fide dixerit *non fuiſſe difficile ab Afris id ſperare, apud quos nata Prædeſtinatorum hæreſis in multorum adhuc mentibus hærebat.*] Cum vt vidimus cap. 1. nulli vnquam nec in Africa nec alibi fuerint hęretici Prędeſtinatiani; & quos ſolos ibi fuiſſe intendit in Adrumentino Monaſterio incluſos, & ab ipſo Au-

Digitized by Google

Fauſtus. Reg. • guſtino ex tunc ſæculo integro ante has contentiones, ſanatos & correctos, quomodo igitur potuerint ſua hæreſi omnes Africæ Epiſcopos ſæculo ſubſequenti inficere. Tum quâ arte id fingi potuerit non liquet. Cum etiam (vt mox vidimus) Poſſeſſorem Epiſcopum Africanũ voluerit contrarię ſententiæ eſſe principem. Deinde quã abſurda hæc conſequentia, plurimi fuere in Africa Prædeſtinatiani hæretici, ideóque *qui hac labe immunes erant, quæcunque in prædeſtinatos dicerentur perinde ac ſi Auguſtinum peterent ſuſpecta & odioſa habebant.*] Immò potiùs hæreſis illius notitia eos ab illo errore liberaſſet: ſi tam inanibus argutiis in Fauſtum vſus eſſet Maxentius non abs re à R.P. *vt homo amens & efferatus* ſect. præcedenti fuiſſet iudicatus, nec tam abſurda & ridicula commenta optimo R. P. ingenio conueniunt. Sed ex ſuſcepta cauſa emergunt: & ſi hæc palam & publicè in Sanctum Fulgentium & venerabilem illorum Epiſcoporum pro Chriſti fide exulum cœtum ſcripta non improbantur, quidni ad aurem inter fratres, illi omnes, ſicut & Proſper, & Auguſtinus ipſe, Prædeſtinatorum hæreſi notentur.

SIRMONDVS.

Quid enim aliud vehementius vrgebant, qui Fauſti *libris infeſti erant, quàm quòd Petrus Diaconus, cæteríque cum eo in Epiſtola ſua criminantur contra Prædeſtinationis illos ſententiam ſcriptos eſſe? Quid hoc autem ad Auguſtinum? nam contra Prædeſtinationis ſententiam ſcriptos à ſe* Fauſtus *non abnuebat, ſed contra illam duntaxat, quæ vel fatum aſſerat, vel Liberum Arbitrium neget: quorum vtrumque ab Auguſtini ſenſu abhorrere non inficias ierint ipſi, & vtrumque Auguſtino per calumniam imponi ſolere teſtis eſt Proſper in Epiſtola ad Ruffinum.*

CONFVTATIO.

Petrus Diaconus princeps eorum qui in cauſa fidei à Græcis ex Oriente Romã miſſi ſunt, libro ſuo de incarnatione & gratia Fauſti libros cõtra veram S. Auguſt. de gratuita & abſoluta Dei Prædeſtinatione doctrinã ſcriptos fuiſſe aſſeruit, ſicut etiã ex propriis ipſius Fauſti ſententiis hoc ipſũ in principio huiuſce capitis probauimus: F*auſtũ verò contra illam Prædeſtinationis ſententiã duntaxat ſcripſiſſe, quæ vel fatũ aſſerat, vel Liberum Arbitriũ neget,* bona cũ venia R.P. ſolẽne illud Fauſti quo mox parum cautè vtitur referemus (non ita eſt) omnem omnino vt iam probauimus abſq; pręuiſis meritis Prædeſtinationẽ, vt fatalem impugnat, & verã Chriſti gratiam verè gratuitã, quaſi Liberi Arbitrij interemptricẽ non minus, quàm Caſſianus Maſſilienſes & reliqui Gallorum Pelagiana hæreſi irretiti: immò quam Iulianus Cœleſtius & Pelagius ipſe criminatur: *quorum vtrumque ab Auguſtini ſenſu abhorrere, vtrumque etiam ipſi per calumniam imponi ſolitum*] & libris etiam

illis Fauſti impoſitum nemo non videt. Sed aduertat R. P. dum nimis Fauſti ſui Apologiæ indulget, quomodo ſe à calumnia in Sanctiſſimos illos Præſules Summóſque Pontifices, Auitum (inquam) Cæſarium, Fulgentium, Gelaſium, Hormiſdam, & reliquos ſe liberet. Siquidem ſi ea fuit nec alia Fauſti ſententia, peſſimè, fallaciter, & calumnioſè à Gelaſio & Hormiſda libri illi inter hæreticos, Apocryphos & penitùs reijciendos fuere recenſiti, & ab Auito, Cæſario & Fulgentio, Petro Diacono & aliis, ſcriptis ſuis pari nequitiâ, fallaciâ & calumniâ fuere impugnati: videat R. P. ex ſuſceptæ cauſa quibus anguſtiis coarctetur: immò vero in quæ præcipitia ruat. Fauſtus Reg.

SIRMONDVS.

Callidum preterea & ſubdolum Fauſti ſermonem aiunt fuiſſe, Pelagianæ prauitati conſentientem, detectum conuictumque à Fulgentio, ab Auito, & ab aliis: quid hic aptiùs, veriùſque pro Fauſto reſponderi queat quàm ſolemne illud Fauſti ipſius (non ita eſt) *etenim quos in eius ſcriptis dolos deprehenderit Fulgentius, & quo pacto profundam illius, quam exprobrant calliditatem, libris ſuis ſeptem detexerit, diuinare, cum hi non extent non poſſumus.*

CONFVTATIO.

Nihil *aptiùs* certè pro Fauſto, & è ſuſceptæ cauſa reſponderi poteſt, quam illud ſolemne ipſius, non ita eſt, ſed nihil *veriùs*: non vtique, imo falſiſſimum. Licet enim Sancti Fulgentij libri non extent, nihilominus fidem & iudicium Sancti Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, qui libros illos Sancti Fulgentij legiſſe, illiſque Fauſto Regienſi Pelagianæ prauitati conſentienti reſpondendo, eius profundam deſtruere calliditatem obniſum fuiſſe indicat, reijcere temerarium eſt: Ferrando Diacono Sancti Fulgentij Diſcipulo, in eius vita ad ſucceſſorem dicenti Sanctum Fulgentium libris Fauſti reſpondiſſe ne occultum in illis ſerperet virus, cumque plus laboraſſe exponere, quam conuincere, quia dubios ſermones Fauſti exponere hoc erat delirantis argumenta conuincere, aſſerenti aſſentiri nolle durum eſt: publicæ verò in Synodica 12. Epiſcoporum non minus ſanctitate vitæ, quàm confeſſione fidei celeberrimorum atteſtationi, dum dicunt Sanctum Fulgentium laborum, doctrinæ, confeſſionis & exilij ſocium in libris ſuis contra Fauſtum (quos commendant) eius commenta veritati contraria, Catholicæ fidei penitùs inimica diſcuſſione prodidiſſe, ratione manifeſtâ conuiciſſe, auctoritate diuinâ compreſſiſſe, & conſonâ prorsùs atteſtatione confutauiſſe: tam ſolemni (inquam) tot tantorumque Epiſcoporum atteſtationi fidem denegare maximæ pertinaciæ & temeritatis eſt: ſed poſt hæc tria celeberrima, támque conſona oculatorum teſtium omníque ex-

Fauſtus Reg.

ceptione maiorum contra fraudulentam calliditatem Fauſti, eiuſque peruerſam doctrinam, teſtimonia in eius gratiam & ſuſceptæ cauſam aſſerere nihil verius reſpondere poſſe, quàm ſolemne illud ipſius Fauſti NON ITA EST, hoc certiſſimè (R. P. pace dictum ſit, quem multùm veneror, ſed in ſuſceptæ cauſam tantùm) obduratam Pelagianæ prauitatis pertinaciam redolet, quę vt Fauſto faueat totius Eccleſiæ auctoritatem, & Sanctorum Patrum fidem abdicet, & vnico Fauſto hominum omnium fallaciſſimo de Arelatenſi & Lugdunenſi Pſeudoſynodis aſſerenti ſic aſſentiatur, vt contrà ſentientes Prædeſtinatianæ hæreſis notet, quis hæc ferat, immo in his quis non intelligat veraciſſimè dictum de iis, *Quibus non eſt datum, vt videntes non videant & audientes non intelligant.* Luc. 8; v. 10.

Quidni etiam licet hoc ſit ſuperuacaneum, alterum etiam antiquiſſimum adhibeamus teſtem coætaneum Facundum Hermianenſem in Africa Epiſcopum, qui libro contra Mocianum Scholaſticum, curâ & ſtudio R. P. edito; Sic aliquando, inquit, etiam Fauſtus Gallus in quæſtione Liberi Arbitrij malè intellectis & incongruè adhibitis ipſius Beati Auguſtini ſententiis fallebat, & in aſſenſionem ſui erroris inducebat incautos, qui tamen à Sanctæ Memoriæ Fulgentio Ruſpenſi detectus, atque conuictus eſt &c.] Sed & ipſemet R. P. id ipſum olim ingenuè profeſſus eſt in notis ad Sidonium Apollinarem pag. 162. & in antiquis Concil. Galliæ tom. 1. ad Pſeudoſynodum illam Arelatenſem, quæ ſectione ſequenti referentur. Ita vt iſta tam abſurda & à proprio R. P. ſenſu aliena, vt alia plurima contra ipſius mentem ex ſuſceptæ cauſa prodire nemo non videat.

Facundus contra Mocianum.

Sirmondus in notis ad Sidon. pag. 162.

SIRMONDVS.

Auitum Viennenſem in aliis Fauſti libris ſcimus aliqua non laudaſſe, contra hos vero libros an quicquam ſcripſerit, quod exiſtimaſſe Ado videtur, incertum eſt.

CONFVTATIO.

Sanctum Auitum in aliis Fauſti libris aliqua non tantum, non laudaſſe ſed erroris ſeu hæreſis notaſſe certum eſt. Vt ex eius Epiſtolâ quartâ ad Gundebaldum Burgundionum Regem patet. Quod ſcilicet in ſcripta Fauſti Epiſtolâ ad Paulinum Burdegalenſem, Pœnitentiam momentaneam, id eſt in ægritudine quaſi ſub momento mortis acceptam nihil, aut nulli prodeſſe definiſſet, Eóſque qui talia ſentirent veriùs reddi appetitâ ſuperbiâ turgidos, quam conſcientiâ illibata ſecuros aſſerit. Item quod Fauſtus ibidem ſolam fidem homini prodeſſe inficiaretur, eumque ex illorum parte fuiſſe profitetur, *Qui* (ſicut ait Dominus) *graue ſuper humeros Diſcipulorum pondus imponunt, quod ipſi tamen vno*

digito mouere detrectant. Fauſtum etiam edidiſſe de creaturis Epiſtolam vel libellum, in quo mirâ calliditate & nequitiâ Sancti Hieronymi abutens teſtimonio aſſerere conatus eſt animas eſſe corporeas, quem errorem confutauit Claudianus Presbyter Sancti Mamerci Viennenſis Epiſcopi frater, tribus diſertiſſimis libris ad Sidonium Apollinarem, qui illos lib. 4. Epiſtolâ 3. laudauit non minus certum: item Fauſtum etiam cum aliis malæ ſanæ doctrinæ zizaniis de vltima pœnitentia praua diſſeminaſſe, & ideo ſcripta eius damnata R. P. non ſuſpectus auctor eſt Hincmarus de prædeſt. cap. 35. Sed etiam Fauſtum ita Liberum Arbitrium docere conatum, vt illuminatio eius, virtus & ſalus non à Chriſto, ſed à natura ſit, lucidiſſimâ fide Auitum Viennenſem ſcripſiſſe eius redarguendo errorem non exiſtimaſſe videtur Sanctus Ado Viennenſis (vt hic vult R. P.) ſed reuera diſertis verbis quæ iam retulimus ſcripſit in Chronico ad annum 492. Ideoque incertum non eſt, nec etiam ipſe R. P. incertum habuit in ſua pſeudoſynodo Arelatenſi tom. 1. Concil. Galliæ ad annum 475. de his ipſis agens Fauſti libris: Qua nota, inquit, in his etiam libris ſuis « Fauſtus non caruit: nam & à Gelaſio Papa hoc nomine inter Apo- « cryphos relati ſunt, & ab Auito Viennenſi, atque à Fulgentio, « & aliis pluribus oppugnati.] Et iterum etiam in notis ſuis ad Si- « donium Appollinarem pag. 162. Quid ergo cauſæ, inquit, cur à « Sydonio laudibus ornentur, quos conſtat à Gelaſio, Fulgentio, « Auito, Croco, Facundo,, & aliis, vel damnatos, vel contrariis « etiam voluminibus confutatos.] «

Fauſtus Reg.

P. Sirm. in notis ad Arelat. Côc.

D. in notis ad Sidon. pag. 162.

SIRMONDVS.

Maxentij porro in Fauſtum obiectiones fallaces, ac minimè ſinceras multorum iudicio habitas eſſe quis neſcit? Nec cauſa quicquam eſſe, cur illum de Fauſto potius audiamus, quàm Gennadium vel Poſſeſſorem, quorum alter opus egregium, alter Catholicos libros iſtos pronuntiauit.

CONFVTATIO.

Item in Maxentium R. P. cenſuram, qui quaſi fallacem ac minimè ſinceram poſt iudicium celeberrimorum Cardinalium Baronij & Bellarmini prorſus reiiceret, veritati propius accederet: qui verò Fauſtum & Gennadium, & ſi libet Poſſeſſorem addere (licet vt vidimus nullum pro Fauſti libris iudicium tulerit, nec illos Catholicos vt vult R. P. Epiſtolâ ſuâ quæ apud Baronium habetur ad annum 520. pronunciauerit) præferre non veretur Summis Pontificibus Gelaſio, Hormiſdæ & Fœlici, Sanctis Fulgentio, Auito, & Cæſario, 12. Epiſcopis Africanis pro fide exulibus, Petro Diacono, & reliquis in cauſa fidei à Græcis ex Oriente Romam legatis & Maxentio Antiocheno Presbyte-

Fauſtus Reg. ro & Archimandritæ Venerio, & aliis Scythiæ Monachis, certè peſſimis illis Pelagianæ prauitatis reliquiis conſentire potiùs, quàm veram & perfectam Chriſti gratiam cum tot Sanctis Romanis Pontificibus, Præſulibus & aliis ſincerè, & toto corde profiteri valdè ſuſpectus erit.

SIRMONDVS.

Quin & hac ætate noſtra non deſunt, & proximo ante ſæculo non defuerunt Viri doctiſſimi, exactique iudicij, qui in illorum irent ſententiam: atque in his ne plures commemorem clariſſimæ Louanienſis Academiæ duo lumina, Ioannes Driedo & Ioannes Taper, qui Fauſtum Ambo, nec ſine honore Catholicum Eccleſiæ Doctorem nominant.

CONFVTATIO.

Non defuere nec præcedenti ſæculo, nec noſtro (quod dolendum eſt) deſunt, inter alia hæreticæ prauitatis venena, etiam non mediocres Pelagianæ virulentiæ reliquiæ, quibus inuolui non ideò dicimus Driedonem & Taperum, qui plurimos & maiori & veriori in hoc maximè luce præfulgentes reliquere ſucceſſores, qui Deo propitio maiori ſtudio veritatis, quæ illos latuit, notitiá adepti ſunt. Sed quis miretur Doctores illos Driedonem & Taperum aliis rebus intentos, etiam quò faciliùs hæreticos Lutheranos & Caluiniſtas oppugnarent, parùm cautos, vnà cum perſpicaci illo cenſore Eraſmo, in profundam Fauſti calliditatem & dolos incidiſſe, maximè non inſpectis Sancti Fulgentij de Incarnatione & Gratia Chriſti, & de Veritate Prædeſtinationis & Gratiæ, item Petri Diaconi de Incarnatione & Gratia lucubrationibus & Epiſcoporum Afrorum in Sardinia exulum Synodicâ, & aliis plurimis gratuitæ Chriſti gratiæ, & abſolutæ Dei Prædeſtinationis in ipſum Fauſtum eiuſque fraudulenta deliramenta, monumentis quę nondum in lucem prodierant, ex quibus hodiè indubitata conſtat fraudulenta & hæretica Fauſti nequitia: quicquid ſit ad Doctores illos præcipuè ſcriptam & editam fuiſſe geminam, quam ſupra retulimus Illuſtriſſimorum Cardinalium Baronij & Bellarmini cenſuram, nemo neſcit: quorum ille. Cum

Baronius ad an. 490.
» igitur, inquit, Fauſti ſententiæ vbique ab Eccleſia Catholica
» fuerit contradictum, videant quanto periculo quidam ex recen-
» tioribus dum in nouatores inſurgunt, vt eos confutent, à Sancti
» Auguſtini ſententia de Dei Prædeſtinatione recedunt: cum alio-
» qui arma non deſint, quibus aduerſarij profligentur:] hic verò:
» Hæc admonere volui, inquit, propter aliquos qui noſtro tempo-
» re Fauſtum Catholicum fuiſſe contendunt.] Et adhuc magis

Bellarm. in Fauſto,
pręcisè quo ad Taperum ipſum de Gratia & Libero Arbitrio lib.
» 6. cap. 4. in fine his verbis: Quibus addę FAVSTVM propter hos

errores

errores habitum fuiſſe PELAGIANVM HÆRETICVM, vt teſtes ſunt Iſidorus &c. Quod ſi vir Doctiſſimus RVARDVS TAPERVS obſeruaſſet, non tam ſæpe Fauſtum Catholicum appellaſſet.] ‹‹ Fauſtus ‹‹ Reg. ‹‹ ‹‹ ‹‹

SIRMONDVS.

Non quod opinor ea in Fauſti libris non animaduerterent, in quibus naturæ noſtræ ad fidei initium, & alia plus aliquantò tribuere viſus eſt, quam par erat, ſed quod hæc, quæ ab illo tunc ſcribebantur, quando ita loqui fas fuit, eiuſmodi eſſe non intelligebant, propter quæ Catholici nominis iacturam fieri oporteret.

CONFVTATIO.

Immò veriùs Doctores illi Lutheranorum & Caluiniſtarum hæreſi, qui Deum peccati auctorem, & Prædeſtinationem quaſi fatalem neceſſitatem omnibus hominum actionibus inferentem, & Liberi Arbitrij peremptricem prædicarent, refutandæ nimis intenti, contra ſimiles hæreticos Prædeſtinatianos, qui nulli fuere non contra veram Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam ſcriptos eſſe Fauſti libros, errantes arbitrati ſunt: nec aliis intenti, aduerterunt inter reliqua hæreſis capita & impietates, Fauſtum veram Dei Prædeſtinationem impietatis & blaſphemiæ notare & donum gratiæ tam in præfatione quam cap. 18. & alibi paſſim in ſola doctrina repoſuiſſe: quod anathemate damnatum Concilio Carthag. capite quarto, & Fauſtum cap. 17. eo dementiæ & impietatis progreſſum, vt verè impios aſſerat, qui gratiam Chriſti non omnibus ingeri, non omnibus teſtantur impendi. Neque fucum facere poteſt quod ait R. P. ea tunc à Fauſto ſcripta Doctores illos intellexiſſe, *Quando ita loqui fas fuit*: hoc eſt vt in Galliæ Conciliis explicat ante ſecundam Arauſicanam Synodum: id enim illis Theologis in mentem venire non potuit, cùm ex errore communi (quem R. P. detexit) Synodus illa ante Fauſti libros edita crederetur. Sed quid multa? Doctorum illorum error cenſuræ Gelaſii Papæ, & tot Sanctorum virorum iudicio Alcimi, Auiti, Fulgentii, Cæſarii, aliorumque qui libros Fauſti vt peſtilentes atque hæreticos damnarunt, & impugnarunt, preponderare non poteſt, niſi apud Pelagianę prauitatis reliquias.

SIRMONDVS.

Quid enim alioqui futurum tot Patribus, tum Græcis, tum Latinis, quorum par ſit ratio, quid Auguſtino ipſi, qui de Sanctorum Prædeſtinatione ſcribens, eadem ſe olim de ortu fidei ſenſiſſe confeſſus eſt: nam aut eadem cum Fauſto tabellà damnandi ſunt, aut quæ iſtos abſoluet eàdem Fauſtum abſolui neceſſe erit, aut diſcrimen oſtendi.

Fauſtus Reg.

CONFVTATIO.

Longè alia ratio tam Auguſtini ante Epiſcopatum, quàm reliquorum Patrum, & Fauſti: neque enim eò impudentiæ & impietatis quiſquam ante illum proceſſit, vt veram & orthodoxam Eccleſiæ fidem, & iam confirmatam Cœleſtini Papæ auctoritate S. Auguſtini doctrinam auſu temerario & ſacrilego impietatis & blaſphemiæ, ſicut Fauſtus arguere præſumpſerit. Et meminerit R. P. ſaluberrimæ Eccleſiæ Lugdunenſis etiam à ſuo

Hincm. de Prædeſt. in præfat.

Hincmaro comprobatæ cenſuræ, in præfatione poſterioris operis » de Prædeſtinatione in fine: quia non ſtatim eſt hæreticum, quod » ignoranter à fide ſentitur diuerſum, ſi non fiat pertinaci conten- » tione hæreticum.] Deinde maximum diſcrimen eſt inter eos, qui nondum natâ Pelagianorum hæreſi ſcripſerunt, & eorum qui poſt non ſolùm diſcuſſam, ſed & toto orbe damnatam illorum impietatem exorti ſunt, vt de ipſo Sancto Ioanne Chriſoſtomo obſer-

Auguſt. contra Iulian. lib. 1. cap. 6.

» uauit Sanctus Auguſtinus contra Iulianum lib. 1. cap. 6. Cur non » ipſe, inquit, addidit propriâ: cur putamus, niſi quia diſputans in » Catholica Eccleſia non ſe aliter intelligi arbitrabatur, tali quæ- » ſtione nullus pulſabatur, vobis nondum litigantibus ſecurus lo-

Idem ſerm. 14. de verb. Apoſtoli in fine.

» quebatur.] Et ſermone 14. de verbis Apoſtoli in fine: Fundata » iſta res eſt, inquit, ferendus eſt diſputator errans in aliis quæ- » ſtionibus non diligenter digeſtis, nondum plenâ Eccleſiæ aucto- » ritate firmatis, ibi ferendus eſt error, non tantum progredi de- » bet, vt etiam fundamentum ipſum Eccleſiæ quatere moliatur.]

De Præd. Sāct. cap. 14.

Denique de prædeſtin. Sanct. cap. 14. Huic ipſi objectioni reſ- » pondens Sanctus Auguſtinus: quid opus eſt, inquit, eorum ſcru- » temur opuſcula, qui priuſquam illa hæreſis oriretur, non ha- » buerunt neceſſitatem in iſtâ difficili ad ſoluendum quæſtione » verſari.]

SIRMONDVS.

Quæ cum ita ſint videant nunc quò ſe adigant ex Æui noſtri Theologis ij, qui cum Maxentio Maxentiique æmulo Gotteſchalco Fauſtum hæreticis adcenſere non extimeſcunt, ac pro ea quam veritati, Sanctoque Antiſtiti debent reuerentiâ, ſi de Fauſti libris decernendum eſt: ne ſupra Sedem Apoſtolicam, Gelaſiumque & Hormiſdam ſapere velint, quibus ſatisfuit non primæ illos auctoritatis, hoc eſt Apocryphos dicere, non hæreticos.

CONFVTATIO.

Iam verò, *videant quò ſe adigant* qui cum Gennadio contra cenſuram Sancti Adonis Viennenſis Archiepiſcopi, contra ſententiam & Decreta tot Summorum Pontificum, & Sanctorum Epiſcoporum, Fauſti libros laudant, eius Phariſaïcam ſuperbiam, & inſolentem in Deum ipſum ingratitudinem pro Sanctitate vene-

Digitized by Google

rantur, & fallaces eius calliditates pro veritate Catholica nobis obtrudunt: *Qui* autem *cum Maxentio, eiuſque* in hac tantùm in qua verſamur quæſtione de vera Chriſti Gratia & abſoluta Dei Prædeſtinatione *Æmulo Gotteſchalco Fauſtum hæreticis*, vel ſaltem hæreticorum doctrinam propugnantibus *adcenſere*, erroréſque eius, & commenta Catholicæ veritati contraria libris illis contenta anathematizare *non extimeſcunt*, vtroque ſæculo & Maxentij, & miſerabilis illius Monachi certiſſimos veræ & indubitatæ fidei duces habent & patronos, Summos Pontifices, Concilia & plurimos Antiſtites, non minus Sanctitate quàm doctrinâ præfulgentes: ſcilicet cum Maxentio præter Epiſcopos in Sardinia exules, Petrum Diaconum & alios plurimos, habent Summos Pontifices Sanctum Gelaſium, Hormiſdam, & Fœlicem, quartum Concilium Romanú, 70. Epiſcoporum, & Arauſicanum ſecundum, Epiſcopos verò Sanctum Auitum, Sanctum Cæſarium, Sanctum Fulgentium, & Facundum Hermianenſem: & ſæculo ſequenti Sanctum Iſidorum. Item nono ſæculo cum Gotteſchalco Nicolaum 1. Summum Pontificem, Concilium Valentinum 3. & Lingonenſe. Epiſcopos verò Sanctum Prudentium Tricaſſinum, Sanctum Remigium Lugdunenſem, & Sanctum Adonem Viennenſem, & plurimos non minus pietate, quam doctrinâ celebres in Eccleſia Viros, clariſſimum Abbatem Lupum Ferrarienſem, qui Epiſtolâ 111. Fauſtum illum infauſtum vocat, de his ipſis libris agens. Infauſtum, inquit, etiam Fauſtum efferant; & Epiſtolâ 112. ad eundem ne de Fauſto Manichæo locutus eſſe crederetur ſic expoſuit, Fauſtum dirigi poſtulaui non quem refellit Auguſtinus; ſed quem notat in Decretis Gelaſius.] Et in libello ſuo ad Regem Karolum Caluum. Quod ſi quis, inquit, excellentiæ culminis veſtri oſtendat aut oſtenderit Fauſtum quendam de his longè diuerſa ſcribentem: ne acquieueritis erranti: quoniam doctus Papa Gelaſius cum 70. Epiſcopis Viris eruditiſſimis, qui ſcriptores eſſent vel non recipiendi, ſtatuens poſt commendationem Auguſtini & ſingulares laudes Hieronymi, memorati Fauſti ſcripta his verbis exauctorauit. *Opuſcula Fauſti Reienſis Apocrypha.*]

Fauſtus Reg.

Lupus Ferrar. Epiſt. 111.

Idẽ Epiſt. 112.

Idem ad Regem Karolum.

Sed & noſtro ſæculo præter Sixtum Senenſem & Doctorum omnium cateruam duces habent & patronos (vt iam vidimus) Illuſtriſſimos Cardinales Baronium & Bellarminum, quorum iudicium piis omnibus etiam R. P. reuerendum eſt, atque etiam receutiſſimè R. P. Dionyſium Petauium, qui tom. 1. de Theologicis dogmatibus lib. 9. cap. 2. Fauſtum ipſum Semipelagianorum Anteſignanum appellare non veretur: videat etiam quò ſe adigat R. P. dum etiam Hincmarum ſuum quem errantem ducem ſæpiſſimè

Fauſtus Reg.

ſequi non dedignatur, Fauſti libros propter maleſanæ doctrinæ zizania damnatos, ſolâ vrgente veritate etiam inuitum profiteri coactum, deſerere non veretur.

Videat etiam quò ſe adigat R. P. cùm nouo & inaudito hactenus commento cenſuram Gelaſij Papæ, & Concilij Romani ſeptuaginta Epiſcoporum in Fauſti libros eludit: aſſerens *libros illos dictos tantum non eſſe primæ auctoritatis, hoc eſt Apocryphos dicere non hæreticos.*] Quaſi verò alio & diſtincto cathalogo, vel etiam alio verbo aliorum hæreticorum libri condemnati ſint.

Conc. Roman. ſub Gelaſio.

» Nonne ſine vlla diſtinctione dictum, opuſcula Tertulliani ſiue » Africani Apocrypha, opuſcula Iouiniani & Galli Apocrypha, » opuſcula Montani, & Priſcillæ, & Maximillæ Apocrypha, om- » nia opuſcula Fauſti Manichæi Apocrypha, opuſcula alterius Cle- » mentis Alexandrini Apocrypha, opuſcula Caſſiani Presbyteri » Galliarum Apocrypha, opuſcula Pictauienſis Victoris Apocry- » pha, opuſcula Fauſtini Reginenſis Galliarum Apocrypha.] Et ſic iuxta R. P. opuſcula Tertulliani, Iouiniani, Montani, Fauſti Manichæi & reliqua non hæretica, ſed tantum non primæ auctoritatis: quis hæc ferat, quis tam deſipiat, vt ſic ſapiat?

Et hic veriſſimè quæ de Auguſtino & aliis Patribus argutè præcedenti lectione dixit R. P. à contrario dictâ maximè vrgent. Nam *aut* (inquit R. P.) *eâdem cum Fauſto tabellâ damnandi ſunt, aut quæ illos abſoluet, eâdem Fauſtum abſolui neceſſe erit, aut diſcrimen oſtendi:* Sed diſcrimen maximum oſtendimus; hîc verò ne minimum quidem fingi poteſt, ſiquiden in eodem Canone nullâ, ne minimâ diſtinctionis notâ, de operibus Tertulliani, Fauſti Manichæi, ac aliorum hæreticorum, vt de Fauſti Regienſis operibus dictum APOCRYPHA nullo alio, quam hoc ipſo verbo condemnationis lara ſententia: igitur aut eâdem eum Fauſto tabellâ illi omnes hæretici abſoluendi, aut quæ illos vt hæreticos damnauit eâdem tabellâ Fauſtum, vt hæreticum damnatum fuiſſe neceſſe eſt: Sicque condemnatum agnouere Fauſtum Illuſtriſſimi Cardinales: Baronius ſiquidem & verſipellem vulpeculam, & hæreticum vocat, vel quod habet eandem vim, libros de quibus agitur, ſæpius hæreſis notat: Bellarminus verò libellos illos præciſè à Gelaſio dicit damnatos; nec abludit Hincmarus in aliis R. P. amiciſſimus, nec in hoc ſuſpectus vt ſupra: nec ab hac ſententia abfuit R.P. in notis ad Sidonium & in Concil. antiq. Galliæ ad Concilium Arelatenſ. Vimque verbi illius, Apocrypha, ſeu valde occultanda optimè expreſſit Lupus Ferrarienſis in ſupradicto libello vbi cenſurâ illâ notat exauctoratos fuiſſe libros illos nec vllomodo recipiendos.]

Adhuc etiã oſtendere facillimũ eſſet libros illos Fauſti plurimâ

Pelagianæ hæreſis purulentiâ vndique ſcatere, ſed cui prædicta non ſufficient plura non proderunt, vt cautum fuit Concilio Arauſicano Secundo cap. vlt. & in prauum ſenſum obduratus, non niſi ſingulari Dei gratiâ pijs precibus impetrandâ reſipiſcet. Erga plurimos ſiquidem de diuinæ miſericordiæ diuitiis ſperandum, vt quos nunc libero falli Arbitrio ſuo ab humilitatis via patitur euagari, non vſquequaque neque in finem intelligentia ſit fraudaturus.] Interim aduertat pius lector quam miſera & quam deſperata ſit ſuſceptæ cauſa, quæ non niſi tam abſonis & Apocryphis commentis poſſit fulciri & ſubſiſtere. Conc. Arauſic.

CAPVT IX. Apud R.P. Sirmondum.

De Synodo Arausicana II. in qua Prædeſtinatorum hæreſis damnata eſt.

Confutatur:

Prædeſtinatianæ fabulæ vanitatem ex hac Synodo maximè oſtendi, vt pote quæ nullos ſe tales hæreticos agnoſcere palam ſignificet: Sed tantùm ſibi intentatam à Pelagianorum reliquijs huius hæreſeos calumniam reijciat.

Pars prima.

Omnivm quæ peruerſis illis Pelagianorum reliquiis inflicta ſunt, grauius nullum vulnus fuit quam quo à 13. Epiſcopis affecti ſunt in Concilio Arauſicano ſecundo, vt ipſo R. P. teſte probabitur, ſed priùs inquirenda huiuſce Concilij cauſa, iam vidimus capite præcedenti Sanctum Cæſarium priùs Lerinenſis Monaſterij præfectum meritiſſimum, deinde Arelatenſem Epiſcopum Sanctiſsimum, perfectæ Chriſti gratiæ amatorem & profeſſorem intrepidum, huiuſce Pelagianę prauitatis cum omnibus reliquiis è Galliis prorſus exterminandæ ſtudioſiſsimum, edidiſſe teſte Gennadio de viris illuſtribus cap. 86. de gratia & Libero Arbitrio teſtimonia diuinarum Scripturarum & Sanctorum Patrum iudiciis munita, vbi docuit, nihil hominē de proprio aliquid agere boni poſſe, niſi eum diuina gratia præuenerit.] Et opus illud circa annum 527. aut 28. oblatum à Cæſario fœlici Papæ, quò auctoritate Apoſtolicâ munitum & roboratum maiori vtilitati cederet, eóque magis Pelagianæ prauitatis inſultus reprimerentur. Gennadius de Viris Illuſt. c. 86.

Conc. Arauſic.

Sed & Cęſatium Encyclicâ Hormiſdę Papę ad Poſſeſſorem decretali monitum, Romæ in ſcriniis Eccleſiaſticis ſeruari capitula de gratia Dei & Libeto Atbitrio, quæ huic hęreticorum reprimendæ nequitię plurimum poſſent, rogaſſe ſimul Summum Pontificem, vt ſibi capitula illa deſtinaret, vel Fœlicem ipſum motu ptoprio de opete Cæſatij confirmando togatum ſolius Paſtoralis curæ, ac gratiæ Chriſti zelo, vnà cum operis illius confirmatione capitula illa ad Cęſatium emiſiſſe, eo propoſito, vt in Synodo publicanda procuraret. Alterutrum cettum, ſed quod illorum, incettum. Siquidem in præfatione Atauſicę Synodi hoc ſolùm obſeruatum capitula illa ab Apoſtolica Sede Cęſario tranſmiſſa ſecundùm auctoritatem & admonitionem Sedis Apoſtolicæ publicanda.]

Conc. Arauſ. in præfat.

Potro capitula illa numeto 25. à Sede Apoſtolica tranſmiſſa & in Synodo illa confirmata ex operibus Sancti Auguſtini contra Pelagianos, & ex Proſperi ſententijs ſelecta Capitula non dubitabit quiſquis tertium tomum opuſculorum inſigniorum in Pelagianos Louanij hoc anno 1648. editum inſpexerit, in quo ad ſingula Concilij huiuſce Capitula citationes appoſitæ ſunt, ſed à quo collecta ſeu ſelecta non ſatis liquet. Illuſtriſsimus Cardinalis Bellarminus de gratia & Libeto Arbitrio lib. 2. cap. 11. cenſuit Capitula illa ex libris Sancti Auguſtini verbatim excerpta, à Sancto Leone Summo Pontifice emiſſa, quoniam in illo tunc communi errore fuit, vt hoc ſecundum Arauſicanum Concilium ſub eius' Pontificatu celebratum credetet: nihilominus ſi quod veriſimilius credimus, proponere liceat, Capitula illa ab ipſo Proſpero videntur ſelecta, (vt 408. aut citcitet ex Sancto Auguſtino collegit ſententias) & ea vna cum Capitulis decretali Cæleſtini Papæ ſubiectis pet ipſum Proſperum Sancto Leoni Papæ cui familiatis & à Secretis fuit, oblata, & ex tunc ab ipſo Leone Summo Pontifice Orthodoxę fidei maximè etiam contra Pelagianos vindice acerrimo in ſcriniis Eccleſiaſticis cum Synodi Africanæ Capitulis conſignata, vt ex iis quaſi armario publico in eoſdem hæreticos eorúmque emergentes reliquias ſicubi opus eſſet, emittetentur iacula: idque etiam ex eo confirmatut, quod plurima Capitulorum illorum verbo ad verbum concinant ſuptadictis ipſius Proſperi ſententiis ex operibus Sancti Auguſtini excerptis. Et Capitulum 8. in ſingularem Caſſiani hæteſim editum reperitur aſſerentis: Alios miſéricordia, alios pet Liberum Arbitrium ad Baptiſmi gratiam peruenire: quod pluribus impugnauit Proſper contra Collat. cap. 13. & alibi paſſim. Vt vt ſit de his Capitulis locutum Hormiſdam in decretali ſua ad Poſſeſſorem, eaque in hac Arauſicana Synodo fuiſſe poſteà ſancita non impro-

Bellarm. de grat. & lib. arb. lib. 3. cap. 11.

Digitized by Google

babile eſt, & qui Hormiſdæ illam Epiſtolam cum præfatione huiuſce Synodi conferet vix dubitabit & ſic rectè conſtare & confirmari videtur origo Capitulorum illorum, quibus à Cęſario receptis anno 529. Decio Iuniore conſule, vt habetur in hac pręfatione Concil. Arauſic. ſecundi: eum ad dedicationem Baſilicæ in Arauſica ciuitate Deo propitiante, & ipſo inuitante Cæſarius cum aliis 12. Epiſcopis conueniſſet, id omnibus ſecundùm auctoritatem & admonitionem Sedis Apoſtolicæ iuſtum & rationabile viſum eſt, vt pauca Capitula ab Apoſtolica Sede tranſmiſſa, quæ ab antiquis Patribus de certis Scripturarum voluminibus collecta ſunt ad docendos ore, qui aliter, quàm oportet ſentiunt, ab omnibus obſeruanda proferre & manibus propriis ſubſcribere deberent, quibus lectis qui huc vſque non ſecundùm oportebat, de gratia & Libero Arbitrio credidiſſet, ad ea quæ fidei Catholicæ conueniunt animum ſuum inclinare non differret] & appoſitis 25. illis Capitulis ſummam eorũ recapitulationem ſubiecere: & quoniã ex illis (iuxta Proſperũ Epiſtola ad Auguſtinum) neceſſario ſequeretur, Deum ſecundùm propoſitũ, & conſilium voluntatis ſuę occulto iudicio & opere manifeſto aliud vas condere in honorẽ, aliud in contumeliã; quia nemo niſi per gratiã iuſtificetur, & nemo niſi in præuaricatione naſcatur.] Idque ita refugerent & auerſarentur Maſſilienſes, Fauſtus & cæteri Pelagianæ prauitatis reliquiæ, vt Sanctum Auguſtinũ eiuſque diſcipulos perfectę Chriſti gratiæ profeſſores Deum Prædeſtinatione ſuâ neceſſitatẽ fatalem inferre & malorũ omnium auctorem eſſe profiteri calumniarentur, eoſque Prædeſtinatorum quaſi hæreticorum nomine inceſſerent; Concilij illius Patres, quo ſe ab illa calumnia longè abeſſe oſtentarent, ſub Anathemate tàm horrendam blaſphemiam à ſe ipſis remouentes his verbis damnauerunt. Aliquos verò ad malum diuinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis Anathema dicimus.]

Conc. Arauſic.

Conc. Arauſic. 2. in præfat.

Proſper Epiſtolâ ad ad Auguſt.

Ibid. Can. vlt.

Peracto Concilio, vt habetur in vita Sancti Cœſarij multi æmuli ſurrexerunt, qui eius reſiſterent doctrinæ, & ſuſurris & malâ interpretatione quorumdam oborta eſt contra prædicationem hominis Dei ſiniſtra ſuſpicio, nec homines tantum è vulgo, & inferioris notæ, ſed etiam aliqui Galliarum Epiſcopi huius Concilij definitiones ſequi detrectabant, & vt ex ipſa Cæſarij querela refert Bonifacius ſecundus Summus Pontifex Epiſtolâ ſuâ ad ipſum Cæſarium: cum illi ex tera iam bona ex Dei acquieuerint gratia prouenire, fidem tantùm, quâ in Chriſto credimus, naturæ eſſe velint non gratiæ, & hominibus ex Adam (quod dici nefas eſt) in Libero Arbitrio remanſiſſe, non etiam nunc in ſingulis miſericordiæ diuinę largitate conferri.] Quapropter Sanctus Cęſarius, vt Capitula illa, quæ in Concilio Arauſicano ſancita fuerant, ipſiúſque

Vita S. Cæſarij.

Epiſtolâ Bonifacij 2. ad Cæſar.

Digitized by Google

Conc. Arauſic.

definitiones nihil reuera continebant præter Capitula ipſi ab Apoſtolica Sede per Felicem Papam tranſmiſſa, iuxta ipſius mandatum promulgata, ſic ad eundem Summum Pontificem Concilium ipſum retulit Cæſarius, quo per Sedis Apoſtolicæ auctoritatem confirmatum, ab omnibus ceſſante murmurantium & obloquentium detrectatione ſuſciperetur: idque mediante Bonifacio à Fœlice Summo Pontifice Epiſtolâ ad eum ſcriptâ meritò obtinere ſe poſſe ſperauerat: ſed eodem tempore defuncto Fœlice Bonifacius ipſe Summus Pontifex creatus, ipſo ſui Pontificatus initio anno ſcilicet 531. menſe Ianuario emiſsâ ſingulari ad Sanctum Cæſarium Epiſtolâ rei geſtę ſerie qualem retulimus enarratâ, Apoſtolicâ auctoritate confeſſionem Cæſarij, aliorúmque Pontificum, ſeu Concilium ipſum Arauſicanum confirmauit.

In vita S. Cæſarij.

» Cæſarius autem adeptâ illâ confirmatione, cùm aliqui Epiſcopi » eius inſcij in errore & obſtinatione illa perſeuerantes Valentiæ eſ» ſent congregati, nec præ valetudine ibi vti diſpoſuerat properare » poſſet, miſit illic præſtantiſſimos viros de Epiſcopis cum Presby» teris & Diaconibus, & inter alios Sanctum Cyprianum Tolonen» ſem Epiſcopũ, qui productâ Bonifacij Papę confirmatione iurgâ» tium omniũ colluctationem cõpeſcuit, & ab omnibus receptę Cõ» cilij definitiones] vt ex vita S. Cęſarij hîc refertur à R. P. & ita in» quit auctor donante Chriſto paulatim Eccleſiarum Antiſtites re» ceperũt, quod optauerat Diabolus repentinâ animoſitate ceſſare.]

P. Sirm. in notis Pſeudoconc. Arelat.

Et graui ac diuturnæ conteſtationi (iuxta R. P. to. 1. Conc. Antiq. Gall. ad annum 455. (vbi de Apocrypho illo Concilio Arelatenſi) » quæ doctiſſimos & Sanctiſſimos vtriuſque Viros in Gallia centum » ampliùs annos exercuit, finem poſteà tandem attulit Synodus » Arauſicana ſecunda, quæ totam de gratia & Libero Arbitrio con» trouerſiam ex Sancti Auguſtini ſententia compoſuit.]

Sed id acceptũ referri debere auctoritati Sedis Apoſtolicę, & cõfirmationi Bonifacij Papę, docent præter S. Cæſarij vitâ, duo celeberrimi manuſcripti Codices, quibus vſus eſt R. P. Foſſatenſis & Laudunenſis, in quibus Concilio Arauſicano præponitur Bonifacij

Annotatio ad Conc. Arauſ.

» hæc Epiſtola, hac etiam huic præfixâ annotatione: in hoc Codice » continetur Synodus Arauſicana, quam per auctoritatem Sanctus » Papa Bonifacius confirmauit: & ideo quicunque aliter de gratiâ & » Libero Arbitrio crediderit, quàm vel iſta auctoritas continet, vel » in iſta Synodo conſtitutum eſt, contrarium ſe Sedi Apoſtolicæ, & » vniuerſæ per totum mundum Eccleſiæ eſſe cognoſcat.]

Nec etiam prętermittendũ quod licet in hac Synodo de gratuita & abſoluta Dei Prædeſtinatione nihil expreſsè fuerit definitum, nihilominus quoniã illa (vt ex Proſperi Epiſtolâ ad Auguſtinũ iam retulimus) ex gratuito fidei Dono, & omnia merita præueniente

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti gratia, quæ ſingulis non omnibus datur, neceſſariò ſequitur ipſam tacitè & virtualiter definitam: Et ſic cenſuerunt præcipui Catholicæ fidei defenſores, maximè Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus, de gratia & libero arbitrio, libr. 2. cap. 11. Porrò, inquit, in illis Capitulis Concilij Arauſicani continentur omnia fundamenta ſententiæ, de Prædeſtinatione gratuitâ, vt non poſſit vllus Prędeſtinationem negare, niſi velit illis Capitulis contraire.] Et hoc ipſum obſeruauerat etiam ipſe Sanctus Auguſtinus, de Dono perſeuer. cap. 16. Aut enim, inquit, ſic Prædeſtinatio prædicanda eſt, quemadmodum eam Sancta Scriptura euidenter loquitur, vt in Prædeſtinatis ſine pœnitentia ſint dona & vocatio Dei, aut gratia Dei ſecundùm noſtra dari merita confitendum, quod ſapiunt Pelagiani, &c.] quo vero fundamento Reuerendus Pater iam hoc ipſo Concilio Prædeſtinatorum hæreſim damnatam comminiſcatur, expendendum.

Concil. Arauſic.

Bellar. De Grat. & Lib. Arbit. lib. 2. c. 11.

Auguſt. de Dono Perſeuer. c. 16.

CAP. IX. PARS ALTERA.

SIRMONDVS.

Inter eos, qui Proſperi exemplo poſt eius exceſſum diuinæ gratiæ partes ſuſceperunt in Gallia Princeps fuit Cæſarius Arelatenſis Antiſtes, Sancti Auguſtini non doctrinæ modo ſtudioſiſſimus, verùm etiam perſonæ: adeo vt præ Auguſtini amore, morti vicinus extremum vitæ diem proximum illi, qui vltimus Auguſtino fuerat, ſibi contingere optaret, quod obtinuit. In hanc ergo curam enixiùs incumbens, ad illorum errores extirpandos ſe conuertit, qui reliquiæ Pelagianorum à Proſpero dicti, Semipelagianorum poſtea nomen in ſcholis Theologorum ſortiti ſunt: qui etſi Pelagiani prorsùs non erant, eiſque prorsùs aduerſabantur: libero tamen arbitrio plus æquo indulgentes, de gratia beneficiis infra dignitatem ſentiebant.

CONFVTATIO.

Quod hic de Cæſario refertur, quis non agnoſcat, quis non toto corde ſuſcipiat? ſed quod de Pelagianorum reliquiis, ſiue Semipelagianis aſſeritur, *eos prorsùs non fuiſſe Pelagianos, & prorsùs aduerſatos eſſe Pelagianis.* Prorsùs abnuimus & inficiamur. Quoniam vero Pelagianarum reliquiarum, ſeu Semipelagianorum virus eò periculoſiùs quò occultiùs & ſubtiliùs ſerpit, nec deſunt plurimi qui hoc etiam noſtro ſæculo eorum ſenſa, licet ab Eccleſia damnata recipere, in publicum proferre, & laudare non verentur, quibus hæc Reuerendi Patris ſententia plurimum fauet. Operæ prætium erit pluribus oſtendere longè aliam fuiſſe illo ſæculo totius Eccleſiæ ſententiam, ore Proſperi, Leonis, Gelaſij, Fulgentij & Ferrandi Diaconi prolatam, vt iam vidimus, celeberrimum eorum Primicerium ſeu Anteſignanum Fauſtum, & illo & noſtro ſæculo, vt hæreticum proſcriptum.

Proſper Epiſt. ad Auguſt.

Digitized by Google

Concil. Arauſic.

Longè itaque aliud, de Pelagianorum reliquiis fuit, Proſperi, (qui illos magis nouit) iudicium: ſiquidem Epiſtola ad Auguſtinum: quidam verò, inquit, horum in tantum à Pelagianis ſemitis
» non declinant, vt cùm ad confitendam eam Chriſti gratiam, quæ
» omnia præueniat merita humana cogantur, ne ſi meritis redditur
» fruſtra gratia nominetur, ad conditionem hanc velint vniuſcuiuſ-
» que hominis pertinere, &c.] Et paulò poſt: vnde quia in iſtis Pe-
» lagianæ prauitatis reliquiis non mediocris virulentiæ fibra nutri-
» tur: ſi principium ſalutis malè in homine locatur, &c.] Et Sanctus

Auguſt. ad Prædeſt. Sanct. c. 2.

Auguſtinus huic Proſperi Epiſtolæ reſpondens, de Prædeſt. Sanct.
» cap. 2. non ergo receditur ab ea ſententia, quam Pelagius ipſe in
» Epiſcopali iudicio Palæſtino, ſicut eadem geſta teſtantur damnare
» compulſus eſt gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari: ſi non
» pertineat ad Dei gratiam, quod credere cœpimus, &c.]

Proſper ad Ruffin. ca. 1. & 2.

Sed & Proſper Epiſtolâ de libero arbitrio ad Ruffinum cap. 1. & 2. nullo modo diſtinctas in præcipuo hæreſis capite cenſuit Pelagianorum reliquias ab ipſis Pelagianis; ſed eoſdem ipſos poſt condemnationem, dogmata colore tantùm variaſſe. Cùm ergo,
» inquit, totam iuſtitiam hominis ex naturali vellent rectitudine ac
» poſſibilitate ſubſiſtere, atque hanc definitionem doctrina ſana re-
» ſpueret, damnatum à Catholicis ſenſum, & multis poſtea hæreti-
» cæ fraudis varietatibus coloratum, hoc apud ſe ingenio ſeruaue-
» runt, vt ad incipiendum, & ad proficiendum, & ad perſeuerandum
» in bono neceſſariam homini Dei gratiam profiterentur. Sed in hac
» profeſſione quomodo vaſa iræ molirentur irrepere, ipſa Dei gratia
» vaſis miſericordiæ reuelauit. Intellectum eſt enim ſalubertiméque
» perſpectum, hoc tantùm eos de gratia confiteri, quod quædam li-
» bero arbitrio ſit magiſtra; ſéque per cohortationes, per legem, per
» doctrinam, per creaturam, per contemplationẽ, per miracula, per-
» que terrores extrinſecus iudicio eius oſtendat, quò vnuſquiſque
» ſecundum voluntatis ſuæ motum, ſi quæſierit inueniat, ſi petierit
» recipiat, ſi pulſauerit introeat &c.] Ita vt ex his & ſequẽtibus luce clariùs pateat apud vtroſque, Pelagianos ſcilicet, eorúmque reliquias, idem eſſe hæreſis fundamentum, idem ipſum virus, idem conſilium, idem propoſitum, verbóque magis quàm re mutatas iiſdem de rebus ſententias.

Proſper cõtra Collat. cap. 41.

» Ideoque idem ipſe Proſper contra Collatorẽ cap. 41. Paria ſunt,
» inquit, vnius ſeminis germina, & quod latebat in radicibus ma-
» nifeſtatur in fructibus; Non ergo cum iſtis nouâ acie dimicandum
» eſt, nec quaſi contra ignotos hoſtes ſpecialia ſunt ineunda certa-
» mina: Tunc iſtorum machinæ fractæ ſunt, tunc in ſuperbiæ ſociis
« ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius,

Cap. 44.

» &c.] Et cap. 44. vtroſque lupos vocat, hac vnicâ diſtinctione quod

Digitized by Google

Pelagiani eſſent manifeſti, Reliquię vero occulti, & vtroſque ab Eccleſia expellendos cenſet. Et in cuſtodia Dominici gregis (inquit « ad Sixtum Summũ Pontificem) hæc ſit pars gloriæ huic reſeruata « Paſtori, vt ſicut illi lupos abegere manifeſtos, ita hic depellat oc- « cultos.] Et in Epiſtola ad Demetriadem, in ſpeciem tantùm non in rei veritate eos inter ſe diſſidere, eoſque Pelagianæ prauitatis dogmata omnia retinere docet: poſtquam ſiquidem cap. 7. oſtendit veræ humilitatis Chriſtianæ proprietatem eſſe in confeſſione gratiæ, quæ tota repellitur, niſi tota ſuſcipitur. Sicut enim, inquit, alienus eſt à numero fidelium, & à ſorte Sanctorum, « qui in aliquo à Catholica veritate diſſentit, ita extra gratiam effi- « citur, qui aliquid de eius plenitudine diffitetur.] Cap. 10. vbi « Pelagianorum ſimulatam probitatem, eorumque praua dogmata expoſuit, & vltimo poſito quaſi præcipuo de inſincera gratiæ confeſſione, de ipſorum reliquiis ſic effatur: quam partem ſuperbæ prædicationis quidam ſibi cum cætera abnuerent, ſeruauerunt: « ſed hoc eos aut nimis imperitè, aut valdè nequiter feciſſe non du- « bium eſt: vt omnium hominum generalem ruinam meritorum « priuilegio ſubleuarent: Et cum inter noſtros originalis peccati « vulnera faterentur, inter ſuos tamen hoc tenere oſtenderent, « quòd primorum hominum præuaricatio ſolis imitatoribus ob- « fuiſſet, naturalem autem facultatem nihil ſui in alieno amiſiſſe « peccato, cui & poſſibile eſſet, & liberum, per voluntariam de- « uotionem promereri gratiæ largitatem: Verùm iſtam damnati « dogmatis portionem Catholicæ mentes facilè intelligunt, & me- « ritò deteſtantur, &c.] «

Conc. A auſic.

Idem ad Demetr. cap. 7.

Cap. 10.

Sed omnium optimè & pleniſſimè idem Proſper exequitur in carmine de ingratis. Primùm ſiquidem cap. 6. inducit Pelagianos Maſſilienſibus ſupplicantes, quò in gratiam ab eis recipiantur: vt pote quorum in omnibus, cæteris reiectis, probent, & ſequantur ſententiam.

Proſper de ingratis cap. 6.

Quæque placent vobis amplectimur: Edita nobis
Doctrinæ veſtræ eſt pietas: nihil inficiando
Diſcutimus: liceat vobiſcum iungere ſenſum:
Immortalem hominem factum ſi creditis, & nos
Credimus: inciderit mortem peccando, ſuámque
Progeniem culpâ, & letho deuinxerit omnem:
Nullus non egeat Sacro Baptiſmate Chriſti,
Infantéſque etiam purgentur fonte lauacri:
Dum noſtri decus arbitrij, luménque creatum
Principio, quod ſponte poteſt inſiſtere rectis,
Manſerit illæſum, nec viribus abſit ab illis,
Quas condente Deo generaliter omnis in Adam

Conc. Arauſic.

Suſcepit natura hominis, nec ſuppetat vlli
De non accepta arbitrii virtute querela;
Cùm ſine delectu ſeù lex, ſeù gratia Chriſti.
Omnem hominem ſaluare velit; donúmque vocantis
Sic ſit propoſitum, vt nullus non poſſit ad illud
Libertate ſuâ, proprióque vigore venire.
Sítque ſalus dignis ſaluari ex fonte volendi:
Hæc ſi veſtra fides, veſtra eſt doctrina, remotis,
Quæ veſtro exemplo reiicimus, addite ſanctis
Nos gregibus, tandémque bonis defendite veſtros.

Deinde Cap. ſeq. huiuſmodi Pelagianorum Reliquias his auditis querelis maximâ anxietate detineri docet, & cap. 8. Pelagianos optimo iure petere poſſe cenſet, ſic de ſe indicari, vt vel in Eccleſiam recipiantur, & quod illi docent docere permittantur: vel etiam illi vnà ſecum foras pellantur. Sed hîc maximè aduertendum quod ibidem cap.38. obſeruauit, Maſſilienſes, & ſimiles Pelagianorum reliquias voce tenus tantùm damnare Pelagium, eúmque innumeros ſeducturum fuiſſe, ſi doctrinæ ſuæ poculum præleuiſſet, quoſdam errores ſuos, vt Pelagianorum Reliquiæ callidiùs tradendo.

Ibid. carm. 38.

Quid prodeſt verbis commentum Pelagianum
Reſpuere, & ſolâ damnatos plectere voce,
Cùm paucis ſqualidâ ſublatis de cute neruis,
Intima viperei foueantur viſcera ſenſus.
O benè quod diri erroris malus ille magiſter
Nullo præleuit lethalia pocula melle:
Sed non ambiguâ infectum feritate venenum
Protulit, & guſtu virus detexit amaro.
Nam ſi argumenti primordia non oneraſſet
His, quæ diſcipuli dempſerunt callidiores,
Innumeras dubio cœpiſſet plaſmate mentes;
Quæ dum multa vident informia, limine in ipſo
Horrida terrificæ declinant atria mortis:
Nec tam illi poſſunt attriti illudere fures,
Quorum quò tendant artes, atque vnde oriantur
Non dubiis promptum eſt cuiuis agnoſcere ſignis.

Denique Capite ſequenti 39. exponit Proſper quid à Maſſilienſibus, & ſimilibus Pelagianæ prauitatis reliquiis de dogmate Pelagiano & damnaretur, & retineretur.

Cap. 39.

Non igitur cum damnatis ſentire videntur
Cùm dicunt mortem in cunctos tranſire per vnum
Primum hominem, cuius crimen reſperſerit omnes,
Nec quemquam in vitam æternam, niſi fonte renatum

Venturum: infantéſque reos hoc munere ſolui, Conc. Arauſic.
Quos prima ad mortem generaliter edat origo:
Sed cum damnatis ſapiunt, damnataque promunt,
Cum dicunt nihil eſſe animis per vulnus auitum
Detractum decoris, ſplendorémque omnibus illum
Nunc talem innaſci, qualis fuit ante ruinam.
Hinc libertatem arbitrii diſcernere ſano
Poſſe oculo cordis, quicquid ſit ritè gerendum,
Nec ſolum ad vitæ præſentis commoda ſolers,
Sufficere ingenium, quo ſe tueatur & ornet:
Sed ſummis etiam mentem aptam percipiendis
Aeterníſque bonis, ſpontè ad Cœleſtia ferri:
Pérque viam ad Chriſtum, quam fecerit ipſa venire.
Hinc hominem multâ recti aſſuetudine firmum
Poſſe repugnare aduerſis, nec cedere pœnis,
Quas ſuperandæ animæ per carnem admouerit hoſtis,
Auxilio abſcedente Dei, qui deſerat apte
Vtilitérque ſuos, vt de certamine agonis
Quæſitas referant palmas: ne nulla piorum
Sint merita, & veræ priuentur laudis honore,
Si quod naturæ ſenſu nolúntque volúntque,
Præceptíſque tenent legalibus inſinuatum,
Diuini Auxilii manus hoc operetur in illis,
Seù ſolis Chriſti famulis virtute carere
Sit dignum, & non poſſe probos apprehendere mores
Quos plerúmque habeant etiam ſimulachra colentes.

Quam malè hæc Reuerendo Patri concinunt aſſerenti, eos quos Proſper Pelagianorum reliquias vocat, Pelagianos prorſus non fuiſſe, eiſque prorſus aduerſatos, Libero tamen Arbitrio plus æquo indulgentes de gratiæ beneficiis infra dignitatem ſenſiſſe?

Et tam certum eſt eos in ſpeciem tantùm Pelagianis aduerſatos, hæreſis verò illorum virus integrum retinuiſſe: Vt Sixtus Summus Pontifex Sancti Leonis tunc Diaconi, poſtmodum in Sede Pontificali ſucceſſoris hortatu, Iulianum ipſum Pelagiani erroris aſſertorem acerrimum correctionis ſpem præferentem, in Eccleſiæ communionem inter illas ſcilicet Pelagianorum reliquias irrepere conantem prorſus reiecerit. Et ex hac reiectione quaſi proſtratâ rurſus hæreſi maxima Eccleſię lętitia exorta ſit ipſo Proſpero teſte in Chronico ſub Theodoſii 17 & Feſti conſulatu id eſt anno ſalutis 433. his verbis: hac tempeſtate Iulianus Athelenenſis « iactantiſſimus Pelagiani erroris aſſertor, quem dudum amiſſi E- « piſcopatus intemperans cupido exagitabat, multimodâ arte fal- « lendi correctionis ſpem præferens, molitus in communionem «

Proſper in Chron.

Digitized by Google

Concil. Arauſic.

» Eccleſiæ irrepere: ſed his inſidiis Sixtus Papa Diaconi Leonis » hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus » patere permiſit. Et ita omnes Catholicos defectione fallacis » beſtiæ gaudere fecit, quaſi tunc ſeptimùm ſuperbiſſimam hæreſim » Apoſtolicus gladius detruncaſſet.]

Nec minori curâ pontificalem Sedem adeptus Leo ille Magnus Pelagianam hæreſim in quauis eius parte, cuius nequitiam apprimè nouerat, inſecutus eſt; monitus ſiquidem quoſdam Clericos de Pelagianorum, Cæleſtianorúmque conſortio in communionem Catholicam ex imprudentia receptos, vt non priùs ad damnationem ſui coarctarentur erroris, eorum hypocriſi detectâ, quòd aliqua ſicut Maſſilienſes & ſimiles pelagianæ hæreſis reliquiæ praua dogmata emitterent, Decretali ad Nicætam Aquilienſem Epiſcopum Epiſtolâ, quæ inter Sancti Leonis Epiſtolas 86. habetur, conſtituit, vt ad veram correctionem publicà omnium hæreſis pelagianæ capitum abiuratione, quæ ipſis prodeſſet, & » nullis poſſet nocere cogerentur, his verbis; damnent apertis pro» feſſionibus ſui ſuperbi erroris Auctores, & quicquid in doctrina » eorum vniuerſalis Eccleſia exhorruit, deteſtentur, omniáque de» creta ſynodalia, quæ ad exciſionem huius hæreſeos Apoſtolicę » Sedis confirmauit auctoritas, amplecti ſe, & in omnibus approba» re plenis & appertis, ac propriâ manu ſubſcriptis proteſtationibus » eloquantur: Nihil in verbis illornm obſcurum, nihil inueniatur » ambiguum. Quoniam nouimus, inquit, hanc iſtorum eſſe verſu» tiam, vt in quacumque particula dogmatis execrandi, quâ ſe à » damnatorum ſocietate diſcreuerunt, nihil ſibi ſenſuum ſuorum » exiſtiment eſſe non ſaluum. Cúmque omnes deffinitiones ſuas ad » tantam facilitatem improbare ſe ſimulent, atque deponere, hâc » ibi totâ arte fallendi, niſi intelligantur excipiant: vt gratiam Dei » ſecundùm meritum dari accipientium ſentiatur; quæ niſi gratis » detur, non eſt gratia: ſed merces, retributioque meritorum, &c.]

Leonis Epiſtola 86. ad Nicætam.

Ibid.

» Et ſub finem: cauendum ergo dilectioni tuæ eſt, magnáque dili» gentiâ prouidendum, ne per huiuſmodi homines extincta dudum » ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate aliquod in Pro» uincia tua eiuſdem mali germen oriatur, quod non ſolùm in radi» cibus ſuis creſcat, ſed etiam ſanctæ Eccleſiæ ſobolem veneno ſui » odoris inficiat: qui correctos ſe videri volunt ab omni ſuſpicione » ſe purgent, & obediendo nobis probent ſe eſſe noſtros, quorum ſi » quiſquam ſaluberrimis præceptis ſatisfacere detrectarit, ſiue ille » Clericus, ſiue ſit Laicus, ab Eccleſiæ ſocietate pellatur; ne perditos » animæ ſuæ ſaluti inſidietur alienæ.]

Et ſic Sanctus Leo non ſolùm Pelagianam hæreſim, ſed omnes » ipſius prauitatis reliquias omnimodo damnauit; quoniam noue-

rat hanc iſtorum eſſe verſutiam, vt in quacumque particula dog- " matis execrandi, quâ ſe à damnatorum ſocietate diſcernerent, " nihil ſibi ſenſuum ſuorum eſſe non ſaluum exiſtimarent.] Nec " minùs Catholicæ veritatis paci, & Pelagianæ prauitatis cenſuræ intentus Gelaſius Papa, non ſolùm Proſperi, vt Auguſtini libris inter orthodoxos, Caſſiani verò, Fauſti & Arnobij Iunioris inter hæreticos & apocryphos ſemper haberi in Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum decreuit: ſed etiam pelagianam hæreſim eiúſque reliquias nullâ diſtinctione ſcriptis ſuis impugnauit Epiſtolâ 5. Honorium Dalmatiæ Epiſcopum monet, ne pelagianam hæreſim à tot Pontificibus deteſtatam, reuiuiſcere ſinat, ſcilicet nec in eo quidem dogmate quod leuius videretur. Nuntiatum nobis " eſt, inquit, in regionibus Dalmatiarum quoſdam recidiua pelagianę peſtis zizania ſeminaſſe, tantumque illis eorum præualere " blaſphemiam, vt ſimplices quóſque mortiferi furoris inſinuatione decipiant: Eſt quidem error ipſe nefarius tantò perniciosior ad " ſuſcipiendum, quantò ad fallendum veriſimilitudinis colore verſutior, &c.] quod ſine dubio de pelagianorum reliquiis maximè intelligendum. "

Concil. Arauſic.

Gelaſius Papa Epiſtola 5. ad Honor.

Item Epiſtolâ ſeptimâ ad omnes Epiſcopos per Picenum Italiæ Prouinciam conſtitutos, tria præcipua pelagianæ hæreſis capita refellit. Primum ſcilicet paruulos ſine originali peccato naſci: ſecundum, hos pro ſolo peccato originali non damnari. Tertium, gratiam ad ſalutem non eſſe neceſſariam, illámque ſecundum hominum merita conferri: quod præcipuum pelagianæ hæreſeos venenum reliquiis illius commune fuiſſe nemo neſcit; vt iã vidimus ab Auguſtino obſeruatum, de prædeſt. Sanct. cap 2. Ita vt in hoc cõſtet ſpecialiter damnatas à Gelaſio Papa pelagianorũ reliquias, nomine pelagianorum ſine vlla diſtinctione; Eoque euidentiùs, quo Seneca ille vilis ſenex, quem ſpecialiter impugnat, & huiuſce hęreſis notat, in ſinu Eccleſiæ fuiſſe, etiam Preſbyterum ſibi non acquieſcentem communione priuare præſumpſiſſe memoratur.

Idẽ Epiſt. 7. ad Picæni Epiſc.

Denique, idem ipſe Summus Pontifex ſingulari opuſculo aduerſus Pelagianam hęreſim edito demonſtrauit hominem non viuere ſine peccato, & in eius præfatione hæreſis illius plurima eſſe capita, declarauit pariter deteſtanda, eorumque multa eò nocentiora, quò veriſimilitudinis colore ſubtiliora, in quo peruerſas pelagianorum reliquias, in Fauſto ſcilicet, & Caſſiano, quorum opera inter apocrypha recenſuit intelligere & damnare, nemo non videt. De pelagianis quidem ſenſibus, inquit, blaſphemiiſque ſacrilegis, & apud Maiores noſtros, tam diuinis, quàm humanis legibus iuſtâ diſcuſſione damnatis nimis eſt copioſa materia, quia & illorum eſt multiplex pernicioſa peruerſitas, eoque nocentior

Idem Opuſculo contra Pelag. hæreſ.

Concil. Arauſic.

" qua veriſimilitudinis colore ſubtilior, quàm de ipſius humani
" generis principe prauo, funeſtoque cõmento non ritè conceptam,
" rerum conſequentium mendaciis texuerunt: Neceſſe eſt enim vt
" qui à principio deuiarit ab integro tramite, vagus vbique progre-
" diens, quantò ſe curare fortiùs putet, tantò plus erret, & in his vt competit refutandis diſputatio prolixa debeat adhiberi, &c.]

Fulgentius de fide ad Petrum.

Poſtremò Sanctus Fulgentius, lib. de fide ad Petrum Diaconum traditis, 40. ad regulam veræ fidei pertinentibus Capitulis. Ex quorum tria à Fauſto & ſimilibus pelagianorum reliquiis impugnata ſuprà retulimus, cenſuit qui vel minimo ex illis contumaciter repugnaret, tanquam peſtem fugiendum, & tanquam hæreticum abiiciendum & anathematizandum. Nec etiam Ferrandus Diaconus Sancti Fulgentij diſcipulus in teſtium huiuſce veritatis Catalogo prætermittendus, qui in vita ſanctiſſimi illius Præſulis, poſt recenſitas (vt ſuprà vidimus) cap. 28. eius in infauſtos illos Fauſti libros Lucubrationes, initio capitis ſequentis, non alio Fauſtum ipſum & ſimiles pelagianorum reliquias, quam ipſo

Ferrandus Diaconus in vita S. Fulgentij cap. 28.

" pelagianorum nomine expreſſit, his verbis. Beatus itaque Fulgen-
" tius, poſtquam ſapienter expugnauit pelagianos, lætificatos
" meruit habere Catholicos.] Et ſic nemo non videt damnatas fuiſſe in pelagianis ipſis ipſorum reliquias. Reliquiarum verò nomine à Proſpero notatos pelagianos ipſos propter Epiſcoporum aliquot, qui ſimilia ſentirent reuerentiam, vt eos ab aliis diſcerneret: Nullam vtriſque poſt condemnationem ſupereſſe, vel iuſtificationis, vel contentionis viam: immo & ab ipſis Summis Pontificibus, Leone Magno, & Gelaſio, cum omnibus illorum peruerſis dogmatibus ſine vlla diſtinctione impugnatos, & damnatos: ita vt
" non ſatis cautè dictum ſit, à R. P. eos nullomodo, ſeu *prorſus non*
" *fuiſſe Pelagianos, eóſque prorſus aduerſatos fuiſſe Pelagianis.*

Denique qui quàm parùm intenſi fuerint Pelagianis ipſorum reliquiæ, quámque parum ab eorum capitali & fundamentali hæreſi abfuerint cernere deſiderat, intueatur ſingulare illud de quo egimus, pelagianæ hæreſis prauitatis, nec minùs hæreſis quàm fallaciæ & omnimodæ nequitiæ exemplar, inter Pelagianorum reliquias Primicerium Fauſtum illum infauſtum, cuius patrocinium, Apologiam & encomium ex ſuſceptæ cauſa capite precedenti ſuſcepit Reuerendus Pater, & attendat quæ ibi retulimus maximè Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij iudicium, cùm inter reliqua Fauſtum aſſerit ſcriptis ſuis doloſâ arte totam de iuſtificatione hominis deſtruxiſſe ſententiam, dum captioſè videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio fauiſſe compertus eſt, nec de Fauſto, Gennadio, Caſſiano & ſimilibus aliter loquitur Illuſtriſſimus Cardinalis, quàm ipſos ſimpliciter Pelagianos vocando.

Et

Et aduertat pius lector, his miſerrimis temporibus, quibus præter plurimas Lutheranorum, Caluiniſtarum & aliorum hæreſes, etiam vbique ſparſim non minimæ Pelagianæ prauitatis reliquiæ ſuccreuerunt, & adoleſcunt, quàm periculoſum (inquam) purulenta eorum vlcera illis R. P. lenociniis ſeu blandâ aſſimulatione quaſi ſuperductâ cute blando malagmate fouere, vt ſibi quoque de ſanitate blandiantur. Conc. Arauſic.

SIRMONDVS.

Collectas itaque de gratia & Libero Arbitrio ex ſuperioribus Conciliis S. diſque Apoſtolicæ reſponſis, atque ex diuerſis Sancti Auguſtini operibus ſententias ad hos reuincendos, vel informandos idoneas, conuocatis per dedicandæ Baſilicæ occaſionem vicinis Epiſcopis, Optimatibúſque comprobandas obtulit, manúque ab eis ſubſcribendas curauit.

CONFVTATIO.

Hic prætermiſit R. P. Cæſarium antea librum edidiſſe de gratia & Libero Arbitrio à Fœlice Papa confirmatum, vt ex Gennadio ipſo vidimus capite præcedenti; prætermiſit ſimiliter ſententias illas è ſcriniis Eccleſiaſticiis ab eodem Summo Pontifice ad Cæſarium tranſmiſſas, eaſdémque ex ſuperioribus Conciliis ſedíſque Apoſtolicæ reſponſis partim collectas refert, cùm certè ex ſolis Sancti Auguſtini placitis ſelectas fuiſſe conſtet, vt infrà fateri videtur R. P. & ipſemet aſſeruit ad Pſeudoſynodum ſuam Arelatenſem tom. 1. Conc. Galliæ, idque veriſimiliter per ipſum Proſperum (vt diximus) ſed aduertat R. P. ne nimiùm illis Pelagianorum reliquiis fauere ſuſpectus ſit, dum præter reliqua quæ iam expendimus, vult ſententias Arauſicani Concilij ad informandos illos, magis quàm reuincendos definitas, licet vtrúmque poſuerit.

SIRMONDVS.

Hæc nimirum illa eſt Synodus Arauſicana poſterior anno Chriſti 529. celebrata, quam fortuito licet, aliáque de cauſa coactam Eccleſia ſic probauit, vt præcipuam apud omnes auctoritatem obtineat. Quamquam enim Cæſarij de gratia doctrinæ qui obſiſterent, diuerſa ſententia complures non deerant, irriti tamen, & inanes omnium conatus fuere Bonifacio Pontifice, vt Cyprianus, in Cæſarij vita docet, Cæſarij & Synodi huius decreta confirmante, ſic enim ille narrat:

« & multi quidem æmuli ſurrexerunt, qui eius reſiſterent doctrinæ Vitæ Cæſarij lib. 1.
« de gratia. Sed ò Fœlicitas æmulanda! Etenim ſuſurris, & malâ in-
« terpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra
« prædicationem hominis Dei fruſtrà ſiniſtra ſuſpicio. Ob hoc an-
« tiſtites Chriſti vltra Iſaram conſiſtentes, charitatis amore collecti
« in Valentina ciuitate conueniunt. Vbi etiam Beatus Cæſarius in

Digitized by Google

Conc. Arauſic. » firmitatis ſolitæ cauſâ, ſicut diſpoſuerat, properare non potuit.
» Miſit tamen præſtantiſſimos viros de Epiſcopis,cum Presbyteris,
» & Diaconibus, inter quos etiam Sanctus Cyprianus Tolonenſis
» Antiſtes magnus & clarus enituit, omnia quæ dicebat de diuinis
» vtique Scripturis firmans, & de antiquiſſimis Patrum inſtitutio-
» nibus probans, nihil per ſe in diuinis profectibus quemquam ar-
» ripere poſſe, niſi fuerit primitùs Dei gratiâ præueniente vocatus.
» Sed dùm ſuam iuſtitiam quærebant ſtatuere,iuſtitiæ Dei nõ erant
» ſubiecti, non reminiſcentes Dominum dixiſſe *ſine me nihil poteſtis* Ioan.
» *facere*, & *nemo habet quicquam, niſi illi datum fuerit deſuper*: Et 15. v. 5. & 16.
» Apoſtolum Paulum *gratiâ Dei ſum id quod ſum*, & alium: *omne* Ioan.
» *datum optimum deſurſum eſt*,& Prophetam *gratiam & gloriam da-* 19. v.
» *bit Dominus:* Et quòd tunc verè liberũ homo reſumet Arbitrium, 16.
» cum fuerit Chriſti liberatione redemptum, ſub qua abſolutione 1. Cor.
» valeat conſequi perfectionis effectum. Quorum intentionibus ho- 15. v. 10. Iac. 1.
» mo Dei dedit veram & euidentem ex traditione Apoſtolica ratio- v. 17.
» nem:nam bonæ memoriæ Bonifacius Romanæ Eccleſiæ Papa, eâ-
» dem colluctatione cognitâ, calcatâ intentione iurgantium, proſe-
» cutionem Sancti Cæſarij Apoſtolicâ auctoritate firmauit. Ita do-
» nante Chriſto paulatim Eccleſiarum Antiſtites receperunt, quod
» optauerat Diabolus repentinâ animoſitate ceſſare.]

CONFVTATIO.

Hæc omnia veriſſima,& perfectæ Chriſti gratiæ conuenientiſſi-ma,ſuſceptæ verò R.P. cauſam nullomodo iuuantia, & toto corde ſuſcipimus & ore pleno profitemur: ſed malè R.P. ex Cypriano in primo lib. vitæ S. Cæſarij, quæ apud Surium habetur, hæc refert cùm in ſecundo lib. ab altero ſcripto in annalibus Lirinenſis Monaſterij apud Antonium Baraleſextent, nec etiam de ſe ipſo ſic locutus eſſet Cyprianus, ſed aduertant quo duce & authore, diabolo ſcilicet, commenta ſua confingant, qui huic ſacro Concilio aduerſantur.

SIRMONDVS.

Cæterùm in hac ipſa Synodo, quæ tota ex Auguſtini placitis conſlata eſt, damnati ſunt etiam, & Anathemate percuſſi Prædeſtinati, vt ſtuporem vel hinc ſuum ſentiant ij, qui Auguſtini ſententiam à Prædeſti-
Conc. Arauſic. 2. Can. 25. » *natiana hæreſi non ſecernunt:* Aliquos verò (*Synodi verba ſunt cap.*
» *25.*) ad malum diuinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolùm non
» credimus, ſed etiam ſi qui ſunt, qui tantum malum credere vo-
» lunt, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus.]

CONFVTATIO.

d. Can. 25. In omnibus editionibus etiã R.P. in Concilijs antiquis Galliæ habetur. *Sed etiam ſi ſunt, qui tantũ malum credere velint, non ſi qui ſunt qui tantum malum credere volunt.* Sed aduertat pius lector perpetuam R.P. (abſit verbo inuidia) fallaciam & æquiuocationẽ. Tota

controuerſia in hoc ſita eſt, vt ab initio propoſitũ, vtrum ſæculo illo fuerint, necne hæretici aliqui, qui Deum Prædeſtinatione ſua quaſi fatali neceſſitate, & mali auctorẽ & Liberi Arbitrij interemptorem crederent, ideóque dicti prædeſtinati vel Prædeſtinatiani: An contrà, hoc ipſum Auguſtino ipſi, eiúſque diſcipulis, Proſpero & aliis veræ & perfectæ Chriſti gratiæ profeſſoribus per calũniam à Pelagianorum reliquiis impoſitum. Hoc ipſum hic per calũniam illis obiectum his ipſis verbis Concilij Patres profiteri, nemo eſt qui non videat: & R.P. negare quantũuis reluctetur non poteſt: cur ſiquidẽ Concilij Patres ab hac tam horrenda blaſphemia ſe proteſtantur immunes, niſi per calumniã hoc fidelibus Otthodoxæ fidei profeſſoribus eſſet impoſitum. Inauditum Conciliorũ Patres etiam cõmunia hæreticorum dogmata ſic à ſe amoliri, multo minùs tam blaſphemam impietatẽ, niſi cum eis aliquid ab aduerſariis per calumniam eſſet impoſitum. Et ſic ex his verbis probatum, quod intendũt veræ Chriſti gratiæ profeſſores: ſed & ex ſequentibus verbis contra propoſitum etiã R.P. ſequitur nullos fuiſſe prædeſtinatianos hæreticos, ſaltem in notitia Patrum Concilij: nõ ſolùm non « credimus (inquiunt) ſed etiã ſi qui ſunt, qui tantum malũ credere « velint, cũ omni deteſtatione illis Anathema dicimus] notanda ver- « ba (*ſi qui ſunt:*) Ex his enim patet nullos Patribus illis notos fuiſſe, alioquin dixiſſent eos qui tantum malum credunt, non ſi qui ſunt: & ſic ignotum fuiſſe Patribus vtrum eſſent, nemo non videt. Vbi ergo illi hæretici, quos omnibus notiſſimos eſſe, neceſſe fuit, ſi qui fuerunt, cùm auctore dilectiſſimo R.P. Prædeſtinato (cuius potiſſimum auctoritate fabulam illam confirmat, totum penè mundum vulneraſſent. Verùm hîc ſufficiat R.P. ex hoc Concilio nullomodo probare (ſicut intendit) fuiſſe hæreticos Prædeſtinatianos: immo verò indubitatè probatũ illud ipſum per calumniã, veræ Chriſti gratię profeſſoribus à Pelagianorum reliquiis fuiſſeimpoſitum: & ſic (vt vidimus) intelligendum de ſcriptis Fauſti, Gennadij, Antiprædeſtinati, Pſeudoproſperi, & Apocrypho Concilio Arelatenſi, vt præcedentibus capitibus probatũ. *Vt vel hinc ſtuporem ſuum ſentiat R.P.* non veræ Chriſti gratiæ defenſores, qui S. Auguſtini ſententiam, quam norunt & toto corde venerantur, & ore intrepidè profitentur, à Prædeſtinatiana hæreſi (etſi nulla ad Lutherum & Caluinum vſque fuerit) meliùs ſecernunt, quàm qui hæreſim illam fingunt, vt germanam S. Auguſtini doctrinam & confundant & euertant.

Conc. Arauſic.

d. Can. 25.

SIRMONDVS.

At quorſum inquies tam alieno vt apparet loco, cùm de Pelagianorum reliquiis agitur, perſtricti etiam Prædeſtinati? ideo ni fallor quòd quemadmodum Prædeſtinati cùm oppugnabãtur, inuidiã aduerſariis quaſi Pelagium ſaperent, ſolebant concitare. Ita viciſſim Semipela-

Conc. Arauſic. giani cùm vrgebantur *Prædeſtinatorum hæreſis ſuſpicionem in eos mouere qui vrgebant.* CONFVTATIO.

Vera ratio, cur hîc de Prædeſtinatione actum ſit, etiam ſi Canones omnes Concilij de Dono fidei & vera, & perfecta in reliquis omnibus Chriſti gratiâ ſolùm agant, ea eſt, quòd ex gratuita Dei gratia neceſſariò ſequatur gratuita & abſoluta Dei Prędeſtinatio: ideóque Pelagianorum reliquiæ donum fidei, & reliqua reiicerent, quoniam gratuitum & abſolutum Dei propoſitum horrerent, vt tam plenius hoc ipſo capite probauimus: cum itaque Concilii Patres Donum fidei, ſicut reliqua veræ gratię Dona ſancirent, & ſic etiam tacitè gratuitam Prędeſtinationem definirent, necnon ipſi ab illis Pelagianorum reliquiis, ſicut Auguſtinus Proſper & reliqui (vt ex libris Fauſti, Gallorum & Vincentij capitulis patet) aliquos diuinâ poteſtate ad malum prædeſtinatos eſſe, & ſimilia profiteri per calumniam culparentur. Patres Concilii (inquam) quò huiuſmodi Pelagianorum & reliquiarum calumnias & petulantiam amouerent, neceſſe habuere hoc Anathema proferre.

Cæterum aduertat R. P. quàm parùm cautè Pelagianorum reliquias cum Orthodoxæ fidei & veræ Chriſti gratiæ profeſſoribus conferat, quàm parùm æquus iudex vtróſque quaſi veræ & Catholicæ fidei aſſertores pares conſtituat, vt ſicut Catholici à reliquiis illis laceſſiti Pelagianos vocarent: ita reliquiæ illæ Catholicos obiectâ prædeſtinatorum hęreſi infamarent: ſiccine (R. Pater) Auguſtinus cum Iuliano, Proſper cum Caſsiano, Fulgentius cum Fauſto, Auitus & Cæſarius cum Poſſeſſore & Ennodio, Petrus Diaconus & Ioannes Maxentius cum Gennadio & Antiprædeſtinato, Epiſcopi in Sardinia exules cum Apocryphi Arelatenſis Concilij fictis Epiſcopis, & Epiſcopi Arauſicanę Synodi cum iis qui poſteà Valentię à Diabolo excitati conuenerunt (prętermiſſis tot tantiſque Summis Pontificibus qui lupos illos, & occultos & manifeſtos à Chriſti grege abegerunt) paribus armis, eodem iure, & æquo marte decertarunt? quis hæc ferat: immo verò peruerſæ illæ Pelagianorum reliquiæ ex calumnia, ficta ab eis dogmata Catholicis falsò imponebât, ſed Catholici ex rei veritate Pelagianorũ reliquias Pelagianæ hæreſis damnabât, vt ex Sancto Proſpero & aliis vidimus apud ipſos præcipua illius hæreſis capita & virus omne, eóque periculoſiùs, quo callidiùs & occultiùs, retineri.

Rurſus aduertat R. P. ipſo teſte contentionem fuiſſe inter veræ Chriſti gratiæ profeſſores, & Pelagianorum reliquias, illos ab iſtis vt Prædeſtinatianos hæreticos calumniam paſsos, quod intendimus: ſed aliquos fuiſse Prædeſtinatianos hæreticos, quod probandum ſuſcepit R. P. ne verbum quidem nec in hoc capitulo, nec in reliquis: & ſic merum commentum.

Digitized by Google

SIRMONDVS.

Ennodius Tic.

Quare Synodus, vt hanc à ſe ſuſpicionem amoliatur, quod teterrimum hæreſis illorum caput fuit, execratur, de quo & auctor Prædeſtinati, his verbis: Dicunt etiamſi voluerit bonum facere, qui " ad malum Prædeſtinatus eſt, ad bonum peruenire non poterit,] " *atque ita inter Synodos, quæ Prædeſtinatorum hæreſim damnarunt, Arauſicana meritò, & ſine controuerſia numeranda eſt.*

CONFVTATIO.

Hoc Antiprædeſtinati effatum, ſicut & reliqua, merum fuiſſe Pelagiani & calumniatoris impudentiſſimi in Catholicos veræ Chriſti gratiæ profeſſores commentum, ſupra probauimus cap. 4. atque ita Arauſica Synodus Prædeſtinatorum hæreſim non damnauit, ſed dogma per calumniam Catholicis à Pelagianorum reliquiis impoſitum, cum ipſis Pelagianorum reliquiis meritiſſimo damnauit & anathemate percuſſit.

CAPVT X. Apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatorum error de Libero Arbitrio, tunc quoque in Italiâ confutatus ab ENNODIO TICINENSI.

CONFVTATVR.

Non Prædeſtinatorum errorem, qui nulli fuere, ſed germanam Sancti Auguſtini & totius Eccleſiæ de Libero Arbitrio Doctrinam, in Epiſtola, quæ Ennodio Ticinenſi tribuitur, ſtylo & ſenſu Pelagiano refelli probatur.

Pars prima.

ENNODIVS (ipſo teſte) inops re & conſilio deſtitutus, ex conjugio nobilis ac prædiuitis puellæ in meliorem ſtatum collocatus, eâque poſtmodum ex mutuo conſenſu cœlibem vitam profeſsâ, Diaconus ordinatus eſt, deinde facundiâ clarus quintæ Romanæ Synodo ſub Symmacho anno 503. interfuit, librum de hac Synodo Apologeticum ſcripſit, ſub annum 515. ad Ticinenſem Epiſcopatum promotus fuit, & anno 517. ab Hormiſda Papa Conſtantinopolim ad Imperatorem Anaſtaſium delegatus: cum Poſſeſſore Epiſcopo Africano, ad quem Papæ literas detulit conuerſatus, & forſan Fauſti libros ibi detulit, Epiſco-

Ennodius Tic. po Africano laudauit: quicquid ſit Pelagianæ fuligine tinctum Ennodium quæ ex ſcripta ab eo ad Conſtantium Epiſtolà hoc cap. refert R. P. certiſſimo & indubitato ſunt argumeneto, & ex eis ſimiliter, lucè clariùs patet non impugnatum ab eo hæreticum prædeſtinatianum vt intendit R. P. neque etiam de prædeſtinatis vel prædeſtinatiana hæreſi vllomodo meminit, ſed ab Ennodio impetitum veræ Catholicæ & orthodoxæ fidei profeſſorem, quodvtrumque ex hoc ſolo R. Patris fragmento probandum ſuſcipimus.

Primò, Ennodius vt aduerſarij ſententiam impugnet, iiſdem Sanctæ Scripturæ teſtimoniis, quibus pelagiani, & eorum reliquiæ, Sancti Auguſtini, Sancti Proſperi, & aliorum eius Diſcipulorum doctrinam refellere intenderent, hoc ipſo fragmento vtitur, vt cuilibet, qui vel à limine eorum ſcripta ſalutauerit, obuium eſt.

Secundò, quò aduerſarij ſenſum reijciat, Apoſtolicas ſententias

Ennodius in hoc fragmẽto. in pelagianam hæreſim detorquet: nunc vnico illius loco hoc probaſſe ſufficiet, de reliquis poſtea: vbi eſt, inquit, illud Apoſtoli: » *Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio*: quid eſt aliud niſi Rom. 7 » dicere? noui dextrum iter eligere, ſed niſi ingredientem iuuerit v. 18. » gratia ſuperna, laſſabor &c.] Et hoc quid eſt aliud dicere, niſi primas partes hominis voluntati tribuere, & reliquas Dei gratiæ, quam non præuiam, ſed meritorum ſequacem velit, & ſic gratiam ſecundùm merita noſtra dari cum pelagio.

Proſper Epiſtola ad Aug. Sic Maſſilienſes teſte Proſpero Epiſtolà ad Auguſtinum. Ac ſic » (inquit) cum in his qui tempus acceperunt liberæ voluntatis, » duo ſint, quæ humanam operentur ſalutem, Dei ſcilicet gratia, & » hominis obedientia, priorem volunt obedientiam eſſe, quàm gra- » tiam, vt initium ſalutis ex eo qui ſaluatur, non ex eo credendum » ſit ſtare qui ſaluat, & voluntas hominis diuinæ gratiæ ſibi pa- » riat opem, non gratia ſibi humanam ſubijciat voluntatem.]

Totum illud ipſum mutuatus eſt Ennodius à primo pelagianarum reliquiarum Architecto Caſſiano, qui Collat. 13. hoc ipſo

Caſſianus Collat. 13. Apoſtoli teſtimonio in eandem pelagianæ hæreſis præcipuam, & » radicalem ſententiam abuſus eſt his verbis: Vt autem euiden- » tiùs clareat etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris » indultum eſt, nonnunquam bonorum voluntatum prodire princi- » pia, quæ tamen niſi à Deo dirigantur, ad conſummationem vir- » tutum peruenire non poſſunt, Apoſtolus teſtatur dicens: *Velle* » *enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio*.] Proſper Rom. 7 v. 18.

Proſper contra Collat. cap. 8. verò Caſſiani peruerſitatem reprimens, huius Apoſtolicæ ſententiæ germanum & Catholicum ſenſum exprimit contra Col- » lat. cap. 8. Dixit quidem (inquit Proſper) Beatus Apoſtolus,

Digitized by Google

Rom.7 v.18. *Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio*: ſed « Ennodius Tic.
1.Cor.3 idem dixit: *Non quod idonei ſimus cogitare aliquid ex nobis ipſis,* «
Phil. 2. v. 13. *ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: & idem dixit: *Deus eſt enim, qui* «
operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate: Non «
ergo Apoſtolus ſibi contrarius eſt. Sed cum donatum nobis fuerit bonum velle, non ſtatim inuenimus & facere, niſi quærentibus, petentibus, atque pulſantibus, qui dedit deſiderium, præſtet effectum; vox namque iſta dicentis, *Velle enim adiacet mihi, perficere autem non inuenio*, vocati eſt, ſub gratia conſtituti, qui condelectatur quidem legi Dei ſecundùm interiorem hominem, ſed videt aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in lege peccati: Et quamuis acceperit ſcientiam rectè volendi, virtutem tamen in ſe non inuenit eorum, quæ optat operandi, donec pro bona voluntate, quam ſumpſit, mereatur inuenire qui faciat.] «

Rom.7 v.18.

Tertiò, ne ſic etiam ſentire Ennodius dicatur (licet verba repugnent) aliam continuò Pelagianam adiecit ſententiam, quâ præuenientem Chriſti gratiam cum Fauſto, Caſſiano, & ipſo Pelagio in doctrina tantùm collocat. Nemo (inquit) dubitat, nemo condemnat, quod Auctore gratiæ pręſtante, & ipſe æquitatis diuinitùs callis aperitur: dux enim bonorum & præceſſor eſt gratia, quando multiplici ad requiem imtamur hortatu, quando nobis dicitur. *Venite filij audite me, venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, vbi ego ſum, ibi erit & miniſter meus &c.*] Quid vnquam peius in veram Chriſti gratiam commentus eſt Pelagius: immo etiam in ſpeciem ipſe maiorem agnouit apud Sanctum Auguſtinum de gratia Chriſti cap. 7. Quam nos gratiam (inquit Pelagius) non vt tu putas, in lege tantummodo, ſed & in Dei eſſe adiutorio confitemur: Adiuuat enim nos (inquit) Deus per doctrinam, & reuelationem ſuam dum cordis noſtri oculos aperit, dum nobis ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat, dum Diaboli pandit inſidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cœleſtis illuminat. Deinde ſententiam ſuam quadam velut abſolutione concludens; qui hoc dicit, inquit, gratiam tibi videtur negare? An & Liberum hominis Arbitrium, & Dei gratiam confitetur.] Tum ipſe Sanctus Auguſtinus: In his omnibus, inquit, non receſſit à commendatione legis, atque doctrinæ, hanc eſſe adiuuantem gratiam diligenter inculcans, hoc exequens, quod propoſuerat, cùm diceret: ſed in Dei eſſe adjutorio confitemur: Denique Dei adjutorium multipliciter inſinuandum putauit. Commemorando doctrinam, & reuelationem, & oculorum cordis adapertionem, & demonſtrationem futurorum, & apertionem diabolicarum inſi- «

Marginal notes: Ennodius hoc fragm. — Pſal.33. v.12. — Mat.24 v.34. — Ioan.12 v.26. — Auguſt. de Gratia cap.7. — D. cap. 7.

Digitized by Google

Ennodius Tic. » diarum, & multiformem, & ineffabilem dono gratiæ cœleſtis il-
» luminationem, ad hoc vtique, vt diuina præcepta, & promiſſa
» diſcamus: hoc eſt ergo gratiam Dei ponere in lege atque doctri-
» na.] Vide etiam ibidem cap. 10. & 38. Et operis imperf. in Iulia-
Idem oper. imperf. lib. 1. cap. 146. » num lib. 1. cap. 146. Hoc eſt occultum & horrendum virus hæreſis
» veſtræ, vt velitis gratiam Chriſti in exemplo eius eſſe &c.]

Quartò, adjecit etiam Ennodius alteram pelagianæ prauitatis
Ennodius d. fragm. » ſententiam: Sed niſi talibus monitis, inquit, voluntas noſtra,
» quæ libera eſt, & labor præſtet obſequium, ad periculum, & ge-
» hennam non imperio aliquo, ſed ſponte deuoluimur. Itaque, aut
» premium deuotio, aut pœnam contemptus operatur &c.] Immo
verò contemptus quidem per ſe pœnam operatur, deuotioni ve-
ro præmium non niſi gratia præſtat: cúmque ſimilis ſententia in
Concilio Dioſpolitano pelagio ex ſcriptis Cœleſtij Diſcipuli ſui
fuiſſet objecta, ab Epiſcopis reprobata, & ab ipſo pelagio dam-
Auguſt de geſtis Pelag. cap. 18. & 19. nata fuit. De geſtis pelagij cap. 18. & 19. apud Auguſtinum:
» Victoriam noſtram non ex Dei eſſe adiutorio, ſed ex Libero Ar-
» bitrio, quod inferre dictum eſt his verbis, noſtra eſt victoria, quo-
» niam propriâ voluntate arma ſuſcipimus: ſicut è contrario no-
» ſtrum eſt quando vincimur, quoniam armari propriâ voluntate
» contempſimus &c.]

Auguſt. Epiſt. 105. Vnde Sanctus Auguſtinus Epiſtolâ 105. ad Sixtum: Quod eſt
» ergo meritum homini ante gratiam, quo merito percipiat gra-
» tiam, cum omne bonum meritum noſtrum non in nobis faciat,
» niſi gratia, & cum Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coro-
» net, quàm munera ſua? ſicut enim ab initio fidei *miſericordiam*
» *ſuam conſecuti ſumus*, non quia *fideles* oramus, ſed *vt eremus*:
» ſic in fine quod erit in vita æterna *coronabit nos* (ſicut Scriptum Pſal 58.
» eſt) *in miſeratione & miſericordia*: non itaque fruſtra Deo can- v. 11.
» tatur: *Et miſericordia eius preueniet me*, & *miſericordia eius ſub-* Pſal. 22.
» *ſequetur me*: Vnde & ipſa vita æterna, quæ vtique in fine ſine fine v. 6.
» habetur, & ideo meritis precedentibus redditur: Tamen quia
» eadem merita, quibus redditur, non à nobis parata ſunt per no-
» ſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa
» gratia nuncupatur, non ob aliud niſi quia gratis datur, nec ideo
» quia meritis non datur: ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus
Ibidem. » datur &c.] Et quibuſdam interjectis: Aduersùs hanc ergo, in-
» quit, elationis peſtem vigilantiſſimè militans, *Stipendium*, in-
» quit Apoſtolus, *peccati mors*, rectè *ſtipendium* quia debetur, quia Rom 6.
» dignè retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iuſtitia de v. 23.
» humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanum meritum ma-
» lum non dubitatur eſſe peccatum, non à contrario retulit dicens
» ſtipendium iuſtitiæ vita ęterna, ſed *gratia*, inquit, *Dei vita æterna*
&c.]

Digitized by Google

&c.] Item de Gratia & Libero Arbitrio cap. 9. maluit dicere, « Ennodius Tic. Idem de grat.&Lib. Arb.cap.9.
d, v, 23. *Gratia autem Dei vita æterna*, vt hinc intelligeremus, non pro «
meritis noſtris Deum nos ad æternam vitam, ſed pro ſua miſera- «
tione perducere &c.] De corrept. & grat. cap. 11. Nunc autem «
per peccatum perdito bono merito, in his qui liberantur factum « Idem de corrept. & grat.cap.11
eſt donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat &c.] Et contra «
Maſſilienſes Epiſtolâ Proſperi ad Auguſtinum. Et conſequens « Proſper Epiſt. ad Aug.
putant, inquit, vt quia præuaricator ideo dicitur non obediſſe «
quia noluit: fidelis quoque non dubitetur ob hoc deuotus fuiſſe «
quia voluit &c.] Quibus inter reliqua reſpondet Sanctus Au- « Auguſt. de Prædeſt. Sanct.c.15.
guſtinus de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 15. humana hîc me- «
rita conticeſcant, quæ perierunt in Adam: & regnet quæ regnat «
Dei gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.] Et rurſus « Ibidem cap. 10.
cap. 10. Si diſcutiatur & quæritur, vnde quiſque ſit dignus, non «
deſunt qui dicant voluntate humanâ, nos autem dicimus gratiâ «
vel Prædeſtinatione &c.] «

Ennodius hoc fragm.

Quintò, Ennodius immediatè vt tueatur quod dixerat, ſubdit antiquam Pelagianorum & reliquiarum in Sanctum Auguſtinum, eiúſque Diſcipulos querelam, quod ita Liberum Arbitrium deprimerent, vt ſine gratia neceſſitate malum ageret, & cum gratia non niſi bonum poſſet operari, & ex hoc cum libertate tolli omnem iuſtam retributionem. Alioqui (inquit) non «
erit iuſta retributio, quæ aut per ſupplicia refertur neceſſitate «
peccantibus, aut bonam mercedem offert operi, ad quod trahun- «
tur inuiti.] «

Hæc ipſa fuit ab initio Pelagij ipſius ſententia, quam auctoritate Sancti Hieronymi confirmare conatum fuiſſe teſtis eſt San-
ctus Auguſtinus de Natura & Grat. cap. 65. Item quod ait à « Auguſt. de Natura & Grat. c.65.
memorato dictum eſſe Presbytero, Liberi Arbitrij nos condidit «
Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur: Alio- «
quin vbi neceſſitas, nec corona eſt.] Cui Auguſtinus: quis non «
agnoſcat, quis non toto corde ſuſcipiat, quis aliter conditam hu- «
manam neget eſſe naturam? ſed in rectè faciendo, ideo nullum «
eſt vinculum neceſſitatis, quia libertas eſt charitatis.] Et cap. « Cap. 66.
ſequenti de neceſſitate peccandi. Quod autem, inquit, ex vitiis «
naturæ, non ex conditione naturæ ſit quædam peccandi neceſſi- «
tas, audiat homo, atque vt eadem neceſſitas non ſit, diſcat Deo «
Pſal.24 dicere, *De neceſſitatibus meis educ me*: quia & in eiuſmodi oratio- «
v.17. ne certamen eſt aduerſus tentatorem, de ipſa contra nos neceſſita- «
te pugnantem, ac per hoc opitulante gratiâ per Ieſum Chriſtum «
Dominum noſtrum, & mala neceſſitas remouebitur, & libertas »
plena tribuetur.] «

Hæc ipſa fuit Iuliani in ipſum Sanctum Auguſtinum querela,

Ennodius Tic. — Aug. oper. imperf. lib. 1. cap. 100.

» operis imperf. lib. 1. cap. 100. Sin autem (inquit Iulianus) libe-
» rum ante ad bonum non fuit, & factum eſt poſt Baptiſma liberum,
» vt malum facere non poſſit; nunquam quidem ei affuit Arbitrij
» Libertas, & probatur antea ſine reatu peccaſſe, & poſtea ſine cura
» ſanctitatis gloriam poſſidere.] Cui Auguſtinus reſpondet. Er-
» go nec in Deo eſt Arbitrij Libertas, quia malum facere non po-
» teſt &c.]

Gallor. obiect. 1. 6.

Item ea etiam ipſa fuit Maſſilienſium & aliorum Gallorum in S. Auguſtini doctrinam calumnia, in objectionibus Gallorum
» capit. primo: Quod ex Prædeſtinatione Dei velut fatali neceſſi-
» tate homines ad peccata compulſi cogantur in mortem.] Et ca-
» pit. ſexto: Quod Liberum Arbitrium in homine nihil ſit, ſed
» ſiue ad bonum, ſiue ad malum Prædeſtinatio Dei in hominibus
» operetur.]

Prædeſtinati art. 2. — Art. 5. — Ioan. 6. v. 44.

Denique etiam fuit in Sancti Auguſtini Diſcipulos, Proſperum & alios perfectæ Chriſti gratiæ intrepidos amatores, Antiprædeſtinati R. P. (quem Pelagianum probauimus) calumnia art.
» 2. Dicunt etiam ſi voluerit bonum facere, qui ad malum Præde-
» ſtinatus eſt, ad bonum peruenire non poterit. Nam qui ad bonum
» Prædeſtinatus eſt, etiam ſi negligat, ad bonum perducetur inui-
» tus.] Et art. 5. Dicunt nullum ad Chriſti fidem accedere, niſi fue-
» rit à Patre tractus inuitus, illud attendentes: *Nemo venit ad me,*
» *niſi quem Pater attraxerit ad me.*]

Ennodius in fragm.

Poſtremò ne vlterius progrediamur Ennodius, vt Pelagiani eorumque reliquiæ omnem gratiæ effectum in ſola ſuaſione & demonſtratione conſtituit, nec reſiſtentiam quamlibet à gratia ſuperari poſſe patitur, vt noſtræ ſit electionis quicquid voluerimus
» amplecti. Ergo, inquit, debemus gratiæ, quod occultis itineribus,
» niſi reſiſtamus, ſapor nobis vitalis infundetur: noſtræ tamen ele-
» ctionis eſt, quod beneficia monſtrata ſectamur.]

Conc. Carthag. Can. 4. — Auguſt. de Grat. Chriſti cap. 10.

Ex his patet Ennodium quaſi Pelagianum, nullum alium gratiæ Chriſti agnoſcere effectum, quàm ſuaſionem & demonſtrationem:
» Quod damnatum Concilio Carthaginenſi can. 4. Item quiſquis
» dixerit eandem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum no-
» ſtrum, propter hoc tantùm nos adjuuare ad non peccandum, quia
» per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum,
» vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus; non autem per
» illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam
» facere diligamus, atque valeamus: anathema ſit.] Longè verò plures & majores quàm Ennodius, ſaltem in ſpeciem gratiæ Chriſti effectus agnouit Pelagius ipſe apud S. Auguſtinum de Gratia
» Chriſti vt vidimus ſupra cap. 7. Item ibidem cap. 10. Operatur,
» inquit, in nobis velle quod bonum eſt, velle quod ſanctum eſt, dú

nos terrenis cupiditatibus deditos mutorum more animalium, tā- « Ennodius
tummodo pręſentia diligentes, futurę glorię magnitudine, & pręmiorum pollicitatione ſuccendit, dum reuelatione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtupentem ſuſcitat voluntatem, dum nobis (quod tu alibi negare non metuis) ſuadet omne quod bonum eſt.] Quibus S. Auguſtinus reſpondet: Quid manifeſtiùs nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle quod bonum eſt, quàm legem atque doctrinam &c.] Iulianus etiam plures & maiores gratiæ Chriſti effectus, quam Ennodius, agnouit apud S. Auguſtinum operis imperf. lib. 1. cap. 92. & 93.

Sed & in hoc errore ſeu hæreſi verſatur hic Ennodius cum Pelagianis, eorúmque reliquiis, vt Chriſti gratiam cordis humani reſiſtentiam vincere non credat: ſicque victricem non agnoſcat: contra Sanctum Auguſtinum de correptione & gratia cap. 14. Cum autem (inquit) homines per correptionem in viam iuſtitiæ, ſeu veniunt, ſeu reuertuntur, quis operatur in cordibus eorum ſalutem, niſi ille, qui quolibet plantante atque rigante, & quolibet in agris atque arbuſtulis operante, *dat incrementum Deus*, cui volenti ſaluum facere nullum hominum reſiſtit Arbitrium: ſic enim velle vel nolle in volentis eſt poteſtate, vt diuinam voluntatem non impediat; nec ſuperet poteſtatem. De his enim qui faciunt quæ non vult, facit ipſe quæ vult &c.] Et paulò poſt: Non eſt itaque dubitandum voluntati Dei, *Qui in cœlo & in terrâ omnia quæcunque voluit fecit*, & *qui* etiam illa *quæ futura ſunt fecit*, humanas voluntates non poſſe reſiſtere, quominùs faciat ipſe quod vult, quandoquidem etiam de ipſis hominum voluntatibus quod vult facit &c.] Quod pluribus ibidem Sacrarum Paginarum exemplis exequitur, quod etiam præſtiterat in libro de gratia & Libero Arbitrio cap. decimo quarto, decimo quinto & ſequentibus: quod quomodo contingat, optimè expoſuit Diſcipulus eius Proſper contra Collat. cap. 6. In quo ſuperfluum, inquit, immo impium eſt ſic velle meritis ante gratiam exiſtentibus locum facere, vt non ex toto verum ſit, quod ait Dominus: *Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me attraxerit eum:* Si cuiuſquam hominis ſine Dei illuminatione eſſet credenda conuerſio, aut vllomodo ſe voluntas hominis ad Deum ſine Deo poſſet extendere, qui cum vocatum ad Filium trahit, non reſiſtentem inuitúmque compellit, ſed ex inuito volentem facit, & quibuſlibet modis infidelitatem reſiſtentis inclinat, vt cor audientis obediendi in ſe delectatione generatâ, ibi ſurgat, vbi premebatur; ibi diſcat, vbi ignorabat; inde fidat, vnde diffidebat; inde velit, vnde nolebat: Etenim *Dominus dabit ſuauitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.*] Et de vocatione Gentium lib. 1. cap. vlt.

Tic.

Auguſt. de corrept. & Grat. cap. 14.

Pſ. 134. v. 6. / LXX. Iſa. 45.

Proſper cōtra Collat. cap. 6.

Ioan. 6. v. 44.

Idē de vocat. Gent. lib. 1. cap. vlt.

Pſal. 84 v. 13.

Digitized by Google

Ennodius Tic. » Quid illud ſit, inquit, quod hæc eadem natura in omnibus homi-
» nibus ante reconciliationem mala, in omnibus miſera, non in om-
» nibus iuſtificatur, & à pereuntibus quâdam ſui parte diſcernitur
» ab eo, *Qui venit quærere, & ſaluare quod perierat*, humano ſenſu
» prorſus non poteſt indagari: quantumlibet enim impiorum mali-
» gnitas excuſetur reſiſtens gratiæ Dei: nunquid probabuntur eam,
» quibus eſt collata meruiſſe? aut illa virtus gratiæ, quæ ſibi quos
» voluit ſubdidit, conuertere eos, qui inconuertibiles permanſere,
» non potuit? Tales fuerunt, qui ſunt attracti, quales hi, qui in ſua
» duritia ſunt relicti: ſed illis tribuit gratia ſtupenda quod voluit,
» iſtis retribuit veritas iuſta quod debuit: vt iudicium Dei magis in-
» ſcrutabile ſit in electione gratiæ, quàm in retributione iuſti-
» tiæ &c.]

S. Fulgent. de Incarn. & grat. c. 31. Illud ipſum profitetur S. Fulgentius in lib. de Incarnat. & grat.
» cap. 31. Omnes enim, inquit, quos Deus vult ſaluos fieri, ſine dubi-
» tatione ſaluantur, nec poſſunt ſaluari, niſi quos Deus vult ſaluos
» fieri. Nec eſt quiſquam quem Deus ſaluari velit, & non ſal-
» uetur: quia Deus noſter, *Omnia quæcunque voluit fecit &c.*] Et Pſ. 134 v. 6.

Idem de peccat. Remiſſ. lib. 2. cap. 2. prolixius lib. 2. de peccat. remiſſione cap. 2. Vbi de Prædeſtina-
» tis agens: Hi proculdubio, inquit, ſunt omnes quos ſecundùm,
» Beati Pauli præconium, *Deus vult ſaluos fieri, & in agnitionem* 1. Tim. 2. v. 4.
» *veritatis venire*, quia enim ille hoc vult: qui *omnia quæcunque vo-*
» *luit fecit*, quod vult ſemper inſuperabiliter facit, hoc vtique in eis
» impletur, quod omnipotens Dei voluntas incommutabilis & in-
» ſeparabilis habet: cuius ſicut mutari voluntas non poteſt in diſ-
» poſitione, ita nec prohibetur nec impeditur in opere: quia nec
» æquitatem illius valet quiſquam iuſtè reprehendere, nec miſeri-
» cordiam ipſius poteſt aliquis obuiare: vnde Saluator noſter in-
» credulæ ciuitatis maleuolentiam talibus verbis objurgat. *Hieru-* Mat. 23 v. 27.
» *ſalem, Hieruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos miſſos ad te,*
» *quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos*
» *ſub alas ſuas, & noluiſti?* Hoc autem dixit Chriſtus, vt illius malã
» voluntatem oſtenderet, quia inſuperabili voluntati diuinæ fru-
» ſtra reſiſtere nitebatur, cùm bona voluntas Dei nec ab eis poſſit
» vinci, quos deſerit, nec aliquid non poſſit operari, quod velit.
» Illa igitur Hieruſalem, quantùm ad eius attinet voluntatem ſuos
» filios ad Saluatorem congregari noluit: ſed tamen ille omnes
» quos voluit congregauit: ac per hoc illa reſiſtere voluit omnipo-
» tenti, nec valuit; quia Deus ſicut Scriptum eſt, *Omnia quæcun-*
» *que voluit fecit*, quoſcunque voluit ad ſe gratuitâ iuſtificatione
» conuertit, præueniens ſcilicet ſuperabundantis gratiæ munere,
» quos poſſet vtique ſi vellet iuſtè damnare.]

Synodica Epiſcoporũ in Sard. exulum. » Similiter reliqui Africæ Epiſcopi in Sardinia cum S. Fulgentio

exules,in Epiſtolâ ſuâ Synodica : Omnes autem, inquiunt, Præ- « Ennodius Tic.
1. Tim. 2. v. 4. deſtinati ipſi ſunt, *Quos vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis* «
venire, qui propterea omnes dicuntur, quia in vtroque ſexu, ex «
omni hominum genere, gradu, ætate, & conditione ſaluantur. «
Semper quippe voluntas Dei omnipotentis impletur, quia pote- «
Pſ. 134. v. 6. ſtas eius nullatenus vincitur. Ipſe eſt enim qui *omnia quæcunque* «
voluit fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis, & cu- «
ius voluntati nemo reſiſtit.] «

Denique Petrus Diaconus de Incarn. & grat. cap. 8. eandem doctrinam Sancti Baſilij auctoritate confirmat his verbis. (Petrus Diac. de Incarn. & grat. cap 8.) Hinc etiam B. Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus in oratione ſacri Altaris, quam penè vniuerſus frequentat Oriens, inter cætera. Dona, in- «
quit, Domine virtutem ac tutamentum, malos quæſumus bonos «
facito, bonos in bonitate conſerua: omnia enim potes & non eſt «
qui contradicat tibi, cum enim volueris ſaluas, & nullus reſiſtit vo- «
luntati tuæ.] Cui pulcherrimè concinit Occidentalis Eccleſia, dum in eodem iugi ſacri Altaris Sacrificio, ſolemni deprecatione victricem Chriſti gratiam ſic implorat: oblationibus noſtris « (Eccleſiæ oratio.)
quæſumus Domine placare ſuſceptis, & ad te noſtras etiam re- «
belles compelle propitius voluntates per Chriſtum Dominum «
noſtrum.] Ex his qui Ennodium, eiúſque hoc ipſum à R. P. in ſuſceptæ cauſam prolatum fragmentum, Pelagianum redolere fucum non agnouerint, tam clara in luce vltro cæcutientes, non tam ipſi quod verum ſit (opinor) non vident, quam videre ſe diſſimulant: reliqua in examine illius Epiſtolæ non minoris ponderis, & momenti nec minus Pelagianum virus redolentia referentur.

Iam ſupereſt vt non Prædeſtinatianum hæreticum (qui huc vſque nullus apparuit) ſed veræ & perfectæ Chriſti gratię profeſſorem ab Ennodio hâc Epiſtolâ impetitum probemus. Non minimum huiuſce veritatis ſuppetit argumentum, quod iam euicimus Ennodium Pelagianæ prauitatis aſſertorem non ignobilem; & Pelagianis etiam aſſertionibus conatum impugnare aduerſarium: cum ex ipſo etiam Reuerendo Patre capite præcedenti conſtet *ſolitos* (quos vocat Semipelagianos, nos verò Pela- «
gianorum reliquias) *cum vrgerentur Prædeſtinatorum hæreſis ſuſ-* «
picionem mouere in Catholicos, qui eos vrgerent: Et ſic ſuper- «
fluo labori ſuperſedendum in altiori huiuſce veritatis indagine. Verum expendenda ipſa Ennodij ſatìs conſciſa relatio. Er- « (Ennodij fragm.)
go (inquit) vt ſcriptione teſtamini, inuentus eſt homo, qui «
ſeruos Chriſti (quemadmodum ipſe promiſit eſſe faciendum) ſub «
hac occaſione cribraret, aſſerens de Arbitrij Libertate in vna «
tantum parte, quæ deterior eſt, eligendi datam eſſe licentiam. O «

Ennod. Tic. ſchiſmaticam propoſitionem: quæ iuxta Apocalypſim ſcriptis habet in fronte blaſphemias.]

Vt qualitas huiuſce propoſitionis innoteſcat, quam ſchiſmatis & blaſphemiæ notat Ennodius (vt reuera eſt hæretica & impia ſic emiſſa.) Obſeruandum primarium & radicale Pelagianæ prauitatis in veram Chriſti gratiam dogma hoc fuiſſe, ipſam ad bene agendum in ſingulis actibus non eſſe neceſſariam, ideóque Vincentius Lirinenſis in Commonitorio aduerſus hæreſes cap. 34. » hanc hæreſim his ſolis verbis complexus eſt: quis enim vnquam » ante prophanum illum Pelagium tantam virtutem liberi præſum» pſit Arbitrij, vt ad hoc in bonis rebus per actus ſingulos adiuuan» dum neceſſariam Dei gratiam non putaret.] Hæc ſunt ipſius Pe» lagij verba apud Auguſtinum de gratia Chriſti cap. 7. hîc nos » imperitiſſimi hominum putant iniuriam diuinæ gratiæ facere, quia » dicimus eam ſine voluntate noſtra, nequaquam in nobis perficere » Sanctitatem: quaſi Deus gratię ſuæ aliquid imperauerit, & non » illis quibus imperauit etiam gratiæ ſuæ auxilium ſubminiſtret, » vt quod per liberum homines facere iubentur Arbitrium, faci» liùs poſſent implere per gratiam &c.]

Vincent. Lirin. cómon. cap. 34.

Aug. de grat. Chriſti cap. 7.

Cum verò impietatis arguerentur Pelagiani quod ſine ope diuina benè agere poſſe præſumerent, ad alias argutias deuenerunt » teſte Auguſtino de ſpiritu & litera cap. 2. Illis acerrimè (inquit) » ac vehementiſſimè reſiſtendum eſt, qui putant ſine adiutorio Dei » per ſe ipſam vim voluntatis humanæ vel iuſtitiam poſſe perficere, » vel ad eam tendendo proficere, ſed cum vrgeri cœperint, quomo» do id pręſumant aſſerere fieri ſine ope diuina, reprimunt ſe, nec » hanc vocem audent emittere, quoniam vident, quam ſit impia & » non ferenda: ſed aiunt, ideo iſta ſine ope diuina non fieri, quia » & hominem Deus creauit cum libero voluntatis Arbitrio, & » dando præcepta ipſe docet, quemadmodum homini ſit viuen» dum, & in eo vtique adiuuat, quod docendo aufert ignorantiam, » vt ſciat homo in operibus ſuis, quid euitare, & quid appetere de» beat, quo per Liberum Arbitrium naturaliter inſitum viam de» monſtratam ingrediens continenter & iuſtè & piè viuendo, ad » beatam eandémque æternam vitam peruenire mereatur.]

Auguſt. de Spirit. & lit. cap. 2.

Hæc Pelagiana peruerſitas damnata ab Innocentio Summo Pontifice Epiſtolâ ad Concilium Carthaginenſe inter Epiſtolas S. Auguſtini 91. deinde Concilio Carthaginenſi cap. 4. ſuprà relato, & in ſpeciem abiurata ab ipſo Pelagio apud Auguſtinum de gratia Chriſti cap. 2. & ab ipſo Iuliano Epiſtolâ Romam miſsâ apud Auguſtinum lib. 1. ad Bonifacium cap. 22. ſed qualis fuerit Catholica doctrina Pelagianæ oppoſita ex qua Pelagiani, eorúmque reliquiæ calumniandi anſam arripuere, quaſi veræ

Chriſti gratiæ profeſſores, vel Liberum Arbitrium penitus tol- Ennodius Tic.
lerent, vel ad malum ſolum ſupereſſe docerent, refert idem
ipſe Auguſtinus in prædicto libro de ſpiritu & litera cap. 3. nos Ibid. cap. 3.
autem (inquit) dicimus humanam voluntatem ſic diuinitùs adiu- "
uari ad faciendam iuſtitiam, vt præter quod creatus eſt homo "
cum Libero Arbitrio voluntatis, prætérque doctrinam, qua ei "
præcipitur quemadmodum viuere debeat, accipiat Spiritum San- "
ctum, quo fiat in animo eius delectatio, dilectióque ſummi illius "
atque incommutabilis boni, quod Deus eſt; etiam nunc cum ad- "
huc per fidem ambulatur nondum per ſpeciem, vt hac ſibi velut "
harrâ datâ gratuiti muneris inardeſcat inhærere creatori, atq; in- "
flammetur accedere ad participationem illius veri luminis; vt ex "
illo ei benè ſit, à quo habet vt ſit, nam neque Liberum Arbitrium "
quicquam, niſi ad peccandum valet, ſi lateat veritatis via: & cum "
id quod agendum & quò nitendum eſt cœperit non latere, niſi "
etiam delectet & ametur, non agitur, non ſuſcipitur, non benè vi- "
Rom. 5. v. 5. uitur: vt aùtem diligatur, *Charitas Dei diffunditur in cordibus* "
noſtris non per Arbitrium Liberum, quod ſurgit ex nobis; ſed *per* "
Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.]

Ideoque ſolennis illa in Sanctum Auguſtinum Pelagianorum
calumnia hâc gratiæ prædicatione penitùs tolli Liberum Arbi-
trium, ipſo Auguſtino teſte ad Bonifacium lib. 1. cap. 2. dicunt " Auguſt ad Bonif. lib. 1. cap. 2.
(inquit Iulianus) illi Manichæi, quibus modo non communica- "
mus, quia primi hominis peccato, ideſt, Adæ Liberum Arbi- "
trium perierit, & nemo iam poteſtatem habeat benè viuendi, ſed "
omnes in peccatum carnis ſuæ neceſſitate cogantur: Manichæos "
(inquit Auguſtinus) vocat Catholicos &c.] Idem de nuptiis & "
concup. lib. 2. cap. 3. multum falleris (inquit Auguſtinus) aut " De nupt. & Conc. lib. 2. cap. 3.
fallere meditaris, non Liberum negamus Arbitrium, ſed ſi vos fi- "
lius liberauerit, tunc verè liberi eritis: hunc vos inuidetis libera- "
torem, quibus captiuis vnam tribuitis libertatem &c.] Idem de "
Correpț. & grat. cap. 1. & quod iam retulimus ex operis Imperf. Idem op. et. imperf. lib. 2. cap. 6.
lib. 1. cap. 100. & ibidem lib. 2. cap. 6. Catholicam hanc fidem (in- "
quit Iulianus) eſſe, vt liberum confiteatur Arbitrium, ſed per quod "
homo malum facere cogatur, & bonum velle non poſſit] (non "
ouum ouo ſimilius, quàm his Iuliani verbis, quod fingit, & impu-
gnat Ennodius) reſpondet Auguſtinus: quid nobis iraſceris qui "
Pſal. 48. emendationis effectum tantò certiùs appetimus, quantò fidelius "
eum à Domino petimus: fruſtrà inflatam linguam voce ſuperbien- "
Pſal. 17. te dilatas: nolumus prorſus, nolumus eis annumerari, qui confi- "
LXX. dunt in virtute ſua. Anima noſtra Deum ſitit. Cui dicit *diligam te*
Prou. *Domine virtus mea.* Poteſt enim homo bonum velle, ſed *præ-*
v. 35. *paratur voluntas à Domino*; In malum verò libens vergit vi-

Ennodius Tic. » tiata, propter quod eſt ſananda natura.]

Sic etiam apud Sanctum Auguſtinum Creſconius & Fœlix Adrumetini Monachi Pelagianæ hæreſis fuligine tincti, Florum
Auguſt. Epiſt. 46. » calumniantur, (ne dicamus ipſum Auguſtinum) quòd ſic gratiam
» agnoſceret, vt negaret eſſe hominis Arbitrium, & diceret etiam
» quod in die iudicij non ſit vel redditurus Deus vnicuique ſecun-
» dum opera eius] Auguſtini Epiſtola 46. ad Valentinum: & eadem
» fuit Maſſilienſium in Sancti Auguſtini doctrinam querela: Conſe-
Proſper Epiſtola ad Aug. » quens putant (inquit Proſper Epiſtolâ ad Auguſtinum) vt quia
» præuaricator ideo dicitur non obediſſe quia noluit, fidelis quo-
» que non dubitetur ob hoc deuotus fuiſſe quia voluit: & quantum
» quiſque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum, paríque
» momento animum ſe vel ad vitia, vel ad virtutes mouere, quem
» bona appetentem gratia Dei foueat, mala ſectantem damnatio
» iuſta ſuſcipiat.] Quæ ipſa fuit Ennodij in hoc ipſo fragmento ſententia.

Maior etiam calumnia Proſpero alijſque Sancti Auguſtini diſcipulis impoſita ab ijſdem verę Chriſti gratiæ obtrectatoribus
Vincent. Obiect. 5. » obiectionum Vincentian. cap. 5. quòd peccatorum noſtrorum au-
» ctor ſit Deus, eo quod malam voluntatem hominum plaſmet ſub-
» ſtantiam, quæ naturali motu non poſſit, niſi peccare] & obiect. 6.
Obiect. 6. » quòd Deus tale in hominibus plaſmet Arbitrium, quale eſt dæ-
» monum, quod proprio motu nihil aliud poſſit, vel velit, niſi ma-
» lum.] Videndus illic Proſper: & hîc obſeruanda eſt ipſius reſponſio ad ſimilem calumniam contra Sanctum Auguſtinum propoſi-
Proſper ad Gall. Obiect. 4. » tam Gallorum capitulo 6. Liberum Arbitrium (inquit) nihil eſſe,
» vel non eſſe perperam dicitur: ſed ante illuminationem fidei in tenebris illud, & in vmbra mortis agere non rectè negatur: quoniam priuſquam à dominatione Diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo iacet, in quod ſe ſuâ libertate demerſit. Amat ergo languores ſuos, & pro ſanitate habet, quòd ægrotare ſe neſcit, donec prima hæc medela conferatur ægroto, vt incipiat noſse, quòd lãgueat, & poſsit opem medici deſiderare, quâ ſurgat. Iuſtificatus itaque homo, ideſt ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donum, quo medio acquirat & meritum: vt quod in illo inchoatum eſt per gratiam Chriſti, etiam per induſtriam Liberi augeatur Arbitrij, nunquam remoto adiutorio Dei, ſine quo nec proficere, nec permanere in bono quiſquam poteſt.]

Similia locutus ille Ennodij aduerſarius, detractâ gratiæ mentione aſſeruiſse damnatur de Arbitrij libertate in vna tantum parte quæ deterior, eligendi datam eſse licentiam. Sic Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, licet ipſe profeſsionem Gotteſchalci referat,

Ennodius Tic.

referat, quâ tantum aſſeruit ſequendam Sancti Auguſtini non Gennadij Pelagiani de gratia & Libero Arbitrio ſententiam: nihilominus in Epiſtolâ ad Amulum præſulem & Eccleſiam Lugdunenſem errores eius, quos putat, recenſendo miſerabili illi Monacho falſo impoſuit, quod aſſereret: & poſtquam primus homo Libero Arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum; ſed tantummodo ad malè agendum libero poteſt vti Arbitrio:] Quod Eccleſia Lugdunenſis in libello ſuo de tribus Epiſtolis detractâ mentione gratiæ hæreticum cenſet: adiecta verò vt nemo noſtrum ſine Dei gratia ad benè agendum Libero poſſit vti Arbitrio, Catholicam & Orthodoxam eſſe decernit, vt in illius libelli examine vidimus ad annum 853.

In libello Eccleſiæ Lugd. de tribus Epiſtolis.

Porro eam fuiſſe aduerſarij illius non ſolùm mentem, ſed expreſſam ſententiam iuxta Catholicum ſenſum, & vniuerſæ Eccleſiæ doctrinam de Arbitrij libertate, in vna tantùm parte, quæ deterior eſt, ſine Dei gratia eligendi ſolam nobis competere licentiam, eiuſdem Epiſtolaris fragmenti quæ poſtmodum habentur verba pleniſſimè demonſtrant. Illud autem (inquit Ennodius) Beati Apoſtoli, quo ſe muniri credit exemplum nobiſcum facit, ſi quæ ſequuntur aduertit, cum inimicus arrogantiæ dixit: *Gratia Dei ſum quod ſum &c.*] Quis ex his non videat iſtum Ennodij aduerſarium non hæreticum, ſed Sancti Auguſtini, ſed Chriſti diſcipulum, Eccleſiæ filium, qui totum quod ageret bonum Deo tribueret, iuxta Sanctum Cyprianum tutiores viuimus ſi totum Deo demus] & Sanctum Auguſtinum de Dono perſeuer. cap. *6.* & cap. 13. nos ergo volumus, ſed Deus operatur in nobis & velle: nos ergo operamur, ſed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate; hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc eſt pium hoc verum, vt ſit humilis & ſubmiſſa confeſſio, & detur totum Deo: cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus. Quod autem attinet ad pietatis viam, & verum Dei cultum *non ſumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobiſmetipſis ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Non eſt enim in poteſtate noſtra cor noſtrum & cogitationes noſtræ &c.] Ex Sancto Ambroſio. En doctrinam ad quam exclamat Ennodius à Pelagiano reliquiis miſerè deceptus. *O ſchiſmaticam propoſitionem, quæ iuxta Apocalypſim ſcriptas habet in fronte blaſphemias? En quo ſe extendant Toxica Libicæ peſtis.* Sic quidem vt poſtmodum videbitur hoc ipſo fragmento, cœleſtem illam Sanctiſſimi Libiæ Præſulis doctrinam infamat Præſul ille ſubtiliſſimis facundiæ Pelagianæ laqueis implicitus. En qualis ſit illius aduerſarius non hæreticus Prædeſtinatianus iuxta R.P. ſed verus S. Auguſtini diſcipulus ſine dubio Catholicus non ingratus. Nunc ipſum R. P. audiamus.

Ennodius in fragm.

Auguſt. de Dono Perſeuer. c. 13.

1. Cor. 3. v. 5.

Ennodius d. fragm.

Ennodius Tic.

CAP. X. PARS ALTERA.

SIRMONDVS.

Etſi Prædeſtinatos vltra Galliam perſequi animus non erat: inuitat tamen occaſio, vt in proximam Ciſalpinam tantiſper digrediamur paucis namque annis ante Synodum Arauſicanam viuere deſiit Ennodius Epiſcopus Ticinenſis, cuius extat inter cæteras lib. 2. Epiſtola ad Conſtantium, in qua tacito nomine quendam refellit, qui aſſerebat Liberum Arbitrium homini deteriorem tantum in partem datum.

CONFVTATIO.

Mirum quod R. P. Galliam, Africam & Italiam peruagatus vt infames Pelagianorum reliquias, quæ veros Catholicæ & Orthodoxæ fidei profeſſores vt hæreticos calumniis & prodigioſis mendacijs inſecutæ ſunt, hîc in vnum colligeret, Arnobium iuniorem Africanum, quẽ in præfatione dilectiſſimi ſui Prædeſtinati plurimum laudauit, quaſi auctorem illius auguratus & plurima ex illo fragmenta tam in proœmiis ipſis, quàm ſub finem retulit, hîc nihilominus prætermiſit, niſi quod merum Pelagianum apertiſſimè, vt in capite primo vidimus, ſapit, & opera eius à Gelaſio Papa inter Apocrypha fuere repoſita, in hoc Summi Pontificis Cenſuræ aliquantulum obtemperans, quam in Fauſto contemnere, & quaſi lacerare non erubuit, & Apocrypha non ſolum non occultare, ſed etiam non minimis laudibus efferre non timuit: Ennodius verò Fauſtum non minimùm imitatus non quidem fallaci nequitiâ, ſed hæreticâ ſententiâ, non libris publicis, ſed ſingulari Epiſtola venenum quod forſan ab illo facundiæ vt erroris Magiſtro hauſerat, Epiſtolâ illâ prodidit, dum tacito nomine Catholicum refellit, qui aſſereret Liberum Arbitrium homini non abſolutè, ſed ſine Dei gratia (vt mox videbitur) deteriorem tantùm in partem non datum, ſed peccato inclinatum.

SIRMONDVS.

Prædeſtinatorum hic error erat, quem in ipſo hæreſis ortu in Monachis Adrumetinis (vt dictum eſt) reprehenderat Auguſtinus in libro de Corrept. & grat. liberum & ad bonum & ad malum faciendum habere nos docens, quod ipſum, quia ſcitè pariter fuſéque in ea quam dixi Epiſtola probat, & confirmat Ennodius, locum integrum hoc loco inſerendum putaui.

CONFVTATIO.

Prædeſtinatorum (qui nulli fuere) non fuit error, ſed errantium & Pelagianiſantium Monachorum in Florum Adrumetinum, immo reuera in ipſius Auguſtini Epiſtolam calumnia vt cap. 1. ſatis ſuperque probatum eſt. Et in lib. de Corrept. & grat. cap. 1. do-

Auguſt. de Corrept. & grat. cap. 1.

Digitized by Google

cuit Sanctus Auguſtinus Liberum Arbitrium & ad bonum & ad malum faciendum nos habere, ſed non in ſenſu Pelagiano à Fauſto, Ennodio & R. P. intento, ſed in ſenſu Catholico, quem ibidem Auguſtinus in ipſo Floro (quem R. P. voluit eſſe Prædeſtinatianum) inueniſſe lætatur, & quem in aduerſario inuenit & refellit Ennodius ipſe. Liberum itaque Arbitrium (inquit ibi Auguſtinus) & ad malum & ad bonum faciendum confitendum eſt nos habere, ſed in malo faciendo liber eſt quiſque iuſtitiæ, ſeruúſque peccati: in bono autem liber eſſe nullus poteſt, niſi fuerit liberatus ab eo, qui dixit, *ſi vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis:* nec ita vt cum quiſque fuerit à peccati damnatione liberatus, iam non indigeat ſui liberatoris auxilio? ſed ita potiùs, vt ab illo audiens: *Sine me nihil poteſtis facere*, dicat ei & ipſe *adiutor meus eſto, ne derelinquas me.*]

Ennodius Tic.

d. Cap. 1.

Ioan. 8. v. 36.

Ioan. 15. v. 5.

Pſalm. 26. v. 6.

Porro fusè quidem ſed parùm ſcitè (vt iam vidimus iterúmque viſuri ſumus) Catholicam ſententiam, quàm Chriſti demptâ gratiâ Conſtantius hæreticam fecerat, Sophiſticis Pelagianorum argutiis deceptus Ennodius impugnauit, nec ſatis cautè hæreſim redolentia eius ſenſa R.P. ſuo calculo comprobauit.

SIRMONDVS.

Ergo (*inquit*) vt ſcriptione teſtamini, inuentus eſt homo, qui ſeruos Chriſti (quemadmodum ipſe promiſit eſſe faciendum) ſub hac occaſione cribraret: aſſerens de Arbitrij libertate in vna tantum parte, quæ deterior eſt, eligendi datam eſſe licentiam. O Schiſmaticam propoſitionem, quæ iuxta Apocalypſim ſcriptas habet in fronte blaſphemias.]

Ennodij fragmentum.

CONFVTATIO.

O hæreticam propoſitionem demptâ Chriſti gratiâ, ſed Catholicam & Orthodoxam in ſua integritáte eſſe conſtat cum hac ſcilicet clauſula (*ſine Dei gratia:*) Nobis poſt peccatum originale, ſine Dei gratia in vna tantum parte quæ deterior eſt ſupereſſe electionem, vt iam probauimus: verba autem illa (ſine Dei gratia) ex aduerſarij non ſolùm mente ſed expreſsâ ſententiâ interpoſita fuiſſe, & per inuidiam & calumniam prætermiſſa probant verba infrà relata: illud autem Beati Apoſtoli quo ſe muniri credit exemplum nobiſcum facit, ſi quæ ſequuntur aduertit, cum inimicus arrogantiæ dixit: *Gratia Dei ſum quod ſum &c.*] Et ſic nemo eſt qui non videat calumniam eóque apertiùs, quò etiam Apoſtolica illa ſententia ibidem Pelagianâ interpretatione corrumpitur vt ibidem videbimus. Et quod Pelagiani eorumque reliquiæ ſoliti eſſent Sancti Auguſtini eiuſque diſcipulorum dicta & ſcripta ad inuidiam illis faciendam calumnioſè propoſita efferre, eandémque ſententiam de qua agitur detracta gratiæ

In eodem fragm.

Digitized by Google

Ennodius Tic. clauſula iam vidimus ex calumnia impactam; & quæ hic ab Ennodio proferuntur (quod aduertendum) ſententiam aduerſarij cum clauſula illa (*ſine Christi gratia*) non minus impugnant: ita vt calumniæ ne minimum dubium ſubeſſe poſſit.

SIRMONDVS.

» Quæ iſta eſt libertas, ſi valet ediſſerat, vbi hoc datur ſolum
» velle quod puniat, aut quare electionem nominis, vbi vnam tan-
» tùm partem aſſerit fuiſſe conceſſam: quod ſi vnitate ſubſiſteret,
» locum diuina iudicia non haberent: quid enim boni à nobis Deus
» noſter rectè quæreret, qui appetentiam eius, de voluntate ſub-
» traxerat? ſed iuxta Apoſtolum? *Nunquid iniquus eſt Deus? abſit.* Rom.
» Inter homines à recti diſcordat affectu, qui à ſubiectis exigit, 3. v. 5.
» quod in poteſtate non tribuit, hoc de Deo quâ conſcientiâ ſen-
» tiatur adſertite.]

CONFVTATIO.

Sed veriùs quâ conſcientiâ confundatur iuxta Pelagium ſtatus naturæ lapſæ cum ſtatu naturæ ſanæ nullâ habitâ ratione peccati originalis, quod primus denegare auſus eſt Cœleſtius Pelagij diſcipulus teſte Vincentio Lirinenſi in commonitorio aduerſus hæreſes cap. 34. quis ante prodigioſum (inquit) Pelagij diſcipulum Cæleſtium reatu præuaricationis Adæ omne genus humanum negauit adſtrictum] quæ hæreſis damnata fuit Concilio Carthagin. cap. 2. ſed his prætermiſſis, quia hæc hæreſis hîc præcisè non eſt expreſſa, huic Ennodij Sophiſticæ exagerationi & Pelagianæ querelæ reſpondet pleniſſimè Sanctus Auguſtinus Epiſtolâ 105. ad Sixtum, ex qua hic pauca adducere ſufficiet:

Vincent. Lirin. in commoni. cap. 34.

Auguſt. Epiſtolâ 105.

» ſed excuſabunt ſe (inquit) homines qui nolunt rectè & fideliter viue-
» re dicentes: quid nos fecimus, qui malè viuimus, quandoqui-
» dem gratiam vnde benè viueremus non accepimus? non poſſunt
» veraciter dicere, nihil mali ſe feciſſe, quia malè viuunt. Si enim
» nihil mali faciunt benè viuunt, ſi autem malè viuunt, de ſuo ma-
» lè viuunt, vel quod originale traxerunt, vel quod inſuper addi-
» derunt. Sed ſi *vaſa ſunt iræ, quæ perfecta ſunt ad perditionem*, quæ Rom.
» illis debita redditur, ſibi hoc imputent quia ex ea maſſa facta 9. v. 22.
» ſunt, quam propter vnius peccatum, *In quo omnes peccauerunt*, Rom.
» merito Deus iuſtéque damnauit: ſi autem *vaſa* ſunt *miſericordiæ*, 5. v. 12.
» quibus ex eadem maſſa factis ſupplicium debitum reddere noluit,
» non ſe inflent; ſed ipſum glorificent, qui eis miſericordiam non
» debitam præſtitit, *& ſi quid aliter ſapiunt, & hoc quoque illis* Phil. 3.
» *ipſe reuelauit &c.*] Et rursùs: humana quippè ſuperbia tan- v. 15.
» quam præſumens de viribus Liberi Arbitrij excuſatam ſe putat,
» quando ignorantiæ, non voluntatis videtur eſſe quod peccat:

Digitized by Google

ſecundùm tamen iuſtum iudicium nec illis parcit, qui non audie- « Ennodius
Rom.2. runt: *Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.* « Tic.
v. 12. Et quamuis ſe ipſi excuſare videantur, non admittit hanc excu- «
Eccl.7. ſationem, qui ſcit *ſe feciſſe hominem rectum*, eique obedientiæ «
v. 30. dediſſe præceptum, nec niſi eius, quo malè vſus eſt, Libero vo- «
luntatis Arbitrio, etiam quod tranſiret in poſteros manaſſe pec- «
catum. Neque enim damnantur, qui non peccauerunt: quando- «
Rom. quidem illud, *Ex vno in omnes pertranſiit, in quo* ante propria in «
15. v. 12. ſingulis quibuſque peccata *omnes* communiter *peccauerunt*: ac «
per hoc inexcuſabilis eſt omnis peccator, vel reatu originis, vel «
additamento etiam propriȩ voluntatis, ſiue qui nouit, ſiue qui «
ignorat, ſiue qui iudicat, ſiue qui non iudicat: quia & ipſa ignoran- «
tia in eis qui intelligere noluerunt, ſine dubitatione peccatum eſt: «
in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtríſque «
non eſt iuſta excuſatio, ſed iuſta damnatio.] Idem habetur de gra- «
tia & Libero Arbitrio cap. 3. Et de corrept. & grat. cap. 7. & alibi
paſſim.

Singulatiter etiam de infidelibus moraliter meliùs viuentibus
in vltimo iudicij die puniendis Auguſtinus contra Iulianum lib. 4. Aug. contra Iulian. lib. 4. c. 3.
cap. 3. inter reliqua hæc habet: Sed ad hoc eos in die iudicij cogi- «
tationes ſuæ defendent, vt tolerabiliùs puniantur, quia *natura-* «
liter quæ legis ſunt vtcúmq; *fecerunt*: ſic mitiùs erit Fabricio, quam «
Catilinȩ ſed nec illis, nec paruulis, qui ſine Baptiſmo moriuntur, «
tertius eſt locus.] «

Denique ſi Ennodius Sancti Fulgentij librum primum ad Mo-
nimum cap. 26. potius quam Fauſti & Caſſiani, aliorúmque Pela-
gianorum libros conſuluiſſet, à tam abſurdâ teſtimonij Apoſtolici
vſurpatione, immo etiam à tam abſurda & Pelagiana Epiſtolâ Fulgent. ad Monimũ cap. 26.
abſtinuiſſet. Nam & ipſe Beatus Paulus (ait Sanctus Fulgentius) «
in iniquitate hominis iuſtitiam Dei prædicat commendari: vt «
oſtendat non injuſtè iram omnipotentis inferri. Ait namque: *Si* «
Rom. 3. *autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus,* «
v. 5. & *numquid iniquus Deus, qui infert iram? ſecundum hominem dico,* «
6. *abſit; alioquin quomodo iudicabit Deus mundum*: Non itaque «
fruſtra talis eſt ab eo facta inter puniendos glorificandóſque diſ- «
Rom. 9 cretio, vt illos vocaret *vaſa iræ*, iſtos autem *vaſa miſericordiæ*; «
v. 23. niſi vt oſtenderet tam in vaſis iræ, quàm in vaſis miſericordiæ ini- «
quitatem propriam præceſſiſſe. Talis eſt Dominus verus, cui vt «
gratuita ſit miſericordia, & ira non ſit injuſta, ac per hoc & illos «
indignos prȩueniat bonitate, quos iuſtificat, & illos dignos inue- «
niat punitione, quos damnat. Ac ſic appareat & in vaſis miſericor- «
diæ non ex ipſis, ſed ex Deo eſſe quod boni ſunt; & in vaſis irȩ non «
ex Deo, ſed ex ipſis eſſe quod mali ſunt. Poſſet enim Apoſtolus «

LLll iij

Ennodius Tic.
» quod dixit *vaſa miſericordiæ*, potius vaſa iuſtitiæ nuncupare. Sed
» ſi vaſa iuſtitiæ vocarentur, forſitan ex ſe ipſis habere iuſtitiam pu-
» tarentur: nunc autem cum *vaſa miſericordiæ* dicit, proculdubio
» quid ipſi fuerint non tacuit, quia quid eis à Deo collatum ſit, eui-
» denter oſtendit. Si enim per ſeipſos eſſent iuſti, mercedem eis
» Dominus pro operibus ſuis redderet, non miſericordiam prærro-
» garet: Sicut idem Apoſtolus alio loco dicit: ***Ei autem qui opera-*** Rom. 4
» ***tur merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum.*** v. 4.
» Vaſa itaque miſericordiæ ad indebitam ſunt gloriam præparata;
» quia gratis ſunt miſericordiam conſecuta &c.]

SIRMONDVS.

» Vbi eſt illud Apoſtoli clamantis, & pro Arbitrij Libertate te-
» ſtantis, ***Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio***: quid eſt Rom. 7
» aliud niſi dicere noui dextrum iter eligere, ſed niſi ingredientem v. 18.
» iuuerit gratia ſuperna laſſabor?]

CONFVTATIO.

Immo quid eſt aliud niſi cum Pelagio Apocalypſim peiorem do-
cere obedientiam, quàm gratiam? vt iam probauimus, ex Proſperi
Epiſtolà ad Auguſtinum & contra Collatorem cap. 8.

SIRMONDVS.

» Nemo dubitat, nemo condemnat: quod auctore gratiæ præſtan-
» te, & ipſe æquitatis diuinitùs callis aperitur: Dux enim bonorum Pſal. 33.
» & præceſſor eſt gratia, quando multiplici ad requiem inuitamur v. 12.
» hortatu: quando nobis dicitur. ***Venite filij audite me, venite benedi-*** Mat. 25
» ***cti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Vbi ego ſum, ibi erit*** v. 34.
» ***& miniſter meus.***] Ioan. 12 v. 26.

CONFVTATIO.

Quidni liceat exclamare, ô Pelagianam propoſitionem, quæ
veram Chriſti gratiam cum Pelagio in doctrina & exhortatione
collocat! vt iam probauimus ex Auguſtino de Gratia Chriſti cap.
7. 10. & 38. Et operis imperf. lib. 1. cap. 92. & 93. & lib. 2. c. 146.

SIRMONDVS.

» Sed niſi talibus monitis & voluntas noſtra, quæ libera eſt, & la-
» bor præſtet obſequium, ad periculum & gehennam non imperio
» aliquo, ſed ſponte deuoluimur, itaque aut præmium deuotio, aut
» pœnam contemptus operatur.]

CONFVTATIO.

Quis hîc etiam Pelagianam ſuperbiam non agnoſcat, quæ in cœ-
lum ponens os ſuum, ſibi non Deo tribuit & victoriam & coronam,
ab ipſo Pelagio damnata fuit, vt iam probauimus ex Auguſtino
de geſtis Pelagij cap. 18. & 19. Epiſtolà 105. ad Sixtum de grat.
& Libero Arbitrio cap. 9. De corrept. & grat. cap. 11. Ex Proſ-
peri Epiſtolà ad Auguſt. Et Auguſtino etiam de Prædeſt. Sanct.
cap. 15.

Digitized by Google

SIRMONDVS.

Alioqui non erit iuſta retributio, quæ aut per ſupplicia refertur neceſſitate peccantibus, aut bonam mercedem offert operi ad quod trahuntur inuiti.] « « « Ennodius Tic.

CONFVTATIO.

Hæc Pelagiana calumnia concupiſcentiam vnà cum vera Chriſti gratia impugnat, vt iam probauimus ex Sancto Auguſtino de nat. & grat. cap. 65. & 66. Et operis imperf. lib. 1. cap. 100. Obiect. Gallor. cap. 5. & 6.

SIRMONDVS.

Ergo debemus gratiæ, quòd occultis itineribus, niſi reſiſtamus ſapor nobis vitalis infunditur. Noſtræ tamen electionis eſt quod beneficia monſtrata ſectamur.] « « «

CONFVTATIO.

Nec minus ſapit Pelagianæ hæreſis virus hæc ſententia, quippe quæ gratiam Chriſti in ſola doctrina collocet, & hominem Deo potentiorem ſtatuat, vt diuinam reſiſtendo ſuperet voluntatem, damnata Concilio Carthag. cap. 4. Sicut iam probauimus ex S. Auguſt. de corrept. & grat. cap. 14. De gratia & Libero Arb. cap. 14. & 15. Et Proſpero contra Collat. cap. 6. Et de vocat Gentium lib. 1. cap. vlt.

SIRMONDVS.

Via enim ſcelerum non imperatrix noſtra legitur eſſe ſed famula, cum de peccatis dicitur: *Sub te erit appetitus eorum.*] « «

CONFVTATIO.

Hoc Ennodius mutuatus eſt à Fauſto ſuo, qui primus hoc Scripturę textu, ſeu Dei, cum Cain fratricidâ colloquio abuſus eſt, vt hominem poſt peccatum ſine ſpeciali Dei gratia in pleniſſima boni poſſibilitate remanſiſſe confirmet, lib. 2. de Lib. Arb. cap. 6. his verbis: Apparuerunt plane in vita Iacob euidentes cauſæ quæ iudicium Domini rectum omnimodis afferant. Sicut Cain dicitur, « « Fauſtus de Liber. Arb. lib. 2. cap. 6

Gen. 4. v. 7. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*; non ſuperpoſuit homini peccatum ſub hac ordinationis lege, ſed ſubdidit. Ecce piiſſimus Moderator generoſam eſſe cupiens facturam ſuam, etiam poſt ruinam, inclinatam licet hominis voluntatem, totius paſſionis & concupiſcentiæ non famulam iubet eſſe, ſed dominam: ſeductoris vel amicitiam, vel repulſam in manu hominis poſuit, ad quem eius iudicium collocauit. Videtur quidem vtriuſque operis appetum electione ipſius permiſiſſe; ſed ideo vt mali licẽtia boni fieret gloria: ſed *ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*, nullâ peccandi neceſſitate concluditur, cuius diſcretioni committitur, vt peccato ſuperiore libertate dominetur: degener verò animus, qui cum beneficio Dei de peccato poteſt victoriã conſequi, mauult cum offenſa Dei ſeruus eſſe peccati: quæ cum ita ſint poſt « « « « « « « « « « « « «

(margin: d. v. 7.)

Digitized by Google

Ennodius Tic. » primi hominis præuaricationem non mors Arbitrij, ſed infirmi-
» tas, nec impoſſibilitas, ſed difficultas propoſito labore ſucceſſit.]

Non ſic Apoſtolus, ſed concupiſcentiam *legem peccati* vocat, vnde Auguſtinus de nupt. & concup. lib. 1. cap. 22. Et ideo, inquit, » *legem peccati* verbis Apoſtolicis nuncupatam, quod hominem » ſibi ſubditum fecerit, quia Deo ſuo ſubditus eſſe noluit.] Item » de natura & gratia cap. 66. Quod autem ex vitiis naturæ ſit quæ- » dam peccandi neceſſitas, audiat homo, atque vt eadem neceſſitas » non ſit, diſcat Deo dicere: *De neceſſitatibus meis educ me &c.*] Et de perfectione iuſtitiæ cap. 2. ad Cœleſtij ratiocinationem pri- » mam: Reſpondemus vitari poſſe peccatum ſi natura vitiata ſane- » tur, *Gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Intantum » enim ſana non eſt, in quantum id quod faciendum eſt, aut cæcitate » non videt, aut infirmitate non implet: dum *Caro concupiſcit aduer-* » *ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt ea quæ non vult homo fa-* *ciat.*] Et ibid. cap. 4. ad ratiocinationem 9. Auguſt. reſpondet: » Per Arbitrij Libertatē factum eſt, vt eſſet homo cum peccato: ſed » iam pœnalis vitioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem: » vnde ad Deum fides clamat, *De neceſſitatibus meis educ me.* Sub » quibus poſiti, vel non poſſumus quod volumus intelligere, vel » quod intellexerimus volumus, nec valemus implere. Nam & ipſa » libertas credentibus à Liberatore promittitur. *Si vos*, inquit, *filius* » *liberauerit tunc verè liberi eritis*: victa enim vitio, in quod cecidit, » voluntate, caruit libertate natura. Hinc alia Scriptura dicit, *A* » *quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt.* Sicut ergo » *Non eſt opus ſanis medicus, ſed malè habentibus*: ita non eſt opus » liberis liberator, ſed ſeruis, vt ei dicat gratulatio libertatis: *Sal-* » *uaſti de neceſſitatibus animam meam*: ipſa enim ſanitas eſt vera li- » bertas, quæ non periſſet ſi bona permanſiſſet voluntas: quia verò » peccauit voluntas, ſecuta eſt peccantem peccatum habendi dura » neceſſitas, donec tota ſanetur infirmitas, & accipiatur tanta liber- » tas, in qua ſicut neceſſe eſt permaneat beatè viuendi voluntas: ita » vt ſit etiam benè viuendi, & nunquam peccandi voluntaria fœlix- » que neceſſitas.]

Nec etiam, vt Fauſtus, & Ennodius; immò longè aliter Chriſtus ipſe ad Iudæos apud Ioannem 8. v. 34. *Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*: quod exponens contra Iulianum Sanctus Auguſtinus operis imperf. lib. 1. » cap. 86. Audiant, inquit, *Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt* » *peccati*, & quærant accipere libertatem, vt non faciant claman- » tes ad eum cui dicitur. *Itinera mea dirige ſecundùm verbum* » *tuum; & ne dominetur mei omnis iniquitas &c.*] Et paulò poſt: » Quis autem noſtrum dicit vniuerſitatem hominum à Diabolo poſſideri,

Marginal notes (left): Auguſt. de nupt. & conc. lib. 1. cap. 22. — Idem de nat. & grat. cap. 66. — Idem de perf. iuſt. cap. 2. — Idem cap. 4. — Aug. oper. imp. lib. 1. cap. 86. a.d. 88.

Marginal notes (right): Rom. 7. v. 23. — Pſal. 24. v. 17. — Rom. 7. v. 25. — Gal. 5. v. 17. — Pſal. 24. v. 17. — Ioan. 8. v. 36. — 2. Petr. 2. v. 19. — Mat. 9. v. 12. — Pſal. 30. v. 8. — Ioan. 8. v. 34. — d. v. 34. — Pſ. 118. v. 133.

poſſideri, cum Sanctorum tanta ſint millia, quæ non poſſidentur à Diabolo? ſed dicimus eos ſolos à Diabolo non poſſideri, quos Chriſti liberat gratia, cuius gratiæ vos eſtis inimici. Si enim hanc gratiam non oppugnaretis, ſed intelligeretis, proculdubio etiam ante vetus Teſtamentum, & tempore veteris Teſtamenti omnes Sanctos à ſeruorum conditione ſeparatos, eâdem liberatos Chriſti gratiâ videretis.] (Ennodius Tic.)

Porrò textum illum Geneſeos non ſic legerunt Auguſtinus & Proſper, ſed *ad te erit conuerſio eius: & tu dominaberis illius.* Et longè aliter quàm Fauſtus & Ennodius expoſuerunt: Proſper quidem de Vocat. Gent lib. 2. cap. 13. Vt bonitatem Dei impiis etiam ante Diluuium generali Prouidentiâ non defuiſſe probet. Bonitas autem Dei, inquit, ne illi quidem parti defuit, quæ in charitate non ſtetit, & ab initio ſui veneno Diabolici liuoris intumuit. Principem enim Gentis impiæ Sancti Fratris meritis inuidentem, cædemque parricidiali corde meditantem dignatur Dominus Paterno mitigare conſilio dicens ad Caïn: *Vt quid triſtis factus es? vt quid concidit vultus tuus? Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti. Quieſce ad te enim erit conuerſio eius, & tu dominaberis eius:* Depone, inquit, ortam de inuidiæ æmulatione triſtitiam, & flammas odij crudelis extingue &c. Tuus ergo hic error eſt, tuumque peccatum, quieſce & noli in inſontem fratrem moueri, ad te potius tua culpa reuocetur, noli peccato regnum in te dare, ſed tu potius in ipſum ſume dominatum, pœnitendo enim, nec in majus facinus progredieris, & ab eo in quo te doles diſplicuiſſe, mundaberis. Cum ergo talia ad Caïn loqueretur Deus, nunquid ambiguum eſt voluiſſe eum & (quantum ad illum medendi modum ſufficiebat) egiſſe, vt Caïn ab impietatis furore reſipiſceret: ſed malitia pertinax inde facta eſt inexcuſabilior, vnde debuit eſſe correctior.]

(Gen 4. v. 17.) (Proſper de Vocat. Gēt. lib. 2. cap. 13) (Gen. 4. v. 7.)

Nec aliter S. Auguſtinus lib. 15. de ciuit. Dei cap. 7. vbi inter reliqua hæc habet: Non tamen eum dimittens ſine mandato Sancto, iuſto, & bono: *Quieſce*, inquit, *ad te enim conuerſio eius: & tu dominaberis illius?* Nunquid fratris? abſit. Cuius igitur niſi peccati? dixerat enim peccaſti, tum deinde addidit, *Quieſce ad te enim conuerſio eius: & tu dominaberis illius.* Poteſt quidem ita intelligi: ad ipſum hominem conuerſionem eſſe debere peccati vt nulli alij, quàm ſibi ſciat tribuere debere, quod peccat: hæc eſt enim ſalubris pœnitentiæ medicina, & veniæ petitio non incongrua: vt vbi ait, *Ad te enim conuerſio eius* non ſubaudiatur erit, ſed ſit præcipientis videlicet non prædicentis modo. Tunc enim dominabitur quiſque peccato, ſi id ſibi non defendendo præpoſuerit, ſed pœnitendo ſubjecerit. Alioquin & illi ſer-

(Auguſt. de ciuit. Dei lib. 15. cap. 7.) (Gen. 4. v. 7.)

MMmm

Ennodius Tic. » uict dominanti, ſi patrocinium adhibuerit accedenti &c.]

Sed illud maximè obſeruandum hoc Dei cum Caïn colloquium à Sancto Auguſtino fuiſſe adductum, quó exemplo illius confirmaret quod capite præcedenti docuerat, præter gratiam generalem & externam quæ à Fauſto & Ennodio, ſicut à Pelagio ipſo prædicatur omnibus hominibus eſſe paratam: electis dari intrinſecùs gratiam ſingularem, per quam bonum » operentur, & ſine qua exterior illa nihil proſit. Hoc modo (in» quit capite ſexto) curantur ciues Ciuitatis Dei in hac terre» na peregrinantes, & paci ſupernæ patriæ ſuſpirantes. Spiritus » autem Sanctus operatur intrinſecus, vt valeat aliquid medici» na, quæ adhibetur extrinſecus. Alioquin etiamſi Deus ipſe v» tens creaturâ ſibi ſubditâ, in aliqua ſpecie humana ſenſus allo» quatur humanos, ſiue iſtos corporis, ſiue illos, quos iſtis ſimil» limos habemus in ſomnis, nec interiore gratia mentem regat, » atque agat, nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis. » Facit autem hoc Deus, à vaſis miſericordiæ iræ vaſa diſcernens, » diſpenſatione, quam ipſe nouit, multum occultâ, ſed tamen » iuſta. Ipſo quoque adjuuante mirabilibus, & latentibus modis &c.] De quibus plenius de Prædeſtinatione Sanctorum capite octauo, vbi ſcholam dicit à ſenſibus carnis valde remotam: Quidni Fauſto, Ennodio & ſimilibus Pelagianæ prauitatis reliquiis » penitus incognitam. Valde remota eſt (inquit) à ſenſibus car» nis hæc ſchola, in qua Pater auditur & docet vt veniatur ad Fi» lium, ibi eſt & ipſe Filius, quia ipſe eſt Verbum eius per quod » ſic docet, nec agit cum carnis aure, ſed cordis &c. Valde in» quam remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qua Deus audi» tur & docet, multos venire videmus ad Filium, quia multos » credere videmus in Chriſtum, ſed vbi, & quomodo à Patre » audierint hoc, & didicerint non videmus. Nimiùm gratia illa » ſecreta eſt, gratiam verò eſſe quis ambigit? Hæc itaque gra» tia quæ occultè humanis cordibus diuinâ largitate tribuitur à » nullo duro corde reſpuitur, ideo quippe tribuitur, vt cordis du» ritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intùs auditur, » vt veniatur ad Filium, *Aufert cor lapideum, & dat cor carneum* &c.] Et de hac interiori gratia alibi paſſim, ſed ad Ennodium reuertamur.

D. lib. 5. cap. 6.

Idem de Prædeſt. Sanct. cap. 8.

2. Cor. 4. v. 15.

SIRMONDVS.

» Quid enim ſibi vult vniuerſa Prophetæ quaſi ſertis redimita » elocutio? *Noli æmulari inter malignantes: nolite confidere in principibus: Nolite fieri ſicut equus & mulus:* Et Apoſtolus, *Nolite fieri ſerui hominum:* Toties noli in ſuperna admonitione, quid » reſpicit ſi aliud velle non licuit.]

Pſ. 108. v. 2. Pſal. 31. v. 9. 1. Cor. 7 v. 23.

Ennodius Tic.

CONFVTATIO.

Hæc & alia plurima ex parte eorum quos vocat non defenſores, ſed inflatores & præcipitatores Liberi Arbitrij congerit Sanctus Auguſtinus libro de gratia & Libero Arbitrio cap. 2. Auguſt. de grat.&Lib. Arb. cap.2.
quibus ſubijcit: Vbi dicitur noli hoc, & noli illud, & vbi ad ali- «
quid faciendum, vel non faciendum in diuinis monitis opus vo- «
luntatis exigitur, ſatis Liberum demonſtratur Arbitrium.] Et «
capite quarto. Sed metuendum eſt (inquit) ne iſta omnia diui- « D. cap. 4.
na teſtimonia: & quæcunque alia ſunt, quæ ſine dubitatione ſunt «
plurima in defenſione Liberi Arbitrij, ſic intelligantur, vt ad vi- «
tam, piam & bonam conuerſationem, cui merces æterna debetur, «
adjutorio, & gratiæ Dei locus non relinquatur, & audeat miſer «
homo quando benè viuit & benè operatur, vel potiùs benè viue- «
re, & benè operari ſibi videtur, in ſe ipſo non *in Domino gloria-* «
ri, & ſpem rectè viuendi in ſe ipſo ponere, vt ſequatur eum ma- «
Hier. ledictum Hieremiæ Prophetæ dicentis: *Maledictus homo qui* «
17.v.5. *ſpem habet in homine, & firmat carnem brachij ſui, & à Domino* «
diſcedit cor eius: talis eſt hæreſis Pelagiana &c.] Deinde capite «
Pſal.94 decimo quinto: meminerimus Deum dicere, *Sed conuertimi-* « Ibidem
v. 8. *ni & viuetis*; cui dicitur: *Conuerte nos Deus.* Meminerimus Deum « cap. 15.
dicere: *Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras:* cum ipſe «
Ezech. iuſtificet impium: meminerimus ipſum dicere: *Facite vobis cor* «
18. v.3. *nouum, & ſpiritum nouum*, qui dicit: *Dabo vobis cor nouum, &* «
&c. *ſpiritum nouum dabo vobis.* Quare iubet, ſi ipſe daturus eſt? «
quare dat, ſi homo facturus eſt? niſi quia dat quod iubet, & «
adiuuat vt faciat, cui iubet &c. Ad hoc enim valet quod Scri- «
Eccl.15 ptum eſt: *Si volueris conſeruabis mandata*, vt homo qui volue- «
ιxx. rit, & non potuerit, nondum ſe plenè velle & cognoſcat, & oret, «
vt habeat tantam voluntatem, quanta ſufficit ad implenda man- «
data: ſic quippe adjuuatur, vt faciat quod iubetur.] «

Et inter plurima ſimilia capite ſequenti: Certum eſt enim « Ibidem
ιxx. (inquit) nos mandata ſeruare ſi volumus, ſed quia *Præpara-* « cap. 16.
Prou. 8. *tur voluntas à Domino*, ab illo petendum eſt, vt tantum veli- «
v. 31. mus, quantum ſufficit, vt volendo faciamus. Certum eſt nos «
velle cum volumus, ſed ille facit vt velimus, bonum de quo «
Pſal.36. dictum eſt: *A Domino greſſus hominis diriguntur, & viam eius* «
v.23. *volet:* de quo dictum eſt: *Deus eſt qui operatur in vobis, & vel-* «
Phil. 2. v.13. *le, & operari.* Certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille fa- «
cit, vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati, qui di- «
Ezech. xit: *Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia* «
36. v.23. *mea obſeruetis, & faciatis.* Cum dicit: *Faciam vt faciatis*, «
quid aliud dicit niſi, *Auferam à vobis cor lapideum*, vnde non «
faciebatis, *Et dabo cor carneum*, vnde faciatis? Et hoc quid eſt, «

MMmm ij

Ennodius Tic. » niſi auferam cor durum vnde non faciebatis, & dabo cor obediens » vnde faciatis &c.]

Quod pluribus exequitur vſque ad libri finem, plurimis adductis ex Sanctarum Scripturarum auctoritate teſtimoniis, qui-
Ibidem cap. 21. » bus probat vt ipſe ait capite vigeſimo primo: Agere Deum om-
» nipotentem in cordibus hominum etiam motum voluntatis eo-
» rum, vt per eos agat, quod per eos agere ipſe voluerit, qui om-
Ibidem cap. 21. » nino injuſtè aliquid velle non nouit &c.] Vnde paulò poſt: his &
» talibus teſtimoniis (inquit) diuinorum eloquiorum quæ omnia
» commemorare nimis longum eſt, ſatis quantum exiſtimo ma-
» nifeſtatur operari Deum in cordibus hominum, ad inclinandas
» eorum voluntates quocunque voluerit, ſiue ad bona pro ſua mi-
» ſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum, judicio vtique ſuo ali-
» quando aperto, aliquando occulto, ſemper autem iuſto. Fixum
» enim debet eſſe & immobile in corde veſtro, *Quia non eſt iniqui-*
» *tas apud Deum.*]

Ex quibus luce clarius patet, quàm malè hic Ennodius his ſacræ Scripturæ teſtimoniis abutatur, quámque parum cautè aſſeruerit Reuerendus Pater librum hunc Sancti Auguſtini de Gratia & Libero Arbitrio ſcriptum contra fictos Prædeſtinatia-
Ibidem cap. 20. nos, immo verò etiam expreſsè ibidem capite vigeſimo; Notat Auguſtinus dum etiam Pelagianum Ennodij ſenſum anticipatâ quadam reſponſione refellit, à ſe in eos ſcriptum qui gratiam Dei
» impugnarent. Satis (inquit) me diſputaſſe arbitror aduerſus
» eos, qui gratiam Dei vehementer oppugnant, qua voluntas hu-
» mana non tollitur, ſed ex mala mutatur in bonam, & cum bona
» fuerit adjuuatur: Et ſic diſputaſſe, vt non magis ego quam diuina
» ipſa Scriptura vobiſcum locuta ſit euidentiſſimis teſtimoniis ve-
» ritatis. Quæ Scriptura diuina ſi diligenter inſpiciatur, oſtendit
» non ſolum bonas hominum voluntates, quas ipſe facit ex malis, &
» à ſe factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam, ve-
» rùm etiam illas quæ conſeruant ſæculi creaturam, ita eſſe in Dei
» poteſtate, vt eas quò voluerit, quando voluerit faciat inclinari,
» vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam
» ingerendas, ſicut ipſe iudicat occultiſſimo quidem iudicio, ſed
» ſine dubitatione iuſtiſſimo &c.] SIRMONDVS.

» Deinde quamuis in perſona Chriſti, tamen pro Arbitrij adſti-
» pularur eiuſdem Prophetæ nobis Libertate teſtimonium. *Vt fa-* Pſal. 39.
» *cerem voluntatem tuam Deus meus volui*, & alibi: *Voluntariè ſacri-* v. 9.
» *ficabo tibi & vota mea Domino reddam*, & iterùm: *Vouete & red-* Pſal. 53.
» *dite.* v. 8.

CONFVTATIO.

Quam malè Chriſti libertas ad quam noſtra, per eius gratiam efformatur, conueniat verſatili & æquilibri, quam iuxta

Ennodium & alios Pelagianæ prauitatis aſſeclas fingunt peripateticæ magìs, quàm Chriſtianæ Philoſophiæ ſectatores patet ex Sancto Auguſtino de Prædeſt. Sanct. cap. 15. Nonne de Spiritu " Sancto (inquit) & Virgine Maria Dei Filius vnicus natus eſt, non " carnis cupidine, ſed ſingulari Dei munere? Nunquid metuendum " fuit, ne accedente ætate homo ille libero peccaret Arbitrio? An " ideo in illo non libera voluntas erat, ac non tantò magìs erat " quantò magìs peccato ſeruire non poterat? &c. Appareat itaque " nobis in noſtro capite ipſe fons gratiæ, vnde ſecundùm vniuſcu- " iuſque menſuram ſe per cuncta eius membra diffundit. Ea gratia " fit ab initio fidei ſuæ homo quicunque Chriſtianus, quâ gratiâ " homo ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus &c.] Idem de Cor- " rept. & grat. cap. 11.

Ennodius Tic.

Auguſt. de Prædeſt. Sanct. cap. 15.

SIRMONDVS.

Illud autem Beati Apoſtoli quo ſe muniri credit exemplum no- " biſcum facit, ſi quæ ſequuntur aduertit cum inimicus arrogantiæ " dixit: *Gratia Dei ſum quod ſum:* Mox enim, ne ſic fugax gloriæ " mederetur, vt longo interuallo à veritate deſciſceret, ſapiens " architectus adiunxit, *abundantius omnibus laboraui, & gratia Dei* " *in me egena non fuit.* Quod dixiſſe eſt: Chriſtus in me, quem di- " gnè aut abundanter remuneraretur inuenit: non enim pauper eſt " diuina gratia, ſed meritorum noſtrorum putatur quadam macie, " aut exilitate tenuari. Quæ tunc non ſuis æſtimatur meatibus " fluere: quando de eius curſibus ariditatis noſtræ vena nihil reci- " pit.] "

1. Cor. 15. v. 10.

Quis hic non miretur Ennodiū tanta Pelagianæ hęreſis fuligine tinctū vt veritus non ſit Apoſtolū ſugillare aliquo interuallo à veritate deſciuiſſe? & non gratuitā ſed ſecundùm merita Apoſtolo contra Apoſtolum gratiam datam comminiſci. Pelagianam iſtam ſententiam à Cœleſtio prolatam damnare compulſus eſt Pelagius ipſe in Dioſpolitana Synodo de geſtis Pelagij cap. 14. vbi de ipſo Paulo ipſum quippè gratiæ nomen & eius nominis intellectus au- " fertur ſi non gratis datur, ſed eam qui dignus eſt accipit dicto cap. " 14. idem Auguſtinus de gratia Chriſti cap. 23. ád Bonifac. lib. 4. " cap. 5. de gratia & lib. Arbit. cap. 5. operis imperf. lib. 1. cap. 131. & Epiſtolâ 107. ad Vitalem hoc tanquam Catholicæ fidei certiſſimum dogma profitetur Auguſtinus. Scimus (inquit) gra- " tiam Dei non omnibus hominibus dari & quibus datur non ſolum " ſecundùm merita operum non dari, ſed nec ſecundùm merita vo- " luntatis eorum quibus datur: quod maximè apparet in paruulis: " ſcimus eis, quibus datur miſericordia Dei gratuita dati; ſcimus " eis quibus non datur, iuſto iudicio Dei non dari.] "

Auguſt. de geſtis Pelagij c. 14.

Idem Epiſtolâ 107.

Hoc autem ſolitum fuiſſe Pelagianorum effugium vt coacti

Digitized by Google

Ennodius Tic.

gratiam confiteri, ſecundùm merita dari ſentiant, teſtis omni exceptione maior Sanctus Leo Papa Epiſtola 86. ad Nicætam Aquileienſem Epiſcopum. Quoniam nouimus (inquit) hanc iſtorum

Leo Papa Epiſtolâ 86.

» eſſe verſutiam in quacunque particula dogmatis execrandi, quâ
» ſe à damnatorum ſocietate diſcernunt, nihil ſibi ſenſuum ſuorum
» exiſtiment eſſe non ſaluum: Cúmque omnes definitiones ſuas ad
» tantam facilitatem improbare ſe ſimulent, atque deponere, hac
» ibi totâ arte fallendi, niſi intelligantur excipiant: vt gratia Dei
» ſecundum meritum dari accipientium ſentiatur. Quæ niſi gratis
» detur non eſt gratia, ſed merces, retributióque meritorum: di-
» cente Beato Apoſtolo: *Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non* Eph. 2.
» *ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne forte quis extolla-* v. 8.
» *tur: ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operi-* &c.
» *bus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus:* Omnis ita-
» que bonorum operum donatio diuina præparatio eſt: nec propriâ
» quiſquam iuſtificatur virtute, quoniam gratia vnicuique princi-
» pium iuſtitiæ, & bonorum fons atque origo meritorum eſt &c.]
Et ibidem Sanctiſſimus Papa decernit, vt qui ex illa hæreſi reuertuntur peruerſum illud dogma cum reliquis illius hæreſis ab Eccleſia damnatis ſpecialiter damnent. Sic etiam Gelaſius Papa Epiſtolâ ad Epiſcopos Piceni, vt videbitur infrà illud ipſum dogma Pelagianorum virus, olímque detritum vocat. Ita vt ex hoc ipſo Ennodius conuincatur hæreticus eſſe Pelagianus.

Illud verò prauum & impium de Diuo Paulo iudicium mutuatus videtur Ennodius à dilectiſſimo R. P. Prædeſtinato Pelagianorum vt vidimus defenſori acerrimo qui inter plurima de Apoſtoli conuerſione deteſtanda hæc habet pag. 139. animum itaque

Prædeſtinatus pag. 139.

» Heliæ, non Caïn habens erga nouos cuſtores Dei fortiter inſi-
» ſtebat, & ignorans crimina pro virtutibus exercebat, Deus au-
» tem cordis inſpector, & fidei contemplator, fecit eum miſeri-
» cordiam inuenire, quia ignorantiam eius innocentia comproba-

Pag. 141.

» bat &c.] Et pag. 141. ita ergo tunc Beatus Paulus miſſus à ſacer-
» dotibus Dei iam meritis Apoſtolicis plenus, vas electionis erat,
» habens intra ſe Spiritum Heliæ, perſequebatur (vt ei videbatur)
» inimicos legis Dei, & quem putabat eſſe furem vineæ, ipſe erat
» Deus ſuus: patiebatur enim noctem, cuius ei obſcurum fecerat
» incredulitas ſacerdotum: iuſtus verò Dominus in hac ipſa ſibi
» perſecutione, quam ipſe patiebatur, pro ſua iuſtitia complace-
» bat, quia ipſe dederat legem, quam ille ſeruabat. Non ergo
» *quaſi perſonarum acceptor*, apprehendit nolentem, & fecit volen-
» tem, apprehendit infidelem, & fecit fidelem, apprehendit ini-
» micum, & fecit amicum, apprehendit malum, & fecit bonum;
» ſed ſuum fidelem, & pro ſe laborantem alloquitur, & dicit *quid me* Act. 9.
» *perſequeris &c.*]

Ennodius vero hîc paucis hæc omnia contrahens, cum dixit: Paulus *gratia Dei ſum id quod ſum*, aliquo interuallo à veritate deſciuiſſe, & ne longius aberraret, continuo addidiſſe: *Abundantius omnibus laboraui*, ideſt, Chriſtus in me quem dignè aut abundanter remuneraretur inuenit.] Quis tam alienam (ne peius dicam) à doctrina Diui Pauli, eiuſque in hoc loco clariſſima ſententia non tam interpretationem, quàm Sanctæ Scripturæ deprauationem æquo animo ferre poſsit? ingenuè ſiquidem & clarisſimè ibidem mala ſua merita & gratuitam Dei gratiam profitetur vas illud electionis ita vt ne minimum dubium ſuperſit. *Ego enim (*inquit*) ſum minimus, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus: quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei: gratia autem Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit. Sed abundantiùs illis omnibus laboraui; non ego autem, ſed gratia Dei mecum.*

Ennodius Tic.

1. Cor. 15. v. 10.

Non ſic, vt Ennodius, ſententiam illam Apoſtolicam adulteratus eſt Sanctus Auguſtinus de gratia & lib. Arbit. cap. 5. omnino (inquit, de Liberi Arbitrij inflatoribus) quantum poſſunt oſtendere gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari, hoc eſt gratiam non eſſe gratiam: quibus enim ſecundùm meritum redditur, non imputatur merces ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum, ſicut apertiſsimè dicit Apoſtolus. Meritum fuit quidem in Apoſtolo Paulo, ſed malum, quando perſequebatur Eccleſiam: vnde dicit: *Non ſum idoneus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Cum ergo haberet hoc meritum malum, redditum eſt ei bonum pro malo; in eo quod ſecutus adiunxit, *ſed gratia Dei ſum quod ſum.* Atque vt oſtenderet & Liberum Arbitrium mox addidit. *Et gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboraui*: Hoc enim Liberum Arbitrium hominis exhortatur, & in alijs quibus dicit: *Rogamus ne in vacuum gratiam Dei ſuſcipiatis:* Vt quid enim eos rogat, ſi gratiam ſic ſuſceperunt, vt propriam perderent voluntatem: tamen ne ipſa voluntas ſine gratia Dei putetur boni aliquid poſſe, continuò cum dixiſſet: *Gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboraui*; Subiunxit atque ait: *Non ego autem, ſed gratia Dei mecum:* Id eſt non ſolus ſed gratia Dei mecum. Ac per hoc nec gratia Dei ſola, neq; ipſe ſolus: ſed gratia Dei cum illo: vt autem de cœlo vocaretur, & tam magna & efficaciſsima vocatione conuerteretur, gratia Dei erat ſola, quia merita eius erant magna, ſed mala &c.]

Auguſt. de Grat. & lib. arb. c. 5.

1. Cor. 15. v. 9.

v. 10.

2. Cor. 6. v. 1.

d. v. 10.

d. v. 10.

Idem Auguſtinus ad Bonifacium lib. 1. cap. 19. dic mihi obſecro quid boni Paulus adhuc Saulus volebat, ac non potius magna mala, quando ſpirans cædem pergebat ad vaſtandos horrendâ

Auguſt. Ibidem ad Boniſ. lib. 1. cap. 19.

Act. 9. v. 1.

Ennodius Tic.

» mentis cæcitate ac furore Chriſtianos? quibus meritis bonæ vo-
» luntatis Deus illum ab his malis ad bona, mirabili & repentinâ
» vocatione conuertit. Quid ego dicam quibus meritis, cum ipſe
» clamet: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ nos fecimus. Sed ſecundum* Tit. 3. v. 5.
» *ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit &c.*] Idem de ſpiritu & littera cap. 8. de geſtis Pelagij cap. 14. & operis imperf. lib. 1. cap. 91. & 131.

Gelaſius Papa Epiſtolâ 7.

Hanc ipſam Pauli Apoſtoli ſententiam in eundem ſenſum optimè expoſuit Gelaſius Papa Epiſtolâ 7. ad omnes Epiſcopos per
» Picenum Italiæ Prouinciam non plurimum à Ticino diſtantem: Il-
» lud autem, inquit, Pelagianorum peculiare virus eſt, olímque
» detritum quo putant gratiam Dei ſecundùm merita hominum
» poſſe conferri, quod abſit à mentibus Chriſtianis, cùm teſtetur
» Apoſtolus, *gratia eſt quæ gratis datur alioquin ſi ex operibus gratia,* Rom. 11. v. 6.
» *iam non eſt gratia:* Quia merces redditur, non gratis (vnde gra-
» tia nomen accepit) impenditur. Quis autem audeat dicere Chri-
» ſtianus aliquid habere boni ſine gratia? quando magiſter gen-
» tium clamat cuncta breuiter in ſe dona concludens. *Gratia Dei* 1. Cor. 15. v. 10.
» *ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit:* Vt oſtende-
» ret, quia Donum gratiæ non ipſe præceſſerit, ſed fuerit ſubſecu-
» tus, atque monſtraret, cooperatorem ſe eſſe gratiæ ſubſequen-
» do: *ſed plus omnibus* (inquit) *illis laboraui.* Ac rurſus veritas
» ne de ſe præſumere videretur adiunxit, *non ego ſed gratia Dei*
» *mecum*, Non dixit ego & gratia Dei mecum, ſed præpoſuit gra-
» tiam præcedentem ſe, atque ſubiunxit: quid autem haberi
» poſſit ſine gratia, cum ſit fides ipſa per gratiam, eodem Apoſto-
» lo nos docente: *Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem.* 1. Cor. 7. v. 25.
» Nec aliud eſt miſericordia diuina, quam gratia &c.]

Fulgentius de vera Præd. lib. 2. cap. 15.

Denique Sanctus Fulgentius propoſitis ex libris Fauſti obiectionibus reſpondens lib. 2. de veritate Prædeſt. cap. 15. & 16. eandem doctrinam & Apoſtolicam ſententiam Catholicè confir-
» mat. Cœleſtibus itaque, inquit, mandatis obediens quantùm
» adiuuatur homo diuinitùs voluntarijs niſibus elaboret: quod ve-
» rò in labore non deficit, quod rectis greſſibus currit, quod be-
» nè certat, quod fidem ſeruat, non ſuæ virtuti deputet, ſed Do-
» no gratiæ in ſe, ac ſecum operantis aſſignet: labori ſancto ſtu-
» dium bonæ voluntatis impendat, quæ voluntas tunc bona eſt, ſi
» ſtudium ſuum diuinæ largitatis munus eſſe non ambigat: Apo-
» ſtolus quippè Timothæum ad virtutem huius laboris hortatur
» dicens: *labora, vt bonus miles Chriſti Ieſu:* Se quoque amplius 1. Tim. 2. v. 3.
» cæteris omnibus laboraſſe teſtatur dicens: *Abundantiùs illis om-* 1. Cor. 15. v. 10.
» *nibus laboraui*; ſed vt oſtenderet ſe, & fidei donum, & laboran-
» di virtutem diuinæ gratiæ munere ac iuuamine conſecutum. Item
dicit.

v. 10. dicit. *Qui priùs fui blaſphemus ac perſecutor & contumelioſus, ſed* « Ennodius
miſericordiam conſecutus ſum. Opus autem eiuſdem miſericor- « Tic.
1. Cor. diæ ſic oſtendit dicens. *Conſilium autem do, tanquam miſericor-* «
7. v. 25. *diam conſecutus à Domino, vt fidelis eſſem.* Ideo cum dixiſſet; «
1. Cor. *Dignum ſe non eſſe vocari Apoſtolum, quia perſecutus eſſet Eccle-* «
15. v. 9. *ſiam Dei,* opus in ſe præuenientis oſtendens ait: *Gratia autem* «
Dei ſum id quod ſum. Et vt oſtenderet laborandi quidem donum «
gratiæ ſibi largitate collatum, ſequitur & dicit: *Et gratia eius* «
in me vacua non fuit: Quid eſt vacua niſi otioſa: ideo adiungit; «
i. v. 10. *Sed abundantius illis omnibus laboraui, non autem ego ſed gratia* «
Dei mecum.] «

Vt eſſet igitur Paulus ex infideli fidelis ſola gratia operata eſt, « Cap. 16.
quæ auerſum conuertit, & infideli fidem cùm infidelitatis ſuæ «
merito accipere non mereretur, attribuit: atque ita voluntariè «
quidem Paulus credidit, voluntariè illis omnibus laborauit. «
Sed & credere & laborare non poſſet, niſi deſuper donum gra- «
tiæ in ſe, ac ſecum operantis acciperet: vt ergo gratia Paulum «
nolentem incredulúmque præuenit, vt bonam voluntatem ha- «
beret: ita cooperante ipſo Paulo bonam contulit collatámque «
à ſe iuuit per omnia voluntatem: Labor ergo Pauli propterea «
fructuoſus fuit, quia laborem ſuum non ſuis viribus, ſed gra- «
tiæ Dei cuius confortabatur iuuamine tribuebat: ſciens, quia «
laboris illius nec conatum haberet, nec conſequeretur effectum, «
ſi defuiſſet & miſericordia præueniens & ſubſequentis auxilium: «
Laboranti ergo voluntas non deerat, quam gratia non ceſſabat «
adiuuare, quæ dederat, & vt Paulus non deficeret in labore, vir- «
tutem volenti gratia ſubrogabat &c.] Ex his quis non videat «
non modo parum ſcitè, ſed impiè Ennodium Apoſtolicam ſen-
tentiam in Pelagianam hæreſim violenter intorſiſſe, nec ſcitè ni-
mis à R. P. laudatum.

Sirmondvs.

O ſi Epiſtolaris pateretur anguſtia ſacrorum voluminum ar- «
cana reſerare, ſed timeo, ne qui nullam poterit Deo inſpirante «
Eccleſ. in fide noſtra inuenire calumniam, de paginæ prolixitate cau- «
15. v. 17. ſetur. Quid illud, quâ mente ſuſcipit? Ecce aquam & ignem «
ad quod vis porrige manum? quid alia quæ copioſus aſser- «
tor ipſe replicaſti? credo more aſpidis clauſâ (vt aiunt) aure «
tranſiuit.] «

Confvtatio.

Quod deceptus Ennodius ingenitâ & inamiſſibili hæreſis Pela-
gianæ ſuperbiâ malè ſibi confiſus, hæreſim ſuam innatæ ſibi facun-
diæ fuco implicatum deprehendi & caſtigari veritus non ſit, pec-
catum fuit peccati pœna, vt audientes non audiant & intelligentes

Ennodius Tic. non intelligant. Si tamen hæc Epiſtola ipſi falsò non fuerit adſcripta, vt teſte ipſo R.P. Sermo Fauſti Regienſis inter opera Sancti Cęſarij recenſetur: vt vt ſit, hoc pace Sancti Præſulis (quem vt in Sanctorum gloriam receptum cum Eccleſia multùm veneror) vt & reliqua dictum velim: Nec enim eius officit ſanctitati quod (vt plurimis Sanctis contigit) delinquens errauerit immò vero iuxta Auguſtinum de corrept. & grat. cap. 9. Si qui (Sanctorum) deuiant & exorbitant, etiam hoc ipſum eis Deus facit proficere in bonum: Quia humiliores redeunt atque doctiores. Sed quantum ad Eccleſiaſtici ſententiam, ſi ad Sancti Auguſtini de perfectione iuſtitiæ, de gratia & Libero Arbitrio, & operis imperfecti in Iulianum, libros æquè ac Fauſti conſuluiſset Ennodius, ſi Sanctum Fulgentium ipſum adijſset, *Credo more aſpidis clausâ (vt aiunt) aure ipſe tranſijſſet*, & victrice Chriſti gratiâ vt poſteà reſipuit, ex tunc reſipuiſset: ſiquidem cum Cœleſtius vt vim Apoſtolicę ſententię: *Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei* eluderet, hoc Eccleſiaſtici teſtimonium inter alia præcipuè obtenderet in prædicto libro de perfect. iuſt. cap. 19. Rom. 9. v. 16.

August. de perf. iuſt. cap. 19. » reſpondet Auguſtinus: hîc vero quantumlibet iſti ſe obtegant » aperiuntur: declarant enim ſe contra Dei gratiam vel miſericor» diam diſputare, quam volumus impetrare cum dicimus *fiat vo» luntas tua, ſicut in cœlo & in terra: & ne nos inferas in tentationem,* » *ſed libera nos à malo.* Vt quid enim iſta orando tanto gemitu peti» mus, *ſi volentis* hominis, *& currentis*, & non *miſerentis eſt Dei?* » non quia hoc ſine voluntate noſtra agitur; ſed quia voluntas non » implet quod agit, niſi diuinitùs adiuuetur: hæc eſt fidei ſanitas, » quæ nos facit orare, *quærere*, vt inueniamus, *petere* vt accipia» mus, *pulſare* vt aperiatur nobis; contra iſtam, qui diſputat contra » ſeipſum claudit oſtium miſericordiæ Dei &c.] Et paulò poſt: Mat. 16 v. 10. & 13. Luc. 11. v. 9.

Ibidem. » Quaſi aliter ſit voluntarium bonum, niſi cum *Deus operatur in no» bis & velle & operari pro bona voluntate.* Aut quia in Deuterono» mio ſcriptum eſt. *Vitam & mortem dedit, ante faciem hominis bo» num & malum, & admonuit vt eligeret vitam*, quaſi & ipſa ad» monitio non de miſericordia veniat, vel aliquid prodeſſet eli» gere vitam, niſi Deus eligendi charitatem inſpiraret, & electam » habere præſtaret, de quo dictum eſt: *Quoniam ira in indignatio» ne eius, & vita in voluntate eius:* aut quia dictum eſt: *Si voles » præcepta ſeruabunt te*, quaſi non debeat Deo agere gratias, quia » præcepta voluit, qui deſertus omni lumine veritatis, hæc velle » non poſſet: *Poſitis ante hominem igne & aquâ*, quo vult quidem » porriget manum, ſed altior eſt qui vocat altiùs, quàm om» nis humana cogitatio, quandoquidem initium çorrigendi cor fi» des eſt &c.] Deut. 30. v. 19. Eccleſ. 15. v. 17.

Digitized by Google

Similiter Sanctus Auguſtinus de grat. & lib. arbit. cap. 2. hunc ipſum Eccleſiaſtici locum cum aliis refert, quaſi ab eis obiectum, quos cap. 14. vocat non defenſores, ſed inflatores & præcipitatores Liberi Arbitrij, eiuſque veram intelligentiam tradit cap. 15. Gratia verò Dei (inquit) ſemper eſt bona, & per « hanc fit, vt ſit homo bonæ voluntatis, qui priùs fuit voluntatis « malæ, per hanc etiam fit, vt ipſa bona voluntas, quæ iam eſſe « cœpit, augeatur, & tam magna fiet, vt poſſit implere diuina man- « data, quæ voluerit, cùm valdè perfectéque voluerit: ad hoc « enim valet quod ſcriptum eſt: *Si volueris conſeruabis mandata:* « Vt homo qui voluerit & non potuerit, nondum ſe plenè velle « cognoſcat, & oret, vt habeat tantam voluntatem, quanta ſuffi- « cit ad implenda mandata: ſic quippè adiuuatur, vt faciat, quod « iubetur: Tunc enim vtile eſt velle, cùm poſſumus, & tunc vtile « eſt poſſe, cùm volumus. Nam quid prodeſt, ſi quod non poſſu- « mus volumus, aut ſi quod poſſumus nolumus.] «

Ennodius Tic.

Idem de grat. & lib. arbit. c. 2.

Idem cap. 15.

Eccleſ. 15. v. 17.

Eandem Eccleſiaſtici ſententiam cum aliis oppoſuit Iulianus Auguſtino, vt penſatilem & æquilibrem voluntatis humanæ tueretur indifferentiam, & victricem Chriſti gratiam impugnaret apud ipſum Auguſtinum oper. imperf. lib. 1. num. 43. Peccatum eſt (inquit Iulianus) voluntas admittendi quod iuſtitia ve- « tat, & vnde liberum eſt abſtinere. Oſtendit hoc Eccleſiaſticus: « *Deus* (inquit) *fecit hominem & dimiſit eum in manibus conſilij* « *ſui. Poſuit ante eum vitam & mortem, aquam & ignem, quod pla-* « *cuerit ei dabitur illi.* Et per Iſaiam dicitur. *Si volueritis* (inquit) « *& audieritis me, bona terra comedetis &c.* Cui ibidem reſpondet « S. Auguſtinus. Hæc teſtimonia propter illam voluntatem dicta « ſunt, in qua quiſque id quod vult agit; vt ſi non habetur, ab eo « poſcatur, *qui in nobis operatur & velle:* Si autem habetur fiant « opera iuſtitiæ, & ei qui illam operatus eſt agantur gratiæ. «

Idem oper. imperf. lib. 1. cap. 43.

Eccleſ. 15. v. 17. Iſa.

Nec aliter etiam Sanctus Fulgentius reſpondens obiectionibus quæ Conſtantinopoli ex libris Fauſti (forſan procurante id Ennodio) emerſerant, ſibíque & reliquis Africanis Epiſcopis pro Chriſti fide in Sardiniam exulibus, à Ioanne Presbytero & Viuerio Diacono propoſitæ fuerant lib. 2. de veritate Prædeſt. & « gratiæ Dei cap. 10. Quoniam igitur (inquit) Deum charitatem « eſſe diuinis claret eloquiis, profectò manifeſtum eſt, quod nemo « Deum habere poſſit, ſi ſe homini Deus ipſe non dederit, in eo « ergo Liberum Arbitrium noſtrum ad diligendum Deum & pro- « ximum, idoneum efficitur, in quo ei charitas diuinitùs datur: « ſine charitate enim nec Deus diligi poteſt, nec proximus: vt au- « tem Deus diligi poſſit ipſe ſe tribuit: quia *Deus charitas eſt*, & « Deum non niſi charitate diligimus. Niſi ergo Deum accipiamus, «

Fulgentius de verit. Prædeſt. & grat. lib. 2. cap. 10.

Digitized by Google

Ennodius Tic. » Deum diligere non valemus: *Poſita ſunt* quoque *ante hominem* Eccleſ. 15. v. 17.
» *ignis & aqua, vita & mors vt quò vult manum ſuam*, Libero
» *porrigat* voluntaris Arbitrio. Si enim deſit voluntas libera, ma-
» nus quoquam non porrigitur: ſed eandem manum ad vitam nun-
» quam porrigit homo, niſi eam Deus gratuitâ bonitate tenuerit,
» propter quod dicitur ei à Propheta: *Tenuiſti manum dexteræ* Pſal. 72. v. 24.
» *meæ, & in voluntate tua deduxiſti me &c.*] Ita vt vaniſſima ſit il-
la Ennodij iactantia dum dicit: *Credo more aſpidis clauſâ (vt aiunt, aure tranſiuit.*

SIRMONDVS.

» Video quo ſe Toxica Libycæ peſtis extendant. Arenoſus
» Coluber non hæc ſola habet perniciosa, quæ reſerat, ad æſtima-
» tionem occultorum facinorum ferenda ſunt, quæ faretur: vult
» enim ad illud pertingere: neminem ſuo vitio, aut negligentiâ
» perire, ſi homo vtriuſque boni & mali poteſtate priuatur. Hos
» tantum iactat potuiſſe ſaluari ſine labore vllo, ſine mandato-
» rum amicitia, quos peregrinantes à merito fauor tantum cœ-
» leſtis eripuit. Proinde quod in ipſum referatur illos periiſſe in-
» telligit, quos gratia noluit diuina liberare.]

CONFVTATIO.

Video quo ſe Toxica non *Libycæ* ſed Inſubriæ *peſtis extendant*, *Arenoſus Coluber* non Auguſtinus, ſed quem vocant Patres Britannus Coluber, qui peſtifero ſermone decepit Ennodium, & in eius ſentitur Epiſtolâ, *non hæc ſola perniciosa habet, quæ reſerat* ſed reliquum quod plurimum eſt Pelagianæ prauitatis virus occultat. Licet quæ hac ſectione ab eo ſubiecta ſunt ex eius coniectura tantum non ex ſententia aduerſarij dicantur, ex his nihilominus non leue exſurgit argumentum; hæc omnia ab Ennodio à Pelagianorum reliquiis decepto (ſi tamen hæc Epiſtola non falſo fuerit Ennodio adſcripta) in meram Sancti Auguſtini doctrinam fuiſſe propoſita: ſiquidem *video* (inquit) *quò ſe Toxica Libycæ peſtis extendant*, quidni dogmata Sancti Auguſtini Libyci ſeu Africani Epiſcopi de gratia & Prædeſtinatione Toxicorum Libycæ peſtis nomine infamare ſtuduerit? Cum non patria ſolum Sanctiſſimi illius Præſulis, ſed & quæ iam vidimus, & quæ ſequuntur ab Ennodio damnata, niſi quod ad inuidiam iuxta Pelagianorum Maſſilienſium & ſimilium peruerſitatem calumnioſè concepta ſunt, omnimodè concinant, nec illi etiam diſſimilibus imo maioribus calumniis, mendaciis & opprobriis eius doctrinam & famam inſecuti ſint: Etenim ſicut hic Ennodius conijcit ex aduerſarij doctrina, *hos tantùm poſſe ſaluari ſine labore vllo, ſine mandatorum amicitia, quos peregrinantes*

à merito, fauor tantum cœleſtis eripuit, vel illos periiſſe, quos gratia noluit liberare: Sic Iulianus & alij Pelagiani Epiſcopi Epiſtolâ ſuâ ad Theſſalonicenſem Epiſcopum apud Sanctum Auguſtinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 5. Sub nomine (inquiunt) gratiæ, ita fatum aſſerunt, vt dicant: quia niſi Deus inuito & reluctanti homini inſpirauerit boni, & ipſius imperfecti cupiditatem, nec à malo declinare, nec bonum poſſet arripere; quibus Sanctus Auguſtinus: putant velle nos fatum aſſerere ſub nomine gratiæ:quia gratiam Dei non ſecundum merita noſtra dari dicimus &c.] Sic etiam pluribus Iulianus apud Auguſtinum operis imperf. lib. 1. cap. 82. & ſeqq.

Ennodius Tic. Auguſt. ad Bonif. lib. 2. cap. 5.

Similes etiam fuere Maſſilienſium querelæ, teſte Proſpero Epiſtolâ ad Auguſtinum: Sed refugiunt (inquit) iſtud fateri, diuinóque adſcribere operi Sanctorum merita formidant. Nec acquieſcunt Prædeſtinatum Electorum numerum, nec augeri poſſe, nec minui: ne locum apud infideles, ac negligentes cohortantium incitamenta non habeant, ac ſuperflua ſit induſtriæ ac laboris indictio, cuius ſtudium ceſſante electione fruſtrandum ſit. Ita demum enim poſſe vnumquemque ad correctionem, aut ad profectum vocari, ſi ſe ſciat ſuâ diligentiâ bonum eſſe poſſe, & libertatem ſuam ob hoc Dei auxilio iuuandam, ſi quod Deus mandat elegerit.] Idem ipſum teſtatur etiam Hilarius Epiſtolâ ad Auguſtinum de diuiſione Gratiæ in auxilium *quo*, & *ſine quo non.* His verbis, inquit, ſanctitatis tuæ ita mouentur, vt dicant quandam deſperationem hominibus exhiberi: Si enim, aiunt, ita Adam adjutus eſt, vt & ſtare poſſet in iuſtitia, & à iuſtitia declinare, & nunc ita Sancti juuantur, vt declinare non poſſint: ſiquidem eam acceperint volendi perſeuerantiam, vt aliud velle non poſſint, vel ſic quidam deſeruntur, vt aut nec accedant, aut ſi acceſſerint, & recedant, ad illam voluntatem pertinuiſſe dicunt exhortationis vel comminationis vtilitatem, quæ perſiſtendi, & deſiſtendi obtinebat liberam poteſtatem, non ad hanc cui nolle iuſtitiam incuitabili neceſſitate conjunctum eſt.] Sic denique Galli ipſi objectionibus ſuis Sancti Auguſtini doctrinam infamare conati ſunt capite ſexto: Quòd Liberum Arbitrium in homine nihil ſit: ſed ſiue ad bonum ſiue ad malum Prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.]

Proſper Epiſtolâ ad Auguſt.

Hilarius Epiſtolâ ad Auguſt.

Gallor object. 6.

Ex his omnibus vel cuilibet obuium eſt Ennodium hæreſis Pelagianæ fuligine non minimùm tinctum, virus illud epotaſſe incautum, non Prædeſtinatum hæreticum, ſed Catholicum, non ingratum veræ & Orthodoxæ fidei profeſſorem refellere Pelagianis ſententiis ſtuduiſſe, cúmque nomine Toxicorum Lybicæ peſtis, ſaluberrima Sanctiſſimi totius Lybiæ

Ennodius Tic. Præſulis Pharmaca venenatis Scotorum pultibus & anilibus. Gallorum fabulis repellere conatum, nec ſatis cautè vel ſcitè à Reuerendo Patre laudatum, nec etiam illum tutò, vt fabulam ſuam de Prædeſtinatiana hæreſi exornaret, Ennodij Ticinenſis Pelagianam Epiſtolam pro ſæculi illius coronide hìc appoſuiſſe. Cum nec ille de Prædeſtinatis hæreticis (quod nomen tunc non ignotum) nec de Prædeſtinatione etiam vel minimum meminerit: ita vt ex his ſimiles etiam fuiſſe Fauſti Gennadij, ementiti, Proſperi, & dilectiſſimi R. P. Prædeſtinati, Prædeſtinatorum titulo in Catholicos veræ & perfectæ Chriſti gratiæ aſſertores fabulas & calumnias nemo non videat.

CAPVT XI. Apud R. P. Sirmondum.

Prædeſtinatiana hæreſis in Gallia per Gotteſchalcum renouata, & à Rabano, atque Hincmaro in duabus Synodis iterùm oppreſſa.

Confvtatvr.

Gotteſchalcum à Rabano per inſcitum, impugnatum ab Hincmaro etiam per fraudem & calumniam Prædeſtinatorum hæreſis accuſatum, ſed minimè conuictum: immo ea ipſa Capita, quæ ille Hincmarus fictitiorum Prædeſtinatianorum erroribus, accenſebat à viris doctrina & pietate præſtantiſſimis, ab Eccleſia Lugdunenſi, & à duabus Synodis habita & propugnata.

HOc & ſequenti, quod vltimum eſt, capite ſuperſunt expendenda quæ ſæculo nono in cauſa Gotteſchalci acta ſunt: ſed quoniam à prima Diſſertatione iam pleniſſimè expoſuimus quicquid tam circa doctrinam, quàm circa perſonam miſerabilis illius Monachi ad mortem eius contigit: Hic è re futurum iudicauimus nullà præmiſsâ enarratione verba R. P. in his duobus capitibus tantum expendere. Et ſi hæc refutatio Hiſtoriæ Prædeſtinatianæ ſeorſim à priori noſtra Diſſertatione edatur, ad calcem ſubijcere Synopſim Chronicam & Hiſtoricam illius Diſſertationis, quę vix ſine confuſione iuxta conſilium R. P. his duobus capitibus propoſitum diuidi poſſet. Nec aliter etiam inutilis erit hæc Synopſis ſtrictim lectoris oculis ſubijciendo præcipua eorum, quæ plu-

Digitized by Google

ribus in Diſſertatione continentur. Sic igitur Reuerendus Pater. Raban. & Hincmar.

SIRMONDVS.

Trecentis amplius annis conticuerat in Gallia Prædeſtinatorum hæreſis, cum iterum Karoli Calui ſæculo excitata eſt à Gotteſchalco Presbytero. Monachus is fuit Orbacenſis in Sueſſionica Diœceſi: qui relicto Monaſterio in Italiam tranſgreſſus, cum peruerſa doctrinæ ſemina in agro Veronenſi ſpargeret, binis à Rabano Epiſtolis, quæ nuper editæ ſunt, eſt confutatus, vnâ ad Nothingum Veronenſem Epiſcopum, alterâ ad Eberardum eiuſdem oræ Comitem.

CONFVTATIO.

Nullam hactenus ſæculo ſcilicet Sancti Auguſtini, nec ſequenti fuiſſe, nec in Gallia, nec alibi Prædeſtinatianorum hæreſim, decem præcedentibus Capitibus iam vidimus. Nullam etiam hoc ſæculo nono, nec in Gotteſchalco, nec in aliis fuiſſe priori Diſſertatione noſtrâ, Deo duce, plenius demonſtratum. Hic verò ſtrictim à Reuerendo Patre objecta duobus his quæ ſequuntur capitibus refellendo idem ipſum confirmandum. Et imprimis miſerabilis ille dum viueret Monachus, non relicto Monaſterio, ſed Abbatis ſui veniâ ſolennem illo ſæculo ad ſacratiſſima Principum Apoſtolorum limina peregrinationem ſuſcepit, & peractis religioſis votis in Monaſterium reuerſurus in ædes Comitis Eberardi in agro Veronenſi vel Vercellenſi ſe recepit, vbi non peruerſæ doctrinæ ſemina ſparſit, ſed in confertatione cum Nothingo Epiſcopo ſaluberrimam & germanam Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam de gemina Dei Prædeſtinatione aſſeruit. Cum verò Nothingus cum Rabano Mauro vix Archiepiſcopo Moguntino collocutus retuliſſet quem cum illo ſermonem habuerat, pollicitus eſt Rabanus in huius quæſtionis elucidationem aliquod ſe opuſculum in lucem editurum (ad conuincendum, inquit, errorem eius) vt ipſemet obſeruauit in præfatione Epiſtolæ illius ad Nothingum, cui & alteram adjunxit ad Eberardum.

SIRMONDVS.

In qua de Gotteſchalco inter cætera hæc leguntur. Diuulgatum « (*inquit*) in iſtis partibus conſtat, quendam ſciolum nomine Got- « teſchalcum, apud vos manere qui dogmatizat, quod Prædeſti- « natio Dei omnem hominem ita conſtringit, vt etiam ſi quis ve- « lit ſaluus fieri, & pro hoc fide rectâ atque bonis operibus cer- « tet, vt ad vitam æternam per Dei gratiam veniat, fruſtra & in- « caſſum laboret, ſi non eſt Prædeſtinatus ad vitam: quaſi Deus « Prædeſtinatione ſuâ cogat homines interire, qui auctor eſt ſa- « lutis noſtræ, non perditionis: & iam hinc multos in deſperatio- «

Rabanus Epiſtolâ ad Eberardū.

Raban. & Hincmar. » nem ſuimet, hæc ſecta produxit: ita vt dicant. Quid mihi neceſ-
» ſe eſt pro ſalute mea & vita æterna laborare? quia ſi bonum
» fecero & prædeſtinatus ad vitam non ſum, nihil mihi prodeſt. Si
» autem ego malum egero nihil mihi obeſt, quia prædeſtinatio Dei
» me facit ad vitam æternam peruenire.]

CONFVTATIO.

Non ex Rabani Epiſtolis, ſed ex Gotteſchalci confeſſionibus & fragmentis tam libelli quàm profeſſionis ipſius, quæ ipſemet Rabano obtulit, expendenda eſt eius ſententia, nec etiam ex Epiſtolis Rabani alibi minus exquiri potuit, quam ex hoc fragmento, in quo nihil de Prædeſtinatione Dei ad interitum cautum eſt, de qua nihilominus fuit præcipua, immo vnica in miſerabilem illum Monachum Rabani querela: ſed more antiquorum Pelagianorum, & reliquiarum verbis (ne dicam calumnioſè) ſaltem oratoriâ exageratione ad inuidiam conceptis, vera non tantum Sancti Auguſtini, ſed vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ de gratuita & abſoluta Electorum Prædeſtinatione doctrina fuit expreſſa: ſic ſiquidem ipſi Maſſilienſes apud Proſperum

Proſper Epiſtolâ ad Auguſt. » Epiſtolâ ad Auguſtinum: Hoc autem propoſitum vocationis Dei,
» quo vel ante mundi initium, vel in ipſa conditione generis huma-
» ni eligendorum & reijciendorum dicitur facta diſcretio: vt ſecun-
» dùm quod placuit Creatori, alij vaſa honoris, alij vaſa contumeliæ
» ſint creati, & lapſis curam reſurgendi adimere, & Sanctis occaſio-
» nem teporis afferre: eo quod in vtramque partem ſuperfluus la-
» bor ſit: ſi neque rejectus vllâ induſtriâ poſſit intrare, neque ele-
» ctus, vllâ negligentiâ poſſit excidere &c.] Non huic Maſſilienſium diſſimilis fuit Rabani ſententia, nec etiam in miſerabilem Monachum eadem cum Sancto Auguſtino ſentientem diſſimilis querela & perſecutio.

Nihilominus Sanctus Auguſtinus veritatem gratuitæ Prædeſtinationis mordicùs, vt ſalutare & ſingulare Apoſtolicæ doctri-
» næ dogma tutatus eſt. Hæc eſt (inquit de Prædeſtinatione San-
Auguſt. de Prædeſtin. Sanct. cap. 17. » ctorum cap. 17.) immobilis veritas Prædeſtinationis & Gratiæ
» &c.] & cap. ſeq. Quis inquam hæc audiat diligenter & intelligen-
» ter, & audeat de hac quã defẽdimus tã clarâ veritate dubitare &c.]
Et cap. 18. De dono perſeu. c. 18 » Et de dono perſeu. cap. 18. Hoc ſcio neminem contra iſtam Præde-
» ſtinationem, quam ſecundùm Scripturas Sanctas defendimus, niſi
» errando diſputare potuiſſe.] Similiter Sanctus Proſper non mo-
Proſper de Lib. Arb. ad Ruffin. cap. 11. do Epiſtolâ ad Auguſtinũ aſſeruit eam neceſſario ſequi ex gratia Dei verè gratuita, ideoque hanc gratiã à Maſſilienſibus reijci: ſed & de Lib. Arb. ad Ruffinum c. 11. id ipſum aſſerẽdo addidit. Quod
Fulg. de fide ad Petrũ. » quidem ita impium eſt negare, quàm ipſi gratiæ contraire. Et Sanctus Fulgentius de fide ad Petrum inter 40. fidei regulas quas

Rabani & Hincmar.

quas ſub Anathematis pœna profiteri neceſſe eſſe aſſeruit. Firmiſſimè tene, inquit, & nullatenus dubites omnes, quos vaſa miſericordiæ gratuitâ bonitate Deus fecit, ante conſtitutionem mundi in adoptionem Filiorum Dei prædeſtinatos à Deo, neque perire poſſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinauit ad regnum cœlorum: Nec quemquam eorum quos non prædeſtinauit ad vitam, vllâ poſſe ratione ſaluari, &c.] Et in Fragmento opuſculi ad Eugypinum Preſbyterum contra ſermonem cuiuſdam Pelagiani, quod Adrianus Papa in Epiſtolis ſuis 96. ad Egilam Epiſcopum & 97. ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos inſerens, auctoritate Pontificali confirmauit, expoſitâ pleniſſimè gratuitâ & abſolutâ Dei Prædeſtinatione: Teneatur ergo, inquit, Prædeſtinationis veritas à fidelibus cunctis: quia quiſquis diuinum non credit in hac Prædeſtinatione conſilium, non perueniet ad glorioſum eiuſdem Prædeſtinationis effectum.]

Idem in Fragm. ad Eugypinũ in Epiſtola Adriani PP. 96. & 97.

Porrò aduertendum quod hîc Rabanus dixit, *diuulgatum in iſtis* partibus, &c.] & in fine & *iam hinc multos in deſſperationem ſuimet hac ſecta perduxit, &c.*] Hoc oratoriâ amplificatione inuentum, quò magis vrgeret Comitem Eberardum, vt Gotteſchalcum domo ſuâ expelleret, cum ex ipſo Rabano conſtet in præfatione Epiſtolæ ad Notingum, contentionem illam de gemina Prædeſtinatione ſibi ſoli priuatim, etiam extra Germaniam in pago Loganæ, & à paucis diebus ab ipſo Notingo relatam, ſicque ex ſimplici contentione, vel etiam priuatâ collatione dogmatiſtam fingit, vt vel ex his pateat, quàm parum tutum ex his commentis & oratoriis amplificationibus, miſerabilis illius Monachi ſententiam velle præſcribere.

SIRMONDVS.

Ex Italia in Germaniam profectus Rabano eidem libellum erroris ſui obtulit, ab eòque & ab Epiſcopis Germaniæ damnatus eſt & ad Metropolim Remenſem remiſſus in Concilio Moguntino Anni 848.

CONFVTATIO.

Vbi Rabani Epiſtolas illas ad Notingum, & ad Eberardum notas habuit miſerabilis ille monachus, nihil ſibi conſcius hæreſeos cuius inſimularetur, Italiâ relictâ in Germaniam ſe recepit Anno 848. Et quoniam Rabanus Epiſtolâ illâ ad Notingum malos ad pœnam præſcitos tantùm, non prædeſtinatos certâ fide credendum affirmaret, de voluntate Dei, & morte Chriſti pro omnibus indiſtinctè etiam pro infidelibus, & de Libero Arbitrio iuxta Gennadij ſententiam ſcriberet, de tribus illis quæſtionibus peritiſſimos totius Germaniæ Theologos conſuluit Gotteſchalcus tribus eorum non minùs pietate, quàm doctrina celeberrimorum

nus ab ipſo impetitus, & erroris accuſatus præerat, periculum quidem ſubiit, ſed damnatus non fuit, plurium ſententiâ & Regis ipſius iuſſu, ad Epiſcopum Hincmarum tranſmiſſus eſt, præſtito iuramento, ne amplius in regnum Ludouici rediret, teſte certiſſimo Auctore Annalium Fuldenſium ad Annum 848. his verbis. Raban. & Hincmar.

Circa Kalendas Octobres generale placitum (Rex) habuit apud Moguntiam, in quo Legatos fratrum ſuorum &c. Gotteſchalcus quoque quidam Presbyter de Prędeſtinatione Dei prauè ſentiens, & tam bonos ad vitam, quàm malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter à Deo prędeſtinatos eſſe affirmans, in conuentu Epiſcoporum rationabiliter (vt plurimis viſum eſt) conuictus; & ad proprium Epiſcopum Ingumarum Remis tranſmiſſus eſt, priùs tamen iuramento confirmans, ne in regnum Ludouici vltra rediret.] Notandum primo in Placito non in Concilio. Secundo prauitatem fictitij iſtius erroris in eo, quod tam bonos ad vitam, quàm malos ad mortem perpetuam iuxta Sanctum Auguſtinum ineuitabiliter à Deo eſſe prædeſtinatos affirmaret. Tertiò non condemnatum, ſed rationabiliter conuictum. Quartò non omnium ſententiâ, ſed tantùm vt plurimis viſum eſt, quod ſic ab illo ſcribi qui in alteram partem propendebat, inſolens eſt: Denique infra Rabanus hoc Regis iuſſu actum teſtatur. Annal. Fuldenſ. ad Ann. 848.

SIRMONDVS.

Synodica verò, quæ damnationis ſententiam continet hoc eſt exēplum.

Reuerentiſſimo Fratri Conſacerdoti Hincmaro Archiepiſcopo, Rabanus ſeruus Chriſti & ſeruorum eius in Domino ſalutem. Notum ſit Dilectioni veſtrę, quòd quidam gyrouagus Monachus nomine Gotteſchalc, qui ſe aſſerit Sacerdotem in veſtra parrochia ordinatum de Italia venit ad nos Moguntiam, nouas ſuperſtitiones & noxiam doctrinam de Prædeſtinatione Dei introducens, & populos in errorem mittens, dicens, quod Prędeſtinatio Dei ſicut in bono ſit, ita & in malo: & tales ſint in mundo quidam, qui propter Prędeſtinationem Dei, quâ eos cogat in mortem ire, non poſſint ab errore, & peccato ſe corrigere, quaſi Deus eos feciſſet ab initio incorrigibiles eſſe, & pœnæ obnoxios in interitum ire. Hanc opinionem nuper in Synodo apud Moguntiam habitâ ab eo audientes, & incorrigibilem eum reperientes annuente atque iubēte piiſſimo noſtro Rege Ludouico, decreuimus eum cum pernicioſa ſua doctrina damnatum mittere ad vos, quatenus eum retineatis in veſtra parrochia, vnde primum inordinatè receſſit, & non ſinatis eum ampliùs errorem docere, & ſeducere populum: quia iam multos ſeductos (vt audiui) habet, & minus deuotos erga ſuam ſalutem, qui dicunt: quid mihi proderit laborare in

Digitized by Google

Raban. & Hincmar.

" ſeruitio Dei? Quia ſi prędeſtinatus ſum ad mortē, nunquam illam
" euadam: Si autem malè egero, & prædeſtinatus ſum ad vitam, ſine
" vlla dubitatione ad æternam requiem vado. Hoc ergo paucis vo-
" bis, ſcripſimus, intimantes, qualem eius doctrinam reperimus.
" Vos etiam valebitis de ore eius quid ſentit pleniùs audire, & quid
" inde agendum ſit iuſtè decernere. Dominus omnipotens Sanctita-
" tem veſtram benè valentem, & pro nobis orantem in æternum
" conſeruare dignetur.]

Primò obſeruandum hanc Rabani ad Hincmarum non Synodicam ſed ſingularem eiuſdem eſſe Epiſtolam, non ſolum, quia non fuit Synodus Eccleſiaſtica ſed Placitū Regium, immo etiam quia ab ipſo Rabano non in Synodo nomine Synodi, ſed peracto placito, & proprio nomine proprio ſenſu edita.

Secundò in Placito actum de ſola quæſtione geminæ Prædeſtitionis: non etiam de Gratia & Libero Arbitrio, nec de morte Chriſti, & voluntate Dei pro ſalute infidelium: licet Gotteſchalcus (vt ſuprà relatum eſt) de his ex occaſione in libello ſuo erroris Rabanum notauerit.

Tertiò Rabanum ipſum & aliquot alios Epiſcopos (vt Lupo Seruato teſte iam vidimus) ad exemplum Hilarij Arelatenſis, ita infenſos fuiſſe eis, qui geminam Dei Prædeſtinationem aſſererent, vt eorum doctrinam non minùs, quam horrendam blaſphemiam deteſtarentur: Quaſi illi Deum crederent libidine puniēdi aliquos condidiſſe, & iniuſtè damnare eos, qui non valuerint peccatum ac per hoc iudicium declinare, quod idem ipſum Rabanus hîc Gotteſchalco ex ſenſu proprio impoſuit contra fidem Annalium Fuldenſium, contra Fragmenta quæ ſuperſunt ex libello, & profeſſione miſerabilis illius Monachi, quæ Hincmarus quaſi omnium pene peruerſitatū fœtidas & cęnulentas fœces impugnanda collegit: contra plurimas & ſæpius repetitas ipſius Hincmari declarationes, qui non tantùm miſerabilem illum Monachum de Prædeſtinatione Dei, nihil aliter ſentire quàm Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum, Eccleſiam Lugdunenſem, & vtrumque Concilium Valentinum & Lingonenſe ſæpius teſtatus eſt: Verùm etiam in opere de Prædeſtinatione Cap. 15. pag. 63. eos omnes conferendo cum priſcis (quos finxit) Prędeſtinatianis, aſſerens illos Prædeſtinationem Dei ad peccatum docuiſſe, de Gotteſchalco & aliis con-

Hincm. de Prędeſt. cap. 15.

" trarium agnoſcit: Moderni, inquit, Prędeſtinatiani dicunt: Præ-
" deſtinauit Deus reprobos ad interitum nō ad peccatum, cum non
" niſi per peccatum perueniri poſſit ad interitum.] Et quoties hęreſis Capita quæ Gotteſchalco impoſuit ſiue Epiſtolâ ſuâ ad Eccleſiam Lugdunenſem, ſiue ad Nicolaum Papam, ſiue ad Egilonem Senonenſem recenſuit. Licet eius ſenſa iniquis verbis ſemper in

Digitized by Google

deteriùs expoſuerit, nunquam tamen eum illius impietatis notauit: Ex quibus patet nullam fidem habendam huic ſingulari Rabani Epiſtolæ, nec ex illa metiendam miſerabilis illius Monachi de Dei Prædeſtinatione ſententiam, eoque minùs quòd ea quæ hîc Rabanus Gotteſchalco tribuit, videntur ſaltem imitatione deſumpta ex Gallorum calumniis in Sanctum Auguſtinum Cap. 11. Quòd per Dei potētiam Deus homines ad peccata compellat] 13. Quod quidam homines nō ad hoc à Deo creati ſunt, vt vitam adipiſcantur æternam] & 14. Quod qui Euangelicæ prædicationi non credunt ex Dei Prędeſtinatione non credāt, & quod Deus ita definierit, vt quicūque non credūt, ex illius conſtitutione non credāt.]

Raban. & Hincmar.

Gallor. Obiect. cap. 11. Cap. 13. Cap. 14.

Quartò notandum quod dixit Rabanus *decreuimus eum cum pernicioſa ſua doctrina damnatum mittere ad Vos*, nullomodo conuenire cum Annalibus Fuldenſibus, in quibus *conuictus* quidem dicitur, *non damnatus*, ſed multò minus conuenit cum ſequentibus, vbi aſſeritur iudicandum remitti. *Vos etiam valebitis*, inquit, *de ore eius quid ſentit pleniùs audire, & quid inde agendum ſit iuſtè decernere.* Siquidem ſi damnatus, quomodo de eo iuſtè decernere. Hoc omnem in iudiciis abſurditatem exuperat; nihil notius, nihil certius tam ex Sacris Canonibus, quàm toto iudiciorum ordine ne bis in idem Can. Apoſt. 25. Sancti Baſilij Epiſtola ad Amphilochium Can. 3. & 33. & in Photij Nomocanone tit. 9. cap. 17. Ita vt veriùs ſit miſerabilem illum monachum, non damnatum in placito Moguntino, quamuis hoc Rabanus aſſeruerit, qui in eo non tam quid geſtum quam quid optaret referebat.

Quintò quod additum: *Quia iam multos ſeductos vt audiui habet & minus deuotos erga ſuam ſalutē, qui dicunt quid mihi proderit &c.*] Merum commentum, quale iam vidimus ex Epiſtolâ ad Eberardum, & iam hinc multos, inquit, in deſperationē ſuimet hæc ſecta perduxit, &c.] Hocque, quò magis induceret Hincmarum, vt miſerabilem illum Monachum in monaſterio recluſum coerceret: Nec vllus vnquam de his ſectatoribus locutus eſt, nec habere potuit vt iam vidimus. Denique tantum abſuit vt miſerabilis ille monachus diſcipulos colligeret, & publicè dogma ſuum de gemina Prædeſtinatione profiteretur (quod vt aiebat Lupus Abbas Ferrarienſis ad Karolum Regem multi audacter loquuntur, ſed intelligenter pauci capiunt) quin ex Fragmento Epiſtolæ eius ad Ratramnum, patet eum licet plurimos de eo celebres pietate, & doctrina viros conſuleret, ſententiam tamen propriam illos celaſſe ſolis exceptis Iona, Lupo, & Marcuuado, quibus mentem ſuam aperuit: Nec etiam Vvalafrido Strabo Augiæ diuitis Abbati, licet amiciſſimo, ipſi explicuerit, vt in ſuo conqueritur gratulatorio carmine ad Gotteſchalcum.

Lupus Ferrar. Epiſt. ad Reg Karol.

Raban. & Hincmar.

Denique ex illo ipſo carmine patet, ex contemptu & indignatione magis quàm ex rei veritate miſerabilem illum monachum hîc à Rabano dici gyrouagum, quem Vvalafridus laudat, quaſi vitâ potiorem lege Lycurgi, eiuſque probitatem non minùs quàm doctrinam teſtatur.

Vvalafridus Strabo in Gratulat. carm. ad Gotteſchalcum.

Tequoque ſit certum multis teſtantibus, & me
Atque alios exemplorum verbique lucernâ
Inſtruere, & ſapidis infundere poſſe ſaliuis.

Eóque magis quod ſententia Cariſiaci in eum præſentibus Epiſcopo ſuo Rothado & Abbate Bauone, nullomodo quaſi Monaſterij deſertor ſeù gyrouagus fuerit notatus, quod non fuiſſet prætermiſſum.

SIRMONDVS.

Inde ſubſecuta eſt Synodus altera contra Gotteſchalcum in Cariſiaco Palatio habita, in qua iterum auditus damnatúſque iterum eſt ab Epiſcopis, & prolata in eum ſententia huiuſmodi.

» Eccleſiaſtica Sententia in Pertinaciſſimum Gotteſchalcum pro-
» pter incorruptibilem obſtinationem illius, in Synodo apud Ca-
» riſiacum habitâ à 12. Epiſcopis Eccleſiaſtico rigore prolata.
» FRATER GOTTESCHALC Sacro-ſanctum Sacerdotalis myſterij
» officium, quod irregulariter vſurpaſti, & in cunctis moribus, ac
» prauis actibus, atque peruerſis doctrinis, eo hactenus abuti non
» pertimuiſti, iudicio Spiritus-Sancti, cuius gratiæ munus eſt Sa-
» cerdotale officium, per virtutem Sanguinis Domini noſtri Ieſu
» Chriſti noueris tibi eſſe, ſi quomodo ſuſcepiſti, ſublatum; & ne
» vlterius eo fungi præſumas, penitus interdictum. Inſuper quia &
» Eccleſiaſtica & ciuilia negotia contra propoſitum, & nomen Mo-
» nachi conturbare contemnens, iura Eccleſiaſtica præſumpſiſti,
» duriſſimis verbetibus te caſtigari, & ſecundùm Eccleſiaſticas re-
» gulas ergaſtulo retrudi Auctoritate Epiſcopali decernimus, & vt
» de cætero doctrinale tibi officium vſurpare non præſumas, per-
» petuum ſilentium ori tuo virtute æterni verbi imponimus.]

CONFVTATIO.

Non eodem anno (vt poſuit R. P. in Antiquis Conciliis Gall. Tomo 3.) ſed initio ſequentis iuxta Annales Bertinianos: non in Synodo ſed in Placito regio ipſo rege præſente damnatus Gotteſchalcus, ſententiâ à 12. Epiſcopis Eccleſiaſticis (vt aiunt) rigore prolatâ, ſed qua de cauſa non ſatis cōſtat: primò hîc notatur, quod *irregulariter Sacerdotium vſurpauerit* promotus ſcilicet à Rigboldo Remorum Chorepiſcopo, inſcio (vt ait alibi Hincmarus) proprio Epiſcopo, ſed hæc circunſtantia non veriſimilis, vt probauimus ſuo loco; quod additum eſt *in cunctis moribus, ac prauis actibus atque peruerſis doctrinis*, quæſitus color potiùs quàm damna-

tionis cauſa allata eſt, quæ aliis expreſſis ex generalibus verbis nunquam inducitur, eo minùs quòd probatis moribus fuiſſe multis teſtantibus retulerit Vvalafridus Strabo, nec alij actus eius, quàm laudabiles appareant; Doctrina verò eius Catholica & Auguſtiniana, cuius ſemper ſtudioſiſſimum fuiſſe teſtis eſt Lupus Ferrarienſis Epiſtola 30. Raba n. Hincm.

Altera cauſa, *quod Eccleſiaſtica & ciuilia negotia contra propoſitum & nomen Monachi conturbare contemnens, iura Eccleſiaſtica præſumpſerit*, intelligenda videtur, quod in placito regio Moguntino, in quo & Eccleſiaſtica & ciuilia iura exercerentur, profeſſionem ſuam vnà cum libello in Rabanum Archiepiſcopum, quò illum prauæ ſentētiæ notaret, offerre præſumpſerit: licet hoc cum omni reuerentia actum fuiſſe argumento ſit, quod nec in Synodo Moguntina, nec in præfata Epiſtola ad Hincmarum Rabanus conqueſtus ſit, immo ne libelli quidem meminerit.

Addidit & aliam cauſam Hincmarus Epiſtolâ ſuâ ad Amulum & Eccleſiam Lugdunenſem, dum refert ſe miſerabilem illum Monachum in Synodum illam producere ſtuduiſſe, vbi, inquit multis audientibus nihil dignum ratione vel dixit, vel interrogatus reſpondit, ſed vt abreptitiùs cùm quid rationabiliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum prorupit, & propter impudentiſſimam inſolentiam ſuam per regulam Sancti Benedicti à Monachorum Abbatibus, vel cæteris Monachis dignus flagello adiudicatus, &c.] De his velut abreptitij contumeliis & imprudentiſſimâ inſolentiâ nullibi aliàs, ſed ab Hincmaro in capite 2. operis ſui, de prędeſtinatione, & Epiſtola ad Nicolaum Papam ſimpliciter auditus, & inuentus hæreticus refertur. Hincmari Epiſtola ad Eccleſiam Lugdun. Hincmar. de Prędeſt. cap. 2. Item Epiſt. ad Nicol.

Verùm quod *inuentus* ſit *hæreticus* in ſententia, ne verbum quidem, in qua aliæ cauſæ expreſſæ ſunt, & ſic poſt decennium quęſitus color ab Hincmaro, quo rigorem ſententiæ & retruſionis, quem Epiſtolâ illâ Summo Pontifici diſſimulauit, prætexeret, & ſuſceptæ cauſam foueret, ita vt ratum fixum ſit (vt pluribus in priori diſſertatione probatum) non vt hæreticum damnatum fuiſſe Gotteſchalcum, quod etiam ex eo neceſſariò confirmatur, quod per biennium fermè communio ei non fuerit denegata, vt patet ex Epiſtola vltima Rabani ad Hincmarum.

Et *de doctrina* quidem actum, ſed de qua, vel quouſque, vel quomodo penitus incertum: valde probabile eſt ſaltem eam, cuius falsò inſimulabatur prædictâ Rabani Epiſtolâ (quam Synodicam vocant) fuiſſe expenſam & improbatam: ſententia ipſa vbi de peruerſis doctrinis & doctrinali officio interdicto, & ſilentio in perpetuum impoſito id ſatis indicat. Illam verò Rabani Synodicam, quâ non ſolùm hæreticâ doctrinâ, ſed etiam deteſtabili bla-

quatuor Capitula, totidem Gotteſchalci Capitulis, quæ ad ſtabiliendam hæreſim ſuam condiderat oppoſita. Raban & Hincm.

CONFVTATIO.

In antiquis Conciliis Galliæ tomo tertio Reuerendus Pater primus omnium nullo auctore, ne quidem Hincmaro ſuo duce: immo prorſus reluctante, quatuor Hincmari Capitula (quibus non ſolùm miſerabilis illius Monachi, ſed & Prudentii Epiſcopi Tricaſſini, Lupi Abbatis Ferrarienſis, & plurimorum aliorum, qui eandem ſententiam, vt verè Catholicam tutati ſunt, ſcripta condemnare intendit) quaſi hoc placito Cariſiaco (quod Concilium vocat) definita cum ſupradictâ in Gotteſchalcum ſententiâ repoſuit, & ex illis Concilium ſolenne concinnauit, ne dubium vllum ſubeſſet miſerabilem illum Monachum hæreſeos damnatum, eiuſque doctrinam de gemina Prædeſtinatione, & reliquis in Concilio 12. Epiſcoporum, etiam vt hæreticam damnatam; quod longiſſimè à veritate abeſt: Siquidem (vt diximus ſectione præcedenti) non damnata fuit doctrina, nec etiam miſerabilis ille Monachus vt hæreticus damnatus: Multò minùs ſanciti Canones, ideoque monitus R. P. quaſi dubius hìc poſuit, in eadem « quoque Synodo aut in eodem certè loco conſtituta ſunt quatuor « Capitula] ſed vt veritas innoteſcat rei geſtæ ſeries hìc breuiter « ſubiicienda.

Damnato Gotteſchalco, & in ergaſtulum Cellæ Altumuillarenſis Remenſis Diœceſis ſub cuſtodia fidelium Hincmari recluſo, ſingulari Epiſtolâ fruſtra conatus eſt Hincmarus eum à ſententia geminæ Prædeſtinationis reuocare, ſed geminis etiam breuiori & prolixiori confeſſionibus, conſtantiſſimè in eadem ſententia remanſit, & Hincmarus ſcripto libello ad recluſos & ſimplices in ſua parrochia conſiſtentes, contrariam ſententiam tutatus eſt, nec non ſingulari Epiſtolâ paucis ante Paſcha diebus Pru- « dentio Tricaſſino Epiſcopo ſignificauit, ſe ab eo conſilium quæ- « rere de ſtatu & compreſſione illius miſerabilis Monachi, ſi in « Cœna Domini vel in Paſcha debeat eum admittere ad audien- « dum ſacrum officium, vel accipiendam ſacram Communionem:] « Mitiùs cum miſerabili illo Monacho agendum, nec denegandam communionem reſcripſiſſe Prudentium quæ inſecuta ſunt demonſtrant. Et ſub finem anni ex conſenſu Synodi libellum edidit Prudentius ad Hincmarum ipſum, quo collectis ex Sacrarum Scripturarum & Sanctorum Patrum maximè Sancti Auguſtini ſententiis, non ſecus ac Gotteſchalcus, veritatem geminæ Prædeſtinationis, Chriſtum pro ſolis fidelibus paſſum, eoſque ſolos Deum velle ſaluos fieri, qui ſaluantur, nec de Libero Arbitrio cum Gennadio ſentiendum, eúmque hortatur ne patiatur docti-

Flodoard. hiſt. lib. 3. cap. 28.

Epiſt. Rabani ad Hincm. Flodoard. d. lib. 3. cap. 21.

Digitized by Google

Raban. & Hincmar.

nam illam Sancti Auguſtini & totius Eccleſiæ quolibet commento impugnari. In eandem etiam ſententiam ſcripſere, deinde Lupus Abbas Ferrarienſis, libello ad Carolum Regem cum ſimili Collectaneo, Ratramnus Monachus Corbeienſis ad ipſum Carolum Regem, & in Germania etiam Lupus Seruatus venerabilis Moguntiæ Preſbyter, qui Placito illi Moguntino cum Rabano interfuerat.

Ideóque Hincmarus fruſtra conatus Rabano perſuadere, vt librum Prudentij & Confeſſiones miſerabilis illius Monachi refelleret, Ioannem Scotum Erigenam Aulicum, Philoſophiæ quidem & Græcarum literarum peritum, ſed Theologię penitùs ignarum deprecatus eſt, vt pro ſuſceptæ in Gotteſchalcum cauſę patrocinio ſcriberet. Et cum ſcriptus ille à Ioanne Scoto liber erroribus, hæreſibus, & blaſphemiis ſcatens, piis omnibus execrationi eſſet, à Prudentio Tricaſſino ſcriptis impugnatus fuiſſet, videns Hincmarus ex hinc multùm inclinatas ſuſceptæ cauſæ partes, anno 853. duplex ſibi præſidium parari ſtuduit. Primum, vt Eccleſiam Lugdunenſem, cuius Epiſcopus Amulo ipſi eſſet amicitiâ coniunctus, in partes ſuas trahere tentaret, alterum vt clandeſtinâ aliquâ congregatione, ſeu captato Conuenticulo (quoniam legitimo Concilio id fieri non poſſe cerneret) auctoritate Regiâ ederentur Capitula, quibus aliquantulùm ſententia ſua fulciretur, contraria quæ multùm inualuerat deprimeretur.

Flodoard. lib. 3. c. 21.

Quoad primum Hincmarus Epiſtolâ ad Amulum Lugdunenſem Archiepiſcopum, expoſuit in duobus Epiſcoporum Conciliis Moguntiæ & Cariſiaci, miſerabilem illũ Monachum damnatum, eiúſque doctrinam iniquis verbis in quatuor Capitibus recenſuit, & quinto hæreſim de libero arbitrio, à qua, ipſo Hincmaro alibi teſte, toto cælo abſuit, falsò ei impoſuit: Parduli Laudunenſis Hincmarianæ fraudis & nequitiæ Patroni in eundem finem Epiſtolam, cum Apographo prædictæ Rabani Epiſtolæ ad Notingum miſit; vt quod Eccleſia Lugdunenſis, inquit, de eadem re ſentiret, verè & fideliter reſponderet: ſed ab Hincmaro & Pardulo nihil fraudulentæ dexteritatis obmiſſum, quò in ſententiam Hincmari, vt veriſimiliorem propenderet. Et nihilominus (vt videbitur capite ſequenti) Eccleſia Lugdunenſis miſerabilis illius Monachi ſententiam in omnibus comprobauit, Hincmari verò vt erroneam refellit & reiecit.

Libellus de Eccleſ. Lugdun. de tribus Epiſtol.

Quantùm ad alterum, menſe Maio inter Concilium Sueſſionenſe & Vermerienſe ab Epiſcopis quinque Prouinciarũ Rege ipſo præſente celebratum, Rex Carolus factione Hincmari ex Concilio Sueſſionenſi in Palatium ſuum Cariſiacum reuerſurus, Hincmarum, & paucos alios ſecum adduxit Epiſcopos, vbi Hincma-

rus mirâ præcipitatione nullis adhibitis codicibus, quatuor illa famoſa Capitula edidit, quibus Rex ipſe cum reliquis (etiam aliquibus inuitis) ſubſcripſit: huius conuenticuli & Capitulorum, quatuor ſolus meminit auctor Annalium Bertinianorum coætaneus, in omnibus Hincmaro ſuo ſecundus, in præiudicium reliquorum omnium & cõtemptum etiam Sedis Apoſtolicæ, his verbis ad hunc annum 853. Carolus inde (ſcilicet a Concilio Sueſſionenſi) ad Cariſiacum veniens, cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus Monaſticis, quatuor Capitula edidit, & propriâ ſubſcriptione roborauit, quorum primum eſt: à Deo neminem prędeſtinatum ad pœnam, vnámque eſſe Dei prædeſtinationem, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ: Secundum, liberum arbitrium, quod in primo homine perdidimus, nobis præueniente, & adiuuante Chriſti gratiâ redditum. Tertium, velle Deum generaliter omnes homines ſauos fieri, licet non omnes ſaluentur. Quartum Chriſti ſanguinem pro omnibus fuſum, licet non omnes paſſionis myſterio redimantur.]

Raban. & Hincmar.

Annal. Bertinian. Anno 853.

Hincmarum verò hæc Capitula præcipitanter, & nullis inſpectis voluminibus edidiſſe, ipſe non ſuſpectus teſtis eſt in opere, de prædeſtinatione, cap. 23. Sed cuicunque placet, inquit, benigno animo conferat Capitulum Sanctæ Arauſicanę Synodi, cum Capitulo à nobis ad ſenſum excerpto, quia librum præ manibus tunc non habuimus, quando hoc Capitulum de ſenſibus Orthodoxorum dictare coacti ſumus, &c.] Et cap. 34. ſub finem. De cuius Sancti viri (ſcilicet Proſperi inquit) vt ſimpliciter & veraciter omnibus fateamur, inſtantiâ deuotionis Domini & Chriſtianiſſimi Caroli Principis coacti qui librum illius præ manibus non habuimus, quantum ad memoriam nobis venit, & breuitas temporis, & ſimutanea compulſio permiſit hoc Capitulum humilitas noſtræ intelligentię delibauit, &c.] Idem etiam cap. 30.

Hincmar. De Prædeſtin. cap. 23.

Cap. 34.

Sed & aliquos etiam, qui Rege exigente ſubſcripſerant, cùm primùm licuit, iam ſuum ſecutos iudicium, & contrariam ſententiam publicè profeſſos, ipſemet Hincmarus teſtis eſt in præfatione eiuſdem operis de Prædeſtinatione: adeò inquit ad Regem Carolum) quorumdam excreuit diſſenſio vt hæc diſſonantia ad veſtram peruenerit notitiam, & Synodi decreto pro zelo fidei, & vnanimitatis amore, antequam hæc nobis perſcrutanda committeretis, quatuor Capitula Epiſcopali definitione vobis de Catholicorum Patrum dictis colligi, & ſingulorum exigeretis manibus roborari: poſtea verò & quorumdam ex his, qui eiſdem Capitulis ſubſcripſerant, & aliorum etiam in tantum eſt accumulata vecordia, vt neceſſe foret, & iuſſionis veſtræ inſtantia, & executionis noſtræ obedientia.]

Hincmar. in Præfat. de Præd.

Digitized by Google

Raban. & Hincmar.

Denique nec Conuenticuli illius, ne quatuor Capitulorum in eo ab Hincmaro, & factionis ſuæ Epiſcopis præcipitanter, nec liberè editorum, vlla mentio habita fuit in Concilio apud Vermeriam tribus menſibus poſtea celebrato ab iiſdem Epiſcopis, qui antea in Concilio Sueſſionenſi conuenerant, licet Capitula in illo Sueſſionenſi Concilio ſtatuta ibidem apud Vermeriā ſcilicet, relecta & confirmata fuerint: Nec etiam habentur in Capitularibus Caroli Calui, in quibus hæc duo Concilia fuere repoſita, ita vt veriſimiliter Carolus Caluus, licet fraudibus Hincmari illectus illis Capitulis ſubſcripſerit; nihilominus poſtmodum pœnitentiâ ductus, illa tanquam ſuis Conſtitutionibus indigna reiecerit.

Quicquid ſit, conſtat Capitula illa quatuor non in legitimo Concilio, vel Placito illo, quo damnatus eſt Gotteſchalcus; ſed in hoc Conuenticulo paucorum Epiſcoporum, eorúmque factioſorum ad nequitiam illam ſelectorum, clandeſtino, præcipitato, & libertate deſtituto, ab Hincmaro ſuſceptæ causâ clanculum, & præcipitanter edita; vt longè à veritate aberrent, qui ea pro legitimis Concilij definitionibus obtrudunt, & ex eis Concilium illud Cariſiacum anni 848. conficiunt, quò euincant Gotteſchalcum hæreſis Prędeſtinatianæ damnatum, & ſententias eius illis quatuor Capitulis oppoſitas, quę veram Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam continent, quaſi hæreticas fuiſſe proſcriptas?

SIRMONDVS.

Quod verò ſilentium illi eſt à Synodo impoſitum, cum eo conuenit, quod Rabanus priuatim de eodem Gotteſchalco ſuadebat ſcribere ad » *Hincmarum:* Ego autem quantum præſumo, inquit, admoneo, » vt has contentiones in populo Chriſtiano fieri prohibeatis, & » ipſum Gotteſchalcum huius erroris auctorem, nec ſcribendo, nec » loquendo vltrà, multis nocere permittatis. Miror enim prudentiam veſtram quod iſtum noxium virum, hoc eſt Gotteſchalcum, qui in omnibus vituperabilis inuentus eſt, qui nec Monachi votum, nec ſacri ordinis vitam, ſed neque prædicando officium legitimè obſeruauit, ſcribere aliquid permiſiſtis: in quò officio magis nocere potuit, quàm viua voce loquendo. Vnde etiam in plurimis locis, vt audiui, ſui veneni poculo non paucos inebriauit, & in erroris inſaniam vertit.]

Rabanus Epiſtola ad Hincmar.

CONFVTATIO.

Hæc Rabani verba deſumpta ſunt ex poſtrema eius ad Hincmarum Epiſtolâ poſt condemnationem miſerabilis illius Monachi (anno integro & dimidio ſcriptâ, quem vt hæreticum damnatum) iuxta Hincmari ſibi plurimum tribuentis inſolentes literas ſuſpicabatur: ideóque reprehendit Rabanus, quod ei cōmunio tribueretur. Et attendite (inquit) quomodo vos ſine crimine poſſitis

De Epiſt. Rabani.

Digitized by Google

eſſe, qui in Synodo veſtra hanc ſectā nefandam ſimul cū hæretico « damnaſtis,ſi ei modo incorrecto communicaueritis? Debetis enim « correctores eſſe malorum, non ſecutores errantium.] Ex quibus « patet iuxta Prudentij conſilium non denegatam huc vſque miſerabili illi monacho communionem. Nec ſiquidem per ſententiam à communione fidelium fuerat ſeparatus. Patet etiam Rabanum in hanc,& eam quæ hic à R. P. refertur, cenſuram prodiiſſe ex eo, quòd Hincmarus Epiſtolâ ſuâ illi iactanter expoſuiſſet, Synodo in qua præfuiſſet,hanc ſectam nefandam ſimul cum hæretico damnatam, vt ex his etiam aduertatur, quàm periculoſum infidis Hincmari relationibus fidem adhibere: nec non aduertendum Gotteſchalco in ergaſtulum retruſo ſcribendi facultatem ab Hincmaro hac cautione conceſſam, vt ſcripta eius omnia reliquis ignota, ſibi ſeruarentur, ſuo iudicio prout ſibi videretur & expediret ſupprimenda,vel publicanda: nec enim aliter vlla apparuiſſe conſtat. Tum ſeueram illam Rabani in miſerabilem illum Monachum coercitionem, ſeueriùs etiam vſurpatam, vt ei etiam poſt 20. annos aut circiter in ergaſtulo morienti communio, & mortuo Eccleſiaſtica ſepultura fuerit denegata: Et ſic ex his omnibus patet nec Prædeſtinatianam hæreſim in Gallia per Gotteſchalcum renouatam, nec à Rabano & Hincmaro in duabus Synodus oppreſſam.

Raban. & Hincm.

Hincm. de non trina Deitate. In fine.

CAPVT XII. Apud R. P. Sirmondum.

Lugdunenſem Eccleſiam Synodumque Valentinam in cauſa Gotteſchalci Prædeſtinatorum erroribus minimè ſuffragari.

CONFVTATVR.

Vel Potiùs ex ea Reuerendi P. Confeſſione, & Lugdunenſis Eccleſiæ clariſſimis teſtimoniis, vniuerſa Prædeſtinatianæ Fabulæ *Machina diſſoluitur.*

IN hoc titulo vt alibi paſſim mera cauillatio. Non ſiquidem contra hodiernos hæreticos probandum ſuſcepit R. P. errores illos Prædeſtinatianis hæreticis, qui nunquam fuere, ab Antiprædeſtinato, Gennadio, Fauſto Reienſi, & ipſis Maſſilienſibus ac reliquis huiuſcemodi apud Gallos Pelagianorum reliquiis, immo ab ipſis Iuliano & Pelagio ipſi Auguſtino ex calumnia impo-

Eccleſ. Lugdun. ſitos, ab Eccleſia fuiſſe damnatos & anathemate proſcriptos, ſoli hæretici hoc negare poſſunt: Immo etiam iam verbis exhorrent, licet eorum profeſſores ſequantur: ſed contra Catholicæ fidei Profeſſores & in communione Eccleſiæ præcipuos Sancti Auguſtini diſcipulos probare intendit, aliquos fuiſſe hæreticos Prædeſtinatianos, qui dogmata illa ab omnibus fidelibus damnata tuerentur, ſcilicet Deum peccati anctorem eſſe, ſeu Prædeſtinatione ſuâ quaſi fatali neceſſitate malos ad peccandum compellere. At tantùm abeſt vt id per Eccleſiam Lugdunenſem Synodumque Valentinam probari queat, vt contrarium omnino demonſtretur: Nullumque euidentius aduerſus Prædeſtinatianæ Fabulæ commentum, peti poſſit argumentum, quàm ex Doctiſſimis Lugdunenſis Eccleſiæ ſcriptis. Audiat igitur & in poſterum timeat R. P. Eccleſiam iſtam in hac cauſa nominare, cum enim illa per S. Remigium Antiſtitem ſuum, Rabani ad Notingum Epiſtolæ reſponderet in qua ille ſuperfluo labore probare contendebat neminem Deum ad peccandum prædeſtinare, diſertè negat Remigius vllum in tantam hæreſim incidiſſe, quod Prædeſtinatianæ cauſæ iugulum petit. Aſſumpſit, inquit, non neceſſariam nec vllatenus ad rem de qua quæritur pertinentem diſputationem: Vtrum impios Deus & iniquos prædeſtinauerit ad ipſam impietatem, & iniquitatem, id eſt, vt impii & iniqui eſſent, & alii eſſe non poſſent, quod nullus hoc tempore dicere vel dixiſſe inuenitur, &c.] Quid clarius, quid R. P. magis aduerſum, cui probandum incumbit non quidem impium fore, ſi quis aſſerat Deum ad peccandum prædeſtinare, quod omnes fatemur, ſed multos fuiſſe tunc temporis & antehac tā impii dogmatis aſſertores, eámque ob cauſam Prædeſtinatianos hæreticos appellatos, quod falſum eſſe cōtendimus, & nobiſcū etiam falſum eſſe cōtendit Eccleſia Lugdunenſis.

Eccleſ. Lugdun. de tribus Epiſtolis ad tertiam.

Sed longè adhuc illuſtrius eſt eiuſdem Eccleſiæ teſtimonium, quo tota illa Prædeſtinatianorum Fabula diſiicitur, & quod ſolum hac diſſertatione probandum ſuſcipimus, omnino confirmatur. Nimirum non aliud hanc fictitiam hæreſim fuiſſe quàm meram in Catholicos veræ Chriſti Gratiæ defenſores calumniam. Hæc enim habet Eccleſia Lugdunenſis Hincmari Hyperaſpiſtis argutias refellens Cap. 4. Quæ eſt iſta ſecunda hæreſis tam incognita, tam noua & inaudita, quæ Libero Arbitrio denegato ſolius gratiæ ſit prædicatrix. Niſi quia vt nobis videtur diſputator iſte, vel Beatum Auguſtinum latenter quaſi hæreticum accuſat, eo quod manifeſtè iuxta veritatem Scripturarum, ſolâ Dei gratiâ oſtendat & doceat hominem poſſe ſaluari, nec ad ipſam ſalutem æternam aliquid humanum arbitrium poſſe, niſi per eandem gratiam fuerit reformatum, ſanatum, illuminatum ac roboratum,

Eccleſ. Lugdun. cōtra Scotum cap. 4.

Aut certè eos qui ſecundum eius venerabilem & Catholicam do- « Eccleſ.
ctrinam nunc de gratia Dei ſentiunt, & docent, quaſi minùs illius « Lugdun.
dicta intelligentes, hæreticos vocat; videlicet quaſi ille non ita de «
Libero Arbitrio ſenſerit, nec iſti rectè verba illius intelligant, & «
ideo errent ex occaſione verborum eius, dum ea aliter intelligunt, «
quam ille ſcripſit. Hac de cauſa nobis videtur, quod callidiſſimè «
omninò & verſutiſſimè velut hæreſim ſolius gratiæ poſuerit, nec «
tamen auctorem vel Sectatores eius vlla ſignificatione manifeſta- «
uerit. Quod ſi ita eſt, quid aliud quam Eccleſiam noſtri temporis «
ſimul cum eis, qui illum ad talia inſtigant viperea ſubtilitate ac- «
cuſat; & ideo ſi ſunt tales qui in partibus Regni illius, vbi iſte im- «
pugnator veritatis non ſolum non arguitur, vel ſilentium ei im- «
ponitur, ſed etiam laudi & honori maximo habetur, qui ei in ta- «
libus faueant, maximè viri Eccleſiaſtici, quis dignè poſſit dolere «
& horrere, iſtud contagij & peſtilentiæ malum, quod ab illis «
partibus tam effrenatè & infrunitè, tam impudenter & audacter «
contra cæteras partes Eccleſiæ Dei quietas inter ſe, & pacificas & «
tranquillas exſurgit: Vbi tale monſtrum & prodigium, iam du- «
dum à fidelium auribus arcendum, ſedet, & diſputat & congerit «
tot mendacia erroris, tot conuicia contra fidem veritatis: Et nullâ «
Paſtorum vigilantiâ vel corrigitur à talibus, vel expellitur. Deni- «
que vt manifeſtè agnoſcamus, non eum de aliqua antiquiori hæ- «
reſi dixiſſe, quod ſolius gratiæ fuerit prædicatrix, non poſuit hanc «
hæreſim ante Pelagianam, ſed poſtea, id eſt à temporibus Sancti «
Auguſtini vſque nunc, nec poteſt inueniri toto hoc tempore quod «
fuit inter illum & nos, aliquam talem hæreſim in Eccleſia exti- «
tiſſe, niſi quòd vel ipſum vt iam diximus Beatum Auguſtinum, «
vel nos qui eum ſectamur iſtius erroris accuſat.] Quid pluribus «
opus eſt ad tam magnum tonitruum, inquit Auguſtinus de Di- «
lectione inimicorum agens Enchiridij cap. 74. qui non expergiſ- « Auguſt. Enchir. cap. 74.
citur, non dormit ſed mortuus eſt: Et tamen potens eſt Deus «
etiam mortuos ſuſcitare:] Iam videamus quas tam claræ luci ne- «
bulas R. P. offundere conetur.

SIRMONDVS.

Monet quoſdam cùm Gotteſchalci cauſam à Lugdunenſi Eccleſia ſuſceptam, duabúſque Synodis, quæ illum Moguntiæ & Cariſiaci damnarant, duas ex aduerſo Valentinam, & Lingonenſem oppoſitas, eique fauentes vident.

CONFVTATIO.

Etiamſi Synodi illæ ex aduerſo eſſent oppoſitæ, nulli iuſti motus eorum iudicio exſurgerent, quibus non ignota Beati Auguſtini ſententia pro diſſentione Baptiſmi, ſub Sancto Cypriano, lib. 2. de Baptiſmo, contra Donatiſtas, cap. 4. & ab ipſo Hincmaro ad — Auguſt. de Bapt. cont. Donat. lib. 2. cap. 4.

Eccleſ. Lugdun. hanc ipſam contentionem relata in præfatione operis ſui, de Prædeſtinatione: Sed perperam quaſi eſſet ipſius Sancti Cypriani ſententia, & ab ipſo Auguſtino collaudata. Quomodo enim, inquit,
» potuit iſta res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij
» Concilij luculentam illuſtrationem, confirmationémque perduci,
» niſi primo diutius per Orbis, terrarúmque regiones multis hinc
» atque hinc diſputationibus & conlationibus Epiſcoporum, pertra-
» ctata conſtaret: hoc autem facit ſanitas pacis, vt cùm diutiùs ali-
» qua obſcuriora quæruntur, & propter inueniendi difficultatem,
» diuerſas pariunt in fraterna diſceptatione ſententias, donec ad
» verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat vnitatis, ne
» in parte præſcita remaneat inſanabile vulnus erroris: & ideò ple-
» rumque Doctioribus aliquid minus reuelatur, vt eorum patiens
» & humilis charitas, in qua fructus maior eſt comprobetur, vel
» quomodo teneant vnitatem, cum in rebus obſcurioribus diuer-
» ſa ſentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id
» quod ſentiebant declaratum eſſe cognoſcunt.]

Sed Reuera in Gotteſchalci cauſa verâ adhibitâ diſtinctione inter perſonam & doctrinam, nulla inter illas Synodos contradictio, nec etiam diuerſitas exiſtit: Siquidem in vtróque Placito Moguntino & Cariſiaco, de perſona actum, de doctrina verò nihil cautum: & è contrà in Synodis Valentina & Lingonenſi de perſona nullo modo actum, de doctrina verò definitum: Et hoc obſeruandum, non ſolùm Eccleſiam Lugdunenſem & Synodos illas Valentinam & Lingonenſem, ſed & Prudentium, vtrumque Lupum, immo & ipſum Rattramnum ipſius miſerabilis Monachi amicum, prætermiſsâ omni expoſtulatione, aduerſus tam iniquam ſententiam contra miſerabilem illum Monachum Eccleſiaſtico rigore prolatam, & cum inhumanitate, etiam (teſte Lugdunenſi Eccleſia) executioni mandatam, ſolius doctrinæ fuiſſe ſollicitos. Verùm quoad quatuor Cariſienſia Capitula, vbi iam conſtat factione Hincmari ab eo ipſo clamculum, præcipitanter, & in furtiuo paucorum & ad hoc opus ſelectorum, nec etiam libero Conuenticulo edita fuiſſe, nemo eſt, qui ea non penitus abiiciat & deteſtetur.

SIRMONDVS.

Ac meritò ſanè mouerentur, ſi fauor hic ad Prædeſtinatorum vſque Patrocinium, hereſiſque defenſionem pertineret: Sed aliter res habet, vtcunque enim in aliis fortaſſe diſſideant, in eo tamen conſpirant, quod vbique hoſtes ſunt Prædeſtinatorum.

CONFVTATIO.

Cauillatio continua: Quid ad rem de qua quæritur, quod vtrique hoſtes ſint peruerſorum illorum dogmatum, quæ falsò Catholicæ

tholicæ fidei profeſſoribus, ex calumnia prædeſtinatorum nomine à Pelagianis eorumque reliquiis impoſita fuere, ſic & nos omnes iiſdem bellum indicimus, nec tamen inter nos conuenit. Hoc ſolum inquirendum, vtrùm illi omnes hoſtes fuerint miſerabilis illius Monachi, quem hæreticum Prædeſtinatianum cum Hincmaro ſuo fingit R. P. & eius doctrinæ, quam quaſi hæreticam & Prædeſtinatianam quatuor Capitulis ſuis Cariſienſibus impugnat Hincmarus: Nos verò cum Prudentio, vtroque Lupo, Eccleſiâ Lugdunenſi, & gemino Concilio Valentino & Lingonenſi, aſſerimus & Catholicum Gotteſchalcum & doctrinam, quam ex illo retulit & impugnauit Hincmarus, eſſe orthodoxam, & in omnibus tùm Conciliorum illorum Canonibus, tum tribus præfatis Eccleſiæ Lugdunenſis libellis, pleniſſimè confirmatam. Neque enim (vt iam vidimus & probauimus) ex ipſo Hincmaro alia fuit miſerabilis illius Monachi de Prædeſtinatione ſententia, quàm Deum ſicut omnes electos ſuos incommutabiliter per gratuitam gratiam prædeſtinauit ad vitam æternam, ſimiliter omnino omnes reprobos qui in die iudicii damnabuntur, propter ipſorum mala merita per iuſtum iudicium ſuum incommutabiliter prædeſtinaſſe ad mortem meritò ſempiternam:] Et eadem nec alia fuit ſententia Eccleſiæ Lugdunenſis, & Conciliorum Valentini & Lingonenſis: contra verò & Hincmari & Conuenticuli Cariſiaci definitio fuit, nullam eſſe Dei in reprobos, qui propter ſua mala merita in die iudicij damnabuntur, Prædeſtinationem ad mortem æternam. Itaque præterquam quod in tribus aliis capitibus plurimum diſſident, & opponuntur inter ſe Hincmariana Capitula & Canones Conciliorum illorum: non ſatis patet quâ fide hîc R. P. dixerit *vtcunque in aliis fortè diſſideant.*] Siquidem quoad controuerſias ſæculo illo agitatas toto cœlo inter ſe diſtant, vt etiam ipſo R. P. teſte, ſequenti ſectione videbitur. Eccleſ. Lugdun.

SIRMONDVS.

Et quanquam quatuor Hincmari Capitulis, quibus quatuor Gotteſchalci Capitula eliſerat, contraria quatuor Synodus Valentina oppoſuerit, atque hæc ipſa Synodi Valentinæ Capitula in Synodo Lingonicâ poſthac confirmata, & in Tullenſi apud Saponarias oblata, & relecta, cum ad Hincmarum perueniſſent accuratè, ab eodem confutata fuerint, ſuáque ipſius, quæ illi oppugnabant conſtabilita.

CONFVTATIO.

Quomodo igitur dictum præcedenti ſectione *vtcunque in aliis fortaſſe diſſideant*] cum hîc (ipſo Reuerendo P. teſte) in his quatuor Capitulis, in quibus ſola contentio, & in quibus tantum impugnata fuit miſerabilis illius Monachi doctrina, ex diametro vtrorumque definitiones & ſententiæ fuerint oppoſitæ. Scilicet

Eccleſ. Lugdun. miſerabilis illius Monachi Prudentii & aliorum plurimorum cum Eccleſia Lugdunenſi & duobus illis Conciliis Valentino & Lingonenſi ex vna parte, & Hincmari cum ſuo furtiuo Cariſienſi Conuenticulo ex altera: nec vlla alia mota fuerit ſæculo illo de Prædeſtinatione Dei & gratia Chriſti controuerſia, nec ipſe Gotteſchalcus alia de cauſa impetitus ſit, quàm propter illa quatuor Capitula, deſumpta per ipſum Hincmarum ex libello illius & Chartula profeſſionis, quæ ipſe miſerabilis Monachus in Placito Moguntino ipſi Rabano obtulerat, quæque quatuor Capitula ipſe Hincmarus ſelegit, & ſuſcepit impugnanda, quaſi omnium peruerſitatum fœces in ſe continentia, in opere ſuo de Prędeſtinatio-

Hinc. de Prædeſt. cap. 2.

» ne Cap. 2. in principio. In hoc autem tempore, inquit, quidam
» Gotteſchalcus, &c. De omnibus quæ peruerſè tunc temporis
» ſenſa cognouerat, quatuor ſibi elegit Capitula, omnium penè per-
» uerſitatum illarum fœtidas & cœnulentas fœces in ſe continentia,
» quibus ſimplicium & deuotorum ſenſus peruertere, & Magiſtri
» ſibi nomen vſurpando poſt ſe diſcipulos trahere, &c.]

Et omnia illa falsò & ex calumnia miſerabili illi Monacho ab Hincmaro impoſita ſuo loco euicimus, ſed teſte Hincmaro ex his patet omnem illius peruerſam (ſi qua fuiſſet) doctrinam in illis quatuor Capitulis quæ ipſemet impugnanda ſelegit, fuiſſe repoſitam, hæc ipſa quatuor eius Capitula aliis Hincmari quatuor Capitulis furtim in Conuenticulo Cariſiaco eliſa. Sed Valentinis & Lingonenſibus confirmata: Et ſic etiam ipſo Reuerendo P. teſte, tota miſerabilis illius Monachi doctrina, quam quaſi cœnulentas fœces damnauit Hincmarus, ſicut ab Eccleſia Lugdunenſi, ſic etiam à geminis illis Conciliis Valentino & Lingonenſi confirmata & collaudata.

Sed mirum quâ confidentiâ (ne dicam temeritate) *Capitula illa* à duobus legitimis Conciliis definita, ab ipſo Summo Pontifice confirmata, ab Eccleſia vniuerſâ recepta, R.P. dicat *ab Hincmaro accurate confutata*, veriùs dixiſſet miſerrimè & nequiſſimè impugnata. Perpetuis ſiquidem conuitiis & libros Eccleſiæ Lugdunenſis, & Conciliorum illorum Canones & ipſorum auctores inſequitur, & ſophiſticis argutiis, non ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum auctoritate impugnare nititur definitam hanc Eccleſiæ doctrinam: Allata verò ab Eccleſia Lugdunenſi tam Scripturarum quam Sanctorum Patrum teſtimonia in refellendis quatuor Cariſienſibus, & adſtruendâ ſuâ & miſerabilis illius Monachi doctrinâ, ne minimum quidem attigit.

SIRMONDVS.

Nuſquam tamen in tam varia & ancipiti contentione diſſimulatum à Lugdunenſibus veterum Prædeſtinatorum errores, quos Hinc-

marus in Gotteſchalco reprehendebat, ſibi pariter probari aut placere non poſſe. Eccleſ. Lugdun.

CONFVTATIO.

Lugdunenſes nullo modo de veteribus Prædeſtinatianis, qui nulli fuerunt, nec de illorum erroribus egerunt; immo (vt iam vidimus) ex eorum libello in Ioannem Erigenam cap. 4. figmentum illud de veteribus Prædeſtinatianis, quaſi calumniam in Sancti Auguſtini, & totius Eccleſiæ doctrinam abominati ſunt: errores verò Catholicis, nomine Prędeſtinatorum, à Pelagianis eorumque reliquiis impoſitos non minus execratus eſt Gotteſchalcus, quàm Eccleſia Lugdunenſis, neque illos minus in Eccleſia Lugdunenſi, & definitionibus vtriuſque Concilij Valentini, & Lingonenſis reprehendit Hincmarus, quam in ipſo Gotteſchalco, vt patet ex omnibus locis, in quibus de nouis Prędeſtinatianis locutus eſt, & iam in ſectione proxima videbitur, quod maximè obſeruandum, hoc ſiquidem omnem cauillandi occaſionem elidit, & penitus deſtruit.

SIRMONDVS.

Errores hi duo erant præcipuè, quorum alter Prædeſtinationem ipſam ſpectabat, alter arbitrij libertatem. Prædeſtinatos quippe à Deo reprobos ad interitum docebat Gotteſchalcus, falsò id dici contendebat Hincmarus.

CONFVTATIO.

Errores illi duo iuxta Proſperum Epiſtolâ ad Ruffinum, non Prędeſtinatianorum (qui nulli fuere) ſed calumnioſè à Pelagianorum reliquiis Sancto Auguſtino impoſiti. Sic etiam Gotteſchalco, Lugdunenſi Eccleſiæ, & Patribus vtriuſque Concilij Valentini & Lingonenſis, ab Hincmaro eodem animo & per calumniam impacti, vt patet ex ipſorum ſcriptis. Nec enim aliter, vt infra videbitur, Gotteſchalcus, Prudentius, vterque Lupus, Eccleſia Lugdunenſis, & vtrumque Concilium Valentinum & Lingonenſe de Gratia & Libero Arbitrio ſenſerunt, quàm Sanctus Auguſtinus: Immo illum ſequendum, non Gennadium Maſſilienſem tantùm profeſſi ſunt, nec etiam aliter prædeſtinatos reprobos ad interitum, ſeù ad mortem æternam docuere illi omnes, & præcipuè miſerabilis ille Monachus, quàm Sanctus Auguſtinus, Sanctus Fulgentius, Sanctus Iſidorus, & aliis prætermiſſis Adrianus Papa primus: nempe propter ipſorum reproborum mala merita ipſos prædeſtinatos ad mortem æternam: Nec magìs hoc malè dici contra Gotteſchalcum, quàm contra illos omnes, Eccleſiam Lugdunenſem, Prudentium, vtrumque Concilium, & alios contendit Hincmarus. Ita vt certiſſimè iuxta Reuerendum P. ſuprà cap. 8. aut eàdem cum illo miſerabili Monacho tabellâ «

Adrian. Papæ Epiſt. 96. & 97.

Digitized by Google

Eccleſ. Lugdun. » damnandi ſunt illi omnes, aut quę illos abſoluet, eàdem & miſe-
» rabilem Monachum illum abſolui neceſſe erit, nec eſt quod vel
» minimum diſcrimen fingi poſſit.

SIRMONDVS.

» Et cur ita ſentiret cauſam exponens, in operis ſui cap. 15. Vete-
» res aiebat Prædeſtinatiani, reproborum Prędeſtinationem ad in-
» teritum confitentur, quos ſicut dicunt à Deo prędeſtinatos ad in-
» teritum, ita etiam ad peccatum: hoc moderni Prædeſtinatiani co-
» lore mutant, ſed odoris & ſaporis intelligentia redolent: dicunt
» enim, prædeſtinauit Deus reprobos ad interitum, non ad pecca-
» tum; cùm non niſi per peccatum perueniri poſſit ad interitum.]

CONFVTATIO.

Hæc ab Hincmaro non magis in Gotteſchalcum dicta, quàm in cæteros omnes, etiam in Lugdunenſem Eccleſiam, & Patres vtriuſque Concilij Valentini & Lingonenſis: immo verò magis & præcisè in Canones 2. & 3. Concilij Valentini & Lingonenſis, quos ibi ſingulariter impugnat: vtque illud omnibus pateat, & omnis tergiuerſandi & cauillandi occaſio abſcedat, quámque parùm accuratus ſit Hincmarus, vt oſtendat in veteribus (quos fingit) Prædeſtinatianis condemnatos fuiſſe aduerſarios, hîc ſubiicere neceſſe eſt: primam ſectionem capitis illius 15. ex qua fragmentum hoc Reuerendus Pater deſumpſit.

Hincm. de Prædeſt. cap. 15. » Et quia de duobus Capitulis (inquit Hincmarus, de 2. & 3.
» Canonibus Concilij Valentini & Lingonenſis) neſcimus à quo
» ex Flori ſcripto, de Preſcientia & Prædeſtinatione Dei excerptis,
» ſigillatim præmiſſis ſententiis ex orthodoxorum verbis, & ſenſi-
» bus pro mediocritate ingenioli noſtri reſpondimus, vt congruen-
» tiùs oſtendere valeamus, de quorum verbis Capitula à nobis ex-
» cerpta, & à præfatorum Capitulorum compoſitore reprehenſa
» collegimus, neceſſarium duximus alligare in quatuor faſciculis ad
» comburendum zizania, quæ in Dominici tritici medio priſci ſe-
» minarunt Prædeſtinatiani, variâ quidem voce, ſed cognatâ, pa-
» rique impietate, de Dei Præſcientia & Prædeſtinatione ſuum
» dogma pernicioſiſſimum componentes, quos Auguſtinus & Pro-
» ſper ſuis ſcriptis ſufficientiſſimè reuicerunt, & contra quos Bea-
» tus Cœleſtinus decreuit; quorum vnum eſt, quia ſecundùm Prę-
» ſcientiam Deus homines damnet pro meritis ſuæ vitæ, quæ non
» habuerunt morte pręuenti, ſed habituri eſſent, ſi viuerent. Aliud
» eſt quod ab eis, qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat
» percepta Baptiſmi gratia originale peccatum, & licet piè, iuſté-
» que vixerint, nihil eis proſit, ſed tandiù reſeruentur donec ruant
» & pereant: Et quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſi-
» ue ad bonum, ſiue ad malum Prędeſtinatio Dei in hominibus

Digitized by Google

operetur: quoniam Deus tale in hominibus plaſmet arbitrium, « Eccleſ.
quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſſit velle « Lugdun.
niſi malum. Tertium, eſt quod idem ſit præſcientia quod Prædeſti- «
natio. In quarto autem Prędeſtinationem electorum ad vitam «
non deneganr, & reproborum Prędeſtinationem ad interitum «
confitentur, quos ſicut dicunt à Deo Prędeſtinatos ad interitum, «
ita etiam ad peccatum: De quibus moderni Prædeſtinatiani v- «
num non tangunt, aliud tranſiliunt, tertium declinant, quartum «
colore mutant. Sed odoris atque ſaporis intelligentia redolent: «
Dicunt enim: Prædeſtinauit Deus reprobos ad interitum, non ad «
peccatum: cum non niſi per peccatum perueniri valeat ad inte- «
ritum.] «

Ex his quis non miretur non accuratam confutationem iuxta R. P. ſed veriùs miſerrimam & nequiſſimam Hincmari argutiam, vt facilius aduerſarios impugnet, fingir ſuo genio ex Gallorum in Sanctum Auguſtinum calumniis, etiam ex ipſis Maſſilienſium erroribus, qualem voluit prædeſtinatorum hæreſim, quam ineptiſſimè comminiſcitur, à Beato Cœleſtino Summo Pontifice, à Proſpero, etiam à Sancto Auguſtino damnatam, eámque peruerſam doctrinam in quatuor capita quaſi quatuor faſciculos colligit, deinde aduerſariorum ſententiam cum illis conferens; De " quibus, inquit, moderni Prædeſtinatiani, vnum non tangunt, " aliud tranſiliunt, tertium declinant, quartum colore mutant, & " in hoc ipſo fatetur eos illorum impietatem qua Deum peccati Auctorem eſſe volunt prorſus reiicere, & nihilominus cap. 37. quaſi eadem cum priſcis Prædeſtinatianis ſentientes, in ipſis condemnatos nullo modo audiendos concludit. Quis hanc argutiam, immo impudentem magis nequitiam non miretur?

Deinde aduertendum quâ impudentiâ duorum Conciliorum legitimorum Canones arguat, & Prædeſtinatianorum nouorum nomine hæreſis notet: Similiter notandum omnes eius aduerſarios, quos nomine nouorum Prædeſtinatianorum comprehendit huiuſce hæreſis notâ, in vtroque Capite à R. P. notato, hìc ab Hincmaro ipſo liberari; ſiquidem quoad Liberum Arbitrium, &c. dixit Hincmarus illud tranſiliunt, & quoad Prædeſtinationem ſimiliter, quod aſſerant nullos ad peccatum prædeſtinatos.

Aduertenda etiam mira Hincmari ſubtilitas: Moderni, inquit, « Prædeſtinatiani colore mutant, ſed odoris & ſaporis intelligentia « redolent, dicunt enim: prædeſtinauit Deus reprobos ad interitum, « non ad peccatum: cum non niſi per peccatum perueniri valeat « ad interitum:] Quaſi verò idem ipſum eadem ratione dici non « poſſit de Hincmariano ſeu Cariſienſi Capitulo, in quo aſſeritur reprobis pœnas æternas à Deo prædeſtinatas, non reprobos præ-

Digitized by Google

Eccleſ. Lugdun. Cariſienſe cap. 1.

deſtinatos ad pœnas: Quòd non niſi per peccatum perueniri valeat ad interitum, ſeù pœnas æternas. Cæteros autem (vt habetur Cariſienſi Capitulo primo) quos iuſtitiâ & iudicio in maſſa perditionis reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtinauit: Pœnã autem illis quia iuſta eſt prædeſtinauit æternam.] Si enim is qui aſſerit cum Auguſtino, Fulgentio, Iſidoro & aliis gratiæ defenſoribus, Deum impios ad interitum, vel pœnam æternam prędeſtinaſſe, non verò ad peccatum, meritò tamen accuſari poteſt, quaſi ſentiat etiam ad peccatum impios prædeſtinari: *Quia non niſi per peccatum perueniri queat ad interitum.* Pari omnino ratione qui cum Hincmaro agnoſcit pœnam æternam impiis prędeſtinatam; Quia non niſi per peccatum perueniri valeat ad mortem æternam, quæ à Deo prędeſtinata fuiſſe conceditur. En quam accuratè ab Hincmaro confutata iuxta Reuerendum Patrem aduerſantium ſcripta; iis nempe argumentis, quæ ſua ipſius decreta labefactent, & eandem impietatis accuſationem quam aduerſariis, immo & Sanctis Patribus intentat, in ſe ipſum deuoluant.

SIRMONDVS.

Ideo ergo prædeſtinatos ad interitum dici non probabat: quia hoc poſito conſequens arbitrabatur, vt etiam ad peccatum prædeſtinati crederentur: quia error fuerat veterum Prædeſtinatorum: Valentinæ porro Synodi auctores, etſi quia id conſequi non cenſebant, prædeſtinari ad mortem impios cum Gotteſchalco dicere non refugerent: Prædeſtinationem tamen ad peccatum, quam inducebant Prædeſtinatiani, ſic exhorrebant, vt Arauſicanam Synodum ſecuti, Anathema in eos pronuntient, qui ad malum prædeſtinari à Deo quemquam credunt.

CONFVTATIO.

Ideo Prædeſtinatos ad interitum vel mortem æternam non probabat Hincmarus: ſed malè ſuo genio (vt alij plurimi) nimium confiſus, & in eo à doctrina SanctorumPatrum alienus fuit, maximè Sancti Auguſtini, & Sancti Fulgentij, qui librum integrum de hoc vno argumento edidit. Nec etiam Sanctum Iſidorum ſuâ pertinaciâ cum Gotteſchalco, Prudentio, Eccleſia Lugdunenſi, & vtroque Concilio impugnare & damnare erubuit: nec veniâ dignus: alioquin magìs innocentes Pelagiani, Maſſilienſes & reliqui Gallorum qui ſimili prętextu, & pari temeritate Sanctum Auguſtinum eiuſque diſcipulos infamauerunt dicentes, iuxta Proſperum ad Ruffinum; eum Liberum Arbitrium penitus ſubmouere, & ſub gratiæ nomine neceſſitatem prædicare fatalem, &c.] Tunc ſiquidem & tanti viri Religio eiuſque doctrina tanta, & Sũmorum Pontificum, & Doctorum omnium, & totius Eccleſiæ auctoritate ſolidata & confirmata fuit, vt nono illo ſæculo, etiam

Digitized by Google

ipſo Hincmaro teſte omnibus pro lege haberetur.

Sed & ad pleniſſimam Hincmari & ſimilium, qui Deum pœnas improbis prædeſtinare aſſerebant: ſed improbos pœnis à Deo prædeſtinari, profiteri refugiebant, refutationem, Eccleſia Lugdunenſis in libello de tribus Epiſtolis inuictiſſimè demonſtrauit, nullam in his propoſitionibus, quoad Deum fingi poſſe differentiam, & vtramque neceſſariò admittendam. Quâ ratione, inquit, dici poteſt, quod iſti tam multiplici ſermone firmare conantur, iniquis & impiis in malis ſuis perſeueraturis, pœnas à Deo eſſe prædeſtinatas, ipſos verò non eſſe prædeſtinatos pœnis? cum vtique non alij, ſed illi omnino eas paſſuri ſint, quibus ſunt prædeſtinatæ; Et ſi certum eſt apud omnipotentem Deum, qui eas ſint paſſuri, ſine dubio & decretum & definitum ſit ipſos eſſe paſſuros: ſicut enim certas pœnas eis, qui paſſuri ſunt prædeſtinauit: ita certiſſimè eoſdem, quia digni ſunt ipſis pœnis, prædeſtinauit. Sicut verò iniuſtus non eſt, dignis præparando pœnas; ſic proculdubio iuſtus eſt dignos præordinando pœnis: vtrumque ergo præſcitum, vtrumque prædeſtinatum, quia vtrumque iuſtum manifeſta veritas declarat, nec neceſſitatem eis pereundi ſuâ præſcientiâ, vel Prædeſtinatione imponit, quos & diu, vt conuerterentur expectauit, & quia conuerti noluerunt, iuſta vltione damnauit.]

Eccleſ. Lugdun.

Libell. de Tribus Epiſtolis.

Nec Prædeſtinatianorum vnquam error fuit, ſed Pelagianorum & reliquiarum commentitia opprobria (vt iam vidimus ex Proſpero) fatali neceſſitate aliquos prædeſtinatos eſſe ad peccatum hócque exhorruerunt Valentinæ, & Lingonenſis Synodi Patres; ſed & exhorruit Gotteſchalcus ipſe, vt paret ex eius Confeſſionibus & libello apud ipſum Hincmarum, qui etiam in fine præfationis operis ſui, de Prædeſtinatione, agnouit. ipſius ſententiam, cum doctrina vtriuſque & Valentinæ & Lingonenſis Synodi conſpirare. Et licet Valentina & Lingonenſis Synodi prædeſtinationem ad peccatum ſic horruerint, vt Arauſicanam Synodum ſecutæ, Anathema in eos pronuntient, qui ad malum prædeſtinari à Deo quemquam credunt; Nihilominùs Hincmarus non erubuit eas ſicut Gotteſchalcum, & reliquos infamare, nomine nouorum Prædeſtinatianorum, quaſi prædeſtinatos etiam ad peccatum tacitè aſſererent: Cùm non niſi per peccatum perueniri valeat ad interitum: ſiquidem, vt iam vidimus, contra geminam illam Synodum, etiam ſpecialiter hoc ab Hincmaro ſcriptum fuit: immo in illa ipſa Capitula, quibus hoc Anathema cautum fuit, ita vt ne vel minimo prætextu inſolens eius impudentia & temeritas excuſari poſſit.

SIRMONDVS,

Quin & eadem rurſus Eccleſia Lugdunenſis, eiúſque Antiſtes Re-

Digitized by Google

Eccleſ. Lugdun. *migius, in libro de tribus Epiſtolis, Hincmari contra Gotteſchalcum Epiſtolæ reſpondens, etſi quod ille de Prædeſtinatis ad interitum dixerat, meliorem in partem interpretari ſtudet, neceſſitatem tamen malè agendi prædeſtinationémque ad peccatum, quam Prædeſtinatiani docebant & quam non abs re Gotteſchalco imputabat Hincmarus, reſpuit pariter, penituſque auerſatur.*

CONFVTATIO.

Librum illum Remigij Sanctiſſimi Pręſulis, & Eccleſiæ Lugdunenſis non minore calumnia infamare ſtuduit Hincmarus, quàm reliquos, & ipſos Concilij Valentini & Lingonenſis Canones; ſiquidem in opere de Prædeſtinatione cap. 31. pag. 232. agens de ſeptem fidei regulis, ad doctrinam de abſoluta Dei Prædeſtinatione in eo traditis.

Hincm. de Prædeſt. cap. 31.

» Septem ſubiunctas, inquit, inuenimus non » veritate, ſed nomine regulas; quia non fidei (ſicut ibidem ſcri- » ptum reperimus) regulæ, ſed ad infidelitatem ſimplicibus pro- » tenſa ſunt retiacula, quæ verborum & ſenſuum conſonantiâ, eiuſ- » dem auctoris, cuius & Capitula (*ſcilicet Concilij Lingonenſis*) no- » ſtræ humilitati, à veſtra data ſublimitate fore creduntur, &c.] Et » paulò poſt: Et ſic per ſeptem illas non veras regulas, ſed fictas » reculas, ſicut ſolent ſorciariç facere ad ora vaſculi melle, & in » inferioribus partibus venena ſupponere, orthodoxorum verba » detruncata proponens, &c.]

Inſuper, quod aduertit Reuerendus Pater, *Eccleſiam Lugdunenſem ſtuduiſſe in meliorem partem interpretari, quod Gotteſchalcus de Prædeſtinatis ad interitum dixerat*: qui verba Epiſtolæ Hincmari conferet cum ſcriptis apud Hincmarum ipſum miſerabilis illius Monachi propoſitionibus: videbit Hincmarum non ſtuduiſſe in meliorem partem interpretari, quod Gotteſchalcus, de prædeſtinatis ad interitum, vel ad mortem æternam dixerat, immo verò iniquiorem in partem ſcripſiſſe Hincmarum; & nihilominus Eccleſia Lugdunenſis per ſuum Præſulem Remigium, propoſitiones illas abſque vlla intepretatione abſolutè, & ſine vlla hæſitatione, vt Catholicas aſſeruit, & ſuo calculo comprobauit, immo verò illas etiam eâ firmitate & certitudine roborauit, vt ſeptem illas quas in hac doctrina expoſuit regulas, quaſi à Catholicis omnibus tenendas tradiderit, & quicumque his contraria ſapit, non Catholicè ſentire comprobetur, vt refert ipſe Hincmarus dicto Capite 31. eáſque regulas ibidem non accuratè, ſed nequiſſimè paucis verbis refellit.

Sed vt expreſſiùs paucis innoteſcat in hac quæſtione Remigij & Eccleſiæ Lugdunenſis ſenſus, hac tandem recapitulatione iudicium ſuum concludit.

Libellus de Tribus Epiſtolis.

» Videtur nobis ſine dubio, quod illa quæ de » diuina Prædeſtinatione dixit, iuxta regulam Catholicæ fidei vera ſunt,

ſunt, & à veridicis Patribus manifeſtiſſimè confirmata, nec ab " Eccleſ.
vllo penitùs noſtrum, qui Catholicus haberi vult reſpuenda: Et " Lugdun.
ideò in hac re dolemus non illum miſerabilem Monachum, ſed "
Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam,] Quid à fictitia illa "
Reuerendi Patris benignæ interpretationis euaſione magis alienum?

Sed quod dat R. P. accipimus. *Neceſſitatem*, inquit, *malè agendi*, Prędeſtinationémque ad peccatum, quam Prędeſtinatiani docebant, omninò reſpuit, paritérque auerſata eſt Eccleſia Lugdunenſis.] Vnde concludit quod hoc Capite ſuſceperat, vt ipſo Capitis titulo ſignificauit, *Lugdunenſem Eccleſiam Synodumque Valentinam in cauſa Gotteſchalci Prædeſtinatianorum erroribus minimè ſuffragatam.*] At quis non miretur virum perſpicacem, non aduertiſſe quid inde ſequeretur. Sequitur enim primò impoſtorem Hincmarum & impudentiſſimum calumniatorem fuiſſe, qui Eccleſiam Lugdunenſem, Synodorumque Valentinæ & Lingonenſis Epiſcopos Prędeſtinatianorum nomine vbique infamat, inauditiſque conuitiis paſſim proſcindit, quaſi veterum Prędeſtinatianorum errores ſuſcitarent, quod tamen à veritate alieniſſimum eſſe R. P. vltrò agnoſcit, cum ipſo teſte errores illos Eccleſia Lugdunenſis, Synoduſque Valentina omnino reſpuerit, & penitus auerſata ſit.

Sequitur ſecundò nullos hoc IX. ſæculo Prędeſtinatianos fuiſſe, cùm enim vbique Hincmarus fateatur non aliam fuiſſe Gotteſchalci doctrinam quam Eccleſię Lugdunenſis & Synodi Valentinæ: Ideoque omnes pariter *Modernorum Prædeſtinatianorum nomine* comprehendit. Si ab illis erroribus immunis teſte Reuerendo Patre Eccleſia Lugdunenſis, & immunis Valentina Synodus, immunis etiam procul dubio Gotteſchalcus, cum in vna eadémque doctrina pro arbitrio nunc fingere, nunc amouere, hominis ſit non aperti, non ingenui, ſed verſuti & fallacis; & ad ſuſceptæ cauſam potius quàm ad veritatem reſpicientis.

SIRMONDVS.

Si qui ſunt, *inquit*, qui ex hoc ſcandalizari videantur, tan- " Libello de
quam per illud prædeſtinationis verbum neceſſitas malè agendi, " Tribus E-
cuiquam impoſita eſſe ſignificetur, inſtruendi potiùs fuerunt, " piſtolis.
quod Deus neminem prædeſtinet ad peccatum, ſed ad luendum "
ſupplicium pro peccato: Nec iſtâ Prędeſtinatione aliquem co- "
gat ad malè agendum, *Ex quibus liquet Lugdunenſes quod ad hoc* "
caput attinet, Prædeſtinatorum erroribus haud quaquam ſuffragari.

CONFVTATIO.

Quis ſaluberrimam illam Eccleſiæ Lugdunenſis in Hincma-

Eccleſ. Lugdun.

rum & ſimiles cenſuram, & admonitionem non agnoſcat? quis non toto corde ſuſcipiat? Eos qui cum Hincmaro Prędeſtinatos ad interitum dici non reciperent & improbarent, quia hoc poſito conſequens arbitrarentur, vt etiam ad peccatum prędeſtinati crederentur, inſtruendos refert, nec ideo reiiciendam Eccleſiæ fidem de gemina Prędeſtinatione docet Remigius & Eccleſia Lugdunenſis. Quid hic Reuerendo P. & Hincmaro ſuo? niſi vt hunc errantem melius inſtructus & reſipiſcens R. P. abiiciat. Sed *ex his liquet*, inquit, *Lugdunenſes Prædeſtinatorum erroribus minimè ſuffragari*] quis hoc intendat? Sed etiam liquet miſerabilis Monachi de Prædeſtinatione doctrinæ, etiam qualis ab Hincmaro propoſita fuit pleniſſimè ſuffragari: immo doluiſſe Lugdunenſes non illum miſerabilem Monachum, ſed in eo Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam, vt præcedenti ſectione vidimus. In quo tota controuerſia.

SIRMONDVS.

De altero, quod Liberum Arbitrium labefactat: An fatebimur ſuffragatos? At illi vſque adeo huic etiam errori non fauent, vt illum deteſtentur, & in Gotteſchalcum cadere potuiſſe non credant: Sic enim

Libello de Tribus Epiſtolis.

» *ratiocinantur.* Additur, *inquiunt*, in illa Epiſtola dixiſſe illum mi-
» ſerabilem Monachum, quod poſtquam primus homo Libero
» Arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed tantùm ad
» malè agendum Libero poteſt vbi Arbitrio: quod eſt vtique non
» ſolùm mirabile, & inauditum, ſed quantùm nobis videtur etiam
» incredibile, vt homo inter fideles, & à fidelibus nutritus, & eru-
» ditus, & in Eccleſiaſticorum Patrum ſcriptis non parùm exerci-
» tatus, hoc dicere vel ſentire potuerit, quòd poſt primi hominis
» lapſum nemo fidelium ad benè agendum Libero poſſit vti Arbi-
» trio, ſed tantùm ad malè agendum. Tanquam in nobis non ſit
» Liberum Arbitrium niſi ad malum, ad bonum autem ſola in no-
» bis Dei gratia abſque Libero Arbitrio operetur: Si enim dixiſſet
» generaliter nemo hominum, & addidiſſet ſine Dei gratia libero
» benè vti poteſt arbitrio, eſſet Catholicus ſenſus, & Catholica
» omnino aſſertio. Cum autem dixiſſe arguitur, quod nemo no-
» ſtrum, id eſt, fidelium niſi tantummodo ad malè agendum vti
» poſſit arbitrio, quid aliud tali dicto, & tali nouitatis præſumptio-
» ne aſſeritur, niſi quòd humanæ mentis arbitrium, quod ante pec-
» catum ad verum bonum amandum, & deſiderandum, & fruen-
» dum erat liberum, ita primo homine peccante vitiatum ſit, &
» perierit, vt deinceps tantummodo ad malum remanſerit in homi-
» ne Liberum Arbitrium: Ab bonum verò agendum ſiue haben-
» dum, nullum ſit hominis Liberum Arbitrium; ſed tantum diui-
» næ gratiæ donum; quod genus erroris nec apud hæreticos, nec

Digitized by Google

apud quemquam Catholicum nos cognouiſſe, vel audiſſe meminimus, ita vt etiam de iſto hoc nobis, vt iam diximus, incredibile videatur.] « Eccleſ. « Lugdun. «

C O N F V T A T I O.

Ex his certiſſimè conſtat deteſtatos fuiſſe Lugdunenſes errorem ſeù hæreſim, quæ aſſereret poſt peccatum nullum ſupereſſe ad benè agendum Liberi Arbitrij vſum: Sed quis non deteſtetur ſubdolum impoſtorem Hincmarum? qui tam fraudulentâ nequitiâ miſerabilem illum Monachum calumniatus ſit, vt falsò hanc hæreſim ei impoſuerit, ſicut certo certiùs illud probatum fuit ad annum 853. in examine huius libelli de tribus Epiſtolis: Siquidem ipſo Hincmaro teſte in opere de Prædeſtinatione cap. 21. hoc ſolum ſcripſit ille de Libero Arbitrio quod Hincmarus impugnare poſſet, ſequendum eſſe Auguſtinum non fallacem Gennadium: Ideoque Hincmarus Epiſtolâ 17. dum ad Nicolaum Papam errores illius recenſet, de Libeto Arbitrio tacet. Idem etiam Epiſtolâ 24. & 25. ad Egilonem: Vt autem verè hæreticus fuiſſet miſerabilis ille Monachus, ſi hæc ſibi ab Hincmaro impoſita ſcripſiſſet, ita certiſſimè non fuiſſent omiſſa. Sicque detecta fraus, & impoſtorem infamiâ & confuſione onerat, & in reliquis fidem omnem illi detrahit: Ea ſiquidem eſt iuſtiſſima mendacium & impoſtorum pœna vt eis poſthac nunquam credatur.

Hincm. de Prædeſt. cap. 21.

Hincmar. Epiſt. 17. 24. 25.

S I R M O N D V S.

Qui tantâ verborum copiâ per tot ambages & circuitus errorem hunc exaggerant, & tam ſtudioſè hunc refellunt, eoſue credat quiſquam patronos illius, aut defenſores videri voluiſſe? Cúmque in explicanda de Libero Arbitrio Catholica doctrina, idipſum illi tradant quod Hincmarus, quis non intelligit, in hac illos altercatione, ſeù Ebonis Gratianopolitani priuato in Hincmarum odio incitatos, ſeù aliâ re quapiam adductos, redarguendi Hincmari tuendique Gotteſchalci cauſas quæſiiſſe potius, & captaſſe, quàm re ipſâ nactos eſſe.

C O N F V T A T I O.

Nec per ambages nec per circuitus, ſed ſinceriſſimè & luce ipſâ clarius errorem illum falsò & per calumniam miſerabili illi Monacho impoſitum Eccleſia Lugdunenſis impugnat: Nec id ipſum in explananda de Libero Arbitrio Catholica doctrina tradit, quod Hincmarus, immo verò eum pluribus refellit non ſolum in hoc libello de tribus Epiſtolis, ſed & præcipuè in libello de tenenda veritate Scripturæ quatuor illa Hincmari Capitula refutat, ſicut in Concilio Valentino ipſo teſte in præfatione prioris operis de « Prædeſt. velut inutilia, noxia & abominanda repulſa fuere, ipſe « vero velut non Catholicus reprehenſus.] «

Hincmar. de Prædeſt. in Præfat.

Eccleſ. Lugdun.

Et quod addidit R. P. in hac illos (id eſt Sanctum Remigium Præſulem & Eccleſiam Lugdunenſem) *ſeu Ebonis Gratianopolitani priuato in Hincmarum odio incitatos, ſeu aliâ re quapiam adductos, redarguendi Hincmari tuendique Gotteſchalci cauſas quæſiſſe potiùs & captaſſe, quã re ipſa nactos eſſe.*] Quis veritatis eiuſque defenſorum vtcunque ſtudioſus, æquo animo hæc ferre poſſit. Certè non ſatis cautè R. P. Hincmari ſui fraudulentiſſimi & nequiſſimi (teſte Nicolao Summo Pontifice) immo ipſius fraudulentiæ & erroris partes in Sanctiſſimum Præſulem, & Eccleſiam nouitatis neſciam ſuſcepit. Quid ad Eccleſiam illam Lugdunenſem ipſiúſque Sanctiſſimum Præſulem maximè in cauſa doctrinæ & fidei, priuata in Hincmarum (ſi qua fuiſſent) Ebonis Gratianopolitani odia? Quin immo (ipſo Hincmaro teſte in prioris operis præfatione) Ebo ille etiam poſt ſcripta illa Lugdunenſis Eccleſiæ poſt ipſum Concilium Valentinum, religioſiſſimus cenſetur, & ipſi Hincmaro nullo modo ſuſpectus: vbi ſiquidem de Canonibus illius Concilij queritur: Miramur, inquit, de tantis & talibus viris Archiepiſcopis & Epiſcoporum primoribus, maximè autem de Ebone, qui religioſus eſt (vt audiuimus) quippe ſicut ab ipſis penè cunabilis ſub religione & habitu regulari nutritus in Remenſis Eccleſiæ Monaſterio, vbi requieſcit Sanctus Remigius, in quo loco Religioſo ſuam exegit ætatem, quo vſque à Domno Ebone auunculo ſuo tunc Remorum Archiepiſcopo, ibidem Diaconus conſecratus, & Abbas Monachorum ad regularem ordinem tenendum & gubernandum conſtitutione Epiſcopali eſt ordinatus, quemque ita humilitatis tenore nutritum, & humilitatis locum appetere & tenere velle didicimus, &c. Et pro certo credimus, & idcirco diſcredimus iſta Capitula ab eo conſcta &c.] Si verò multò poſt Hincmarus aliter de Ebone ſcripſit, quid hoc ad ſcripta Sanctiſſimi illius Præſulis Remigij totiúſque Eccleſiæ Lugdunenſis? Et ſi *alia res quapiam* fuiſſet, non tacuiſſet R. P. qui tam alienam & abſurdam expoſuit: Si Sanctiſſimi Præſulis celeberrima ſcripta ſic lacerare & diffamare ſufficiat, quis à calumnia tutus?

Hincm. in Præfat. prioris operis.

Porrò nec à Lugdunenſi Eccleſia miſerabilis illius Monachi cauſa ſuſcepta, nec redarguendi Hincmari cauſa quæſita nec captata: Primo libello Eccleſia Lugdunenſis per Florum Magiſtrum in Ioannem Scotum Erigenam *zelo fidei, & debito loci ordine* (vt ibi habetur) Capitula illius 19. ſyllogiſmis impiiſſimè concluſa, in quibus commentum Diaboli potiùs quàm argumentum fidei aliquod deprehenditur, nullâ habitâ nec Hincmari, nec miſerabilis illius Monachi ratione refellit. Altero libello de tribus Epiſtolis Eccleſia Lugdunenſis per Sanctiſſimũ ſuum, æquè ac doctiſſi-

Digitized by Google

mum Præſulem ad ipſius Hincmari inſtantiam & conſultationem *pro zelo fidei, charitatis* ac veritatis inſtinctu ſenſa ſua, in iis de quibus rogata eſſet ſeclusâ miſerabilis illius Monachi causâ, & cum omni erga Hincmarum moderatione & reuerentia expreſſit. Poſtremo verò libello de tenenda veritate Scripturæ, quatuor illa Hincmari Capitula in furtiuo conuenticulo edita Præſul ille digniſſimus, vnà cum Eccleſiæ ſuæ Collegio *charitate commotus* (vt ibi refertur) refellere quaſi coactus fuit: quoniam, inquit, vidimus in eis & Scripturæ Sanctę certiſſimam veritatem, & Beatiſſimorum Patrum præcipuéque Sancti Auguſtini reuerendam, & in omni Eccleſia Catholica receptiſſimam auctoritatem, nouo conatu & auſu nimis temerario impugnari, & quantum in ipſis fuit improuidè atque inſolenter labefactari, &c.] — Eccleſ. Lugdun. — Lib. de Tenenda verit. Script. in proprio.

Sed vt magìs pateat, quo animo verſatus ſit Sanctiſſimus ille Præſul ſub finem tertij Capitis hoc habet: itaque in rebus talibus cohibeamus nos ipſos ſalubri moderatione, vt nec contemnere audeamus, nec quaſi neceſſariò affirmare conemur, memores ſemper illius Apoſtolicæ ſententiæ: *Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Legamus ergo pacificè, & quantum Dominus donat intelligamus dogmata Eccleſiaſticorum virorum, nec pro aliis Doctoribus aduerſus alios litigemus: Quia & ipſi inter ſe pacifici, *vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundauerunt, alius quidem ſic, alius verò ſic*, expectantes fideliter atque humiliter, quod Apoſtolus promittit dicens: *Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.* Nam qui non tranquillè, & pacificè moderatur quod ſentit, ſed ſtatim paratus eſt ad contentiones, diſſentiones, & ſcandala, etiam ſi non habet hæreticum ſenſum, certiſſimè habet hæreticum animum.] Et poſt hæc licebit Reuerendo Patri; & ſufficiet dicere *Aliâ re quapiam adductos, redarguendi Hincmari tuendíque Gotteſcha'ci cauſas quæſiiſſe potius & captaſſe, quam re ipſa nactos eſſe*: quis hæc ferat? — D. Libello cap. 3. — 1. Cor. 11. v. 16. — Rom. 14. v. 5. — Phil. 3. v. 15.

Sed & obſeruandum illud ipſum quod Eccleſiæ Lugdunenſis iudicio tribus illis libellis circa propoſitas quæſtiones expoſitum fuit, paulò poſt ſtatutum definitúmque duobus illis Conciliis Valentino & Lingonenſi, eaſque ipſas definitiones à Nicolao primo Summo Pontifice ab anno 859. confirmatas fuiſſe, teſte Prudentio Epiſcopo Tricaſſino apud Hincmarum ipſum Epiſtolâ 24. ad Egilonem, & auctore Annalium Fuldenſium ad Annum 859. & ex hinc ab omni Eccleſia pro Catholicis in legem Canonicam receptas, & vtraſque illas Synodos Valentinam, & Lingonenſem, Conciliorum legitimorum auctoritate donatas iuxta Baronium in Annalibus, & alios ipſumque R. P. in antiquis Conciliis Gal- — Hincm. Epiſt. 24. ad Egil. Annal. Bertin. ad Ann. 859.

Eccleſ. Lugdun. liæ: Ita vt celeberrima & doctiſſima illa Sanctiſſimi illius Præſulis, & celeberrimæ Eccleſiæ ſcripta, ſine legitimorum Conciliorum, Summi Pontificis, & totius Eccleſiæ contemptu lacerare & infirmare nemo poſſit.

SIRMONDVS.

Incaſſum vt proinde operam nunc ponant, qui collatis & oppoſitis inter ſe Lugdunenſium, & Rabani vel Hincmari aſſertionibus id enituntur, vt Prædeſtinatorum errores, quos Hincmarus in Gotteſchalco notat, malè ab eo reprehenſos, & a Lugdunenſibus pro Catholicis dogmatibus habitos, ac defenſos fuiſſe nobis perſuadeant.

CONFVTATIO.

Immo verò incaſſum vt proindè operam nunc ponant, qui ſuppreſſis Lugdunenſium & Rabani vel Hincmari aſſertionibus id enituntur, vt non Prædeſtinatorum errores (qui nulli vnquam fuere) ſed dogmata quæ Hincmarus non minùs in Eccleſia Lugdunenſi, & in Conciliis Valentino & Lingonenſi, quàm in Prudentio, Lupo, & aliis, ipſoque Gotteſchalco nomine Prædeſtinatianæ hæreſis notat & infamat, benè ab eo reprehenſa, & hæreſeos notata, & nullo modo à Lugdunenſibus & ab vtroque illo Concilio, pro Catholicis dogmatibus habita ac defenſa fuiſſe nobis perſuadeant.

Sed & aduertant ſicut in quinto ſæculo, etiam nono non defuiſſe celebres in Eccleſia viros Pelagianæ hæreſis fuligine aliquantulum tinctos. Vigilant ſiquidem (vt ait Proſper ad Demetriadem) tentatoris inſidiæ, vt vbi proficit deuotio ſubrepat elatio, & vt homo de bono opere in ſe potiùs, quàm in Domino glorietur.] Inter alios Rabanum non minus pietate quam doctrinâ celebrem, nec non Hincmarum, & Ioannem Scotum doctrinâ quidem non impares ſed pro pietate verſutiâ ſuperiores, qui diuersâ ratione veram Eccleſiæ Catholicæ de gemina Dei Prædeſtinatione & gratuita Dei gratia doctrinam ſcriptis in Gotteſchalcum impugnare & opprimere ſtuduerunt: Deum verò plurimos perfectæ gratiæ intrepidos amatores non minus pietate, quàm doctrinâ præſtantes ſuſcitaſſe veræ fidei propugnatores in Regno Karoli Calui, S. Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum, Lupum Abbatem Ferrarienſem, & Ratramnum Monachum Corbeienſem: Immo etiam Paſchaſium Ratbertum eiuſdem Monaſterij Abbatem, licet controuerſiis illis non ſe palam interſeruerit. In Germania Regno Ludouici Lupum Seruatum Venerabilem Eccleſiæ Moguntinæ Preſbyterum, nec non Aymonem Epiſcopum Alberſtatenſem: Et in Regno Lotharij Imperatoris Sanctum Remigium Archiepiſcopum Lugdunenſem, Sanctum Adonem Archiepiſcopum Viennenſem, Florum Magiſtrum & vniuerſam

Proſper ad Demetriadem.

Digitized by Google

Eccleſiam Lugdunenſem, præter plurimos alios Epiſcopos Lugdunenſis, Viennenſis & Arelatenſis Prouinciæ, qui in duobus illis Conciliis Valentino tertio & Lingonenſi Decretis ſuis non mediocres illas Pelagianæ virulentiæ reliquias repreſſerunt, excitatúmque Pelagiano Spiritu incendium extinxerunt. Eccleſ. Lugdun.

Sed & ab Hincmaro contra Conciliorum illorum definitiones, quaſi contra Prædeſtinatianorum hæreticorum errores debacchante excitata tempeſtas illa, tandem Pontificali Nicolai Papæ Decreto (vbi innotuit) penitùs conquieuit: Sicut poſt Concilium Arauſicanum ſecundum quæ Valentiæ excitata fuerat, Bonifacij ſecundi confirmatione ſedata eſt, ſic vtrobique donante Chriſto paulatim Eccleſiarum Antiſtites receperunt, quod optauerat Diabolus repentinâ animoſitate ceſſare. Decretum illud ex Annalibus Sancti Prudentij Epiſcopi Tricaſſini, ſic retulit Hincmarus ipſe Epiſtolâ 24. ad Egilonem: Nicolaus Pontifex Romanus de " Gratia & Libero Arbitrio, de veritate geminæ Prædeſtinationis, " & Sanguine Chriſti, vt pro credentibus omnibus fuſus ſit, fideliter confirmat, & Catholicè decernit.] " Hincmar. Epiſt. 24. ad Egilonē.

De his qui plura noſſe deſiderat, ſi priorem noſtram diſſertationem requirere non dedignetur, eius ſtudio (vbi ſperamus) ſatisfiet: Interim verò perpendat iuxta D. Auguſtinum de peccat. mirit. & remiſſ. lib. 2. cap. 19. Dominum Deum bonum ideo etiam " Sanctis ſuis alicuius operis iuſti aliquando non tribuere, vel certam ſcientiam, vel victricem delectationem, vt cognoſcant non " à ſe ipſis, ſed ab illo ſibi eſſe lucem, quâ illuminentur tenebræ " eorum, & ſuauitatem quâ det fructum ſuum terra eorum.] Sic " etiam eodem teſte de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2 cap. 4. Ideoque plerumque doctioribus (vt Reuerendo P. qualem eſſe " nemo neſcit) minus aliquid reuelari, vt eorum patiens, & humilis charitas, in qua fructus maior eſt, comprobetur, vel quomodo teneant vnitatem, cùm in rebus obſcurioribus diuerſa ſentiant, vel quomodo accipiant veritatem, cùm contra id quod ſentiebant declaratum eſſe cognoſcunt, &c.] Sed & hoc ipſum de " diuitiis miſericordiæ Dei & ſperandum, & quotidianis precibus " expoſcendum, vt quos nunc libero falli arbitrio ſuo & ab humilitatis via patitur euagari, non vſquequaque, neque in finem, ſit " intelligentiâ fraudaturus, quibus de virtutum ſtudio exortum eſt " periculum & de morum probitate diſcrimen.] " Auguſt. de Peccat Mer. lib. 2. cap. 19. Idem de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 4. Proſper ad Ruffin. cap. 4.

Nobis verò qui multum peccauimus, & in ſæculi fœce ſæpius inuoluti delituimus, & deliteſcimus, Deum deprecemur, non irriſoriâ prece, qualis Pelagianorum iuxta Auguſtinum de Dono " Perſeuer. cap. 2. ſed veraci ſupplicatione, vt etiam hoc ipſum no- " Auguſt. de Dono Perſeu. cap. 2.

Digitized by Google

Eccleſ. Lugdun. bis faciat proficere in bonum, vt humiliores reſurgamus, & doctiores, & diſcamus in ipſa via iuſta cùm tremore exultare, non nobis arrogando tanquam de noſtra virtute fiduciam permanendi. Seruiamus Domino in timore, & exultemus ei cum tremore: ne quando iraſcatur Dominus & pereamus de via iuſta: Veriſſimas non falſas & fallaces gratiarum actiones, quales Pelagianorum (iuxta eundem Sanctiſſimum Præſulem de Prædeſt. Sanct. cap.19.) Deo rependentes, quod ineruditum & rudem ſtilum noſtrum, & imperitum qualecunque ingeniolum inſumere, & dirigere dignatus ſit ad confirmandas diuitias Gratiæ ſuæ: quia quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes; & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, &c. Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.

Idem de Prædeſt. Sanct. cap. 19.

1. Cor. 1. v.27. 29.

Soli Sapienti Deo per Ieſum Chriſtum honor & Gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Rom. vlt.

Digitized by Google

VINDICIARVM PRÆDESTINATIONIS ET GRATIÆ,

CONTRA HINCMARVM REMENSEM ARCHIEP.

Eiuſque Pſeudo-Synodi Cariſiacæ Capitula Quatuor.

PARS ALTERA,

CONTINENS

OPERA ET FRAGMENTA IN QVIBVS

De Prædeſtinatione, Vera Chriſti Gratia, Voluntate Dei, & Morte Chriſti, IX. Sæculo Actum fuit.

Digitized by Google

Elenchus eorum quæ hac ſecunda parte continentur.

FRagmenta omnia quæ extant Libelli per Gotteſchalcum in placito Moguntino oblati Anno 848.
Præfatio Libelli, ſeu Collectanei S. Prudentij Epiſcopi Tricaſſini, De Tribus quæſtionibus ad Hincmarum & Pardulum. Anno 849.
Lupi Seruati Preſbyteri Moguntinenſis Libellus De Tribus quæſt. Anno 850.
B. Lupi Abbatis Ferrariæ Libellus, ſeu Epiſtola ad Regem Karolum Caluum. Anno 850.
Eiuſdem Collectaneum, De Tribus quæſtionibus, De Prædeſtinatione ac Libero Arbitrio, necnon de Redemptione Sanguinis Chriſti iam integrum. Anno 850.
S. Remigij Archiepiſcopi & Eccleſiæ Lugdunenſis Liber De Tribus Epiſtolis. Anno 853.
Eiuſdem Libri Appendix, ſeu ſolutio quæſtionis, De Generali per Adam damnatione.
Hincmari Capitula Quatuor in Conuenticulo Cariſiaco furtim edita. Anno 853.
S. Prudentij Tricaſſini Epiſcopi Tractoria contra illa capitula quatuor. Anno 853.
S. Remigij & Eccleſiæ Lugdunenſis Liber, De Tenenda immobiliter Scripturæ Sanctæ Veritate. Anno 854.
Canones Concilij Valentini tertij contra Eadem Capitula quatuor. Anno 855.
Canones Concilij Lingonenſis contra eadem capitula. An. 859.
Hincmari Remenſis Archiepiſcopi Epiſtola 24. ad Egilonem Senonienſem Archiepiſcopum.
Fragmentum Annalium Bertinianorum ad Annum 859.

FRAGMENTA

OMNIA QVÆ EXTANT

LIBELLI PER GOTTESCHALCVM RABANO ARCHIEPISCOPO Moguntino in Placito Moguntiæ Oblati Anno 848.

Ex Hincmaro Remenſi in opere de Prædeſtinatione.

ART. I.

DE GEMINA PRÆDESTINATIONE.

PONAMVS quæ Gotteſchalcus ſignifer & præ- “ HINCMAR. de Prædeſt. cap. 5. p. 25.
uius atque huius prauæ doctrinæ reſuſcitator de “
primo capitulo, vnde verſatur quæſtio, in libro “
ſuæ viroſæ conſcriptionis Archiepiſcopo Raba- “
no porrecto ſcribat, dicens: Tandem, inquit, le- “
gi librum Venerande Pontifex tuum, in quo po- “
ſitum reperi, quòd impij quoque ſiue reprobi non ſint diuinitùs “
ad damnationem prædeſtinati: Et poſt aliquanta: Præſciuit, in- “
quam, illos peſſimum habituros ortum, pejorem obitum; præ- “
deſtinauit autem eos ad luendum perenne tormentum, & ſempi- “
ternum interitum: Et iterùm poſt aliquanta: Quia reuerà ſicut “
electos omnes prædeſtinauit ad vitam per gratuitum ſolius gratiæ “
ſuæ beneficium, quemadmodum veteris & noui Teſtamenti pagi- “
næ manifeſtiſſimum præbent ſolerter ac ſobriè conſiderantibus in- “
dicium: Sic omninò & reprobos quoſque ad æternæ mortis præ- “
deſtinauit ſupplicium, per iuſtiſſimum videlicet incommutabilis “
iuſtitiæ ſuæ iudicium.] “

ART. II.

DE LIBERO ARBITRIO.

HINCM. ibid. cap. 21. pag. 118. » INDE & Gotteſchalcus Modernus Prædeſtinatianus in Libello ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntiunm dicit ad locum: » De quo videlicet libero arbitrio quid eccleſiæ Chriſti tenendum » ſit atque credendum, cùm à cæteris Catholicis Patribus euidenter » ſit Deo gratias diſputatum, tum præcipuè contra Pelagianos & » Cæleſtianos à beato Auguſtino pleniùs & vberiùs diuerſis in opuſ- » culis, & maximè in Hypomneſticon eſſe cognoſcitur iuculcatum: » Vnde te potiùs eiuſdem Catholiciſſimi Doctoris fructuoſiſſimis » aſſertionibus incomparabiliter, inde quoque malueram niti, quàm » erroneis opinionibus Maſſilienſis Gennadij, qui pleriſque præ- » ſumpſit in locis tam fidei Catholicæ, quàm beatorum etiam Pa- » trum inuictiſſimis auctoritatibus, infœlicis Caſſiani pernicioſum » nimis dogma ſequens reniti.]

ART. III.

DE VOLVNTATE DEI.

HINCM. ibid. ca. 24. pag. 149. » ET Gotteſchalcus Modernus Prædeſtinatianus in libro ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum: Omnes, inquit, quos » vult Deus ſaluos fieri ſine dubitatione ſaluantur: Nec poſſunt ſal- » uari, niſi quos Deus vult ſaluos fieri: nec eſt quiſquam, quem » Deus ſaluari velit, & non ſaluetur. Quia Deus noſter *omnia quæ-* » *cunque voluit fecit.*]

Ibid. p. ſeq. » Gotteſchalcus Nouorum Prædeſtinatianorum Primicerius in » Præfato ſuo libello ad Rabanum ſcripſerat: Omnes & omnes de- » bere intelligi, id eſt omnes qui ſaluantur, De quibus dicit Apo- » ſtolus: *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, Et omnes qui non ſal- » uantur, quos non vult Deus ſaluos fieri.]

ART. IV.

DE MORTE CHRISTI.

HINCM. ibid. ca. 27. pag. 211. » ET Gotteſchalcus Nouorum Prædeſtinatianorum ſignifer in libello ad Rabanum Archiepiſcopum Moguntinum ita dicit » ad locum: Illos omnes impios & peccatores, quos proprio fuſo » ſanguine Filius Dei redimere venit, hos omnipotens Dei bonitas » ad vitam prædeſtinatos irretractabiliter ſaluari tantummodò ve-

lit: Et rurſùm illos omnes impios & peccatores, pro quibus idem «
Filius Dei nec corpus aſſumpſit, nec orationem, nec dico ſangui- «
nem fudit: neque pro eis vllomodo Crucifixus fuit. Quippè quos «
peſſimos futuros eſſe præſciuit, quóſque iuſtiſſimè in æterna præ- «
cipitandos tormenta præfiniuit, ipſos omninò perpetim ſaluari «
penitùs nolit.] «

Gotteſchalcus in ſæpè fato ſuo libello ad Rabanum Archiepiſ- « HINCM.
copum ſcripſit. Proindè quod fideliſſimè credo, fidentiſſimè lo- « ibid. ca. 29.
quor, & certiſſimè pariter ac fructuoſiſſimè confiteor, atque ve- « pag. 226.
raciſſimè profiteor: Quòd Deus noſter omnipotens omnium crea- «
turarum conditor & factor, electorum tantummodò cunctorum «
gratuitus eſſe reparator dignatus eſt, & refector: Nullius autem «
Reproborum perpetualiter eſſe voluit ſaluator, nullius redemptor «
& nullius coronator.] «

PRÆFATIO LIBELLI SEV COLLECTANEI Sancti Prudentij Epiſcopi Tricaſſini,

De Tribus quæſtionibus Ad Hincmarum & Pardulum.

Ex Codice R. P. Iac. Sirmondi, Societatis Ieſu Preſbyteri.

CVIVS Libelli Meminit Rabanus Epiſtola ad Hincmarum in principio. Hincmarus in opere de Prædeſtinatione cap. 34. pag. 291. Et Sanctus Prudentius ipſe in opere contra Ioannem Scotum cap. 4. pag. 234. & cap. 11. pag. 352. His verbis: Etſi nuſquam eorum (ſcilicet Sanctorum Patrum) ſcripta legiſſes ſatis ea te poterant de his omnibus informare, quæ ante biennium ex illorum libris deflorata quibuſdam fratribus conſenſu Synodi mittere curaui.]

Digitized by Google

EPISTOLA
S. PRVDENTII EPISCOPI
AD HINCMARVM ET PARDVLVM
EPISCOPOS.

DOMINIS prædicabilibus doctrinâ & ſanctitate præſtantibus honorabiliter nominandis HINCMARO & PARDVLO Pontificibus, PRVDENTIVS beatitudinis veſtræ amator cultórque fidiſſimus æternam in Domino ſalutem. Optaueram quidem (mi Patres admodùm reuerendi, fratréſque in Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto plurimùm diligendi) de propoſitis quæſtionibus ſecreto, amicabilíque vobiſcum tractare colloquio, & quicquid ſupernæ gratiæ dono ſanius ſalubriúſque videri poſſet, remotâ penitùs vincendi peruicaciâ, repulſáque ſua cuique ſtudia tuendi libidine, diligenter exquirere: verùm obliquatis in diuerſa rebus adeò auerſus reſilij, vt ne voluntatem meam ſaltem exponendi facultas ſuppeteret. Vnde quoniam colloquendi libertas tantoperè denegata eſt, coactus ſum eo ſinceriſſimæ charitatis affectu; quem veſtræ vnanimitati peculiariter debeo, literariam (quantulacunque eſt) operam exhibere, & quid votis conceperim, ſcriptis edicere. Hoc primùm præcipuéque veſtram ſinceritatem monens & poſtulans, vt doctrinam Beatiſſimi Patris AVGVSTINI, omnium abſque vlla dubietate vndecúnque doctiſſimi, ſanctarum Scripturarum auctoritati in omnibus concordiſſimam (quippè nullus Doctorum abſtruſa earum ſcrupuloſiùs rimatus, diligentiùs exquiſierit, veriùs inuenerit, veraciùs protulerit, luculentiùs enodauerit, fideliùs tenuerit, robuſtiùs defenderit, effuſiùs diſſeminauerit) veſtri Pontificatus tempore commento quolibet impugnari non permittatis: Quando tanto cœleſtis gratiæ munere donata exiſtit, vt nullo cuiuſquam conamine vllatenùs euelli poſſit: Cùm eam & Apoſtolicæ ſedis ſublimitas, & totius Eccleſiæ Catholicæ vnitas auctoritate concordiſſimâ approbarint, ac roborarint: Adeò vt nullus ei ſingulariter, verùm vniuerſita-

De Sancto Auguſtino.

ti Eccleſiæ Catholicæ cum ea & in ea queat annuti. Si enim aduerſam fidei orthodoxæ in quoquam conſpiceret, nequaquam eam Romanæ Eccleſiæ Antiſtes venerabilis Innocentius, cum totius orbis Epiſcopis ſuſcepiſſet: neque prædictum Patrem memorabilem ſuarum Epiſtolarum communiter priuatímque officiis affeciſſet: Neque ſucceſſor eius Zozimus eodem tramite concurriſſet. Neque Bonifacius eiuſdem Apoſtolicæ ſedis præſul Epiſtolas Pelagianorum ſibi delatas ei ad reſpondendum miſiſſet, aut reſponſionem eius quatuor libris editam probabiliter, atque honorabiliter ſuſcepiſſet. Cæleſtinus quoque memoratæ vrbis Epiſcopus quid contra Gallorum inſaniam ſuper eo eiúſque doctrina ſenſerit, ex auctoritate Apoſtolicâ decretorum ſuorum ſcita declarant, quæ ita ſe habent: Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga « viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium « fratrum memoriam diſſipare. AVGVSTINVM Sanctæ Recor- « dationis virum pro vita ſua atque meritis in noſtra communione « ſemper habuimus, nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem ru- « mor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter « magiſtros optimos etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur. « Benè ergò de eo omnes in commune ſenſerunt, vt potè qui vbique « cunctis & amori fuerit & honori.] Nec minùs Leo Papa Beatiſſimus ſuper eius æſtimatione ſenſiſſe credendus eſt, qui Eutichetis damnans veſaniam cùm fidem orthodoxam collectis Catholicorum Doctorum ſententiis adſtrueret, Beati Auguſtini ſententias interponere non ambegit. Quantus etiam beatiſſimo Papæ Gregorio fuerit habitus, indicat eius Epiſtola, quam ad Innocentium Africæ * præfectum miſit. Quòd verò in expoſitione Sancti Iob « transmitti vobis codicem voluiſti, de veſtro omninò ſtudio gau- « demus, quoniam illi rei eminentiam veſtram ſtudere conſpicimus, « quæ nec totos foràs vos exire permittat, & ad cor iterùm ſæcula- « ribus auris diſperſos recolligat. Sed ſi delicioſo cupitis pabulo ſa- « ginari, beati Auguſtini Patriotæ veſtri opuſcula legite, & ad « comparationem ſiliginis illius, noſtrum furfurem non quæratis.] « Sanè ſanctus Fulgentius mirabilis doctrinæ Epiſcopus, Monimo ſuper perditorum interitu de Prædeſtinatione Beati Auguſtini verbis ſciſcitanti, nequaquam librum reſponſionis in defenſionem tanti Patris ediſſet, ſi eum catholicæ fidei contraria ſenſiſſe, vel certè ſcripſiſſe cognoſceret, quum aliqui Gallorum (ſicut quidam de eis ait, quòd eorum ſint ſemper repentina Conſilia) nequaquam prædeſtinationem perditorum reprehenderunt, ſed ſanctorum Prædeſtinationi nouo colludio derogare maluerint, quorum inſanæ præſumptioni memorabilis idem Auguſtinus Do-

Epiſtola Cæleſtini Papæ ad Galliarum Epiſcopos.

* *malè Epiſcopum*

GREGOR. Magn. Regiſt. lib. 8. Epiſt. 37.

Digitized by Google

ctor eximius, petentibus Proſpero & Hilario orthodoxè reſpondens, duos libros alterum de prædeſtinatione Sanctorum, Alterum de bono perſeuerantiæ pleniſſimè, fideliſſiméque confecit, in quibus perpauca de prædeſtinatis ad interitum. quamplura verò de prædeſtinatis ad gloriam veriſſimè diſſeruit. Cùm iterùm, &c.

Hæc Donec totum opus R. P. Sirmondus Publici Iuris faciat.

LVPI SERVATI

MOGVNTINENSIS PRESBYTERI

LIBELLVS,

DE TRIBVS QVÆSTIONIBVS,

DE LIBERO ARBITRIO,

De Prædeſtinatione Bonorum & Malorum, ac de Sanguinis Domini Taxatione.

b

Digitized by Google

AD LECTOREM,

De vtroque Lupo: Altero cognomine ſeruato, Moguntinenſi Preſbytero: Altero Ferrarienſi Abbate, & vtriuſque Opuſculis de tribus quæſtionibus.

HIS omnibus opuſculis prelo paratis (Opuſculo Lupi Seruati ex Manuſcripto Codice Sauinianenſis Monaſterij ex alio Sancti Victoris emendato, & Collectaneo Lupi Ferrarienſis vnà cum eius Libello ſeù Epiſtola ad Regem Karolum ex Manuſcripto Codice Corbeienſi,& alio Domin. Bouhier in Parlamento Diuionenſi Senatoris Clariſſimi) contigit, vt vtrumque opuſculum ex Manuſcripto Codice Elnonenſi ſeù Sancti Amandi in pabula in publicum exierit. Sed iſtud imperfectum, & vtrumque ſub nomine Lupi Seruati Abbatis Ordinis Sancti Benedicti, quaſi vnus vtriúſque auctor idémque fuerit Lupus Seruatus cum Lupo Abbate Ferrarienſi Ordinis Sancti Benedicti. In quo hallucinatus eſt Aubertus Miræus Antuerpienſis Decanus in notis ſuis ad Sigeberti tractatum De Scriptoribus Eccleſiaſticis num. 93. & in Auctuario num. 247. & 268. & alij plurimi. Conſtat enim Lupum illum Seruatum fuiſſe Presbyterum Moguntinum à Gotteſchalco in his quæſtionibus in Germania conſultum, Synodo ſeù placito Moguntino Anno 848. interfuiſſe, diem vitæ clauſiſſe extremum Anno 851. iuxta Hirſaugienſe Chronicon, & inter celeberrimos Germaniæ ſcriptores à Trithemio laudatum in tractatu ſingulari de illuſtribus viris Germaniæ. Lupus verò Abbas Ferrarienſis licet aliquamdiù Fuldæ ſtudiorum causâ ſubſtiterit, ab Anno 844. Ferrariæ in Prouincia Senonia Patria ſua Abbas præfectus Metropolitano ſuo Vveniloni, & Regi ipſi Karolo Caluo Comes aſſiduus pluribus Conciliis etiam poſt mortem Lupi Seruati interfuit: inter alia Anno 853. Conc. Sueſſionenſi ſecundo, & Senonenſi in ordinatione Æneæ Pariſienſis: Et epiſtolam 103. inter reliquas ſcripſit ad Benedictum Papam, qui Eccleſiæ præeſſe cœpit Anno 855. & alteram 125. ad Folcricum Tricaſſinum Epiſcopum Sancti Prudentij ſucceſſorem, qui Sanctus Prudentius

iuxta Annales Bertinianos Anno 861. hoc ſæculum reliquit, nec etiam Lupo noſtro Ferrarienſi cognomen Seruati additum vſquam reperietur.

Libellum autem illum De Tribus Quæſtionibus eſſe Lupi Seruati Moguntinenſis Presbyteri teſtes ſunt Sigebertus & Trithemius De Scriptoribus Eccleſiaſticis: & ille quidem cap. 93. his verbis: Lupus Seruatus librum compoſuit De Tribus quæſtionibus, id eſt " De Libero Arbitrio, De Prædeſtinatione bonorum & malorum: " De Sanguine Chriſti quâdam ſuperfluâ taxatione vel redemptio- " ne vſque ad ſalutem impiorum: Nam ſuper hac re orta eſt quæ- " dam fidei turbatio Anno Domini DCCCXLIX.] quæ iiſdem " fermè verbis habentur in Præfatione tractatus ſeu Libelli illius. Auctorem verò Collectanei, & Libelli ſeu Epiſtolæ ad Regem Karolum Caluum non Lupum Seruatum, ſed Abbatem Ferrarienſem laudandum eſſe plurima non leui ſunt argumento. Nulla ſiquidem in eadem controuerſia ſæpiùs & tam variè ſcribendi ratio ſubeſſe potuit, eadémque opuſcula diuerſi auctoris eſſe & ſtyli, & ordinis quæſtionum, immò etiam ſententiarum arguit diuerſitas, maximè vbi de Pretioſiſſimo Chriſti ſanguine agitur auctor illius operis pro ſolis electis, huius verò pro omnibus fidelibus effuſum conſtanter aſſerüit. Ioannem Chryſoſtomum aliter ſentientem ille laudat, hic non audiendum decernit, quin etiam non eâdem Scripturæ ſacræ verſione vſi ſunt auctores illi, vt patet ex famoſo illo Apoſtoli teſtimonio Rom. 9. verſ. 22. & 23. quod ille ex verſione quâ vſus eſt Sanctus Auguſtinus, hic autem ex diuerſa, communi ſcilicet retulit. Quid pluribus opus eſt? vera inſcriptio Libelli ſeu Epiſtolæ ad Karolum Regem, quæ etiam in Codice Corbeienſi in corpore habetur, hæc eſt Domino Glorioſiſſimo Regi ſincerè fidelis Lupus: quæ cum eo, quod in præfatione ibid. profitetur auctor, *vobiſque poſt Deum fidem debeo ſingularem*, non conuenit Lupo Seruato Moguntinenſi Presbytero Ludouici Germaniæ Regis ſubdito: verùm optimè Lupo Ferrarienſi, qui Karolo regi ſuo non tantùm ſubditus erat, eíque ſoli fidem poſt Deum debebat ſingularem hac communi ratione: ſed etiam ſingulari Abbatiæ Ferrarienſis onere militiam Regi debebat, ſolíque Karolo non aliis regibus ſe fidelem epiſtolis ſuis inſcripſit, & ſingulariter epiſtolâ 96. ad Regem Karolum hâc eâdem inſcriptione vſus eſt: *Glorioſiſſimo Domino præcellenti Regi Karolo integrè fidelis Lupus.* Ita vt eiuſdem eſſe Libellum hunc, & non Lupi Seruati nemo eſt qui non videat, necnon obſeruandum cognomen hoc Seruati (quod nunquam vt diximus Lupo Ferrarienſi tributum, & in Diuionenſi præcedit Lupi nomen) ex ſcribarum vel alterius Monachi errore profectum, eâ vt videtur occaſione, quòd veteres omnes

b ij

qui de ſcriptoribus eccleſiaſticis egerunt, ſolius Lupi Seruati meminerint, nullus Lupi Ferrarienſis: Et maximè quòd ille ab iis plurimùm laudatus ob opuſculum illud de Tribus quæſtionibus de quo ſuprà; ita vt quibus illud fuerat incognitum, hoc vtrumque, ſcilicet & Collectaneum, & Libellum ſeu Epiſtolam ad Regem Karolum de iiſdem quæſtionibus & eodem nomine Lupi cernentes, facillimè, necnon graui coniecturâ eiuſdem Lupi Seruati eſſe crediderint; ideóque in Titulo cognomen illud Seruati addiderint.

Porrò vtrumque opuſculum correctius, & ad plurima Manuſcripta exemplaria emendatius, & Collectaneum magnâ ſui parte mutilum, iam ex Manuſcripto Cod. Diuionenſi integrum in lucem prodit. Sed & obſeruandum præter commune inquirendæ veritatis ſtudium non minimum intereſſe in his opuſculis Lupum vtrumque, Seruatum à Ferrarienſi diſcernere. Siquidem ex illa confuſione Catholicæ veritatis teſtes minuuntur: cùm è contrà ipſius firmitas vel ex eo maximè comprobetur, quòd vbique tam in Germania, quàm in Gallia Belgica, ſicut & in Lugdunenſi Doctrina illa vnanimi Sanctiſſimorum virorum teſtimonio confirmata &
» corroborata extiterit. In ipſa Catholica eccleſia (vt inquit Vin-
» centius Lirinenſis Aduerſus Hæreticos cap. 3.) Magnoperè curan-
» dum eſt, vt id teneamus quod vbique, quod ſemper, quod ab om-
» nibus creditum eſt. Hoc eſt etenim verè propriéque Catholicum.]

LVPI SERVATI MOGVNT. PRESBYT.

De Tribus Quæſtionibus.

PRÆFATIO.

QVÆ nobis vtilia iudicamus, ſi communicemus cum aliis, Deum nullo renitente promeremur, cuius præcepto deuoto reſpondemus obſequio: & ſi quod iam accepimus ſincerâ beneuolentiâ impertimur, quæ necdum accepimus, eius munere conſequemur. Hæc mecum reputans, cùm poſt deuictas perſecutiones & falſas opiniones iaminde ab initio Incarnationis Domini exortas DCCC. XL. nonum ab eadem Incarnatione, agente annum Eccleſiâ in pace, quam ei reliquit Saluator cum ea futurus iuxta ſuæ pollicitationis fidem vſque ad conſummationem ſæculi, comperiſſem primùm in Italia, deinde in Gallia, ſi non concuti fidem, turbari certè quorumdam intentionem, quòd de libero arbitrio, & de Prædeſtinatione bonorum & malorum, ac de Sanguinis Domini taxatione, vulgò quædam inaudita iactarentur; harum rerum, qui per ſe non poſſent, optaui vt per me fierent certiores. Hinc in auxilium inuocato Deo, à quo non eſſe ſolùm, ſed etiam noſſe percepimus, ad eius primùm authoritates, quibus omnium conſenſus fidelium acquieſcit, me contuli: Deinde, quid earumdem clariſſimi tractatores, & defenſores inuictiſſimi ſuper memoratis quæſtionibus ſenſiſſent, anxiè, diúque ſcrutatus ſum: quorum ſole clariora opera diuinis irradiata eloquiis, ſi omnes vel intelligerent, vel haberent, iure deberem ſuperfluitatis aut arrogantiæ argui, qui vel eadem verbis aliis ingeſſiſſem, vel quod ipſi non valuiſſent, me implere poſſe conſiderem. Cùm verò vtrumque multis, alterutrum quibuſdam, neutrum fortè nonnullis obtigerit, alterum vel neutrum habentibus ſic adeſſe contendam, vt vtrumque poſſidentes, ſi tamen ſuâ cognitione hæc mea qualiacun- 3. Queſtiones quæ.

Digitized by Google

que ſunt digna duxerint, non offendam. Itaque mihi nihil, Deo plurimùm confidens, quod propoſui hinc expedire conabor.

QVÆSTIO PRIMA.

DE LIBERO ARBITRIO.

Sect. 1. RERVM omnium opifex Deus, loci, temporiſque, ac per hoc totius mutabilitatis expers, (neque enim concluditur loco, qui continet omnia, nec verò acceſſu temporis augetur, qui nequaquam temporali primordio cohibetur) omnis creaturæ rationes ſempiternâ apud ſe immutabilitate cuſtodiens: ſpiritualem creaturam tantùm tempori, corporalem autem non tempori modò, verùm etiam loco fecit obnoxiam. Siquidem ſubiectam ſe tempori ſpiritalis natura oſtendit, quæ benè, vtpotè à bono Deo condita, partìm ſuo ſe vitio deprauans in veritate non ſtetit, atque ideò corruit, partìm conditori piâ ſubiectione adhærens, & quòd lapſus eſſet capax apparuit, & nè vltra laberetur compos tantæ fœlicitatis accepit.

2. Namque redemptor, cùm in reſurrectione opinionem coniugalis commercij remouiſſet, nequaquam nobis Angelorum ſpopondiſſet æqualitatem, ſi in eis peccandi, ac conſequenter cadendi ſuſpicio remanſiſſet, qui enim fœliciore, quàm nunc ſumus, donaremur conditione, niſi emenſo mortalis vitæ diſcrimine in tanta beatitudinis collocaremur ſecuritate, vt vltrà nec peccare poſſemus, nec velle peccare. Porrò corporalis natura, & cœpit ex tempore, & augmentis detrimentiſque, * ſuæ conuerſionis in alia facultate, mutabilitatis vices, quâ cuncta fiunt in tempore confitetur; Loco verò ſubiectam non dubitat, * qui omne corpus longitudine, latitudine atque altitudine conſtans quod ſolidum appellatur, non niſi loco ſemper contineri conſiderat. Vtriuſque autem naturæ hoc eſt & ſpiritalis, & corporalis proprietatibus Deus artifex obſeruatis, hominem ex anima compegit & corpore, ſicut eodem reuelante qui fecit accepimus.

Luc. 20 v. 35. Mar. 12. v. 25.

* al. *ſiue*

* al. *qua*

3. Verùm animam illi fecit ad imaginem ſuam, quia tametſi cœpit ex tempore vt creatura, ſempiterna tamen vt Deus pro ſuo modulo permanebit: vel quia rationis ei, & intellectus participium, quemadmodum Sanctis Angelis contulit. Corpus autem non vſquequaque cæteris animalibus formauit diſſimile, niſi quòd illa in aluum prona, * hoc erectum inſtituit, cuius fideli ſeruitio ad capeſſenda ſuperiora authoris ſui nutibus obediens anima vtetur. Quantùm verò præſtet corpori anima, etiam Gentilis auctor

Gen. 1. v. 27.

* al. *id autem*

Digitized by Google

conatur exprimere, cùm de vtroque loquens: Alterum nobis, inquit, cum Diis, alterum cum belluis commune eſt.

Gen. 2. v. 21. 4. Ita factum hominem primum Adam cum Eua coniuge (quam mirabile dictu de coſta illi dormienti ſubtracta Deus produxit)
v. 15. in paradiſo voluptatis, vt ſacræ Literæ teſtantur, conſtituit: cúmque ſuppetentibus omnibus ad vſum neceſſariis non moleſto labore damnauit, ſed otiandi tædium oblatâ ei facultate operandi remouit: Ne autem neſciret homo ei ſe debere ſubiectionis, & obedientiæ vicem, à quo & eſſe acceperat, & benè eſſe nullis, contra votum reluctantibus animæ corporíſue motibus, fœliciter capie-
v. 16. bat, conceſſis ei Deus ad eſcam vniuerſis pomorum paradiſi generibus, vno prohibuit ligno, quod ſcientiæ boni & mali nominant. Et quoniam ſpes impunitatis magna eſt illecebra peccandi, præcepto interminationem pœnæ addidit: moriendum eis confirmans, quâ die ex ligno quod vetuerat comediſſent.

v. 17. 5. Summa erat obſeruandi iuſſum facilitas, quando ad id violandum nec vlla neceſſitas inuitabat, nec hoſtis, qui ſolus diabolus erat, vim vllam inferendo impellere poterat, iam ipſe ſuperbiendo ceciderat, iam quod ipſe meritò perdiderat, hominibus poſſe contingere inuidebat; quid faceret, qui nec ſemel conceptam malitiam deponere, nec hominem niſi acquieſcentem, niſi conſentientem, niſi volentem poſſet deijcere? Auctor mali proprij, repertor alieni ſerpente induitur, & cùm diuinæ iuſſionis non cauſa ſeruanda ſit, ſed executio maturanda, quod ſe quærere ſimulat,
Gen. 3. rudes quærere inſtigat. Cur videlicet eis omnium pomorum Deus
v. 1. vſum non permiſiſſet promiſcuum?

6. Reſpondente muliere, quam faciliorem falli callidus ex-
v. 3. plorator deprehenderat, ne fortè morerentur, incautam à vera ſententia deduxit, & in falſam quòd non eſſent morituri protinùs
v. 4. & 5. induxit, adiecto eo, ſcite Dominum quòd ſi comediſſent vnde prohibiti eſſent, mox aperirentur oculi eorum, ſimileſque Diis exiſterent, ſcilicet vt numeroſitate Deorum, ſaltem eorum fidem corrumperet, ſi ad inobedientiam tentati, gulæ vitio non cecidiſſent: Captâ mulier cum hoſtis malè dulcoratis alloquiis, tum etiam interdicti pomi immodicâ venuſtate prior comedit, & viro, vt comederet perſuaſit. Mox vtrumque non animâ ſolùm, ſed & corpore occidit, quando ineuitabilem moriendi neceſſitatem contraxit: & quia peccati mortem, vnde liberum ei fuerat abſtinere, non exhorruit, ad perſoluendam mortem corporis, nolens quandoque peruenit: Mortuum ſanè hominem ſtatim vt vetitum præſumpſit, non mirabitur, qui ferali vulnere ſaucium, vel irremediabiliter veneni contagio jam corruptum, non perperàm dici mortuum recordetur, propterea quòd tam certa mors impendeat

Digitized by Google

ſic affecto, vt nulla ſpes effugij valeat inueniri.

7. Iſtius quoque ſententiæ Apoſtolus auctor eſt, qui ait: *Corpus mortuum eſt propter peccatum*, habet ſcilicet moriendi neceſſitatem, quam non habuit ante peccatum. Ita quippè conditus fuerat Adam, vt poſſet non peccare ſi vellet, & poſſet non mori niſi peccaret; verùm vbi ei ſolùm non ſuffecit bonum, niſi etiam mali caperet experimentum, & voluntatem ad peccandum conuertit, poſſe non mori amiſit, & non poſſe non mori incurrit. Ita ſerò ſcientiam boni obedientiæ, quam ſponte deſerüit ſenſit, & ſcientiam mali, quam impiâ curioſitate affectauit inuenit. Quod nunquam enim veritus fuerat, vltricem comitémque peccati concupiſcentiam ſenſit, membrorum ſcilicet genitalium appetitum, quem ita exhorruit, vt ad pudoris remedium velamen quæreret foliorum: ita adamauit, vt ad iuſtæ damnationis iudicium, importunam eius illecebram, nec ſi vellet, vitare ſufficeret. Quod itaque peccare poſſet ſi vellet, peccando publicauit: quòd verò poſſet etiam non peccare ſi vellet, conditor patefecit, qui comminatus pœnam, ne peccaret præmonuit. Habuit ergò Adam liberum voluntatis arbitrium, & ad bonum, & ad malum; ſed ad bonum diuino munere adiuuandum, ad malum autem diuino iudicio deſerendum. Quemadmodum enim non adiuuaretur in bono à Deo, qui vita eſſet animæ eius, vt anima corporis eius. Denique ſi *anima, quæ peccauerit ipſa morietur*, vt Prophetica præſcribit auctoritas, conſequens eſt, vt viuat quæ benè geſſerit, viuificante ſe Deo vitâ ipſius.

Rom. 8. v. 10.

Ezech. 18. v. 20

8. Liberum autem hominis arbitrium in malo, idcircò fuerat diuino iudicio deſerendum, quia cùm illi æqua facultas boni malíque conſtaret, nulla indigentia, nulla violentia voluntatem ad malum inflexit: dùm præceptum Dei ſui obſeruatu facillimum, à quo ſe tanta bona percepiſſe videbat, ſacrilegâ impietate quaſi ſuſpectum contempſit, & hoſtis ignoti, cuius in nullo penitus indigebat, incitamentum non ſolùm ad examen Dei non retulit, verùm audaci temeritate, quaſi profuturum excepit. Iuſtiſſimè igitur in illo hæſit, quod ſpontè elegit; & quia vt Apoſtolus aſſerit *in eo omnes peccauerunt*, in omnibus eius vitiata eſt natura ex vtroque ſexu progenitis, vt ad malè agendum, quatenùs tamen progredi permittimur, ſit nobis, vt illi, liberum arbitrium: ad benè autem operandum nequaquam ſit liberum; niſi fuerit Dei gratiâ liberatum: In primo parente noſtro (qui vtinam ſtetiſſet) omnes peccando cecidimus, & omnes communi merito atrociſſimâ quidem ſumus, ſed iuſtiſſimâ pœnâ damnati, non fuiſſet homo ingratus ei, qui ſe primùm fecerat, obtemperaſſet conditori, non ſeductori: noluiſſet eſſe, niſi quod vellet, qui eum potentiâ fecerat,

Rom. 5. v. 12.

rat,

Digitized by Google

Gen. 3. rat, clementiâ gubernabat. Verba hoſtis quæ forinſecùs per ſer-
v. 4. pentem ſonuerunt, ſacrâ reuelante Scripturâ cognouimus, quæ
& 5. verò intrinſecùs menti humanæ ſuggeſtionis molimina admoue-
rit, tametſi indubitanter non valemus comprehendere; tamen pro-
Ioan. 13 babili coniecturâ poſſumus æſtimare. Siquidem *Diabolus miſit*
v. 2. *in cor, vt traderet Dominum Iudas*, non palàm vocibus perſtre-
pendo, verùm clandeſtinis auaritiæ facibus miſerum accen-
dendo.

9. Celſitudinem ſimilitudinis Dei ſuperbiendo diabolus concupierat; iámque alieni appetens, ſui gradus dignitate deciderat, dúmque hanc nec vellet recuperare, nec poſſet, habituro inuidit, & fortaſsè priuſquàm verba ederet, incautum, quâ perierat peſte corrupit. Quomodò enim ad capiendum cibum exteriùs tam citò acquieuiſſet, niſi ad obtinendam propriam libertatem tumuiſſet ante interiùs; quomodocunque contigerit, author noſtri generis, ſuo vt palam eſt, vitio cecidit, & quoniam in eo omnes peccauimus, omnes nos in lapſum eius ruina proculdubio ſecum traxit: Atque cuilibet, ſicut poſſibile eſt cùm voluerit in foueam ſe præcipitare, quæ ſit amplâ, nec ſcabrâ tamen crepidine; cùm verò egredi voluerit, non valebit, niſi extraneis niſibus adiuuetur: Ita primus homo ſponte quidem cecidit, in quo ipſi originaliter lapſi ſumus, ſed cæno peccati nos etiam ſi volumus expedire, non poſſumus, vt reſurgamus, niſi proſtratos extrahat, & erigat gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

10. Voluntarij criminis tantum malum non hominem primum modò, ſed vniuerſam etiam eius ſobolem ſexus vtriúſque copulâ manantem merito ſempiternæ damnationis obſtrinxit, quam, cùm eadem cauſa ſit omnium communiter, omnes paterentur, quippè qui non Deo, ſed diabolo auſcultauerint omnes; nec hinc orire-
tur iuſta conqueſtio æquitate ſeruatâ, præterquam quod mererentur nullis recipientibus, niſi eſſet Deus, quemadmodum incomparabiliter iuſtus, ita ineffabiliter pius: immò (vt verbo noſtrarum ſcripturarum vtamur, quo colligimur, quo ſaluamur) miſericors. Cùm itaque ſuo merito pereundum eſſet omnibus, plures diuinâ bonitate ſaluantur, in his cognoſcamus, & amplectamur miſericordiam eius, & vt his aggregari mereamur, ſupplici obſeruantiâ mandatorum ipſius, & precibus aſſiduis flectamus indulgentiam eius. Cùm verò itidem plures damnantur, non reprehen-
damus, quia merito ſuo iuſtè damnantur, ſed pertimeſcamus iu-
Pſal. 65. dicium eius, qui eſt *terribilis in conſiliis ſuper filios hominum*;
v. 5. nóſque paria merentes miremur potuiſſe ſaluari; & * omni conſi- * al. *horū*
deratione feruentiùs accendamur, ad amandam, laudandam, prædicandam miſericordiam eius. His conſtitutis, & fideli aſſenſu re-

tentis, nemo ſobriè ſapientium erit neſcius, non eſſe Deum auctorem, cauſámque perditionis homini, quem & rectum condidit, & poſſe ſi vellet in ſuo ſtatu manere, monendo monſtrauit. Eccleſ. 7. v. 30.

11. Namque necdum erat eius vitiata natura, vt vel ſcienda neſciret, vel impediente difficultate cognita implere non poſſet. Gen. 3. Nimirùm ſibimetipſi homo aut ex ſeipſo, aut ex diabolo malum concepit, & peperit, dum à ſe diuinam * amouendo reuerentiam, deceptori credidit, & cibum vſurpando illicitum, capitale crimen commiſit. Iſtud iſtud planè mortalium generi omnium cauſa fuit malorum; peccatum ſiquidem pœna conſequitur, & quidquid non conſumit remittendo præſens miſericordia, rependit vlciſcendo quandoque repræſentata iuſtitia.

* al. *amoliendo*

Nota.

12. Sed inſurgat aliquis ex numero mordaciter querulorum, & dicat, non feciſſet Deus hominem, quem peccaturum ſciebat, quantò rectiùs diceret, non feciſſet homo, quod ſummâ facilitate vitare poterat, peccatum, quo ſe, ſi verbis Dei fidem habebat, cognouerat moriturum; quamquam eſſet diuinæ bonitati non congruens, hominem, quem bonum poſt lapſum, aut etiam ex quo bonum facere poſſet, non condere: aut talem feciſſet * ſubiici, qui peccare non poſſet: quid ita non quæratur, quod homo cum talis factus eſset, vt poſset non peccare ſi vellet, in hoc ſtatu manere noluit, vt quandoque tantum de Deo mereretur obediendo, ne peccare vellet, aut poſſet? Verùm cur homini negaretur illa voluntas, quâ vel benè vtens expectaret præmium, vel malè excedens, præmonſtratum pati cogeretur tormentum. Conſtanter dixerim nullam Deum creaturam, quæ mala peccando futura eſſet, facturum fuiſſe, niſi aut eam iterum bonam, aut ex ea boni aliquid facere decreuiſset. Maluit enim ex malis bonos, vel bona facere, quàm mala nulla eſse permittere; & hominum quidem plerósque vel originali, vel proprio vitio malos reformat in bonos, nullâ eis imputatâ iniquitate ſuâ, quod firmiſſimè tenendum eſt, gratuitâ bonitate; ſpirituum autem immundorum neminem hâc dignatur gratiâ, quorum pertinaci ſuperbiæ, nullo veniæ decreuit ſubuenire remedio: horum tamen eorúmque participum hominum perditorum, quamquam ipſis nolentibus benè vtitur famulatu, dum his vel apertè ſæuientibus, vel occultè inſidiantibus, exercet * ſuorum patientiam, ſempiterno quondam præmio coronandam, nec minus ex malis bonum agit, cùm ſingulis eis meritum repenſat ſupplicium: bonum eſt enim malos non conuerſos puniri; vt comprimatur ſuperborum elatio, creſcat humilium deuotio, augeatur ex vtriſque diuina laudatio.

Obiectio.

* al. *ſubiici abeſt*

Solutio.

* al. *ſanctorum.*

13. Inuictâ, vt opinor, ſuperiorum ratione colligitur hominem, tam animâ, quàm corpore fuiſse damnatum, nec infortunium

Digitized by Google

damnationis eius alij, quàm ipſi & ſeductori eius aliquatenus imputandum: Illud etiam claruit potuiſſe ſuis viribus hominem peccando cadere, verùm non poſſe vnquam ſuâ virtute reſurgere: Proinde pius artifex quod homo non poſſet, vt ipſe perficeret, filium ſibi coæternum æqualitate voluntatis & poteſtatis conſimilem, non ex mare & fœmina, ſed *ex Spiritu-ſancto & Maria Virgine*, nouo naſcendi priuilegio hominem abſque peccato inſtituit:
Luc. 1. v. 35. vt per eum, qui obumbrante Spiritu-ſancto, non fuiſſet conceptus æſtu libidinis, eorum qui in peccatis concepti eſſent, aboleret omne peccatum.

14. Hic Virgine ſatus, Virgine natus, vt abſque delicto conceptus & * ortus, ſic abſque vlla offenſæ macula conuerſatus, poſtquam diſpenſationem noſtræ ſalutis docendo ſufficienter exercuit, Deus verus, homo verus, vtrúmque vnus, hoc eſt in vtroque, & ex vtroque vnus dignatione mirabili mortem, quæ peccato debetur, totius expers * contagionis, ſponte pertulit, & nos peccatores æternâ morte liberauit. Tum intra triduum reſurgens, ſpem noſtram in cœlum ſuſtulit, & paulatim priſtini lapſus veritatem, & noſtræ inſtaurationis integritatem expoſuit, non ſuis verbis ſolùm, verùm etiam diſcipulorum & verbis, & ſcriptis: Quanquam & ſanctæ literæ, quæ dicuntur veteris teſtamenti alterum mirâ proprietate expreſſerint: alterum myſticâ præfiguratione ſignauerint. Nam & primi parentis peccatum ipſæ prodiderunt, & futurum vt per Dominum Ieſum repararetur genus humanum, cùm multis aliis
Pſ. 71. v. 8. locis, tum in illo ſummè atque clariſſimè: *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.*

* al. *natus*

* al. *contagij*

15. Subtiliter igitur expendat fidelis examinator & pius, quanta fuerit hominis iniquitas, quam nec quiſquam hominum, nec quilibet Angelorum, niſi Dei ſolius ſanguis valuit expiare, nec ſe mereri aliud, quàm ſupplicium credat homo, qui poſt purgationem baptiſmatis, quâ etiam paruulis regni cœleſtis ianua aperitur, tametſi quædam digna veniâ ſuſpicatur ſe geſſiſſe, magìs quàm nouit, multò ſunt tamen plura, ſuper quibus diuini iudicij ſeueritatem formidet, quanquam etiam de benè geſtis timendum Nota.
Iſa. 64. v. 6. eſt, cum tantus vir dicat: *Omnes iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ.* Iuſtitia enim noſtra, licet interdum coram hominibus ſplendeat opere & ſermone, in conſpectu Dei ſordeſcit prauâ cogitatione.

16. Habemus autem vt ſuprà relatum eſt ex Adam liberum arbitrium, non ad bonum & ad malum quale ipſe à conditore accepit, ſed quale ſponte in ima vergens elegit, & peccando commeruit: hoc eſt ad malum liberum; ad bonum autem, ſi tamen id nobis diuino munere contigerit (vt ſuprà iam diximus, Dei gratiâ

De Libero Arbitrio poſt peccatum.

Digitized by Google

liberandum. Mentior, niſi hoc primus liber diuinæ auctoritatis
oſtendit his verbis. *Senſus & cogitatio humani cordis ad malum* Gen. 8.
prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Secretorum etiam cœleſtium fidus v. 20.
interpres Paulus iam baptizatus, iam forſitan ad tertium cœlum
euectus. *Condelector*, inquit, *legi Dei ſecundùm interiorem homi-* Rom. 7
nem, illi profectò quæ ſancit: *Non concupiſces*) *video autem aliam* v. 22.
legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum Deut. 5. v. 21.
me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Legem in
membris concupiſcentiam vocat, quam poſt peccatum in mem-
bris genitalibus primi ſenſerunt parentes, quam ſibi aduerſantem
diuino freti adiutorio, etiam continentes quique repellunt, ſed
penitùs nunquam reuerſuram, dum hîc mortaliter viuunt, exclu-
dere nequeunt.

17. Dominus quoque Ieſus qui ſingulariter vt Conditor, ſcie- Ioan.
bat quid eſſet in homine, imbecillitatis noſtræ nos admonens: *Sine* 15. v. 5.
me, inquit, *nihil poteſtis facere.* Nihil ſcilicet boni, nihil ſaluti con-
ducibile, nec indignetur ſaluatus & ſaluandus ſine ſaluatore ſe nihil
poſſe facere, qui pollicetur, *ſi vos filius liberauit, tunc verè liberi eri-* Ioan. 8.
Objectio. *tis.* Et cur (dicat aliquis) velut poſſibile præcipitur, quod poſteà im- v. 36.
poſſibile demonſtratur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde* Deut.
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum 6. v. 5.
tuum tanquam teipſum: Et, *Diligite inimicos veſtros, & benefacite iis* Matth.
qui vos oderunt. Et, *Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &* 22. v. 37.
tollat crucem ſuam, & ſequatur me: Et alia multa, quæ nunc pecca- Matth. 5 v. 44.
Reſponſio. ta prohibent, nunc inſtruunt fidem, nunc vires informant: Pro- Matth.
fectò vt dum conatur quis, nec ſufficit quæ iubentur implere, il- 16.
luc fatigatione humiliatus recurrat, vnde petendo, quærendo, v. 24.
pulſando accipiat, quod deſiderat, & non in ſe, ſed *in Domino* de
omnibus beneficiis eius *glorietur*: Nec ſibi neruos fortitudinis de-
trahi opinetur, ſubiectè Deo deuotus, cùm per ſe nihil boni poſſe
facere tam euidentibus inſtruatur teſtimoniis: Nec verò meritum
minui, quoniam ſolum hominem præſtantius, quàm Deo coope-
rante poſſe aliquid agere, ne dicam opinari, vel ſomniare, non
tam ſuperbientis eſt hominis, quàm amentis, & *de cuius plenitu-* Ioan. 1.
dine omnes accepimus, gratiam pro gratia; pro gratia quam im- v. 16.
pendit laborioſæ bonitatis, gratiam rependit beatæ retribu-
tionis.

18. Non habere hominem in bono liberum arbitrium etiam Hie- Hier.
remias Propheta non dubitans: *Scio*, inquit, *Domine quia non ſit* 10. v. 23.
hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos;
Proinde mox adiutorium flagitat. *Corripe me Domine, verunta-* v. 24.
men in iudicio, & non in furore tuo: hoc eſt; quia non eſt meæ vir-
tutis, vt meam prauitatem corrigam, & iuſtitiæ tuæ apprehendam

Digitized by Google

& teneam rectitudinem, tu adhibe correctionem iudicij, cuius terrore ſalubriter ſanas infirmos, non correptionem furoris, cuius ſeueritate horribiliter damnas ſuperbos: vt mutatâ, & confirmatâ voluntate faciam te cooperante, quod meis viribus implere non valeo. Vates præthereà clariſſimus Iſayas totum Deo, nihil nobis

Iſa. 26. v. 12. penitùs tribuendum confirmans: *Domine*, inquit, *pacem dabis nobis, omnia enim opera noſtra operatus es nobis.* Namque ſi nobis temerè ſanitatem liberi arbitrij arrogamus, fruſtrà diu multa conati, ſic impoſſibilitate, vt hoſte acerrimo confundimur, moleſtóque bello laboramus, quo vſque defeſſi ad diuinum recurramus auxilium, quo impetrato, pacem, de quâ dicitur: *Pax mul-*

Pſ. 118. v. 165. *ta diligentibus legem tuam*, conſequimur. Dum per bonum affectum in Deo mens noſtra, velut in munitione tutiſſima requieſcit, etiam ſalutaria præcepta fiducialiter operatur, quandoquidem ea ipſe, qui præcepit exercet. Miretur aliquis ne parua quidem bona opera nobis à nobis, ſed ipſa quoque à Deo eſſe, niſi cognouerit ipſas cogitationes bonas, etiam initium, ac perfectionem fidei, non à nobis procedere, ſed à Deo inſpirari, habentibus * & confirmari, doctor hæc gentium, immò per eum Dei

2. Cor. 3 v. 5. Spiritus publicans, *non quod ſufficientes ſimus*, inquit, *cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: Hoc eſt, quod ad ſanctitatem religionis pertineat, nos quidem nihil ſufficimus cogitare, ſed vt ſufficiamus, ipſas à Deo cogitationes bonas acci- (* al. *atque firmari*)

1. Tim. 1. v. 13. & 16. pimus. Item de initio fidei, *Sed miſericordiam conſecutus ſum*, ait, „ *vt fidelis eſſem*, non enim ait, quia fidelis fui, miſericordiam con- „ ſecutus ſum: ſed miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem. (V. AVG. de Præd. Sanct. c. 3. Idem de Grat. & lib. arb. cap. 7.)

Eph. 2. v. 8. 19. De perfectione autem fidei: *Gratiâ, ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt*: Itémque non de fide ſo-

Phil. 2. v. 13. lùm, ſed de ipſa bona voluntate, *Deus eſt*, inquit, *qui operatur in vobis & velle, & perficere.* Quòd verò in bonis actibus perſeuerantia Dei donum, ac per hoc gratia Dei ſit, facilè illo ſatis idoneo

Phil. 1. v. 6. teſtimonio comprobatur; *Confidimus in Domino Ieſu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu*: Hoc eſt Deus qui cœpit in vobis agere, quod præcepit, tamdiu operabitur, quouſque excedentibus vita ſingulis adueniens incipiat reddere quod promiſit.

20. His omnibus erudimur, ne ſpem in nobis collocemus, opinione grauiùs delinquentes, ſed ſtatum noſtrum munientes, totius noſtræ ſpei plenitudinem transferamus in illum, qui proptereà nos ad ſe vocat, vt fulciat; idcircò profutura nos petere inuitat,

Hier. 17 v. 5. vt tribuat; ideò ne nobis confidamus, terret, ne deſerat; Namque *Maledictus homo eſt qui ſpem ponit in homine*, qui autem eam in

ſeipſo ponit, in homine ponit, maledictus igitur eſt. Sanè Dei bonitas præclarè commendatur cùm benedictus, eſt vir (aſſeritur) qui confidit in Domino. Et ſolus interdum confidentis affectus præmium iam benedictione aſſequitur. Amant autem immundi ſpiritus decipiendi aſtu ſpem hominum in ſe transferre, quod in ſuis cultoribus effecerunt, vel ex quodam colludio falſas opiniones mentibus eorum inſerere, quaſi propter naturæ dignitatem atque præſtantiam, tutiſſimum ſit eis in ſeipſis ſpem aliquatenùs collocare: quod eſt ex eorum ſcriptis oſtendere, qui diuinæ vacui notitiâ mundanæ ſapientiæ claruerunt.

Hier. 17. v. 7.

Cicero. * al. *ſenem*

21. Tullius facit, non Lælium, vel Scipionem, quæ poſſet eſſe dubia, ſed Marcum Catonem ſenem certa, hoc eſt ſuâ dicere ſententiâ, quibus nihil eſt in ipſis opis ad benè beatéque viuendum, iis omnis ætas grauis eſt: qui autem omnia bona à ſeipſis petunt, iis nihil poteſt malum videri, quod naturæ neceſſitas afferat; Omnia bona à vero Deo, non à ſe ipſis petunt (Marce Tulli) dixiſſes, & nobis non tam ſplendore verborum, quàm ſententiæ veritate, placuiſſes. Virgilius etiam, vt hominem decuit Poëtica figmenta tractantem, aliud agens, tale quid ſignificauit potiùs, quàm expreſſit: *Spes ſibi quiſque*, ô vtinam dixiſſet: cuique Deus verus ſpes, & credidiſſet, nec de Mœcenate adulando, ſed de eodem vero & ſolo Deo probè ſumméque canendo protuliſſet. *Te ſine*, nil altum mens inchoat.

Virgilius.

Sancti Patres.

22. Noſtri autem authores facilè ſapientiâ ſuperiores, quia diuina eloquentia pares, quam cùm volunt exerunt, cùm volunt, abſcondunt, Cyprianum loquor, Auguſtinum, Hieronymum, & Ambroſium, & quoſdam alios, & mentem diuinorum eloquiorum penitùs inſpexerunt, & nobis ſalubriter expreſſerunt, ſcilicet egere nos in bonum arbitrio liberando: & Dei gratiam non ſecundùm merita noſtra dari: itaque glorioſiſſimus Martyr Cyprianus & Doctor ſuauiſſimus omnia noſtris viribus adimens, Deo aſſignans breuiſſimè omnia genera meritorum complexus ait: *in nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit.*

CYPRIAN. teſtimon. lib. 3. c. 4. AVGVST. de don. perſ. c. 14. & de Præd. Sanct. c. 3. & ad Bonif. lib. 4. c. 9.

Ambroſius autem ſcribens, *Non eſt in noſtra poteſtate cor noſtrum, & noſtræ cogitationes*, etiam ipſa facta & dicta comprehendit, quæ profectò ex corde & cogitatione procedunt.]

AVGVST. de don. Perſeu. cap. 8. 13. & 19. AMBROS. de Fuga ſeculi, cap. 1.

23. Hieronymus diuinâ & ſæculari doctrinâ præcipuus, & velut quidam parens cum Auguſtino Eccleſiaſticæ Philoſophiæ, quæ humanam nec multùm appetit nec in omnibus contemnit, Pelagianam hæreſim recens exortam potenter debellans. Si (inquit) in eo tantùm Dei gratia eſt, quod propriæ nos condidit voluntatis, & Libero Arbitrio contenti ſumus; nec vltrà eius indigemus auxilio, ne ſi indiguerimus liberum frangatur arbitrium, ergò

HIERON. ad Cteſiphontem adu. Pelagium, col. 810.

Digitized by Google

* neque vltrà orare debemus, nec illius clementiam precibus flectere, vt accipiamus quotidie, quod ſemel acceptum in noſtra eſt poteſtate.] Item poſt aliquanta agamus ſemper gratias largitori, ſciamúſque nos nihil eſſe niſi quod donauit, in nobis ipſe ſeruauerit. Item alibi; in Deuteronomio perſpicuè demonſtratur non operibus noſtris atque iuſtitiâ, ſed Dei nos miſericordiâ conſeruati. *Non iuſtitia tua Dominus Deus tuus dabit tibi terram optimam, vt poſſideas eam, quia populus duræ ceruicis es tu.*] Item poſt aliquanta: *pro nihilo ſaluos facies eos*, haud dubium quin iuſtos, quia non proprio merito, ſed Dei ſaluantur clementiâ.] Item alibi in expoſitione ſententiæ, *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire intelligere & noſſe me, quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in terra*: vbi ſunt, inquit, qui dicunt, proprio hominem regi arbitrio, & ſic datam Liberi Arbitrij poteſtatem, vt Dei miſericordia tolleretur atque iuſtitia.]

(Margin: * al. nequaquam — Ibid. col. 811. — Idem Adu. Pelagium lib. 1. propè finem col. 844. — Deut. 9. v. 6. — Pſal. 55. v. 8. — Ibid. lib. 2. col. 866. — Ierem. 9. v. 23. — HIERON. in Ierem. cap. 9. v. 23.)

24. Ipſe autem AVGVSTINVS, quem neſcias, vtrùm rerum inuentione magìs, an dicendi *fœlicitate mireris, de Libero Arbitrio & gratiâ Dei tantâ diſſerüit, vt poſſint vix ab aliquo legi; omnia verò, vt mea fert opinio, quanquam ſint clariſſima & vtiliſſima, à nemine memoriâ contineri. Quid enim ſentiendum ſit de Libero Arbitrio & gratiâ Dei, ſicut nemo tam laborioſâ indagine veſtigauit, nemo vt ille tamdiù verſauit: ita vt pace cunctorum dixerim, nullus vtrumque tantâ veritatis proprietate inuenit, nullus tantâ eloquentiæ vbertate aſſerüit, nullus inexpugnabilium argumentorum copiâ tantâ defendit. Proindè cùm eſſent illius omnia optima, & penè innumera, hæſitarémque quid potiſſimum eſſet eligendum, ſtatui ſtudioſum ad illorum inuitare lectionem, quæ noſtris præcognitis faciliùs poterit penetrare, quàm paucis poſitis, ſimilibus melioribúſve fraudare, hoc vnum * tantùm occultare non paſſus ſum, quod inter alia de Libero Arbitrio acutiſſimè deprehendit. Liberum, inquit, Arbitrium congenitum & omninò inamiſſibile, ſi quærimus, illud eſt, quo beati eſſe volunt etiam hi, qui ea nolunt quæ ad beatitudinem ducunt.]

(Margin: De Sancto Auguſtino. — * al. *facilitate* — * al. *tamē* — Operis imperf. lib. 3. aut. 4. qui non extat.)

25. Nec arbitretur aliquis aut tantos viros, aut nos bona quæ dono Dei conſequimur ſic dona eius aſſerere, vt non ſint etiam noſtra, ſunt profectò eius ac principaliter, quia ab illo donantur; ſunt conſequenter & bona noſtra, quia nobis ab illo eſſe creduntur: Et cùm aliquid boni molimur, vel agimus, eſt in nobis Liberum Arbitrium, quia peccati affectu Dei gratiâ liberatum, idémque opus & Dei eſt qui operatur in nobis, & noſtrum eſt quia vo-

luntate facimus, quod præceptum eſt nobis. Cogitationes bonæ
Dei ſunt, quia nobis donantur ab illo, vt Apoſtolico ſuperiùs
conſtitit documento: *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid* 2. Cor.
a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: Et eædem 3.v.5.
noſtræ ſunt, quia ſpiritus Dei admonet, *Iacta cogitatum tuum in* Pſal.54
Domino & ipſe te enutriet. Conuerſio noſtra Dei eſt cui ſupplica- v.23. Pſ. 84.
tur, *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter*, & eadem noſtra eſt, quia v. 5.
diuinitùs iubetur; *Conuertimini ad me in toto corde veſtro*: inclina- Ioël. 2.
tio cordis noſtri ad præcepta Dei & ipſius Dei eſt, quem placamus v. 12. Pſ. 118.
his ab eodem docti precibus: *Inclina cor meum in teſtimonia tua*; v.36.
& eadem inclinatio noſtra eſt, quia volentibus nobis eſt, vnde non Ibid. v.
falſò gloriamur, *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes* 112.
tuas in æternum. Poſtremò omnia opera noſtra bona & Dei ſunt, Ioan.15
qui dicit: *Sine me nihil poteſtis facere:* & eadem noſtra ſunt, quia v.5. Iſa. 26.
illi Propheticè dicitur: *Domine pacem da nobis: omnia enim ope-* v. 12.
ra noſtra operatus es nobis. Noſtrorum autem omnium bonorum Rom.
Dei gratia auctor & cauſa eſt, nam poſt peccatum Adæ, *In quo* 5. v. 12.
omnes peccauimus, & iuſtè damnati ſumus. (*Rectus eſt* enim *Do-* Pſ. 91.
minus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo,) quid mereatur totius v. 16.
* al. *viſitata* generis humani ſeries *vitiata, & propter originale peccatum dam-
nata, & propter propria addita, ſi ad actiuam ætatem acceſſerit
damnanda, niſi ſempiterna ſupplicia.

26. Hæc planè, vt ſuprà relatum eſt, peccato vitiata tota
ſtirps hominum perpeti cogeretur, niſi ex eadem ſtirpe eandem
cauſam damnationis habente, alij occulto iudicio Dei quanquam
rectiſſimo per iuſtitiam eius in damnatione debita relinquerentur:
alij verò manifeſtâ gratiâ per eius miſericordiam ſaluarentur, non
eſt vnde inflentur liberati: quia quod non merüerant acceperunt:
non eſt vnde querantur damnati: quia nihil niſi quod merüerant,
perferre coacti ſunt. Cur autem iſtos, non illos ſaluet Deus, aut
cur non potius illos, quàm iſtos, iam hoc ſupra hominem eſt: nec
ſecreti Dei præſertim tanti cauſa expectari debet ab homine,
Quis cognouit ſenſum Domini (Apoſtolus ait) *aut quis conſiliarius* Rom.
eius fuit? Igitur vt itidem ait; *Cuius vult miſeretur, & quem vult* 11.v.34
indurat, Miſeretur exuberante bonitate, indurat nullâ interce- Rom.
dente iniquitate, indurat autem non ad peccatum impellendo: 9.v.18.
Deus enim intentator malorum eſt, ſed in peccato deſerendo, quia Iac.1.
ipſe quorum vult ſolùm liberator eſt: & vtique vt eſt quorundam, v. 13.
De Voluntate Dei. ſi voluiſſet eſſe potuiſſet & omnium, *Omnia* enim *quæcunque vo-* Pſ. 113.
luit Dominus fecit in cœlo & in terra. Sed ita voluit exercere mi- v.3.
ſericordiam ne in aliquo infirmaret iuſtitiam. Nam quod vene-
rabilis Paulus ait, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri.* Non ſic 1.Tim.
accipiendum eſt quaſi cùm Deus velit generaliter omnes fieri ſal- 2.v.4.
uos,

Digitized by Google

uos,quibuſdam impedientibus impotentiſſimis, non valeat omnipotētiſſimus implere quod velit:ſed ita potiùs quod illis ſiue volētibus,ſiue nolentibus,(nam plures in infantili ætate baptizati, non horum habentes diſcrimen mox vitâ excedentes transferuntur ad

Ioan.1. v.9. gloriam),ſaluantur omnes, quoſcunq; ille ſaluare voluerit. *Omnes* ergò *vult ſaluos fieri homines*, ſed non alios, quàm qui ſaluantur: quo elocutionis genere vſus eſt Euangeliſta Ioannes his verbis: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: non quòd fidei luce omnes in hunc mundum venientes illuminet?quod ſentire per quam abſurdum eſt: quandoquidem plures infidelitatis tenebris obſcurentur, ſed eos videlicet qui illuminantur, dum non ab alio, niſi ab illo illuminantur. Omnes autem non ſemper vniuerſitatem generaliter, verùm aliquando exceptionem quandam particulariter comprehendere, etiam ipſe Apoſtolus, de cuius deliberatur ſententia idoneus auctor eſt, vbi ait: *Sicut ego per omnia omnibus placeo*, namque vt taceam de maiore adhuc infidelium parte, quibus profectò placere non poterat, non placebat his,à quibus *ridebatur,nōn placebat his à quibus obruebatur lapidibus, non placebat his denique à quibus vrbe velut mortuus pellebatur: placebat autem ſolis fidelibus qui tot erant,vt merito dici poſſent omnes, quique in illo glorificabant Deum, quòd perſecutionem prædicatione mutaſſet. Poſſumus etiam, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*: ſic ſano ſenſu intelligere, quod ex omni genere hominum colligat ad ſalutem, hoc eſt quoſdam Iudæorum, atque Gentilium, quoſdam vtriuſque ſexus, nonnullos magiſtratuum & priuatorum, aliquos dominorum atque ſeruorum, aliquos ingenioſorum atque hebetum: & quaruncunque differentiarum homines poſſunt à ſubtiliter contemplantibus deprehendi, qui omnium vocabulo non immeritò cenſeantur: ſiquidem eâdem notione idem nomen in Euangelio Lucas poſuit. *Væ vobis Phariſæis qui decimatis mentham & rutam, & omne olus:* neque enim omnium generum olus per omnem terræ amplitudinem Phariſæi decimabant; ſed omne olus, omne genus olerum, quod habebant eſt abſque ſcrupulo ſentiendum. Nec ille ſenſus abhorret à vero: vt *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*; quia velle nos facit omnes homines ſaluos fieri, ſignificare voluerit, vt qui ſciamus multos vocatos, paucos autem electos, nullo diſcrimine ſeparare valeamus, omnes indifferenter velimus fieri ſaluos. Nam & in eundem modum inuenimus apud Apoſtolum, *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*: hoc eſt poſtulare nos facit.

Margin notes: Omnes. — 1. Cor. 10.v.33. — 2. Cor. 11.v.24. — Act. 14 v.18. — *al. cedebatur. — Luc.11. v.42. — Matth. 20. v. 16. — Rom.8 v.26.

d

QVÆSTIO SECVNDA.

DE PRÆDESTINATIONE.

27. HANC autem gratiam, quâ nos omnes qui ſaluamur, gratis eripimur pluribus relictis in damnatione, quam nos quoque meruimus commendans vas electionis: *Sicut elegit nos,* inquit, *in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Nè aduerſus Deum ex eius munere inflaremur, antequam oriretur ſuperbiæ morbus, quàm efficax eſt remedium procuratum, *Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem,* non quia eramus ſancti & immaculati, aut quia futuri eramus ſancti & immaculati, alioqui non tam ſuæ gratiæ donum largiretur, quàm noſtro merito, vel præſenti vel futuro præmium, velut ex debito referret: Sed *elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati:* hoc eſt eligendo præſtitit, vt eſſemus ſancti & immaculati, qui niſi vellet, ne vlli quidem eſſe poſſemus. Cæterum vbicunque de electione vel præſcientia, ſiue prædeſtinatione Apoſtolus loquitur, quicunque Deum propterea elegiſſe, præſciſſe, aut prædeſtinaſſe quoſlibet aſſerunt, quod præſcierit eos deuotos ſibi futuros, & in eadem deuotione manſuros, tametſi ſint in aliis magnæ auctoritatis, in hac ſententia non ſunt penitùs audiendi, ne euacuetur diuinæ gratiæ donum, ſi ſecundùm humanum, quamquam futurum meritum diſpenſetur. Nec indignentur his præponi Apoſtolum, quicunque non neſciunt in hoc loqui potiùs Chriſtum, qui ſe (quemadmodum eſt) veritatem eſſe teſtatur; ſolâ gratiâ prædeſtinati hi ſunt omnes, de quibus ait Saluator, *Omnis qui audiuit à Patre & didicit venit ad me.* Hæc autem ſalutis doctrina, quâ venitur ad gratiam ſaluantis, valde remota eſt à ſenſibus corporis, non auribus apprehenditur ſonantibus verbis, ſed mentibus Creatoris inſtinctu, etiam in eis abſque ſtrepitu, quod placuerit operantis, vel miſericordiam vt vocati liberentur, vel iudicium, vt relicti damnentur: operatur planè in mentibus piorum adiuuando, vt ſalutaria velint, & in eis proficiant: operatur in mentibus impiorum deſerendo, ne niſi noxia velint, & in peiora labantur. Id Propheta intelligens orat, *Adiuua me & ſaluus ero:* de reprobis verò ſponte peccantibus & * deſerente iudicio Dei, ad deteriora ruentibus, ait Apoſtolus, *Quia non probauerunt*

Margin notes: Eph. 1. v. 4. — De Prædeſtinatione Electorum ſine præuiſis meritis. — Ioan. 6. v. 45. — V. Auguſt. de Prædeſtinatione Sanct. ca. 8 — Pſ. 118. v. 117. — * fortè *deſerentis* — Rom. 1. v. 28.

Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt. Vtroſque diſcernit voluntas, vel miſericordiâ Dei adiuta, vel iudicio non adiuta.

28. Deum itaque, qui adiuuat vt bona ſit voluntas, & voluntatis ipſius, & omnium quæ ex ea prodeunt bonorum, nec-non & quæ hæc (nullo dubitante) conſequuntur præmiorum, nemo eſt tam ingratus, quin credat & confiteatur auctorem: perditorum verò malæ voluntatis eum eſſe auctorem nemo niſi * inſcius & perditus opinari audebit. [* al. *inſanus*] Neque enim cuius voluntas ſummè bona eſt, malam eſſe facit alterius: Auctor itaque ſicut non eſt malæ voluntatis impiorum, ita nec aliorum quorumlibet peccatorum, quæ ex ea procedunt: verùm quia non eſt auctor vllius omnino reatus, eſt profectò cenſor & iudex: vt autem reus majeſtatis damnatus non rectè niſi ſibi aut ſociis criminis imputat, quod punitur: ita iudicio Dei damnatus non rectè poteſt in eum ſuppƚicij ſui retorquere inuidiam, cui nequaquam valet obiicere peccati ſponte à ſe commiſſi calumniam. Imputet igitur ſibi homo, vel ſi placet diabolo cui temerè credidit, & peccatum & vindictam peccati: hoc eſt & cauſam damnationis, & ipſam damnationem: Deo verò & bonum opus, & ipſum boni operis præmium. Ad hoc bonum nemo malus niſi diſceſſurus acceſſit: ad hoc bonum nemo bonus
Ioan. 2. v. 19. niſi tractus peruenit, Siquidem quàm verùm eſt, *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis*: tam verum eſt, *Nemo venit ad me, niſi*
Ioan. 6. v. 44. *Pater qui miſit me traxerit eum*, vbi prauitas noſtræ naturæ; quam tamen tranſlato vocabulo, id eſt improprio vtentes naturam iuxta
Eph. 2. v. 3. Apoſtolum dicimus, qui ait: *Fuimus nos aliquando naturâ filij iræ ſicut & cæteri*: vocans naturam quæ habeat iam peccatum, quod ſit contra naturam: cùm verè & propriè natura dicatur incorrupta, in qua conditus eſt Adam: prauitas (inquam) noſtræ naturæ oſtenditur: quæ vt alibi declaratur ſenſu & cogitatione
Gen. 8. v. 21. cordis, *Ad malum prona ab adoleſcentia*, hoc eſt, ex quo poteſt diſcretionis habere iudicium, ad virtutem reluctans trahitur, & inuita.

29. Sed vt ad propoſitum reuertamur, ad bonum, & ad boni præmium nemo niſi ante mundi conſtitutionem gratiâ electus, gratiâ præſcitus, gratiâ prædeſtinatus, intromiſſus eſt, ſicut diuino ſpiritu pandente comperimus; electio non omnium, ſed quorundam confitetur ſalutem, præſcientia futurorum nobis dumtaxat (nam Deo ſimul præſto ſunt omnia) prænotionem inſinuat: prædeſtinationem autem in bono poſitam didicimus oſtendere in Sacris Litteris gratiæ præparationem: gratiam verò ipſam exprimere donationem, præſcit Deus quæcunque aut facturus eſt, aut permiſſurus: vtraque nullâ neceſſitate alterâ: commu- [V. Auguſt. de Prædeſt. Sanct. cap. 10.]

Digitized by Google

nione iniuſtitiæ nullà. Prædeſtinat quæcunque immutabiliter
facere ſtatuit: imo cuncta quæ facturus erat tunc prædeſtinauit,
quando cuncta quæ futura erant fecit. Proinde prædeſtinatio
nunquam eſt ſine præſcientia, nihil enim quod neſciat ſe facturum
Deus prædeſtinat: præſcientia verò eſt plerumque ſine prædeſti-
d. cap. 10. Idem de Corrept. & Grat. c. 13. natione, quia crimina peruerſorum pręſcit Deus, quæ vtique vt
ſe facturum non prędeſtinauit, ita nec fecit. Verum enim verò
pręfixit numerum electorum, cui nullus poſſit augeri nullúſque
ſubtrahi: ne videatur Deus (quod nefas opinari) in veritate ſuæ
prædeſtinationis errasse. Si quis verò hinc fortè confirmari deſi-
derat, inſtruetur Baptiſtæ Ioannis quæ in Euangelio refertur illâ
ſententiâ: *Facite fructum dignum pœnitentiæ: & nolite dicere apud* Mat. 3.
vos: patrem habemus Abraham: potens eſt enim Deus de lapidibus v. 8.
iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: quâ ſatis oſtendit ſic iſtos, niſi fru- v. 9.
ctum fecerint, præcidendos, vt ſubſtituantur alij, vel carne, vel
tantùm imitatione filij Abrahæ, ne nutante promiſſionis Dei fide,
poſſit aliquis certæ ſummæ deeſſe. Et adhuc apertiùs ex Apoca-
calypſi, vbi præcipitur: *Tene quod tenes, ne alius accipiat coronam* Apoc.
tuam. Si enim alius non eſt accepturus, niſi iſte perdendo, locum 3. v. 11.
vacuum fecerit ſucceſſuro; certus eſt numerus electorum. Vt au-
tem etiam perſeueraturis perindè iſta dicantur, velut eos perſeue-
raturos habeatur incertum: hæc ratio eſt, quod metus eſt neceſ-
ſarius, quibus adhuc poteſt ſubrepere ſuperbiæ morbus: & tan-
ta ſubeſt his adhuc infirmitas, quę non ſecuritate fouenda, ſed
aliâ ſit infirmitate ſedanda. Veniat nobis in mentem Apoſtolus,
cui corporis incertum, an mentis incommodo laboranti, & reme-
dium flagitanti; Cæleſtis Medicus, qui ſciret, quàm ipſe me-
liùs quid ei competeret, infirmitatis antidotum conuenire mon-
ſtrauit, hanc prædeſtinationem, quâ Deus euoluens gratiam fa-
cit ſanctos, non inuenit, & poſt excurſum inſtantis vitæ, perficit,
& coronat: hanc (inquam) prædeſtinationem, quę illuſtribus
diuini eloquij teſtimoniis, & inexpugnabilibus argumentis ad-
ſtruitur, fideles quique paſſim ſuſcipiunt, conſtanter defendunt:
in hac, vt par eſt ſuſpenſi, ſpem ſuæ ſalutis pio conſenſu reponunt:
nec immeritò; ſiquidem nulla via ſalutis humanæ poteſt inueni-
ri præter hanc, quamque præſtitit, diuina gratia demonſtra-
uit.

De prædeſtinatione ad pœnâ. Nota. 3°. Hâc excluſis nullus omnino patet reditus ad ſalutem: De
his prædeſtinationem Dei dici horrent plerique, atque refugiunt:
in quibus & quædam præclara præſulum lumina, ſcilicet ne cre-
datur Deus libidine puniendi, aliquos condidiſſe & iniuſtè dam-
nare eos qui non valuerint peccatum ac per hoc, nec ſupplicium
declinare: qui ſi attenderent, ſicut in Adam illo voluntate pec-

cante omnes peccauerunt: ita priùs illo abſque vitio exiſtente, omnes abſque vitio extitiſſe. Deum autem non homini neceſſitatem caſus intuliſſe, poteſtatem tamen permiſiſſe: ipſum verò vtpotè, *Qui fecit quæ futura ſunt, & qui vocat quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt*, & caſum præſciſſe, & quid caſum ſequeretur cõſtituiſſe, vt videlicet genus humanum ſuâ ſponte corruptum, nec totum propter miſericordiam damnaretur, nec totum propter iuſtitiam ſaluaretur: nullam patientur caliginem; Deum quos rectos origine condidit, voluntas propria vitiauit, quos non liberat clementiâ, ſic punire iudicio, vt non ipſe, verùm ipſi conuincantur ſuæ damnationis auctores.

LXX. Iſa. 45. v. 11. Rom. 4 v. 17.

31. Hic aliquis vnde placari debuit forſitan irritatior, dicat: & ſi mihi ſemel pereundum eſt, cur huius vitæ perdo compendia? cur enim mihi alibi ſemper futurum eſt malè, non fit hîc aliquandiu benè? quare non omnis voluptatis effundo habenas, totùmque quod delectat perficio? Auerterit Deus hanc ab omni Chriſtiano inſaniam, vt ſe aliquis de numero perditorum credat, ſe à malo reuerti non poſſe conijciat, ſe inæſtimabili Dei clementiâ ſaluari poſſe diffidat. Hoc eorum eſt, qui tranſeunt in affectum cordis, hoc eſt eorum, qui malum inſatiabili amore diligunt, & in eo durare obſtinatiſſimâ intentione decreuerunt, & in deſperationis barathrum irreuocabili ſe impietate merſerunt: Qui verò ſe redemptum Chriſti ſanguine tanto pretio meminit, initiatum baptiſmate tanto Sacramento non neſcit, pœnitentiæ aditum, tantum ſuæ ſalutis argumentum patere non dubitat. Cur quæſo * potius tantis beneficiis, nullo ſuo merito niſi malo nõ indefeſſus implorat, vt iam & bonum meritum à Deo, & quæ bonum meritum conſequuntur accipiat. Cur ſe regreſſum habere, dum hîc viuit, deſperat? cùm potiùs de bonitate Dei præſumere debeat, quod ideò viuat, vt ſemetipſum tandem aliquando corrigat. Quis integrè vnquam ſperare in Domino potuit, nec potuit ad veniam peruenire? imo ſuo quiſque iudicio damnatus fugiat à Deo ad Deum, ab irato dum peccat, ad *placatum dum pœnitet: *Reuelet Domino viam ſuam, & ſperet in eum, & ipſe faciet*: ſcilicet vt mala plenè deſerat, & bona iam ardenter, & delectabiliter apprehendat. Ille non poteſt miſericordiam Dei conſequi, qui in illo ſperare non poteſt: Nam *ſperantem in Domino*, vt ipſe aperit, *miſericordia circundabit*. O quàm tutum eſt nobis in Dei pietate perfugium, paratus eſt Deus parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, his qui relinquunt culpam, & lachrymabiliter poſtulant veniam, facilis eſt præſtare indulgentiam: quis non hunc multùm diligat, vt ſibi dimitti peccata multa diligendo obtineat? feſtinus ergò quiſque ad pœnitentiæ portum confugiat, ſecurus apprehendat & teneat;

Obiectio à Deſperatione.

Reſponſio.

* al. *potitus*

Pſa. 36. v. 5.

* al. *placandum*

Pſ. 31. v. 10.

Digitized by Google

Dauid. Petrus. proponat ſibi quiſque æmulâ pietate Dauid Regem, & Petrum 2. Reg.
Apoſtolum, quorum vnus de adulterio & homicidio increpatus, 12. v. 13.
(vt par fuit) inſigni dolore, *peccaui* Domino dixit, & tranſlatum
mox peccatum, nec ſe moriturum audire meruit, alter verò reſpe- Luc. 22.
ctus ab eo, qui pauliſper auerterat ab ipſo faciem ſuam, & pro- v. 21.
ptereà factus fuerat conturbatus, reſpectus inquam, id eſt in &c.
affectum pœnitentiæ excitatus, negationis Dei maculam tantum
nefas dicto citiùs amaris lachrymis deleuit, aboleuit.

32. At ſi quis tantorum virorum contemplatione deſperationem magìs quàm imitationem concipit, quod hi quamquam maxima crimina virtutum copiâ propulſauerint, atque oppreſſerint, ſe autem ſolis ſcatere vitiis, ingemiſcat, ſaltem illum latronem aſpiciat, (Latro.) (Luc. 23. v. 40.) qui ſupplicium crucis haud dubiè ſceleratis actibus meruit. & per ſolam fidem, quâ ſubitò confeſſionem peperit, atque ſpem, in media morte vitam inuenit. Poſtremò ſi ſciret ſe aliquis tam infœliciter addictum, vt abſque vlla dubietate damnandus eſſet, cur non temperaret à vitiis, cur non etiam elaboraret ſectari bona, quæ poſſet, vt ſaltem eum leuior pœna poſteà plecteret? quis huius vitæ pœnis torquendus, ſi facultas detur non minores eligat, maiores declinet? minores autem pœnas minoribus, maioribus peccatis maiores rependi, diuina Scriptura conſulta reſpondet. *Reddes* (Pſal. 61. v. 13.) (inquit Propheta) *vnicuique iuxta opera ſua*; pro qualitate ſcilicet bonorum ſiue malorum præmia quibuſque digna reſtitues, ſed ſi iam aliquid in perſuadenda bona ſpe fauore diuino promouimus: ſitne malorum prædeſtinatio ſentienda, poſt ratiocinationem quam præmiſimus, beati Auguſtini aſſertione pandamus (hic author certiſſimus) quia diuinarum Scripturarum obſeruantiſſimus ſcribendo profecit. (De Sancto Auguſtino. Auguſt. de Præd. Sāct. cap. 4.) Vnde culpat quoſdam in Libro de Prædeſtinatione Sanctorum, quod ſicut ſtuduiſſent ipſius libros legere, non etiam curaſſent cum ipſo proficere, & proficienter ſcripſit, nec tamen ſuo iudicio ad perfectionem peruenit. Tenebat enim quod etiam ſuo mirabili de grammatica opere Priſcianus intelligit; nihil perfectum ex omni parte in humanis inuentionibus inueniri poſſe; immò quod noſter Apoſtolus ait, *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*, (1. Cor. 13. v. 9.) hoc In exactiſſimo libro de bono Perſeuerantiæ, quem poſt vel inter libros retractationum edidit, dignatur ingenuè confiteri. (Auguſt. de don. perſ. c. 12. & 21. De lib. Retract.) In libris autem retractationum, quibus non erubuit publicare in quibuſcumque ſe deprehendit erraſſe, & cenſoriâ ſeueritate damnare, & adhibitâ vbicumque potuit normâ diuinæ auctoritatis, & acumine cautiſſimæ argumentationis corrigere, eo vſque profecit, vt ſtudioſus quiſque ſingularem eius doctrinam ſecurus haurire debeat, malitioſus non inueniat in ea, quod iuſtè reprehendat: quis illo preſſiùs vitia reſecuit, quis ad vir-

tutcs potentiùs inſtigauit, immò vt veriùs eloquar impu it? quis
illo fœlicius quod volüit, perſuaſit? cúmque ſit (vt ait Tullius)
minimum de arte loqui, multò maximum ex arte dicere, ex arte
loquens perfectè quoties volüit oratorem impleuit. De arte au-
tem præclara adiumenta vim eius aperiens in quarto de doctrina
Chriſtiana libro capacibus præſtitit. Quis hoc ſit ſanctior, quis
cautior, quis acutior? hic itaque tot diuinis ornatus muneribus non
dubitando, non quærendo, non argumentando, ſed planè velut
profeſſum docendo. Malorum prædeſtinationem eſſe inſinuat:
verba eius poſui ex libro quem Enchiridion dixit, Cui in retracta- Auguſt. Enchirid. cap. 100.
tione, cùm vellet ſupremam imponere, vt aiunt, manum, nihil
quod adiiceret, nihil quod detraheret, nihil quod mutaret inue-
Pſ. 110. v. 2. nit. *Hæc ſunt magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates*
eius: & tam ſapienter exquiſita, vt cùm Angelica, & humana
creatura peccaſſet, id eſt, nō quod ille, ſed quod volüit ipſa feciſſet,
etiam per eandem creaturæ voluntatem, quâ factum eſt quod
creator nolüit, impleret ipſe quod volüit, benè vtens & malis tan-
quam ſummè bonus, ad eorum damnationem, quos iuſtè præde-
ſtinauit ad pœnam, & ad eorum ſalutem quos benignè prædeſti-
nauit ad gloriam.] Et ne hoc illi excidiſſe arbitreris, ac non pro
comperto & certiſſimo comprobatum, cùm ex multis librorum
eius locis, tum ex illius cuius feci paulo ante mentionem qui in-
ſcribitur de bono perſeuerantiæ, quem ætate maturâ firmóque
iudicio exercitatiſſimus edidit, poterit confirmari: quibus (in- Auguſt. de dono perſeu, cap. 11.
quit) non vult ſubuenire non ſubuenit, de quibus in ſua prædeſti-
Rom. 9 v. 14. natione occultè quidem, ſed iuſtè aliud iudicauit, *Non eſt enim ini-*
quitas apud Deum.

33. Huic non diſſimilia Sanctus Gregorius Papa, Fulgentius,
Iſidorúſque ſenſerunt, quorum ego teſtimonia ponere ſuperſedi,
nè diu aliorum ſcriptis extentus, eſſet noſter labor ingratior.
Cuius autem ſit momenti Auguſtinus Cæleſtino Papa docente di- Cæleſtinus Epiſtolâ ad Galliarum Epiſcopos.
ſcimus, Auguſtinum (inquit) ſanctæ recordationis virum, pro
vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus;
nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis rumor aſperſit, quem tantæ
ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros etiam à meis
ſemper deceſſoribus haberetur. Benè ergò de eo omnes in com-
mune ſenſerunt, vtpotè qui vbique cunctis & amori fuerit & ho-
nori.] Verùm ne quod cauendum etiam ſæcularibus literis, dum
imbueremur cognouimus, amore doctorum, amplecti iudice-
mur errores eorum, vnde probè idem Auguſtinus dehortatur in Auguſt. de dono perſeu. cap. 21.
memorato de dono perſeuerantiæ libro, his verbis: Quamquam
neminem velim ſic amplecti omnia mea, vt me ſequatur niſi in his
in quibus me non errare perſpexerit,] ac non potiùs (vnde po-

Digitized by Google

tiſſimum quærendum eſt) veſtigare veritatem: procedat Paulus in medium cui audeat reſiſtere nemo, niſi qui in ipſo loquenti contradixerit Chriſto, & detegat hoc tandem ſuo ſermone ſecretum: *Volens* (inquit) *Deus oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, vt notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.*] Ecce vaſa iræ perfecta confirmat Doctor Gentium in perditionem. Et certè quantùm ad humanam ſpectat opinionem preſſiùs eſt dici perfectum aliquid eſſe, quàm prædeſtinatum: quantùm enim ad humanorum caſuum varietatem, perfectum infectum eſſe non poteſt, prædeſtinatum autem mutari aliquando poteſt: quantum autem ad Dei pertinet continentem omnia majeſtatem, idem illi & perfectum eſt, quia *Fecit quæ futura ſunt*, & prædeſtinatum quia immutabili veritate complendum: iram verò illam appellat, quâ reprobi puniuntur, quæ talibus verbis in Euangelio terminatur: *Qui incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum*; hanc vt euitaret orabat Propheta *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Sed fortè nec ex hoc loco diuerſa ſentientium ſopitur intentio, quia pleraque exemplaria non vaſa iræ perfecta in perditionem habent, ſed vaſa iræ apta in interitum: quaſi verò propterea non poſſint vaſa iræ prædeſtinari in perditionem, quòd apta ſint in interitum.

Ro. 9. v. 22. — Iſa. 45. v. 11. — Ioan. 3. v. 36. — Pſal. 6. v. 2. — Rom. 9. v. 22.

34. Accedat ergò Dominus Ieſus, & nodum quæſtionis ipſe diſſoluat. Denique ipſe dicit in Euangelio, *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cælorum, illis autem non eſt datum: Vobis datum eſt*, Diſcipulis loquitur, *illis autem non eſt datum*, hoc eſt de vndequaque confluentibus turbis. Si benè docentem capio, eos *quibus datum eſt* miſericordiâ colligit, *quibus non eſt datum* iudicio repellit, hoc eſt non adiuuando relinquit. Prædeſtinati ſunt autem electi, quibus datum eſt, quorum certus eſt numerus, neque enim Deus prædeſtinaret eos, quorum ſummam neſciret. Igitur cùm ad eorum numerum aſpirare non poſſunt reprobi, quia vt ſaluentur non eſt eis datum, quis poſſit oſtendere, quis audeat affirmare, vt damnentur non eſſe prædeſtinatum, quibus præfixum eſt non eſſe ſubueniendum? Item in Euangelio immutabili ſententiâ præſcribitur, *Qui non credit iam iudicatus eſt.* Ad quid arbitraris niſi ad puniendum? Cur quæſo? niſi quia in Adam ſuâ ſponte peccante peccauit, nec hunc Dei gratia liberauit. An & inde cumulum ſibi damnationis conſciuit, quod in infidelitate permanere delegit? ita verò eſt; ſed cur credere noluit: quia (vt ſcriptum eſt) *non omnium eſt fides*: at cur non ſit fides omnium certus eſt limes, quem niſi impius excedere nullus audeat: quia illis

Luc. 8. v. 10. — Ioan. 3. v. 18. — 2 Theſſ. 3. v. 2.

illis non eſt datum:ſiquidem cur eis non ſit datum, illius eſt ſolius conſilij, cuius quamquam ſubinde ſit occultum, numquam tamen eſt iniuſtum iudicium. Hanc ſeueritatem veriſimile eſt illam
Eccl.7. v.14. quoque ſonare ſententiam. *Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit:* Quòd ſcilicet vas iræ aptum in interitum, vel perfectum in perditionem malus obſtinatè in malo
Prou. 26.v.11. 2.Pet.2.v.22. ſemper hæreat, & ſi videatur ad tempus correctionem ſimulare, ſicut canis ad vomitum, ſic ipſe ad peccatum conſciſcendo ſibi mortem recurrat.

35. In eadem ſententia ſtudioſi, qui cultu orationis plurimùm delectantur, recognoſcant licet non eloquentiæ nitorem ſolùm, ſed etiam clauſulam numeroſè cadentem. Iam ergò cùm res in tuto ſit, ponamus verborum controuerſias, nè pueril animoſitate, contra inuicem pro inani victoriæ iactantia litigantes corripiamur ab
2. Tim. 2. v.14. Apoſtolo dicente, *noli verbis contendere, ad nihil enim vtile, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Nam cùm ſit nobis vnus magiſter cœleſtis, qui eſt verus, & veritas, vnde accipitur, & quò referenda eſt omnis veritas: cur pro noſtris inuentis dimicemus? *Vt ad ipſum dicamus omnes*, quod noſtrum non ſit commentum, ſed illius documentum, pacificè atque humiliter, quid ſit rectiſſimum requiramus. Si qui tantis mouentur auctoritatibus, ſéque non noſtrâ aſſertione, verùm perſpicuâ ſuperatos intelligunt veritate, non dedignentur ſuam mutare ſententiam: quia non tam erubeſcendum eſt homini erraſſe, quàm cognitum errorem nolle vitare, quod vtiliter ampliſſimus orator Tullius ſuo propoſito ſubtiliter monſtrat exemplo. Si temerè aliquid alicuius præteriſſe, aut non ſatis eleganter ſecuti videbimur, docti ab aliquo facilè, & libenter ſententiam commutabimus. Non enim parùm cognouiſſe, ſed in parum cognito ſtultè, & diu perſeueraſſe, turpe eſt; Propterea quod alterum communi omnium infirmitati; alterum ſingulari vniuſcuiuſque vitio eſt attributum.

QVÆSTIO TERTIA.

DE REDEMPTIONE SANGVINIS CHRISTI.

36. QVÆSTIONIBVS duabus, hoc eſt, de libero arbitrio, & Prædeſtinatione non vt voluimus, ſed vt valuimus pertractatis, ad tertiam, ſcilicet de redemptione, quanta ſit Sanguinis Chriſti, quæ eſt vltima, veniamus. Et vnde meliùs conſiderandi capiemus exordium, quàm ab eius verbis, qui quod poſteà ſicut homo impleuit, anteà ſicut Deus prædixit. Sunt hinc eius

hæc verba. *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*: In Ioan.
hac exaltatione, quàm ſe humiliando, vt nos exaltatemur perpeſ- 12.v.32.
ſus eſt, *Sanguis ille pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum.* Matth.
Sic enim idem *Ieſus*, hoc eſt noſtrâ linguâ Saluator, *ſaluum fecit* 26.
populum ſuum à peccatis eorum: Denique non aliquam ſolam Gen- v.28.
tem elegit, quam ſingulari priuilegio totam ſaluaret, ſed vt non Matth. 1.v.21.
ſuo merito, verùm forſitan commendandæ dignitatis Pontificalis Ioan.
gratiâ Caîphas prophetauit. *Mortuus eſt Ieſus non tantùm pro Iu-* 11.
dæorum Gente, vnde genus ducebat, *ſed vt Filios Dei, qui erant* v.49.
diſperſi, congregaret in vnum; Non quòd adhuc eſſent Filij Dei, v.52.
ſed quòd inter congregandum facti ſunt Filij Dei, cùm vnitati fi-
dei acceſſerunt.

37. Non incongruenter igitur, ſicut prædixit, *ad ſe omnia traxit*, Ioan.
qui ex omni genere hominum elegit, quoſcunque ſaluare decre- 12.v.32
uit; qui multi dicti ſunt, quia plures vbique ſaluantur, omnes au-
tem: quia ex omni genere hominum colliguntur. Pro his fuſum eſ-
ſe Sanguinem Dei, quia *Verbum caro factum eſt*, hoc eſt Deus ho- Ioan.1.
mo factus, à parte totum ſignificante Scripturâ, ſicut alibi. *Vide-* v.14. Luc.3.
bit omnis caro ſalutare Dei, hoc eſt omnis homo: Et quia Deus v.6.
dum integram naturam noſtram aſſumpſit, ſuam incorruptam cer-
tè retinuit, vniuerſalis confitetur Eccleſia per totum orbem terræ
diffuſa, quæ neceſſitate conſtringitur in accepta ſignificatione
manendi, ſic Apoſtolo exhortante: *Empti enim eſtis pretio magno,* 1. Cor.
glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Itémque ſe annume- 6.v.20.
rato de omnibus dicit, idem Apoſtolus, *proprio filio* (haud du- Rom.8
bium, quin Deus) *non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit il-* v.32.
lum. Item de his omnibus in Epiſtola quæ inſcribitur ad Hebræos: Hebr.
Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coro- 2.v.9.
natum, *vt gratia Dei pro omnibus guſtarit mortem.* Et aperiens qui
ſint illi omnes, mox intulit: *Decebat enim eum, propter quem om-* v.10.
nia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, au-
ctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare: Decebat quippè
Deum Patrem propter quem omnia, hoc eſt cuius bonitate ſunt
omnia, & per quem omnia, quia ab illo coæternus ei ortus eſt fi-
lius, per quem facta ſunt omnia (*omnia enim in ſapientia feciſti,* Pſ.103.
(dicit ſacer pſalmus) qui, hoc eſt Pater multos filios in gloriam v.24.
adduxerat, cùm ſcilicet *nemo veniſſet ad filium, niſi quem Pater ip-* Ioan.6
ſe traxiſſet, Auctorem ſalutis eorum, hoc eſt auctorem ſaluatorum, v.44.
per paſſionem conſummare, vt de quo dicitur, *quæ cœpit Ieſus fa-* Act.1.
cere & docere, quod docendum in mundo ipſe docuerat, primus v.1.
impleret, hoc eſt, *maiorem charitatem nemo habet, quàm vt ani-* Ioan.
mam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, & ita eum per paſſionem con- 15.v.13.
ſummaret Pater, id eſt, conſummatum perfectúmque oſtenderet,

Digitized by Google

cùm quod ipſe benè docuiſſet, non ſolùm implere, quanquam arduum, non recuſaſſet, verùm etiam ſuo exemplo cæteros excitaſſet. Intuendum quod quos dicit *omnes* in eo quòd paulò antè po-
Heb. 2. ſuit, *Qualiter gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem*, eoſdem
v. 9. paulò poſt nuncupat *Multos*, inferens, *qui multos filios in gloriam*
v. 10. *adduxerat*.

38. Hæc diuinorum eloquiorum auctoritas intelligenter expenſa, pro omnibus Dei Filium guſtaſſe mortem, ſic accipi poſſe inſi-
1. Tim. nuat, quemadmodum *Deum velle omnes fieri ſaluos*: vt enim *Sal-*
2. v. 4. *uos fieri vult omnes*, quicunque ſaluantur; ita redimit omnes quicunque redimuntur: non autem ſaluantur omnes; nec verò redimuntur. Non itaque vult ſaluari aut redimi alios omnes, niſi qui redimuntur atque ſaluantur. In hoc ſenſu beatus Auguſtinus in- « August.
uenitur in libro cuius iam ſuprà meminimus, qui Enchiridion dici- « Enchirid.
tur, locus hic eſt. Hæc quę in Sanctis Angelis & Virtutibus dici- « cap. 61.
citur Eccleſia, tunc nobis ſicut eſt innoteſcet, cùm ei coniuncti «
fuerimus in finem, ad ſimul habendam beatitudinem ſempiternam. «
Iſta verò quæ ab illa peregrinatur in terris, eò nobis notior eſt, «
quòd in illa ſumus, & quia hominum eſt, quod & nos ſumus, hæc «
Sanguine mediatoris nullum habentis peccatum, ab omni eſt re- «
dempta peccato, Eius vox eſt, *Si Deus pro nobis quis contra nos*, «
Rom. 8 *qui Filio proprio non pepercit; Sed pro nobis omnibus tradidit eum*] «
v. 31. & In Eccleſia quæ Sanguine mediatoris nullum habentis peccatum,
32. ab omni eſt redempta peccato, intelligit eſſe omnes qui Apoſtolico teſtimonio comprehenduntur, quod eſt *Pro nobis omnibus tradidit illum*.

39. Curioſos tamen, diuinorum eloquiorum non fugiat probabiliter dici poſſe, mortuum pro omnibus Chriſtum, qui eius fidei Sacramenta ſiue ſeruaturi, ſiue non ſeruaturi ſuſcipiunt. Pro ſeruaturis quidem nulli poteſt eſſe ambiguum. Pro non ſeruaturis autem Apoſtolus idoneus auctor eſt illo teſtimonio: *Peribit in tua*
1. Cor. *ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt*: nec mirum cùm
8. v. 11. *Fides ſine operibus otioſa ſit*: &, *Multi vocati, pauci verò* docean-
Iac. 2. v. 20. & 26 tur *electi*. Verùm hoc quidam velut blaſphemum vehementer exe- * al. *quòd*
Matth. crantur, & damnant: quod derogetur plurimùm redemptori, niſi *ſuo Sang.*
20. v. 16 generaliter omnes homines redemerit. Nos autem ſaluâ fide, hoc *Deus re-*
eſt * ita cauſam in medio relinquamus vt ſi quilibet eundem San- *demerit*
guinem redemptoris, prodeſſe aliquid etiam perditis valeant de- *omnesquos*
monſtrare, non ſolùm reſiſtamus nihil, verùm etiam libenter in *voluerit*,
eorum ſententiam tranſeamus, nam ſi ſol cæcos non illuminet, ta- *& nulli*
men fouet, cur non potentior ſol tametſi non ſaluat ſuo merito ex- *ſint redē-*
cœcatos atque damnatos, tanti pretij merito puniat mitiùs: Si ta- *pti niſi re-*
men hoc admittat conſilij eius beneuolentia, cui canitur: *Suauis* *demerit*.

Digitized by Google

Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Pſ.144. v. 9.
40. Sed huic opinioni videtur Apoſtolus refragari vbi ait: *Ego Paulus dico vobis, quia ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit:* Gal. 5. v. 2.
Nam ſi Chriſtus nihil proderit baptizatis, qui etiam Spiritum Sanctum acceperint; ſicut idem Apoſtolus declarat his verbis; *Ex operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei*, ſi (inquam) nihil proderit Chriſtus talibus Baptizatis à fide reſilientibus, quemadmodum proderit aliquid baptizatis, & relapſis in crimina non correctis, & quibuſque in infidelitate defunctis? Verùm ne me irridendum & reſpuendum pronuncient, quibus placet omnes ſiue bonos ſiue malos indifferenter à Chriſto redemptos, ponam vnum, quod cùm eis faciat teſtimonium, & eos omnes vt opinor in gratiam reduxero. Ioannes Conſtantinopolitanus doctrinâ & ſanctitate iuxtà inſignis Epiſcopus. *Vt gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem*, quod ſuprà iam poſui, ſic expoſuit, qualiter gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem non pro fidelibus tantùm, ſed pro mundo vniuerſo, & ipſe quidem pro omnibus mortuus eſt. Quid autem ſi non omnes credant, id quod ſuum erat impleuit.] Gal.3. v. 2. Heb.2. v. 9.

Ioannes Chriſoſt. in Epiſtola ad Hebræos Homil. 4.

41. Eligat ſanè ſuperioribus acutè conſideratis vnuſquiſque, quod optimum ei Deus occultâ miſeratione ſuggeſſerit, aut magiſtra eius Scriptura manifeſtâ ratione protulerit. Hæc habui, quæ de tribus non ſpernendis quæſtionibus dicerem, ac vtinam tam proficuè, quàm prolixè, quæ ſi cognoſcere non faſtidierint ſtudioſi, quanquam approbare non poſſint obruſam, incultámque meam diſputationem, tamen quando volentibus, quod vtile putaui beneuolè cognoſcendum expoſui, non improbabunt credo talem ſcilicet volentem prodeſſe deuotionem. Explicit.
Deo gratias.

Digitized by Google

B. LVPI ABBATIS

APVD FERRARIAM MONASTERIVM
Ordinis Sancti Benedicti.

EPISTOLA SEV LIBELLVS,
AD REGEM KAROLVM CALVVM.

Domino Glorioſo Regi Carolo Sincerè fidelis Lupus.

DVDVM in vrbe Biturigum quæſiſtis de Prædeſtinatione & libero arbitrio, ac redemptione Sanguinis Chriſti quid ſentirem, & ego quæ in diuinis literis didiceram, & in maximis Auctoribus inueneram veſtræ maieſtati ſtrictim aperui: Et quoniam aliter videtur quibuſdam qui me putant de Deo non piè fideliterque ſentire, ipſo Deo (cui ab intelligibili ætate plurimum confiſus ſum) ſenſum & ſtylum meum regente memoratas quæſtiones, *quas audacter multi ventilant, intelligenter pauci capiunt*, breuiter, veraciter, perſpicuéque diſſoluam: Neque enim longâ diſputatione vos tenere debeo, aut in aliquo fallere, aut obſcuritatibus retardare, cùm veſtras occupationes in diſponenda republica non ignorem, vobiſque poſt Deum fidem debeam ſingularem.

Eccl. 7. DEVS *Adam rectum condidit*, vt ſancta Scriptura docet, & ori- De Prædestinatione.
v. 30. ginaliter in eo nos omnes rectos creauit: Hic parens humani gene-
ris rectitudinem deſerens naturalem, nullo cogente peccauit, tam
granditer, vt & ſeipſum perderet, & in ſe omnes vtroque ſexu na-
tos condemnaret. Deus ergò fecit excellenter bonam hominis na-
turam, ſed eandem ipſe homo vitiauit miſerabiliter per ſponta-
neam culpam: Denique fuit Adam, vt ait beatus Ambroſius, & in « Ambros. de fide reſurr. in principio & apud Aug.
Exod. 3 eo fuimus omnes, periit Adam & in illo omnes perierunt.] Lau- «
v. 14. demus igitur Dei opificium, & cognoſcamus culpæ noſtræ nihil
aliud deberi, nihil ſupplicium; ſed Deus cui præterita, præſentia

oper. im- & futura æquè præſto ſunt: ipſe eſt enim qui eſt, nec ſcientiæ illius
perf. lib. 1. accedit aliquid, aut decedit: cùm ſciret in Adam maſſam totius
num. 45. & humani generis peccato corrumpendam, non abſtinuit ab eâ bo-
46. num ſuæ creationis, benè vſurus etiam malis, & ante conſtitutio-
nem mundi elegit ex ea, quos à debitâ pœnâ per gratiam libera-
ret, vt ait Apoſtolus; *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu-* Eph. 1.
tionem; cæteros autem, quibus non hanc gratiam miſericordiâ v. 4.
impendit, in damnatione, quam ipſi peccando meruerant, iuſto
iudicio dereliquit, & hoc modo (vt docet Apoſtolus) *Cuius vult*
miſeretur, & quem vult indurat: *Miſeretur* eorum quos aſſumit Rom. 9
per gratiam, *indurat* illos, quos per eandem gratiam non emollit: v. 18.
ſed quamuis occulto, iuſto tamen iudicio derelinquit: hi ergò
quorum miſeretur prædeſtinati ſunt ad gloriam, ſecundùm illud
Auguſt. Apoſtoli: *Quos præſciuit & prædeſtinauit*, & appellantur, *Vaſa in* Rom. 8
Enchir. ca. *honorem*, ij Deo debent totum quod ſunt, & quod habent: ſiqui- v. 29.
100. dem eius bonitate facti ſunt cùm non eſſent, eius benignitate ſal- Rom. 9
De Ciuit. uati ſunt, cùm perditi eſſent: illi verò quos *indurat*, hoc eſt non e- v. 21.
Dei l. 15. c. mollit, qui in dânatione relinquuntur, quá originaliter vel actua-
1. l. 21. c. 24. & l. 22. c. 24. liter meruerunt, dicuntur, *Vaſa in contumeliam, perfecta* vel apta v. 22.
De Perfect. *in interitum*: hi quod creantur Dei donum eſt, quod puniuntur
iuſt. cap. 13. malum ipſorum: hos beatus Auguſtinus in multis libris, & in eo
De peccat. quem fecit vltimum non dubitat dicere prædeſtinatos ad pœnam,
merit. 2. ca. 17. non intelligens fatalem periturorum neceſſitatem, ſed immutabi- Iob 12.
Epiſt. 61 lem relictorum deſertionem: legebat enim de Deo: *Si concluſerit* v. 14.
De anima *hominem, nullus eſt qui aperiat*: itémque, *Conſidera opera Dei:* Eccl. 7.
& eius orig. *Quod nemo poßit corrigere, quem ille deſpexerit*, illud etiam, *Di-* v. 14.
lib. 4 c. 11. *miſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentio-* Pſ. 80. v. 13.
In Epta- teuc. 7. *nibus ſuis*: Et vt opinor dirigebat eum in hunc ſenſum illud ma- Iſa. 45.
quæſt. 49. ximè teſtimonium de Deo, *Qui fecit quæ futura ſunt*. Cui & di- v. 11.
De dono citur. *Reddes vnicuique ſecundùm opera ſua*: quod nimirùm factu- Rom. 2
perſ. c. 15. rus eſt omnibus, niſi quos fecerit beatos remittendo iniquitates v. 6.
In Ioan. eorum, & tegendo peccata: qui gratiam ipſius Dei ſummis efffe-
Tract. 14. 43. 45. 48. rentes præconiis dicere poſſunt: *Non ſecundùm peccata noſtra fecit* Pſ. 102.
95. 100. & *nobis, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis*. Conſen- v. 10.
111. tiunt Auguſtino verbis aliis Hieronymus & Gregorius: eodem
Oper. im- autem verbo Beda & Iſidorus: quod ex ipſis auctoribus, ſi ve-
perf. lib. 3. ſtræ placuerit celſitudini facilè potero demonſtrare.

aut 4. qui nō extant. Liberum ſanè Arbitrium in bono quod contempſit primus ho-
De Libero mo peccans perdidit, in malo autem quod elegit retinuit: quem-
Arbitrio. admodum verò ſi velit quis vel ſubtrahendo ſibi cibum ſe poteſt
perimere, peremptum autem non poteſt viuificare: ita potuit ho-
mo voluntate delinquens vſum in bono liberi arbitrii perdere, ſed
id, etiamſi velit, non poteſt ſuis viribus reſumere: non erit igitur

in bono liberum illi arbitrium, niſi fuerit diuinâ gratiâ liberatum:
Matth. 12. v. 15. *Dominus Ieſus qui ſciebat*, vt ſcriptum eſt, *quid eſſet in homine*, id
Ioan. 15 v. 5. ſalubriter aperiens: *Sine me* (inquit) *nihil poteſtis facere*, nihil ſcilicet boni: nam ipſe mali auctor & cooperator eſſe non poteſt,
Ioan. 1. v. 29. qui (vt ait Ioannes Baptiſta) *Agnus Dei eſt, qui tollit peccata mundi*, & quæ ſcilicet facta ſunt, & ne fiant. Item alibi Dominus,
Ioan. 8. v. 36. *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis*. Sanctus Cyprianus
1. Cor. 4 v. 7. Martyr glorioſiſſimus & Doctor ſuauiſſimus, benè expendens verba Apoſtoli: *Quid habes quod non accepiſti? ſi autẽ accepiſti, quid glo-*
LXX. *riaris quaſi non acceperis?* ſtatuit in nullo gloriandum, quando noſtrũ nihil ſit.] Vnde bona quoque *Voluntas preparatur à Domino*: vt
Prou. 8. v. 35. Phil. 2. v. 13. memorat Apoſtolus docet. *Deus eſt qui operatur in vobis & velle, & opus bonæ voluntatis*, propter quod ſubjungit, *& perficere pro bona voluntate*. Ipſam etiam bonam cogitationem à Deo nobis
2. Cor 3 v. 5. eſſe Doctor Gentium manifeſtans, *Non quod ſufficientes ſumus*, inquit, *cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Dei gratia nos prænenit, propter quod ſcriptum eſt:
Pſal. 58 v. 11. *Deus meus miſericordia eius præueniet me*, vt bona velimus & in-
Pſal. 22 v. 6. choëmus: Dei gratia nos ſubſequitur, vt ſcriptum eſt, *Et miſericordia tua ſubſequetur me*, ne fruſtrà velimus & cœperimus. Hæc principaliter Dei ſunt, vt præmiſſis teſtimonis claruit, & conſequenter noſtra, quia voluntate à nobis fiunt, & ſcriptum eſt: *Do-*
Iſa. 26. v. 12. *mine pacem da nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis*. Reatus quidem peccati in baptiſmate ſoluitur, ſed conflictus eius propter exercendam fidem ſeruatur: ita vt adjutorio Dei ſemper & comprimendis vitiis & obtinendis virtutibus egeamus. Hoc & vnuſquiſque Deo piè militans in ſemetipſo ſentit, & Apoſtolus iam Chriſti Sacramentum conſecutus, ſic humiliter confitetur:
Rom. 7 v. 22. *Condelector legi Dei ſecundùm interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis*. De Libero Arbitrio concorditer ita ſenſerunt quicunque mentem diuinorum eloquiorum probabiliter perceperunt.

Cyprianus teſtim. ad Quirin. 3. cap. 4.

Poſtremò quos redemerit Dominus Sanguine ſuo Euangelicâ
Matth. 26. v. 27 & 28. lectione colligitur apud Mathæum, *Bibite* (inquit Dominus) *ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*: Apud Marcum, *Hic*
Marc. 14. v. 24 *eſt Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur*: Apud
Luc. 22. v. 20. Lucam verò, *Hic eſt Calix nouum Teſtamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur*: Duo ergò Euangeliſtæ ponunt pro multis, vnus pro vobis: quia & Diſcipuli multis annumerantur: nullus
Math. 20. v. 28 pro omnibus. Et ne id ego temerè ſcrutatus exiſtimer, Sanctus Hieronymus explanans locum Euangelij: *Sicut Filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redem-*

DE MORTE CHRISTI.

Hierony. in Math. ca. 20. v. 28.

» *ptionem pro multis*: quando (inquit) formam ſerui accepit, vt pro
» mundo Sanguinem funderet:& non dixit dare animam ſuam rede-
» mptionem pro omnibus: ſed *pro multis*, id eſt pro his, qui credere
» voluerint.] Quâ expoſitione iuxta fidem Catholicam docuit ſo-
los fideles eſſe intelligendos, ſiue in gratia permanſuros, ſiue ab
ea ſuo vitio receſſuros. Item beatus Auguſtinus aperiens populo
August. in » ſententiam Euangelij: *Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus* Ioan. 10
Ioan. tract. » *meis*, quomodo ait: iſtis dixit, *Non eſtis ex ouibus meis*, quia vide- v. 26.
48. » bat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos; non ad vitam
» æternam ſui Sanguinis pretio comparatos.]

His tam claris luminibus doctrinam ſuam Euangelico ſenſu roborantibus qui audeant contradicere? niſi qui non erubeſcunt ſine luminibus apparere: vt pace tamen & reuerentiâ tanti viri dictum ſit, hunc intellectum Euangelico fonte manãtem non videns Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cùm exponeret illud Apoſtoli, *Qualiter gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem*: non pro fide- Hebr. 2 v. 9.
Ioannes Chryſoſt. ad Hebr. Hom. 4. „ libus tantùm, inquit, ſed pro mundo vniuerſo: & ipſe quidem pro
„ omnibus mortuus eſt: quid autem ſi non omnes credunt? ille quod
„ ſuum erat impleuit.] Verùm cur hoc ſenſerit nullo diuino teſtimonio comprobauit. Quòd ſi quis excellentiæ culminis veſtri oſtendit aut oſtenderit Fauſtum quendam de his longè diuerſa ſcribentem: ne acquieueritis erranti: quoniam doctus Papa Gelaſius cum
De Fauſto. ſeptuaginta Epiſcopis viris eruditiſſimus, qui ſcriptores eſſent vel
Côc. Rom. 70. Epiſc. Can Sacte Rom. Eccl. Diſt. 15. non eſſent recipiendi ſtatuens, poſt commendationem Auguſtini, & ſingulares laudes Hieronymi, memorati Fauſti ſcripta his verbis exauctorauit: Opuſcula Fauſti Regenſis Apocrypha.

Hanc fidem quam expreſſi in ſupradictis quæſtionibus, tenuerũt Eccleſiæ Catholicę inuictiſſimi defenſores: hanc ego minimus omnium cuſtodio: hanc volentibus abſque inuidia oſtendo, nolentibus meæ mediocritatis conſcius non ingero: nec vt quidam ſuſpicari ſe ſimulant inaniter hoc eſt vanæ gloriæ ſtudio cupio innoteſcere. Cùm terreat me plurimùm illa de Scribis & Phariſæis Domini ſententia: *Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*: & de Mat. 23 v. 5.
Hypocritis: *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam*: ſed aſſerẽ- Math. 6. v. 2.
dæ veritatis intuitu, quòd in diuinis auctoritatibus, earúmq; ſenſũ ſequentibus præcellentiſſimis auctoribus, (Deo inſpirante) deprehendi quærentibus abſque contentione manifeſto.

Veſtræ igitur opinatiſſimæ prudentiæ ſi iam ſatisfactum eſt, gaudeo: ſin autem vel nunc, vel cùm Deus noſter optatam vobis quietem contulerit, propter alia etiam negotia Eccleſiaſtica euocatis ad conuentum doctioribus, quibus quid rectè, perperámne ſentiam ſubtilior plurium tractatus poterit inuenire.

Sic Deus vos opto & oro diu, fœliciterque faciat regnare, vt ſecum vos in æternum regnare concedat.

Digitized by Google

COLLECTANEVM
BEATI LVPI
ABBATIS FERRARIENSIS
ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

De Tribus Quæſtionibus hoc eſt

De Prædeſtinatione.

De Libero Arbitrio.

De Sanguine Chriſti.

Quomodo pro omnibus effuſus ſit.

Digitized by Google

COLLECTANEVM LVPI ABBATIS FERRARIENSIS.

De Tribus Quæſtionibus.

Incipit Fæliciter.

MVLTIS laudabiliter ſtudioſis deſiderantibus
cognoſcere ipſis auctorum verbis, quem exitum
habeant quæſtiones de prædeſtinatione, ac libe-
ro arbitrio, nec non de Redemptione Sanguinis
Chriſti fideliter morem geſſi, vt & piè quæren-
tium eruditio (largiente Dei gratiâ) capiat in-
crementum & diuerſa ſententium contradictio mitigetur: nec
aſpernabitur beniuolus & prudens Lector, ſi deferam per quos
profeci, & proficio Doctores, vel ſi eorum aſſignatis obſcurio-
ribus ſententiis aliquid lucis infundam, cùm eorum honoris me-
,, cum habere debeat conſiderationem & facillimè poſſit aduertere,
,, non oſtentationis vanitate, ſed oſtendendæ veritatis voto me de-
,, prehenſa monſtrare. Iam itaque narratio propoſitum exequa-
,, tur.

Celeſtini adGalliarũ Epiſcopos cap. 2.

,, Celeſtinus Papa beatum Auguſtinum his verbis commendat,
,, Auguſtinum ſanctæ recordationis virum pro vita ſua atque meri-
tis in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquam hunc
ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ
olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam à meis
deceſſoribus haberetur: benè ergò de eo omnes in commune ſen-
ſerunt, vt potè qui vbique cunctis & amori fuerit & honori.] Hic
clariſſimus Doctor ſedis Apoſtolicæ tanto præconio laudatus in
libro ad Laurentium de fide, ſpe, & charitate, quem iam Epiſ-
copus & ſenex edidit prædeſtinatos bonos & malos ita inſi-
nuat.

Digitized by Google

QVÆSTIO PRIMA.

DE PRÆDESTINATIONE.

August. Enchirid. cap. 100. I.

Pſ. 110. v. 2. HÆC *ſunt*, inquit, *magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*, & tam ſapienter exquiſita, vt cum Angelica & humana creatura peccaſſet, id eſt non quod ille, ſed quod voluit ipſa feciſſet, etiam per eandem creaturæ voluntatem, quâ factum eſt, quod creator noluit, impleret ipſe quod voluit: Benè vtens & malis tanquam ſummè bonus, ad eorum damnationem quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam, & ad eorum ſalutem quos benignè prædeſtinauit ad gloriam.]

Idem de Ciuit. Dei lib. vlt. c. 24. Idem in vltimo de Ciuitate Dei libro, quem iam Epiſcopus compoſuit: Hæc (inquit) omnia miſerorum ſunt damnatorúmque ſolatia, non præmia beatorum: quæ igitur illa ſunt, ſi tot & talia ac tanta ſunt iſta? quid dabit eis quos prædeſtinauit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis, quos prædeſtinauit ad mortem.]

Idem lib. 21. cap. 24. In penultimo autem eiuſdem tam elaborati & mirandi operis libro ſic docuerat. Hæc cauſa, quâ fit nunc vt Eccleſia non oret pro malis Angelis, quos ſuos nouit eſſe inimicos, eadem ipſa cauſa eſt, quâ fiet, vt in illo tunc iudicio etiam pro hominibus æterno igni cruciandis quamuis perfectâ ſit ſanctitate, non oret: nunc enim proptereà pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus eſt pœnitentiæ fructuoſæ. Nam quid maximè pro eis orat: niſi *Vt det illis Deus* (ſicut dicit Apoſtolus) 2. Tim. 2. v. 25. v. 26. *pœnitentiam, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ſecundùm ipſius voluntatem*: denique ſi de aliquibus ita certa eſſet, vt qui ſunt illi etiam noſſet, qui licet adhuc in hac vita ſint conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam nec pro ipſo. Sed quia de nullo certa eſt, orat pro omnibus dumtaxat hominibus inimicis ſuis in hoc corpore conſtitutis, nec tamen pro omnibus exauditur. Pro his enim ſolis exauditur, qui etſi aduerſantur Eccleſiæ, ita ſunt tamen prædeſtinati, vt pro eis exaudiatur Eccleſia, & filij efficiantur Eccleſiæ: ſi qui autem vſque ad mortem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertentur in filios: nunquid iam pro eis, id eſt, pro talium defunctorum ſpiritibus orat Eccleſia? non: cur ita? niſi quia in parte iam diaboli computantur, qui cùm eſſent in corpore, non ſunt tranſlati ad Chriſtum: eadem itaque cauſa eſt, cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne punien-

Digitized by Google

» dis, quæ cauſa eſt vt neque nunc,neque tunc oretur pro Angelis » malis; quæ itidem cauſa eſt, vt quamuis pro hominibus, tamen » iam nec nunc oretur pro infidelibus, impiiſque defunctis: nec » pro defunctis quibuſdam,vel ipſius Eccleſiæ,vel quorundam pio- » rum exauditur oratio, ſed pro his quorum in Chriſto regenerato- » rum, nec vſque adeò vita in corpore malè geſta eſt, vt tali miſe- » ricordiâ iudicentur digni non eſſe: nec vſque adeò benè, vt talem » miſericordiam reperiantur neceſſariam non habere.]

d. lib. 2. de peccat. me rit. cap. 17. » Item in ſecundo ad Marcellinum libro malos prædeſtinatos » iam Epiſcopus ita ſcribit. Vt innoteſcat (inquit) quod latebat, » & ſuaue fiat quod non delectabat, gratia Dei eſt, quæ hominum » adiuuat voluntates, quâ vt non adiuuentur in ipſis itidem cauſa » eſt, non in Deo, ſiue damnandi prædeſtinati ſunt propter iniqui- » tatem ſuperbiæ, ſiue contra ipſam ſuam ſuperbiam iudicandi & » erudiendi, ſi filij ſint miſericordiæ.]

Id de dono perſeuer. cap. 11. » Item malos prædeſtinatos in libro de bono perſeuerantiæ, quem » inter vel poſt libros retractationum edidit, ſic ſentit: quibus non » vult ſubuenire non ſubuenit: de quibus in ſua prædeſtinatione » occultè quidem, ſed iuſtè aliud iudicauit, *Non eſt enim iniquitas* Rom. 9 v. 14. » *apud Deum.*]

Ibid. ca. 18. » In eodem libro nomine præſcientiæ ſignificari prædeſtinatio- » nem Apoſtolico teſtimonio confirmauit, *Non repulit* (inquit) Ro. 11. v. 2. » *Deus plebem ſuam, quam præſciuit*: hîc quod ait præſciuit non Ibid. ca. 17. » rectè intelligitur, niſi prædeſtinauit, quid autem ſit prædeſtina- » re in ſuperioribus eiuſdem libri taliter definierat, quod fideli eſt » memoriâ continendum, *Sine pœnitentia*, inquit, *ſunt dona & vo-* Ro. 11. » *catio Dei*: Namque in ſua quæ falli mutarique non poteſt præ- v. 29. » ſcientia, opera ſua futura diſponere, id omnino, nec aliud quic- » quam eſt prædeſtinare.]

Auguſt. de Euag. Ioa. tract. 111. » De vtrorumque prædeſtinatione hoc eſt bonorum & malorum » non dubitauit palàm in populo prædicare. Quia *Dilexiſti* (in- Ioa. 17. » quit) *me ante mundi conſtitutionem*: in illo enim dilexit & nos an- v. 24. » te conſtitutionem mundi, & tunc prædeſtinauit quid in fine fa- » cturus eſt mundi. *Pater*, inquit, *iuſte, mundus te non cognouit*, » quia iuſtus es, ideo te non cognouit mundus; quippè ille dam- Ioa. 17. » nationi prædeſtinatus merito non cognouit: mundus verò quem v. 25. » per Chriſtum reconciliauit ſibi non merito ſed gratiâ cogno- » uit.]

Ex operis imperf. l. 3. aut 4. qui non extant. In opere autem quod vt Proſper teſtis eſt vltimum contra Iuliani libros inter impetum VVandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine compoſuit, glorioſè in defenſione Chriſtianæ gratiæ perſeuerans » ſic loquitur. Quid te adiuuat quod eos mihi objeciſti, quos expe- Mat. 5. » ctat Dei patientia per pœnitentiam corrigendos; & ideo *ſuper* v. 45.

Digitized by Google

illos oriri ſolem ſuum facit & pluit, cùm ego tibi hædos ſiniſtræ partis objecerim, quos vſque in finem ſine pœnitentia victuros in impietate & ſceleribus ſuis, ac per hoc æterno ſupplicio puniendos ignorare non poteſt præſcius omnium futurorum, nec ab eis abſtinet bonum creationis ſuæ, quibus nec naſci expediret, nec bonum nutritionis, & viuificationis ſuæ, quantùm ei placuerit diuturnæ, quibus mori quantociùs expediret: inter quos ſunt certè plurimi, qui ſi ex hac vita abriperentur infantes ſecundùm falſam veſtram hæreſim pœnitùs ab omni, ſecundùm autem Catholicam fidem â damnatione grauiſſima tollerentur: quid deinde illud eſt: quod in his ſiniſtræ partis hædis in Dei præſcientia quæ falli non poteſt, *igni perpetuo deſtinatis*, multi ſunt qui lauacro regenerationis abluti, poſteà vel Apoſtaſiâ pereunt, vel tam facinoroſè flagitioſéque viuunt, vt eidem ſiniſtræ ſine dubio
Sap. 4. v.11. deputentur. Nec rapiuntur ſicut quidam, *Ne malitia mutet intellectum eorum*, nec vt hoc eis Deus tam magnum beneficium non conferat fatali neceſſitate prohibetur: neque vt aliis e onferat, per-
Rom. 2. v. 11. ſonarum acceptione mutatur.] Hæc de prædeſtinatione Sanctus Auguſtinus.

Sed ne forrè quis audiens malos p rædeſtinatos, arbitretur Deum auctorem perditionis eorum: ſicut eſt auctor ſalutis eorum, quos prædeſtinauit ad gloriam: conſideret quòd idem Deus Adam re-
Eccl.7. v.30. ctum fecit, & in eo originaliter rectos nos omnes cōdidit: fuit enim Adam (vt ait B. Ambroſius) & in eo fuimus omnes: periit Adā & in illo omnes perierunt.] Cùm itaque omnes recti eſſemus in Adam, illo abſq; vlla neceſſitate peccante, ſine dubio corrupti ſumus pec-
Rom.9 v. 21. cato & diuino dānati iudicio: ex hac totius generis humani maſſa merito damnata, cùm fiunt vaſa in honorem, hoc eſt cùm formātur electi, exuberat Dei miſericordia, & ſolâ eius gratiâ corrupta ſaluatur natura. Ergò & quòd creantur, & quod ſaluantur Dei eſt: quorum alterum opificio, alterum eius beneficio deputatur.

Ambroſ. de fide reſurr. in princip. & apud Auguſt. oper. imperf. l. 1. num. 45. & 46.

v.22. Cùm verò ex eadem maſſa fiunt vaſa in contumeliam, hoc eſt non ſaluandi producuntur, nihil mirum videri debet, quia ſpontanei peccati merito damnata eſt maſſa, vnde creantur: quòd ergò credātur Dei eſt, quòd damnantur ipſorum: & quis neſciat creationē cuiuſlibet rei, nedum hominis bonam eſſe? ſponte verò commiſſæ culpæ vltionem iuſtam exiſtere. Cùm itaque bonos prædeſtinatos audimus creantem Deum, & ex merito damnatâ maſſa eos ſuâ gratiâ liberantem intueamur: cùm verò malos prædeſtinatos, item creantem eos Deum, & in merito damnatâ maſſâ iudicio relinquentem conſideremus. Et ſic in vtriſque creationis bonum ſemper nobis conſtabit, & vel in aſſumptis miſericordia, vel in relictis iuſtitia eminebit. Neque enim Deus quos condidit, in per-

Digitized by Google

ditionem impellit, ſed quos non liberat à perditione per gratiam,
relinquit in perditione, quam vel naſcendo, vel poſteà viuendo
meruerunt per occultam, nec tamen reprehendendam iuſtitiam:
ita Deus iuxta beatum Apoſtolum, *Cuius vult miſeretur, & quem* Rom. 9
vult obdurat; qui *omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra.* v.18.
Rectus eſt autem Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. De Pſ. 113.
his qui liberantur dictum eſt: *Nolite timere puſillus grex, quia* v. 3.
complacuit patri veſtro dare vobis regnum: De his autem qui relin- Pſa. 91.
quuntur. *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in ad-* v.16.
Auguſt. o- *inuentionibus ſuis*. Hunc ſenſum beatus Auguſtinus in memorato Luc.12.
pet.imperf. » libro quem vt oſtendi vltimum fecit, his verbis ſatis aperuit. Cùm v. 32.
lib.1.n.116. » dicuntur (inquit) *Omnes ex vno in condemnationem*, ipſa *maſſa* Pſa.80.
» ſignificatur ex qua fiunt à figulo, *Alia vaſa in honorem*, id eſt quæ v.13.
» aſſumuntur in gratiam: *Alia in contumeliam*, id eſt qui ad luen- Rom. 5
» dum debitum relinquuntur: vt filij gratiæ id ſibi donari ſciant, v.16.
» quod ſi exigeretur, non eſſet injuſtum, ac ſic non in ſeipſis ſed
Ibidem nu. *in Domino glorientur*.] Et poſt paulùlum refutans id quod Iulia-
127. nus ſcripſerat, pietas explanauit & ratio Deum meum neminem
» in contumeliam formare. Non eſt ipſe Pauli Apoſtoli Deus: ille
» quippè de vero dicebat. *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo nun-* Rom. 9
» *quid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non* v.20.
» *habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa, aliud quidem vas face-* v.21.
» *re in honorem, aliud in contumeliam.* Sed tu videlicet artifex ma-
Ibidem nu. » gnus profers ex officinâ Pelagianâ meliorem Deum, qui nullum
128. » vas fecit in contumeliam.] Item poſt aliquanta non abſtinet Deus
» bonum formationis ſuæ etiam ab ſtirpe damnata. Sed ſi tibi diſ-
» plicet Deum creare quos damnet, contradic ei ſi potes, ne creet
» eos quos malos futuros, & in malignitate vſque in finem perſeue-
» raturos, & ob hoc ſine dubitatione damnandos eſſe præſciuit, aut
» ei ſuggere ſi videtur, vt tot millia paruulorum non baptizato-
» rum, quos nouit perditè eſſe victuros, & in æternum ignem dam-
» nante ipſo cum diabolo ituros, rapiat ex hac vita dum ſunt inno-
Ibidem. » centes & boni.] Et paucis interpoſitis: cùm enim, inquit, te in-
» uidiosè dicere putaueris Deum creare quos damnet, cogita quan-
» tò inuidioſiùs poſſit dicere alius ſimiliter vanus Deum regenerare
» quos damnet, cùm ſit in eius omnipotentiæ poteſtate antequam
» damnabiles fiant, eos de tentationibus mortalis vitæ huius aufer-
» re. Si autem non potes iſta dicere, nec Deo contradicere, nec
» illi ſapientiæ tuum præbere conſilium. *Quis enim cognouit ſenſum* Iſa. 40.
» *Domini: aut quis conſiliarius eius fuit?* deſine nobis introducere v.
» alterum figulum, qui non facit vaſa in contumeliam, & ab iſto qui Rom.11
» ea facit reprehendendo, cohibe te, & agnoſce te. Quia vt non te v.34.
» implices hoc ſacrilegio, ideò tibi dicit Apoſtolus. *O homo tu quis* Rom.9
es, qui reſpondeas Deo.] v. 21.

Digitized by Google

Recurramus poſitâ contentione ad Apoſtolum Paulum, &
obſcurum locum eius tanto auctore illuſtrante ſalubriter intelliga-
Rom. 9 mus: *Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere poten-*
v. 22. *tiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum:*
v. 23. *vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit*
in gloriam. Nam de his vaſis iræ & vaſis miſericordiæ, & ſæpe Auguſt. E-
aliàs, & in Epiſtola ad Optatum Epiſcopum, quid ſit ſentiendum piſtolâ 157.
idem auctor luculenter expreſſit. Cur autem, inquit, creantur «
etiam illi quos creator nouit ad damnationem, non ad gratiam «
pertinere? Beatus Apoſtolus tantò ſuccinctiori breuitate, quan- «
d. v. 22. tò maiore auctoritate commemorat: *Deum*, enim dicit, *volentem* «
oſtendere iram & demonſtrare potentiam ſuam attuliſſe in multa pa- «
tientia vaſa iræ: quæ perfecta ſunt in perditionem, vt notas faceret «
v. 20. & *diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ*, quem ſuperius dixerat, *tan-* «
21. *quam figulum luti ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud* «
in contumeliam: meritò autem videretur iniuſtum quod fiunt inde «
vaſa iræ ad perditionem, ſi non eſſet ipſa vniuerſa ex Adam maſſa «
damnata. Quòd ergò fiunt inde naſcendo *vaſa iræ* pertinet ad «
debitam pœnam: quòd autem fiunt renaſcendo *vaſa miſericor-* «
diæ pertinet ad indebitam gratiam: *Oſtendit*, ergò, *Deus iram* «
ſuam, non vtique animi perturbationem, ſicut eſt quæ ira homi- «
nis nuncupatur: ſed iuſtam fixámque vindictam, quòd de ſtirpe «
Iob 14. inobedientiæ ducitur propago peccati, atque ſupplicij: *Et homo* «
v. 1. *natus ex muliere*, ſicut in libro Iob Scriptum eſt, *breuis eſt vitæ*, «
d. v. 23. & plenus iracundiæ: eius enim rei vas eſt quâ plenus eſt, vnde *vaſa* «
iræ dicuntur, oſtendit & potentiam ſuam quâ benè vtitur etiam «
malis, multa in illis naturalia & temporalia bona largiens, eo- «
rúmque malitiam ad exercendos & comparatione admonendos «
bonos, accommodans, vt in eis diſcant agere gratias Deo: quòd «
ab eis non ſuis meritis, quæ in eadem maſſa paria fuerunt: ſed il- «
lius miſeratione diſcreti ſunt, quod maximè apparet in paruulis «
de quibus cùm per Chriſti gratiam renaſcuntur, & iſtam vitam in «
illa tenera ætate finientes in æternam tranſeunt & beatam: dici «
non poteſt quòd libero diſcernuntur arbitrio ab aliis infantibus «
qui ſine hac gratia in ipſius maſſæ damnatione moriuntur: ſi au- «
tem hi ſoli crearentur ex Adam, qui eſſent per gratiam recreandi, «
& præter illos qui in Dei filios adoptantur, nulli alij homines na- «
ſcerentur, lateret * bonum, quod donaretur indignis: quia nullis « * al. *bene-*
ex eadem damnabili ſtirpe venientibus debitum ſupplicium red- « *ficium*
deretur. Cùm verò attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ per- «
d. v. 22. fecta ſunt in perditionem, non ſolùm oſtendit iram, & demon- «
ſtrauit potentiam ſuam redhibendo vindictam, & benè vtendo «
d. v. 23. non bonis, ſed etiam *Notas fecit diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſe-* «

Digitized by Google

» ricordiæ: ita enim quid ſibi præſtetur diſcit gratis iuſtificatus, » dum non ſuo merito, ſed gloriâ largiſſimæ Dei miſericordiæ diſcernitur à damnato, cum quo eâdem iuſtitiâ fuerat & ipſe damnandus. Tam multos autem creando naſci voluit, quos ad ſuam gratiam non pertinere præſciuit; vt multitudine incomparabili plures ſint eis, quos in ſui regni gloriam filios promiſſionis prædeſtinare dignatus eſt: vt etiam ipsâ reiectorum multitudine oſtenderetur, quàm nullius momenti ſit apud Deum iuſtum quantalibet numeroſitas iuſtiſſimè damnatorum: atque vt hinc quoque intelligant, qui ex ipſa damnatione redimuntur, hoc fuiſſe debitum maſſæ illi vniuerſæ, quod tam magnæ parti eius redditum cernerent, non ſolùm in eis, qui originali peccato multa addunt malæ voluntatis arbitrio: verùm etiam in tam multis paruulis, qui tantummodò vinculo peccati originalis obſtricti, ſine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippè iſta maſſa iuſtæ damnationis reciperet debitum, niſi ex ea faceret non ſolùm iuſtus, ſed etiam miſericors figulus alia vaſa in honorem ſecundùm gratiam, non ſecundùm debitum, dum & paruulis ſubuenit, quorum nulla merita dici poſſunt; & maiores præuenit, vt habere aliqua merita poſſint.]

Hieron. Dialog. 3. contra Pelag. in fine. Prædeſtinatos malos in opere beati Auguſtini ad Marcellinum clariſſimus auctor Hieronymus legit, & id opus non ſolùm non reprehendit, verùm etiam magnis laudibus extulit. Verba eius » hęc ſunt: Scripſit dudùm vir Sanctus, & eloquens Epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinum, qui poſteà ſub inuidia tyrannidis Heracliani ab Hęreticis innocens cęſus eſt, duos libros de infantibus baptizandis contra hæreſim veſtram, per quam vultis aſſerere: baptizari infantes non in remiſſionem peccatorum, ſed in regnum cœlorum. Tertium quoque ad eundem Marcellinum contra eos qui dicunt (id eſt vos) poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi velit abſque Dei gratia: vnde ſuperſedendum huic labori cenſeo: ne dicatur mihi illud Horatij. In Syluam ne ligna feras: aut enim eadem dicemus ex ſuperfluo, aut ſi noua voluerimus dicere à clariſſimo ingenio occupata ſunt meliora.]

Id. in Pſal. primum. Idem Doctor alio verbo ſenſum prædeſtinationis expreſſit in Explanatione primi Pſalmi: *Qui autem non credit* (inquit) *iam iudicatus eſt*, iam enim præiudicatus ad pœnam eſt.] & poſt pau- Ioan. 3. v. 18. ca, *Non reſurgunt*, inquit, *impy in iudicio*: non reſurgunt, vt iudicentur, quia iam iudicati ſunt: *Qui*, enim, *non credit in me*, Pſal. 1. v. 5. *iam iudicatus eſt*.] Item in Dialogo: aliud eſt cędere magiſtri &

Item in Dialog. aduerſ. Pelag. lib. 1. parentis affectu, aliud contra aduerſarios crudeli animo deſæuire. Quam ob cauſam & in primo Pſalmo canitur, *Quoniam non reſurgunt impij in iudicium*: iam enim in iudicium præiudicati ſunt.]

Digitized by Google

ſunt.] Idem in explanatione Iſaïæ Prophetæ pro diſſipata terra: “ Idem in
Lxx corruptum orbem interpretati ſunt,& pro afflicta facie illius, “ Iſaiæ cap.
id eſt, terræ idem tranſtulerunt, *& reuelabit faciem eius, vt proce-* “ 24. v. 3.
dant mortui de ſepulchris ſuis, ſiue nudabit eam vt omnia opera “
eius proferantur in publicum, & diſpergantur habitatores in di- “
uerſa loca præmiis, vel ſuppliciis deſtinati.] “

Non contemnendus Auditor eiuſdem Hieronymi Philippus in PHILIPPVS
Iob 15. expoſitione ſententiæ Beati Iob: *Antequam dies eius impleantur* in Iob c. 15.
v. 32. *peribit*: Tunc dies, inquit, vniuſcuiuſque impleri dicitur, cùm bo- “
norum hominum ac malorum retributio venerit. Hic ergò homo, “
ſiue diabolus ante perſpicuæ ſententiæ diem, quam ei Dominus in “
futuro iudicio daturus eſt, præſcitus in prædeſtinatione peribit, “
Pſal. 1. ſicut & de incredulis Propheta dicit. *Non reſurgent impy in iudicio:* “
v. 5. vel Dominus ait in Euangelio: *Qui autem non credit iam iudica-* “
Ioan. 3. *tus eſt.*] “
v. 18.

Sanctus Papa Gregorius Prædeſtinatos malos preſſiore adhuc GREGOR.
Iob 40. verbo inſinuat. Leuiathan, inquit, iſte qui cum membris ſuis æter- “ Moral. 34.
v. 20. nis eſt cruciatibus deputatus, *& dolus in manu eius dirigitur, & in* “ cap. 2.
collo eius fortitudo demoratur: Hoc quod temporaliter peruersâ “
contra bonos voluntate deſiderat, peruerſiore facultate conſum- “
mat, vt tantò ei de aduerſitate in præſenti nihil obſtet, quantò ei “
in poſterum de proſperitate nihil remanet.] “

Eadem tamen Prædeſtinatio vel deputatio quemadmodum ſit Ibid. lib. 33.
Iob 41. intelligenda exponens in moralibus: *Non quaſi*, inquit, *crudelis* “ cap. 20.
v. 1. *ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo, & quis ante de-* “
dit mihi, vt reddam ei, apertè inſinuat, non eum, inquit, quaſi “
crudelis ſuſcito, quia de eius fortitudine, & electos meos potenter “
eripio, & rurſum reprobos non iniuſtè, ſed rationabiliter damno, “
id eſt, vt eos quos benignè eligo, eripere mirabiliter poſſum, & “
eos quos reſpuo non iniuſtè derelinquo:] & poſt aliquanta, Miro “
modo, inquit, æquus omnibus conditor & quoſdam prælegit, & “
quoſdam in ſuis reprobis moribus iuſtè dereliquit.] Item in mora- Ibid. lib. 11.
Iob 12. libus exponens: *Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit* cap. 5.
v. 14. *hominem nullus eſt, qui aperiat*: Omnipotens, inquit, Deus hu- “
manum cor deſtruit cùm relinquit, ædificat dum replet, neque “
enim humanam mentem debellando deſtruit, ſed recedendo: quia “
ad perditionem ſuam ſufficit ſibi dimiſſa:] Item poſt aliquanta. “ Ibidem.
Si incluſerit hominem nullus eſt qui aperiat: quia ſicut nemo ob- “
ſiſtit largitati vocantis, ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis: in- “
cludere itaque Dei eſt clauſis non aperire: Vnde & ad Moyſen di- “
Exod. 4 citur de Pharaone *Ego obdurabo cor eius*: obdurare quippè per “
v. 21. iuſtitiam dicitur, quando cor reprobum per gratiam non emollit.] “ Ibid. hom.
Math. 10. v. 5. Idem in explanatione Euangelicæ ſententiæ: *In viam gentium ne* 4.

» *Abieritis*: Subtili ait, occultóque iudicio à quorundam auribus
» prædicatio ſancta ſubtrahitur; quia ſuſcitari per gratiam non me-
» rentur: vnde neceſſe eſt (Fratres Chariſſimi) vt in omni quod agi-
* al. *ti-meamus* » mus omnipotentis ſuper nos Domini conſilia occulta * teneamus:
» Ne dum mens noſtra exteriùs fuſa à ſua ſe * voluptate non reuo-
* al. *vo-luntate* » cat, intùs contra eam iudex terribiliter aduerſa diſponat, quod be-
» nè Pſalmiſta intuens ait: *Venite & videte opera Domini: quàm ter-* Pſal. 49
» *ribilis in conſiliis ſuper filios hominum:* vidit namque quòd alius v. 9.
» miſericorditer vocatur, alius iuſtitiâ exigente repellitur, & quia
» alia parcendo Dominus, alia iraſcendo diſponit, expauit quod
» penetrare non potuit, & quem non ſolùm inueſtigabilem in qui-
» buſdam ſententiis ſuis, ſed etiam inflexibilem vidit, *terribilem in*
» *conſiliis eſſe memorauit.*]

BEDA. BEDA diuinis literis impensè doctus, bonos malóſque præ-
deſtinatos, exponens illud Geneſis: *Surgite, Egredimini de loco iſto,* Gen. 19.
quia delebit Dominus ciuitatem hanc, & viſus eſt eis quaſi ludens v. 14.
» *loqui*: Indubitanter aſſeruit quod oſtium, inquit, Loth obcluſe-
» runt Angeli, ne vel ipſum, vel aliquem de domo ipſius poſſent ad-
» perdendum rapere Sodomitæ, patenter inſinuat quia nullum de
» electis Dei, perditura eſt impietas, & perſecutio reproborum: di-
» cente Domino de ouibus ſuis: *Et ego vitam æternam do eis, & non* Ioan.
» *peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.* Quod 10. v. 28
» item Loth facultate ab Angelis datâ nullum de ciuibus perfidis,
» ne de ſuis quidem cognatis ſiue amicis, tametſi multùm conatus
» potuit ad ſalutem reuocare, ſignificat, quòd nullius labor hominis
» ad numerum prædeſtinatorum, qui ante conſtitutionem mundi
*al. *adij-cere* » electi ſunt à Domino, vel vnam poſſit animam * adducere: *Nouit*
» enim *Deus, qui ſunt eius*: Verùm etſi noſtram fragilitatem qui ad
» electorum ſortem pertinent latet, non tamen ab agenda cura no-
» ſtræ ſalutis ceſſandum, non ab inſtruendis proximis lingua eſt con-
» tinenda, ſed ad exemplum Beati Loth & nobis caſtè viuendum, &
» errantium quoque correctioni officium pietatis impendendum.
» Conſtat enim quòd etſi prædeſtinatos ad interitum ſaluare nequi-
» mus, noſtræ tamen benignitatis, quam erga illorum ſalutem im-
» pendimus mercedem non perdimus.]

S. FVLGENT. de fide ad Petrum. Sanctus Fulgentius Ruſpenſis Prouinciæ Africanæ Epiſcopus
(vt ſcribit Ioannes Romanæ Eccleſiæ Diaconus) in libro ad Pe-
trũ de regula veræ fidei, de prædeſtinatis hoc modo diſſeruit: Fir-
» miſſimè tene & nullatenus dubites, omnes quos vaſa miſericordiæ
» gratuitâ bonitate Deus fecit ante conſtitutionem mundi in adop-
» tionem Filiorum Dei prædeſtinatos à Deo, neque poſſe perire
» aliquem eorum, quos Deus prædeſtinauit ad regnum: Nec quem-
» quam eorum, quos Deus non prædeſtinauit ad vitam, vllâ poſſe

ratione ſaluari. Prædeſtinatio enim illa gratuitæ donationis eſt «
Eph. 1. præparatio, quâ nos Apoſtolus ait *Prædeſtinatos in adoptionem Fi-* «
v. 5. *liorum Dei per Ieſum Chriſtum in ipſum.*] «

Item Fulgentius in libro ad Moninum, ſenſum Beati Auguſtini Idem ad
de prædeſtinatis ad interitum his verbis expreſſit. Nihil aliud, in- « Moninum
quit, accipiendum exiſtimo in illo Sancti Auguſtini Sermone, « lib. 1. c. 5.
quo ad interitum quoſdam prædeſtinatos firmat, niſi ad interi- «
tum ſupplicij, non delicti; neque ad malum quod iniuſtè admit- «
tunt, ſed ad cruciatum quem iuſtiſſimè patientur: nec ad pec- «
catum quo primæ reſurrectionis beneficium, aut non accipiunt, «
aut amittunt; ſed ad tormentum, quod illis propria iniquitas ma «
lè parit, & æquitas diuina benè retribuit: nec ad mortem animæ «
primam, in qua naſcuntur paruuli, vel in quam ſicut beatus Iaco- «
Iacob. bus dicit *concupiſcentiâ ſuâ abſtracti & illecti* recidunt crimino- «
1. v. 14. ſi, ſed ad mortem ſecundam, quam neceſſe eſt patiantur retri- «
buente iuſtiſſimò iudice, ſeu qui ante perceptam gratiam baptiſmi «
diſcedunt de ſæculo, ſiue qui in vacuum gratiam Dei recipientes, «
poſt acceptum baptiſmum vſque in finem præſentis vitæ malunt «
2. Cor. ſerui eſſe peccati, nec volunt: *dum tempus eſt acceptabile & dies* «
6. v. 2. *ſalutis* conuerti à via mala ſua, vt viuant, & ignorantes, *quoniam* «
benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: Ipſi ſecundùm duritiem «
Rom. 2. *ſuam & impœnitens cor theſaurizant ſibi iram in die iræ & reuela-* «
v. 4. *tionis iuſti iudicij Dei.*] «
v. 5.

Item Ioannes Eccleſiæ Romanæ Diaconus prædeſtinatos ma- Ioannes
los ſermonibus beati Auguſtini expreſſit, volens oſtendere quid Diaconus.
Gen. 1. ſignificet illud Geneſis: *Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in lo-* «
v. 9. *cum vnum & appareat arida.* Quid eſt, inquit, arida, in Eccleſia «
arida vocatur omnis anima ſitiens Deum: Segregatæ ſunt enim «
aquæ, & apparuit arida, mare hoc ſæculum eſt, & aquæ quæ ſunt «
amaræ ſegregatæ ſunt, & congregatæ in congregatione vna, id eſt, «
prædeſtinatæ in vnum finem quo dirigit Deus * omnipotens quos « *al. *omnes*
ſeparat à Sanctis.] «

Iſidorus Epiſcopus in libro Sententiarum: Gemina eſt, inquit, « ISIDORVS
prædeſtinatio ſiue electorum ad requiem, ſiue reproborum ad « Sentent. 2.
mortem] hunc tamen quidam reprehendendum putant, quod ge- cap. 6.
minam, hoc eſt, duplicem prædeſtinationem ſolus introduxerit,
cùm ſimplex Dei natura ſimplici, hoc eſt, vnâ prædeſtinatione ſe-
cundùm eos bonos malóſque complexa ſit. Qui ſi intueantur alios
eſſe, qui ad dexteram gratiâ ſtatuuntur, alios qui ad ſiniſtram iu-
ſtitiâ relinquuntur, tametſi vt volunt ſit ſimplex prædeſtinatio,
duplicem eius non negabunt effectum: cùm aliud ſit debitam pœ-
nam luere, aliud gratuitam gloriam reportare: Nec docto viro
verbi calumniam vlteriùs, niſi contentione impudentiſsimâ com-

mouebunt: A qua tamen vt tandem aliquando conquieſcant, & docturi priùs ad doctores accedant, docendi non iudicaturi, recenſeant ſententiam Dei ad beatum Iob. *Numquid noſti*, inquit, Iob 38.
GREGOR. Moral. lib. 29. cap. 18. *ordinem cæli, & pones rationem eius in terra.* Et beatum Gregorium & ſummè doctum, & mirè facundum, in eius explanatione v. 33.
» prædeſtinationes plurali numero poſuiſſe inuenient: *ordinem*, in-
» quit, *cæli noſſe*, eſt ſupernarum diſpoſitionum occultas prædeſti-
» nationes videre: rationem verò eius in terra ponere, eſt ante huma-
» na corda talium ſecretorum cauſas aperire.]

QVÆSTIO SECVNDA.

DE LIBERO ARBITRIO.

II. AVGVST. Enchir. c. 30. DE LIBERO ARBITRIO Beatus Auguſtinus in libro ad Laurentium, quid ſit ſentiendum his verbis oſtendit: Libero
» Arbitrio malè vtens homo, & ſe perdidit & ipſum: Sicut enim qui
» ſe occidit, vtique viuendo ſe occidit, ſed ſe occidendo non viuit,
» nec ſeipſum poterit reſuſcitare cùm occiderit: ita cùm libero pec-
» caret arbitrio, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium:
» *A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt.* Petri cer- 2. Petri
» tè Apoſtoli eſt iſta ſententia, quæ cùm vera ſit, qualis quæſo po- 2. v. 19.
» teſt ſerui addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat,
» liberaliter enim ſeruit, qui ſui Domini voluntatem libenter facit,
* al. *peccandum* » ac per hoc ad * peccatum liber eſt, qui peccati ſeruus eſt: vnde & ad
» iuſtè faciendum liber non erit, niſi à peccato liberatus, eſſe iuſtitiæ
» cœperit ſeruus. Ipſa eſt vera libertas propter rectè facti licentiam,
» ſimul & pia ſeruitus propter præcepti obedientiam: ſed ad benè fa-
» ciendum iſta libertas vnde erit homini addicto & vendito, niſi eum
» redimat, cuius illa vox eſt: *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi* Ioan. 8.
» *eritis*: Quod antequam fieri in homine incipiat; quomodo quiſ- v. 36.
» quam de libero arbitrio in bono glorìatur opere, qui nondum eſt
» liber ad operandum benè, niſi ſe vanâ ſuperbiâ inflatus extollat,
» quam cohibet Apoſtolus dicens, *gratiâ ſalui facti eſtis per fidem*: Eph. 2.
Cap. 31. » Et ne ipſam ſibi ſaltem fidem ſic arrogarent, vt non intelligerent v. 8.
» diuinitùs eſſe donatam, ſicut idem Apoſtolus alio loco ſe dicit *vt*
» *fidelis eſſet miſericordiam conſecutum*: hic quoque adiunxit atque 1. Cor.
» ait: *& hoc non ex vobis: ſed Dei donum eſt: non ex operibus ne fortè* 7. v. 25. Eph. 2.
* al. *putaremus* » *quis extollatur*: & ne * putarentur fidelibus bona opera defutura, v. 8. &
» rurſus adiecit. *Ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in* 9.
» *operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Tunc v. 10.

Digitized by Google

ergo efficimur * benè liberi, cùm Deus nos fingit, id eſt format — * al. verè
& creat, non vt homines quod iam fecit, ſed vt boni homines ſi-
2. Cor. 5 mus, quod nunc gratiâ ſuâ facit, *vt ſimus in Chriſto noua creatura*
v. 17. ſecundùm quod dictum eſt: *Cor mundum crea in me Deus*: neque
Pſ. 50. enim cor eius quantum pertinet ad naturam cordis humani non iam
v. 12. creauerat Deus. † Item ne quiſquam etſi non de operibus, de ipſo — † al. additur *Sed renouationem animæ demorãtis in corde Propheta poſtulat.*
glorietur libero voluntatis Arbitrio, tanquam ab ipſo incipiat
meritum, cui tanquam debitum reddatur præmium benè operan-
Phil. 2. di ipſa libertas, audiat eundem gratiæ præconem dicentem: *Deus*
v. 13. *enim eſt, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate,*
Rom. 9 & alio loco: *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerantis eſt*
v. 16. *Dei:* Cùm proculdubiò ſi homo eius ætatis eſt, vt ratione iam
vtatur, non poſſit credere, ſperare, diligere, niſi velit, nec perue-
nire ad palmam ſupernæ vocationis Dei, niſi voluntate cucurrerit:
Lxx. Prou. 8 v. 35. quomodo ergò *non volentis, neque currentis*, niſi quia & ipſa *vo-* — Cap. 32.
luntas (ſicut ſcriptum eſt) *à Domino præparatur.*]

Item in libro de correptione & gratia, Liberum, inquit, arbi- — AVGVST. de correpr. & grat. c. 1.
trium & ad malum & ad bonum faciendum confitendum eſt nos
habere; ſed in malo faciendo liber eſt quiſque iuſtitiæ, ſeruúſque
peccati: In bono autem liber eſſe nullus poteſt, niſi fuerit libera-
Ioan. 8. tus ab eo qui dixit: *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis:*
v. 36. Nec ita vt cùm quiſque fuerit à peccati * damnatione liberatus, iam — * al. *dominatione*
non indigeat ſui liberatoris auxilio: Sed ita potiùs, vt ab illo au-
Ioan. 15 diens: *Sine me nihil poteſtis facere:* Dicat ei & ipſe: *Adiutor meus*
v. 5. *eſto, ne derelinquas me.*] Item poſt multa: Liberum, inquit, arbitrium — Ibid. cap. 11
Pſ. 26. v. 9. ad malum ſufficit: ad bonum autem * paruum eſt, niſi adiuuetur ab — * al. *parum*
omnipotente bono.]

Item in libro de bono perſeuerantiæ: Qui non infertur in tenta- — Idem de bono perſeuer. c. 7.
tionem non diſcedit à Deo; non eſt hoc omninò in viribus liberi
arbitrij, quales nunc ſunt, peccato reſiſtere, quod tamen fuerat in
homine antequam caderet.]

Idem auctor in memorato opere contra Iulianum. Hominis in- — Idem oper. imperf. lib. 3 aut 4. qui nõ extant.
quit, liberum arbitrium congenitum & omninò inamiſſibile illud
eſt, quo beati eſſe omnes volunt, etiam hi qui ea nolunt, quæ ad
beatitudinem ducunt. Item poſt multa: quid ſic fugit natura vt mi-
ſeriam, quid ſic appetit vt beatitudinem: Denique liberum arbi-
trium, quod de hac re habemus, ita nobis naturaliter inſitum eſt,
vt nullâ miſeriâ nobis poſſit auferri, quod miſeri eſſe nolumus, &
volumus beati, vſque adeò, vt etiam ipſi, qui malè viuendo ſunt
miſeri, malè viuere quidem velint, nolint tamen eſſe miſeri, ſed
beati. Hoc eſt illud arbitrium in noſtris mentibus immobiliter
fixum, non quo benè agere volumus: nam id humanâ iniquitate
potuimus amittere, & gratiâ poſſumus diuinâ recipere, ſed libe-

» rum arbitrium quo beati eſſe volumus & miſeri nolumus, nec miſeri poſſunt amittere, nec beati.]

» Item poſt pauca, Hoc arbitrium liberum adiuuatur per Dei gratiam: vt quod naturaliter volumus, hoc eſt beatè viuere, benè viuendo habere poſſimus: quòd reatus peccati regeneratione hoc eſt baptiſmate ſoluatur: conflictus tamen eius adhuc maneat.] In eodem opere memoratus auctor expreſſit; Quid litigas, inquit, de concupiſcentia litigante, hoc eſt, *de lege in membris repugnante legi mentis*: *lex peccati* dicitur, quia ſuadet peccata atque vt ita dixerim iubet, & ſi ei mente ſeruiatur ſine excuſatione peccatur: Peccatum dicitur ipſa concupiſcentia, quæ à peccato facta eſt, appetitque peccare, reatus eius regeneratione ſolutus eſt: Conflictus eius ad agonem relictus eſt, malum eſſe clarum eſt: non viribus noſtræ voluntatis (vt putas) hinc obſiſtimus, niſi diuinitùs adiuuemur. Debellandum hoc malum eſt non negandum, vincendum eſt non defendendum.]

(Oper. imperf. lib 1. num. 69.

Rom. 7 v. 23.

Ibid. lib. 3. aut 4. qui nó extant.

» Item poſt rerum aliarum ampliſſimam diſputationem. Tam inquit malignum eſt hoc ſæculum, vt niſi exitum hinc fuerit, promiſſa requies nobis adeſſe non poſſit, quamuis per præuaricationem primi hominis labor poſteris eius aduenerit. Tamen etiam reatu præuaricationis illius, quem traximus, iam ſoluto, vt fidei exerceatur examen, labor remanet ad certamen. Oportet enim nos certare cum vitiis & in ipſo certamine laborare, donec donetur nobis aduerſarium non habere. Quapropter vt boni præliatores perducantur ad præmia, ſupplicia vertuntur in prælia. Paruulorum quoque ſoluto reatu originaliter, propterea labores manent, quamuis ex ipſo reatu doceantur exorti: Quòd etiam ſic Domino placuit fidem probare maiorum: A quibus enim offeruntur vt regenerentur, qualis & quanta fides eſſet rerum inuiſibilium, ſi viſibilis remuneratio continuò ſequeretur, ac non potiùs dilatâ requie, quæ promittitur, ageretur fidei negotium cum corde non cum oculis, ac ſic futurum ſæculum, vbi nulli labores erunt, quod nondum videtur, & crederetur ſinceriùs, & deſiderabiliùs quæreretur, ac per hoc Deus labores noſtros, id eſt, pœnas noſtras ad vtilitates noſtras mirabili benignitate conuertit.]

Ibidem.

» Item in eodem opere. Quoniam poſt priſtinam ruinam, inquit, tam grauem, vt in huius mortalitatis miſeriam caderemus, priùs Deus nos certare voluit, donans nobis vt eius agamur ſpiritu, & mortificemus opera carnis, atque ipſo dante victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in æterna cum illo poſteà pace regnemus: Profectò niſi Deus adſit, nemo eſt idoneus certare cum vitiis, ne ſine certamine pertrahatur ab eis, aut ne iam certans in ipſa eorum conflictatione vincatur: ideò in hoc agone magis nos

Deus voluit orationibus certare, quàm viribus, quia & ipſas vires, quantas hîc habere nos competit, ipſe ſubminiſtrat certantibus, quem rogamus. Si ergò hi quorum contra carnem iam ſpiritus concupiſcit, ad ſingulos actus indigent Dei gratiâ, ne vincantur, qualem libertatem voluntatis habere poſſunt, qui nondum de poteſtate eruti tenebrarum dominante iniquitate, nec certare cœperunt, aut ſi certare voluerunt, nondum liberatæ voluntatis ſeruitute vincuntur.]

Idem Retract. lib. 1. cap. 23.

Item in libro Retractationum priore: Perfectio, inquit, boni eſt, vt nec ipſa concupiſcentia peccati ſit in homine: Cui quidem quando benè viuitur non conſentit voluntas: verumtamen non perficit bonum, quia ineſt adhuc concupiſcentia, cui repugnat voluntas. Cuius concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet, cui donec ſanetur, omnis fidelis * ſtudioſiſſimè reluctatur.]

* al. additur *qui bene proficit.*

HIERON. Dialog. aduerſus Pelag. lib. 3. ante med.

Alterum lumen tractatorum Hieronymus in Dialogo: Non idcò, inquit, peccauit Adam, quia Deus hoc futurum nouerat, ſed præſciuit Deus, quaſi Deus, quod ille erat propriâ voluntate facturus.] Item poſt aliquanta: Dominus, inquit, ad diſcipulos:
Ioan. 15 v. 5. *Ego ſum vitis, vos rami, qui manet in me, & ego in eo, iſte afferet fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere*: Sicut rami & folia vitium illicò contabeſcunt, cùm fuerint à matrice præciſa, ita omnis hominum fortitudo marceſcit & deperit ſi à Dei auxilio deſeratur.

Ibidem.

Ioan 8. v. 44. *Nemo*, inquit, *poteſt venire ad me: niſi pater qui miſit me traxerit eum*: quando dicit: *nemo poteſt venire ad me*, frangit ſuperbientem arbitrij libertatem, quod etiamſi velit ad Chriſtum pergere, niſi fiat illud quod ſequitur, *Pater meus cœleſtis traxerit eum*, nequicquam cupiat, & fruſtrà nitatur. Simul & hoc animaduertendum, quòd qui trahitur non ſpontè currit, ſed aut retractans & tardus, aut inuictus adducitur, qui non poteſt ſuis viribus & labore venire ad Ieſum, quomodo poteſt omnia ſimul peccata vitare, & vitare in perpetuum?]

Epiſt. Cœleſt. PP. ad Gal. Epiſc. cap. 4.

Cœleſtinus etiam Papa magnis annumerandus doctoribus de Libero Arbitrio, vt tantùm Pontificem decuit, vniuerſos inſtituit, ex eius decretis verba hæc ſunt. In præuaricatione, inquit, Adæ omnes homines poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe clàrum eſt, & neminem de profundo illius ruinæ poſſe conſurgere, niſi eum gratia miſerentis Dei erexerit.] Item: Neminem etiam, inquit, baptiſmatis gratiâ renouatum idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias & ad vincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit.] Item: Quod nemo niſi per Chriſtum libero benè vtatur arbitrio.] Hinc & Innocentium Papam adhibet teſtem po-

Cap. 6.

Cap. 7.

Digitized by Google

›› ſitâ eius ſententiâ. Aduerte tandem ô prauiſſimarum mentium
›› peruerſa doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipſa dece-
›› pit, vt dum indulgentiùs frenis eius vtitur, in præuaricationem
›› præſumptione conciderit, nec ex hac potuit erui, niſi ei prouiden-
›› tiâ regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini re-
Cap. 8. ›› formaſſet aduentus.] Item Cœleſtinus: quòd omnia ſtudia & om-
›› nia opera ac merita Sanctorum ad Dei gloriam laudémque refe-
›› renda ſunt: Quia nemo ei aliunde placet, niſi ex eo quod ipſe do-
Cap. 9. ›› nauerit.] Item quod ita Deus in cordibus hominum atque in ipſo
›› libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, om-
›› niſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia non niſi per illum
Cap. 10. ›› aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.] Item: Quiſquis
›› dixerit ideò nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere iu-
›› bemur, per liberum arbitrium, faciliùs poſſimus implere per gra-
›› tiam: tanquam etſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed ta-
›› men poſſemus etiam ſine illa implere diuina mandata, Anathema
›› ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi
›› non ait ſine me difficiliùs poteſtis, ſed *ſine me nihil poteſtis fa-* Ioan.
›› *cere.*] 15. v. 5

Gregor. hom. 9. in Ezechielē. ›› Sanctus quoque Papa Gregorius bonis omnibus latini ſermo-
›› nis capacibus ſuæque doctrinæ piè ſtudioſis plurimùm collatu-
›› rus, humani arbitrij proprietatē ſubtiliter ac ſuauitate ſolitâ, Ho-
›› miliâ 9. in Ezechielem expreſſit: *Audiui*, inquit, *vocem loquen-* Ezech.
›› *tis, & dixit ad me: fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar te-* 2. v. 1.
›› *cum:* vbi adhuc ſubditur; *& ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſquam* v. 2.
›› *locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſuper pedes meos.* Ecce diuina vox
›› iacenti Prophetæ iuſſit vt ſurgeret; ſed ſurgere omninò non poſ-
›› ſet, niſi in hunc omnipotentis Dei ſpiritus intraſſet, quod ex om-
›› nipotentis Dei gratia ad bona opera conari quidem poſſumus, ſed
›› hæc implere non poſſumus, ſi ipſe non adiuuat, qui iubet. Sic
›› Paulus cùm diſcipulos admoneret, dicens: *Cum metu & tremore* Phil. 2.
›› *veſtram ipſorum ſalutem operamini:* Illicò quis in eis hæc ipſa bo- v. 12.
›› na operaretur adiunxit dicens: *Deus eſt enim, qui operatur in vo-*
›› *bis & velle & perficere pro bona voluntate*: Hinc eſt quod ipſa veri-
›› tas diſcipulis dicit: *ſine me nihil poteſtis facere*, ſed in his conſide- Ioan. 15
›› randum eſt: quia ſi bona noſtra ſic omnipotentis Dei dona ſunt, v. 5.
›› vt in eis aliquid noſtrum non ſit: Cur nos quaſi pro meritis æter-
›› nam retributionem quærimus? Si autem ita noſtra ſunt: vt dona
›› Dei omnipotentis non ſint, cur ex eis omnipotenti Deo gratias
›› agimus? ſed ſciendum quòd mala noſtra ſolummodò noſtra ſunt:
›› bona autem noſtra & omnipotētis Dei ſunt, & noſtra, quia ipſe aſ-
›› pirando nos præuenit vt velimus, qui adiuuando ſubſequitur ne
›› inaniter velimus, ſed poſſimus implere quod volumus. Præue-
niente

niente ergò gratiâ & bonâ voluntate ſubſequente hoc quod om- “
nipotentis Dei donum eſt fit meritum noſtrum. Quod benè Pau- “
1. Cor. lus breui ſententiâ explicat, dicens: *Plus illis omnibus laboraui,* “
15. v. 10 qui ne videretur ſuæ virtuti tribuiſſe, adjunxit: *Non autem ego,* “
d. v. 10. *ſed gratia Dei mecum*: Quia enim cœleſti dono præuentus eſt, “
quaſi alienum ſe à bono ſuo opere agnouit dicens, *Non autem ego,* “
ſed quod præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bo- “
no, quo libero arbitrio eandem gratiam eſt ſubſecutus in opere, “
adjunxit: *Sed gratia Dei mecum*, ac ſi diceret. In bono opere la- “
boraui *non ego*, ſed & ego, in eo enim quòd ſolo Domini dono præ- “
uentus ſum, non ego: in eo autem quòd donum voluntate ſub- “
ſecutus ſum, & ego.] “

QVÆSTIO TERTIA. III.

DE SANGVINE CHRISTI.

PRo quibus effuſus ſit, & quos redemerit Sanguis Domini
Sanctus Auguſtinus in libro ad Laurentiũ his verbis declarat.
Hæc, quæ in Sanctis Angelis & virtutibus dicitur, Eccleſia tunc “ Auguſt. Enchirid. cap. 61.
nobis ſicuti eſt innoteſcet, cùm ei conjuncti fuerimus in finem ad “
ſimul habendam beatitudinem ſempiternam: iſta verò quæ ab illa “
peregrinatur in terris, eò nobis eſt notior, quo in illa ſumus, & “
quia hominum eſt, quod & nos ſumus: hæc Sanguinis mediato- “
ris nullum habentis peccatum ab omni eſt redempta peccato: Eius “
Rom. 8 v. 31. vox eſt, *Si Deus pro nobis quis contra nos? qui Filio proprio non* “
v. 32. *pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum*:] In Eccleſia enim,
quæ Sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni re-
d. v. 32. dempta eſt peccato, intelligit eſſe omnes, qui Apoſtolico te-
ſtimonio comprehenduntur, quod eſt: *pro nobis omnibus tradidit*
eum.

Item idem auctor in opere memorato contra Iulianum: Redi- Oper. imperf. lib. 3. aut 4.
Luc. 19. v. 10. muntur, inquit, quicumque redimuntur, ab eo *Qui venit quærere* “
quod perierat: qui & antequam veniret in carne per ipſam fidem “
redemit, quâ credebatur eſſe venturus: redimuntur autem in li- “
bertatem beatitudinis ſempiternam, vbi peccato iam ſeruire non “
poſſint:] Et manifeſtiſſimè explanãs populo Sancti Euangelij locũ “ Auguſt. in Ioan. tract. 48.
Ioa. 10. secundùm Ioannem: *Vos non creditis: quia non eſtis ex ouibus meis.* “
v. 26. Quomodo, ait, iſtis dixit: non eſtis ex ouibus meis, quia videbat “
eos ad ſempiternum interitum, prædeſtinatos, non ad vitam “

» æternam ſui Sanguinis ptetio compatatos.]

Idem de Adult. coniug. lib. 1. cap. 15.

» Item ad Pollentium libro priore. Sicut omnis, inquit, qui
» Chriſti Sanguine redemptus eſt, homo eſt, non tamen omnis qui
» homo eſt etiam Sanguine Chriſti redemptus eſt: ita omne quod
» non licet non expedit: nec tamen omne quod non expedit etiam
» non licet.]

Hieron. in Math. cap. 20. v. 28.

» Beatus quoque Hieronymus Commentario in Matthæum ſe
» idem ſentire manifeſtat his verbis: *Sicut Filius hominis non venit* Math. 20. v. 28
» *miniſtrari, ſed miniſtrare* (nota quòd crebrò diximus eum qui mi-
» niſtret Filium appellari hominis) *& dare animam ſuam in redem-*
» *ptionem pro multis*, quando formam ſerui accepit, vt pro mundo
» Sanguinem funderet, & non dixit dare animam ſuam redemptio-
» nem pro omnibus, ſed *pro multis*, id eſt pro his qui credere volue-
rint.] Quod certiſſimè Doctor celeberrimus vidit de qualibet
cunque fidelibus intelligendum, propter illud: *Peribit in tua* 1. Cor. 8. v. 11.
ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt: propter illud
etiam, *Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius* Rom. 6 v. 3.
baptizati ſumus, nec non & propter illud: *Quantò magis putatis* Hebr. 10. v. 29.
deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit & San-
guinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt: & quæ-
cunque ſimilia ſcrutatores pij valent in diuinis eloquiis inue-
nire.

Beda in Marc.

Senſum Hieronymi Beda in Explanatione Marci verbis ipſius
poſuit, nam & *Filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt* Marc. 10. v. 45.
» *miniſtraret*. Nota, inquit, quòd crebrò diximus eum qui mini-
» ſtraret Filium appellari hominis, & dare animam ſuam redem-
» ptionem *pro multis*, quando formam ſerui accepit, vt pro mundo
» Sanguinem funderet, & non dixit dare animam ſuam redemptio-
» nem pro omnibus, ſed *pro multis*, id eſt pro his qui credere vo-
» luerint.]

Hieron. in Pſal. 43.

Item Hieronymus ediſſerens illud Pſalmi: *Vendidiſti populum* Pſa. 43. v. 13.
» *tuum ſine pretio*: vſque nunc (inquit) de ſe locuti ſunt Mattyres,
» nunc de Iudæorum populo dicunt, quibus dictum eſt in peccatis
» veſtris venditi eſtis, & ideò ſine pretio, quia non eſt effuſus Agni
» Sanguis pro eis.]

Gregorius Moral. l. 4. cap. 11.

Sanctus Gregorius Papa in Moralibus exponens locum il-
lum, *Non computetur in diebus anni*, eundem ſenſum aſſerit his ver- Iob 3. v. 6.
» bis: Annum prædicationem ſupernæ gratiæ non inconuenienter
» accipimus: quia ſicut in anno congeſtis diebus tempus perfici-
» tur, ita in ſuperna gratia virtutum multiplex vita completur. Po-
» teſt per annum etiam multitudo intelligi redemptorum. quia ſicut
» ex dierum multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum
» omnium illa electorum innumerabilis vniuerſitas expletur.]

Google

Nec mirandum duo clariſſima lumina Doctorum beatum Auguſtinum & Hieronymum,& poſt illos Gregorium & Bedam in hoc ſenſu inueniri: cùm eorum doctrina ex Euangelica pendeat Mat.26 v.27.& 28. auctoritate. In qua quidem apud Matthæum ſic inuenitur. *Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Apud Marcum autem, Marc. 14.v.24 *Hic eſt Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis fundetur:* Apud Luc.22. v.20. Lucam verò, *Hic eſt Calix nouum Teſtamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur:* vnde cōcordantes Lucæ cum rem diuinā agimus in prece: *Hic eſt Calix Sanguinis mei noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis,* concinentes autem Matthæo& Marco addimus *& pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Ioannes tamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus,explanans locum illum Epiſtolæ ad Hebræos: *Qualiter gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem:* non pro fidelibus tantum(inquit) ſed pro mundo vniuerſo,&ipſe quidem pro omnibus mortuus eſt: quid autem ſi non omnes credunt? ille quod ſuum erat impleuit.] Verùm hanc intelligentiam diuinis non roborauit eloquiis. Hebr.2 v.9. Ioannes Chryſoſt. ad Hebr. Hom.4.

Fauſtus etiam quidam ex Abbate Lerinenſi Regenſis vel Regalenſis Galliæ Epiſcopus,de his rebus hoc eſt de prædeſtinatione, & libero arbitrio, & Sanguinis Chriſti redemptione longè diuerſa ſuperioribus præcellentiſſimis auctoribus ſcripſit; ſed intelligenter inſpecta diuinorum eloquiorum integritas errandi occaſionem penitùs abſtulit, & reuerentiſſimus Papa Gelaſius cum ſeptuaginta Epiſcopis viris eruditiſſimis ſtatuens, qui ſcriptores eſſent vel non eſſent recipiendi, poſt approbationem Auguſtini, & ampliſſimas laudes Hieronymi, memoratum Fauſtum ab auctoritate his verbis remouit. Opuſcula Fauſti Regenſis Galli Apocrypha. Fauſtus.

Nos igitur incorruptum Sanctarum Scripturarum ſequentes intellectum,& Apoſtolicæ Sedis grauitatem ſuſpicientes quid aliud dicamus? niſi taceat Fauſtus & ſimiliter ſentientes: Loquantur cum ſuis conſortibus Hieronymus & Auguſtinus ſcilicet. Illius Prouerbij recordantes, conticeſcant Ranæ,dum Cœlum tonat: atque vt hunc noſtrum laborem fructuoſum cæteris relinquamus, illud ſemper memoriā tenendum de reprobis monemus: *Qui elongant ſe à te, peribunt*: de electis verò *in omni gente qui timet Dominum & facit voluntatem eius acceptus eſt illi:* & vt ab illis Dei gratiā ſeparati, iſtis eādem Dei gratiā ſociemur aſſiduis precibus communiter implorandum:nam qui paruulis regeneratis móxque vitā excedentibus ineffabili pietate beatitudinem largitur, etiam eorum ſaluti benignè proſpexit, quibus perfectè in ſe ſperare donauit. Gelaſius in Conc. 70. Epiſcopi Can. Sancta Rom. diſt. 15. Pſ.72. v. 27. Act.10. v. 35.

Explicit.

Digitized by Google

Digitized by Google

S. REMIGII
ARCHIEPISCOPI,
ET
ECCLESIÆ LVGDVNENSIS
LIBER
DE TRIBVS EPISTOLIS.

Digitized by Google

AD LECTOREM,

De Sancto Remigio Lugdunenſi Archiepiſcopo, eiúſque libro De tribus Epiſtolis.

CVM aduertiſſet Hincmarus librum Ioannis Scoti Erigenæ (quem vt debilitatarum partium reſtitutorem delegerat) ex Seueriſſima æquè ac iuſtiſſima S. Prudentij cenſura & correctione, tanquam Pelagianæ venena perfidiæ, & aliorum hæreticorum deliramenta continentem piis omnibus execrationi eſſe. Hincque ſuſceptæ cauſam penitùs corruere, Anno 853. vſus conſilio fideliſſimi ſui Parduli Laudunenſis Epiſcopi duplicem ſibi parare ſtuduit protectionem Primò in ſuas partes trahere tentans Eccleſiam Lugdunenſem: Deinde in furtiuo conuenticulo edendo capitula aliquot, quæ auctoritate Regis firmata ſuæ ſententiæ forent præſidio, de quibus poſteà. Iam de primo.

Hincmarus igitur Epiſtolâ ad Amulum Archiepiſcopum, & Eccleſiam Lugdunenſem de Gotteſchalco eiúſque doctrina & condemnatione ſcripſit, & ſingulis eius propoſitionibus quid vel ab ipſo, vel à cæteris obiectum fuerit, executus eſt. Pardulus etiam alterâ Epiſtolâ plures nominauit, qui in hac cauſa ſcripſiſſent, nec tamen aliquem eorum ad rem, de qua quæritur, ſufficienti ratione ſatisfeciſſe conqueſtus eſt. Nec illi contenti rei geſtæ & doctrinæ veritatem Epiſtolis ſuis diſſimulaſſe: Tertiam etiam addiderunt Rabani Moguntini Archiepiſcopi ad Nothingum Epiſtolam (cuius Apographum à Rabano ipſo acceperat Hincmarus) quo magis Eccleſiam Lugdunenſem in ſententiam ſuam adducerent.

Cùm autem Amulus adhuc ſuperſtes, vel poſt eius obitum S. Remigius Epiſtolas illas legiſſet, & adiuncto fratrum, Deo donante benè ſtudentium & rectè intelligentium collegio, piâ & fideli attentione ſingula pertractaſſet (vt ipſi Lugdunenſi Eccleſiæ ſolemne erat, & obſeruatum traditur & in hoc, & in eius libro de tenenda veritate ſcripturæ) ipſemet Remigius parandæ reſponſionis prouinciam ſuſcepit, hocce de tribus Epiſtolis libello, quid de

eadem re & propoſitis quæſtionibus Eccleſia Lugdunenſis ſentiret, eiuſdem nomine verè & fideliter expreſſit, & inter reliqua doctrinam de Præſcientia & Prædeſtinatione Dei ſubiectis ſeptem Catholicæ fidei regulis (quas Hincmarus de Prædeſtin. cap. 31. pag. 232. vt fictas regulas infamat) ſaluberrimè expoſuit, necnon Gotteſchalci ſententias etiam ab Hincmaro iniquis verbis conceptas in omnibus vt Catholicas collaudauit & comprobauit: Quintâ (de Libero Arbitrio) ſolâ reiectâ, quam non fuiſſe Gotteſchalci, ſed ipſi falſò & calumnioſè ab Hincmaro impactam, ex ipſius Hincmari ſcriptis luce clariùs euincitur.

Porro tres illas Epiſtolas de quibus hoc libello agitur Hincmari, Parduli, & Rabani fuiſſe conſtat: Siquidem quoad vltimam ipſa verba relata in hoc libello eadem ipſa ſunt, quæ habentur in Rabani Epiſtola ad Nothingum anno 1647 edita: auctor ſecundæ memorat ſe cum auctore primæ Ioannem Scotum ſcribere compuliſſe, quod ipſum de Hincmaro & Pardulo profitetur idem Scotus in præfatione libelli ſui, & præter reliqua argumenta, illius Hincmari Epiſtolæ ad Amulum & Eccleſiam Lugdunenſem meminit Flodoardus Hiſtoriæ Remenſis lib. 3. cap. 21. & hoc ipſum agnouit R. P. Sirmondus in Hiſtor. Prædeſt. cap. vlt.

Remigium verò Lugdunenſem Archiepiſcopum huius libri de tribus Epiſtolis ſcriptorem fuiſſe omnium conſenſu receptum eſt. Hincmarus in Præfato cap. 31. tacito Remigij nomine id aliquomodo indicat, dum vnius conſacerdotis ſui eſſe fatetur; ſed expreſsè Guillelmus Paradinus Hiſtor. Lugdun. lib. 2. cap. 23. hunc & ſubiectos Eccleſiæ Lugdunenſis libros huic ſanctiſſimo æquè ac doctiſſimo Archipræſuli vendicat. Sic etiam de hocce libro R. P. Maldonatus in Comm. in Math. c. 20. v. 28. & R. P. Sirmondus hiſtor. Prædeſt. cap. vlt. optimè ipſam Eccleſiam Lugdunenſem, eiúſque Archiepiſcopum Remigium laudat auctorem: his verbis. Quin & eadem rurſus Eccleſia Lugdunenſis, eiúſque Antiſtes « Remigius in libro de tribus Epiſtolis Hincmari contra Gotteſ- « chalcum Epiſtolæ reſpondens &c.] Compoſitum ſiquidem à Re- « migio iuxta ſenſum eiuſdem Eccleſiæ, in Collegio ipſius lectum & confirmatum librum illum, ideóque nomine ipſius Eccleſiæ vulgatum fuiſſe, non leui eſt argumento non ſolùm titulus, ſed & eiuſdem præfatio, in qua cautum eſt emiſſas tres illas Epiſtolas ad Eccleſiam Lugdunenſem, eiuſdem Eccleſiæ exoptatam & expetitam ſententiam & ab ea omnia ſollicitè & fideliter pertractata.

Sirmond. Hiſt. Prædeſt. c. 12.

Supereſt vt de Sancto Remigio huiuſce libri & ſequentium ſcriptore aliqua hic ſubiiciamus teſtimonia: tantâ ſiquidem támque probatâ non minùs ſanctitate, quàm doctrinâ præſul ille digniſſimus refulſit, vt Æmulus eius Hincmarus ipſíque ex cauſa, quam

Digitized by Google

foueret, non parùm infenſus, licet eiuſdem ſcripta tacito nomine infamet, illius tamen mentem, vitam religioſam, modeſtiam, prudentiam & Catholicam doctrinam non ſemel extulerit in opere ſuo de prædeſtinatione tam in præfat. quam cap. 36. pag. 320. nec eius niſi cum Elogio Venerabilis & Reuerentiſſimi Lugdunenſium Archiepiſcopi meminerit.

G. Paradinus Hiſt. Lugd. lib. 2. cap. 23. De S. Remigio Archiepiſcopo Lugd. eiusdoctrina & libris recens repertis.

Guillelmus Paradinus *Hiſtor. Lugdun. lib. 2. cap. 23. hunc* » præfixit titulum, *De Sancto Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi,* » *eius doctrina & libris recens repertis, hiſque verbis exorditur.* » Hoc tempore florebat ſanctiſſimis & doctrinâ conſpicuus Lug- » duni Epiſcopus nomine Remigius, qui propter vitæ ſanctimoniam » & ſcientiam eius magnâ apud Imperatorem Lotharium & Ludo- uicum, etiam Imperatorem, & Karolum Burgundiæ Regem au- » ctoritate pollebat:] *Et ſub medium de his libris agens.* Porrò » magnus fuit Theologus, & ſuo ſæculo doctrinâ eximius, vt ſancta » & docta eius opera teſtantur, quæ à triennio reperta à Reueren- » diſſimo Epiſcopo Meldenſi doctis æquè ac religioſis viris tradita, » vt in lucem prodeant; in illis de Prædeſtinatione & Libero Arbi- » trio agitur.]

Iac. Seuertius *Theologus Pariſienſis, & Eccleſiaſtes Lugdunenſis in Chronologia Lugdunenſium Archiepiſcoporum, hæc ex eiuſdem Eccleſiæ tabulis retulit & obſeruauit pag. 57. num. 54.*

» S. Remigius doctiſſimus fuit, & ſummus ſacri palatij Lotharij » Imperatoris Capellanus, ſeu Magiſter ac Præſes Regiæ Capellæ » &c.] *Item ibidem pag. 156.*

» S. Remigius obiit 5. Kalendas Nouembris, itémque ponitur » eius deceſſus die 17. Kalend. Ianuar. fol. 260. Sed lubens peterem » quorſùm duplex hæc nota: Non enim leguntur duo huius appel- » lationis, qui in Lugdunenſi Cathedra ſedem obtinuerint, tametſi » volumen in priori pagina dictitet Remigium Epiſcopum, & in » poſteriore Archiepiſcopum vtrobique Lugduni. Nos de vnico » ſub num. 54.]

Philippus Ferrarius *Theologiæ Profeſſor in Catalogo generali Sanctorum in Martyrologio Romano non ſunt ad Vrbanum PP. VIII. Venetiis edito anno 1625.*

16. Maij ſeu 17. Kal. Iunij.

» Lugduni S. Remigij Epiſcopi.

» Remigij.] Ex tabulis Epiſc. Lugdun. Is ex ſummo Magiſtro Pa- » latij Lotharij Imperatoris ad Eccleſiam Lugdunenſem regendam » accerſitus eſt. 54. Illius ſedis Epiſcopus, &c.]

Andræas.

Andræas du Sauſſay *pietate atque eruditione clariſſimus ad Epiſcopatum Tullenſem regiâ nominatione prouectus in ſuo Martyrologio Gallicano ad 5. Kal. Nou. ſeu 28. Oct.*

Lugduni

Lugduni Sancti Remigij Epiſcopi & Confeſſoris, qui Amulo “
ſuffectus Eccleſiæ ſuo tempore multa gratiæ vtriuſque lumina “
præbuit, *& liberi arbitrij concordiam cum gratia prædeſtinatio-* “
niſque veram ſeriem & tenorem cum doctis lucubrationibus ſuæ “
nomine Eccleſiæ euulgatis, tum editis in tertia Synodo Valen- “
tina, cui præſedit, Orthodoxis definitionibus declarauit ac de- “
fendit. Vbi & prophanas vocum nouitates damnauit, Catholi- “
licæ fidei eximius zelator & vindex, quin & decoris Religionis “
amans, diſciplinæ ſacræ aſſertor, pro dignitatis ac libertatis Ec- “
cleſiaſticæ turela inibi, vt ſanctiones neceſſariæ ederentur, auctor “
fuit. Quo & ſtudio in Tullenſi Concilio apud Saponarias, cui “
itidem præfuit, & doctrinæ & diſciplinæ ſarciendæ opportunis “
remediis, ac grauiſſimis decretis conſuluit Nec legibus tantum “
curandæ Eccleſiæ proſpexit pius Antiſtes: At moribus & exem- “
plis ſcriptis ac prædicationibus aſſiduis obeundo Paſtorali mune- “
ri incubuit. Quo demum miris cum iuſtitiæ incremenris ad Dei “
beneplacitum conſummato ad fidelis diſpenſationis vberem euo- “
catus eſt mercedem. Tumulum habuit primùm in Baſilica San- “
cti Iuſti, vbi quadringentis annis latuit, cum nonnullis æque Bea- “
torum Pontificum corporibus. At demùm ne debito honore frau- “
daretur diuina boniras effecit, vt dum illa in Eccleſia humo tra- “
dira Sanctorum corpora Archiepiſcopali iuſſu inueſtigarentur, “
tumulus eius apparuerit marmoreus, verſibus honorificis inſcri- “
ptus, vbi in ſarcophago iacebat, cum tacitæ ſanctitatis decore] “

Ibidem. Ad 17. Kal. Ianuarij, ceu 16. Decembris. “

Lugduni Sancti Remigij Metropolitani Epiſcopi illius ſedis & “ S. REMIGIVS.
Confeſſoris, qui ipſum Adonem ad ſe ob famam ſapientiæ & Re- “
ligionis venientem excepit, fouit, prouexit, is Amuli ſucceſſor “
ſuâ ærate in Hierarchia Gallicana dotibus gratiæ præcipuus, & “
(vt nominatur à Lorhario Imperatore) maximè venerabilis emi- “
cuit. Synodis Valenrinæ tertiæ, Lingonenſi, Tullenſi apud Sapo- “
narias, Sueſſionenſi tertiæ, Cabilonenſi in Eccleſia Sancti Lauren- “
tij trans Ararim celebrata, aliiſque ſacris Comitiis omni dignita “
te præluxit, Eccleſiæ ſuæ decora ſplendore virtutis & doctrinæ “
pleraque adjunxit, fidem Catholicam editis *de Libero Arbitrio* “
& de prædeſtinatione nomine ipſius Eccleſiæ aduerſùs errores “
Neotericos Synceris tractatibus piè ac forriter vindicauit: Apo- “
ſtolicæ Sedis ſeruauit illibatum honorem. Operum iuſtitiæ co- “
pioſam edidit frugem. Denique pertæſus caducæ lucis ad ſempi- “
ternum gloriæ lumen tot emeritum rirulis, vocatus à Domino “
properauit. Ad S. Iuſtum ſepultus eſt cum ſeptemdecim ſanctiſ- “
ſimis deceſſoribus, inter quorum veneranda corpora ſpolium “
eius repertum in ſepulchro marmoreo cum Epigraphe honorifica “

Digitized by Google

» ſanctitatis ad nouam Baſilicam Sancti Ioannis Cathedraticam
» cultu Religioſo tranſlatum ibidem dignâ veneratione obſeruatur.
» Incidit eius recolenda tranſlatio in hanc diem, qua contigit. Por-
» rò depoſitio 5. Kalend. Nouembris notatur in Lugdunenſis Eccle-
» ſiæ necrologio.]

Digitized by Google

S. REMIGII ARCHIEPISCOPI, ET ECCLESIÆ LVGDVNENSIS, DE TRIBVS EPISTOLIS LIBER.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti, incipit libellus De Tribus quibuſdam Epiſtolis venerabilium Epiſcoporum quid de earum ſenſu & aſſertionibus iuxta Catholicæ veritatis regulam ſentiendum ſit.

PRÆFATIO.

QVORVNDAM venerabilium virorum, *trium* videlicet *Epiſcoporum ad Eccleſiam noſtram*, id eſt, *Lugdunenſem, Epiſtolæ perlatæ ſunt*, Ex quibus duæ priores ſimpliciter,& ſinceriter de quadam profunda, & perplexa quæſtione, quæ iam per aliquot annos inter plures multâ, & varia diſceptatione, vel etiam contentione verſatur, *de veritate* ſcilicet, *diuinæ præſcientiæ*, *& prædeſtinationis*; Et quid ipſis videretur aperuiſſe, & expoſuiſſe videntur; Et quid præfata Eccleſia noſtra Deo inſpirante atque auxiliante de eadem reſentiat, vt eis verè, & fideliter reſpondeatur, attentiùs flagitare, & exigere noſcuntur. Ex apographo V. C. Nicol. Fabri I. C. Pariſienſis in Bib. Thuana. Trium Epiſtolarum propoſitũ & Epitome.

Quorum vnus, qui & in his tribus primus ponitur, etiam euiuſdam miſerabilis monachi, qui inquietâ, & inſolenti præſumptione huius quæſtionis, vel potiùs ſcandali excitator, & exagitator extitiſſe dicitur, Qualiter videlicet in *duobus Epiſcoporum conciliis & auditus fuerit*, *& iudicatus*, *atque damnatus*, diligenter, & breuiter in Epiſtola ſua expoſuit, atque digeſſit: Et ſingulis eius propoſitionibus quid, vel ab ipſo, vel à cæteris, ſiue tunc objectum fuerit, ſiue vſque hodie apud eos objiciatur, pariter, exſecutus eſt. Hincmarus.

Pardulus. Secundus autem etiam quoſdam qui aduerſus eum ſcripſerint ferè, ſex numero memorauit. Nec tamen aliquem eorum ad rem, de qua quæritur, ſufficienti ratione ſatisfeciſſe conqueſtus eſt.

Rabanus. Nam tertius, non ad Eccleſiam noſtram, ſed ad quendam alium Epiſcopum ſpecialiter ſcripſiſſe, & quid de hac re illi tenendum, ſiue docendum eſſet (ſicut ei viſum eſt) expoſuiſſe, & definiſſe cognoſcitur.

Quæ omnia cùm legiſſemus: & prout Dominus dedit, ſollicitè & fideliter tractaſſemus, viſum omninò nobis eſt, quòd & interrogantibus (vt dictum eſt) venerabilibus viris, & ipſarum opinionum, quæ tam lacinioſæ & inuolutæ ponuntur neceſſitate cogente, necnon & ſimpliciorum, atque ignorantium fratrum, quos talium quæſtionum incerto fluctuare cognoſcimus, perturbatione compulſi, nullatenùs (qualē donare Dominus dignatus fuerit) reſponſionem fidei, non ex noſtro ſenſu, ſed ex Scripturarum Sanctarum immobili veritate, & beatiſſimorum Eccleſiaſticorum Patrum fundatiſſima auctoritate, ſubtrahere debeamus: quatinus in quantum Dominus opitulari dignatur, & nobis ipſis ex huiuſmodi reſponſionis ſtudio fidei firmitas augeatur, & aliis, qui hæc fortaſsè legere voluerint, quàm fideliter diuina veritas ſit ſeruanda, quàm reuerenter, & obedienter paterna auctoritas ſequenda, diligentiùs, & manifeſtiùs declaretur.

CAP. I. *De prima quæ eſt HINCMARI Epiſtola.*

CAPVT. PRIMVM.

PRIMVS igitur qui (vt ſuprà diximus) miſerabilis illius Monachi, & actum deſcribit, & doctrinam redarguit, & damnationem exponit, poſtquam eum dixit vltrò ſibi prædicatoris nomen aſſumpſiſſe, atque ad Barbaras, & Paganas Gentes velut Euangelizaturum perrexiſſe, his verbis ſeriem prædicationis eius exequitur dicens.

HINCMARVS.

Goteſchalcani erroris iuxta Hincmarū capita.

ALIO prædicationem ſuam orſus initio, quàm Ioannes, qui dixit: Pœnitentiam agite, apropinquauit enim regnum cœlorum: Mat. 3. v. 2. *Et quàm Paulus qui docuit,* per viſibilia viſibilium & inuiſibilium cognoſcere creatorem, *cœpit prædicare.*

1. *Quia ante omnia ſecula, & antequam quicquam faceret à principio Deus, quos voluit prædeſtinauit ad regnum, & quos voluit, prædeſtinauit ad interitum.*

2. *Et qui prædeſtinati ſunt ad interitum, ſaluari non poſſunt: Et qui prædeſtinati ſunt ad regnum, perire non poſſunt.*

Digitized by Google

3. *Et Deus non vult omnes homines ſaluos fieri, ſed eos tantùm, qui*
1. Tim *ſaluantur. Et quod dicit Apoſtolus*, qui vult omnes homines ſaluos
2. v. 4. fieri, *illos dici omnes, qui tantummodo ſaluantur.*

4. *Chriſtus non venit vt omnes ſaluaret, nec paſſus eſt pro omnibus, niſi ſolummodò pro his, qui paſſionis eius ſaluantur myſterio.*

5. *Et poſtquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed tantummodò ad malè agendum libero poteſt vti arbitrio.*

RESPONSIO.

ET cætera quæ iam de aliis actis eius non de doctrinæ tenore exſequitur. Hoc itaque nobis licet ex parte incredibile videatur; quod videlicet Gentibus ignorantibus Dominum prædicans, prætermittere potuerit, vt non eos primò omnium ad pœnitentiam prouocaret, nec eis inter creaturam, & creatorem rationabiliter diſcernere perſuaderet, vt iam non colerent, *neque ſeruirent creaturæ* per idololatriæ errorē, *Sed potiùs creatori, qui eſt benedictus in ſæcula.* Sed quęſtiones eis etiam fidelibus, & doctis difficillimas de diuinis iudiciis, & prædeſtinationis ac redemptionis myſterio propoſuerit: Tamen pretermittentes huius rei tam abſurdam & incongruam obiectionem, magìs eum credimus inter fideles, vel etiam ſacerdotes illarum partium talia mouere, & proponere potuiſſe, quibus magnarum, & nouarum rerum velut nouus, atque admirandus prædicator exiſtimaretur, quàm tantæ eum fatuitatis & ſtultitiæ extitiſſe, vt imputetur omnium rerum diuinarum penitùs ignaris, tam importunè, & præpoſterè talia ingeſſiſſe, quibus apud eos non audiendus, ſed potiùs penitùs ridendus, & ab omnium auribus arcendus iudicaretur.

[Rom. 1. v. 25.]

De præfatis autem quinque ſententiis, quas vel prædicaſſe dicitur, vel etiam in Conciliis, vbi audiendus, ac dijudicandus admiſſus eſt, propoſuiſſe, ac defendere, ac confirmare voluiſſe aſſeritur, quid noſtræ puſillitati iuxta rationem veræ fidei diuinâ inſpirante pietate videatur, non præcipiti, & inconſideratâ feſtinatione temerè aliquid credimus definiēdū: ſed omni curâ pietatis, & deuotiſſimo ſtudio inueniendæ, ac tenendæ veritatis fideliter quærendū, & pulſandū, atq; petendum: vt non humano errore, quod nobis videtur, ſed quod ipſa veritas oſtenderit, remotâ omni animoſitate, & contentione fideliter, atque vnanimiter ſequamur. Quod vt, inquantū Deo adjuuante poſſumus, diligenter & fideliter poſſit fieri, illud primo in loco ponendū. & vehementiùs (prout nunc puſillitatis noſtræ memoriæ occurrit) credimus cōmendandum, *ſeptem quaſdam eſſe regulas fidei* ex diuinarum Scripturarum auctoritate euenientes, & à ſanctis atque orthodoxis Patribus diligentiſſimè commēdatas de præſcientia (ſcilicet) & prædeſtinatione diuina, quas &

[VII. Fidei Regulæ. De Præſcientia & prędeſtinatione Dei. *Contrà Hincmarus De Prædeſtinat. cap. 31. pag. 232.*]

Digitized by Google

Catholicus quiſque fideliſſimè tenere debeat, & quicumque his contraria ſapit non Catholicè ſentire comprobetur.

Cap. II.

CAPVT II.

Regvla Prima.

Præſciētia & prædeſtinatio Dei ſempiterna & incommutabilis.

HARVM ergò prima eſt, vt omninò firmiſſimè,ac fideliſſimè teneamus, *Quia omnipotens Deus nihil ex tempore præſcierit, vel prædeſtinauerit:ſed ſicut ipſe abſque vllo initio æternus, & incommutabilis eſt;ita & eius præſcientia,ac prædeſtinatio ſempiterna, atq; incommutabilis ſit.* Nulla enimDeo noua voluntas,nullum nouum conſilium,nulla noua diſpoſitio,nullum nouum iudicium,quaſi ex æterno apud ipſum,&in ipſo non fuerit,ſed poſtmodùm eſſe cœperit. Nihil namque eius diuinitati eſt accidens, nihil in eius deitate poteſt augeri,vel minui,aut mutari. Et ideò quicquid præſciuit,æternaliter præſciuit;quicquid prædeſtinauit,proculdubiò æternaliter prædeſtinauit. Ad hanc fidem nos Scriptura Sancta inſtruit, atque informat dicens: *Deus æterne qui occultorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant.*Et ipſe omnipotensDeus cùm de ſe ipſo teſtatur & dicit: *Ego enim Dominus,& non mutor.* Et hanc prædeſtinationis ſuæ æternitatem etiam alio loco per Prophetam oſtendit dicens: *Ego Dominus locutus ſum,& feci*: id eſt,quod nunc per Prophetam *locutus ſum*, longè poſteà ſuo tempore facturum in me prædeſtinationis æternitate iam *feci*,nec apud me adhuc expectatur futurum, quod in mea immobili diſpoſitione conſtat eſſe iam factum. Vt autem hoc omnipotens Deus diceret, per Prophetam præmiſerat ſuprà *Similitudinem duarum arborũ* in figura ſcil.duorũ populorũ,id eſt Iudæorum &Gentiũ: Quarum vnam ſe dicit ex ſublimi humiliaſſe,& ex viridi ſiccaſſe,alterã ex humili exaltaſſe,& ex arida frondentẽ feciſſe ita dicens. *Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignũ ſublime,& exaltaui lignum humile, Et ſiccaui lignum viride & frondere feci lignum aridũ.* Et continuò ſubiungens: *Ego Dominus locutus ſum & feci.* Id eſt, quod nũc ſum perProphetã locutus,& quod apud homines adhuc ſum facturus,in æterna prædeſtinatione iam feci;videlicet vtrũq;(id eſt)miſericordiã,& iudiciũ ſuũ;Et ſicut Apoſtolus dicit,*bonitatẽ & ſeueritatẽ* ſuam in vtriuſq; populi vel deiectione,vel exaltatione æternaliter prædeſtinata oſtendens,dum illũ iuſto iudicio humiliat,&arefacit: hũc autẽ gratuitã miſericordiã in ſæcula exaltat,& virere facit. Quid ergò euidentius& dilucidius de vtriuſq; partis,id eſt tam electorũ, quàm reproborum prædeſtinatione quæri poteſt? Cũ & vnius per infidelitatem ariditas,& alterius per fidẽ viriditas æterno Dei iudicio in æterna eius prædeſtinatione declaratur prædeſtinata.Tale eſt & illud apud eundẽ Ezech. Prophetã quantũ ad partem pertinet reproborũ,vbi omniũ impiarũ Gentiũ, & populo Dei ini-

Dan.13 v. 42.
Malac. 3.v. 6.
Ezech. 17.v.24
d.v.24.
Ezech. 17.v.24

micarũ(id eſt)Paganorũ,Iudæorũ,&Hæreticorũ,& maximè Anti-
chriſti, & eorũ qui cũ illo Eccleſiã Dei perſecuturi ſunt ſub figura
Gog,&Magog æternus prænũciatur interitus: Et ſtatim Propheta
Ezech. ſubjungit,dicẽs: *Ecce venie, & factũ eſt. Ait Dominus Deus*,id eſt,
39. v. 8. quod apud homines tã longo poſt tẽpore eſt vẽturũ, & quod tã lõ-
go poſt tẽpore eſt futurũ, apud me in æterna prædeſtinatione, non
adhuc venturũ eſt, ſed iã venit,nec adhuc futurũ,ſed iam factũ eſt.
Hoc & Pſalmiſta in vtramque partem & electorum videlicet & re-
proborum,id eſt, æterno Dei iudicio,& illos miſericordiæ,& iſtos
perditioni prædeſtinatos oſtendens, diſtinctè, & manifeſtè de ele-
Pſ. 102. ctis dicit: *Miſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternũ*
v. 17.
Pſ. 72. *ſuper timentes eum*: De reprobis verò: *Quoniam qui elongant ſe ini-*
v. 27. *quitate peribunt; perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.* Id eſt: *Qui
elongant ſe abs te*, quantùm ad ipſos pertinet, adhuc ſuo tempore,
videlicet extremo iudicio *peribunt*. Quantùm autem ad prædeſti-
nationem æterni iudicij tui,tu eos jam *perdidiſti*. Hanc immobili-
tatem conſilij & iudicij diuini docet nos Apoſtolus intelligere, vbi
iuramẽtum Dei interponitur. Sicut illud eſt quod de hæredib. fidei
Hebr. 6 Abrahæ ad ipſum Abraham iuraſſe eum explanat,dicens: *Abrahæ*
v. 13. *namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret*
v. 14. *maiorem, iurauit per ſemetipſum dicens: niſi benedicens benedicam ti-*
Gen. 22 *bi & multiplicans multiplicabo te*: Et paulò poſt: *in quo abundantiùs*,
v. 16. inquit, *volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem*
& 17. *conſilii ſui, interpoſuit iuſiurandum; vt per duas res, quibus impoſſibile*
v. 17.
v. 18. *eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad
tenendam propoſitam nobis ſpem*. Sicut ergò in parte electorum,qui
ſunt diuinæ pollicitationis,& promiſſionis hæredes,per iuſiurandũ
volüit Deus oſtendere immobilitatem conſilij ſui, id eſt, immuta-
bilem diſpoſitionem æternæ prędeſtinationis ſuæ iuxta expoſitio-
nem Apoſtoli,ita & in parte reproborum,vbi interponitur iuſiurã-
dum Dei,nihil aliud oſtenditur niſi immobilitas,atque immutabili-
tas æterni conſilij & prædeſtinationis eius in damnatione,& perdi-
tione ipſorum,oſtendit namq; eos omnipotẽs Deus reprobos,cùm
Pſal. 94 de eis dicit: *Ipſi verò, non cognouerunt vias meas*: oſtendit eos immo-
v. 11. bili cõſilio ſuo,id eſt immutabili prædeſtinatione iudicij ſui æter-
næ damnationi,& perditioni eſſe præordinatos, cùm ſtatim ſubjũ-
d. v. 11. git, *Quibus iuraui in ira mea, ſi introïbunt in requiem meam*. Quod
ſi quis putat de illis tantummodò reprobis, qui educti ex Ægy-
pto per Moyſen, & per xl. annos in deſerto ſemper rebelles, & in-
creduli extiterunt,quorum etiam cadauera in eodem deſerto pro-
ſtrata ſunt,eſſe intelligendum; & non potiùs in eorũ ſpeciali damna-
natione, & perditione omnium generaliter reproborum interitum
figuratum; Audi Apoſtolũ terribiliter & veraciter dicentem: *Om-*

Digitized by Google

nia autem hæc in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad cor- 1 Cor.
ptionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Et alio loco: 10. v. 11.
Feſtinemus ergò, inquit, *ingredi in illam requiem, vt ne in idipſum* Heb. 4.
quis incidat incredulitatis exemplum. v. 11.

Hanc veritatem, & immobilitatem diuinæ prædeſtinationis, in qua Deus iudicia ſua futura iam fecit, & B. Propheta Eſaïas mira-
S. Avgvst. biliter oſtendit: Et *B. Auguſt.* Veraciter & breuiter exponit, dicẽs:
» Qui enim certis & immutabilibus cauſis omnia futura prædeſtina-
» uit, quicquid facturus eſt fecit. Nam & per Prophetam dictum de lxx.
» illo eſt: *Qui fecit, quæ futura ſunt.*] Vnde etiam alio loco idem Iſa. 45.
» doctor veriſſimè de ipſo dicit: Neque enim ſicut hominem, v. 11.
» Deum cuiuſquam facti ſui pœnitet, cuius eſt de omnibus omninò
» rebus tam fixa ſententia, quàm certa præſcientia.] Vtrumque ergò apud illum æternum, vtrumque immutabile eſt, cùm de omnibus omninò rebus tam bonis quàm malis, quæ fiunt in mundo æternaliter ante mundum, & prænoſcendo certa eſt eius præſcientia, & iudicando fixa ſententia. Hanc immobilitatem præſciẽtiæ & prædeſtinationis Dei ante tempora manentem, & omnia temporalia ordinantem, etiam B. Iudith victoriam de Aſſyriis inimicis populi Dei poſtulans, mirabiliter, & breuiter in oratione ſua Deo confitetur, dicens: *Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti, &* Iudith
hoc factum eſt quod ipſe voluiſti: Et tua iudicia in prouidentia tua po- 9. v. 4.
ſuiſti: feciſti, inquit, *priora, & illa poſt illa cogitaſti*; Non quòd in v. 5. d. v. 4.
Deo volubilitas, & varietas decedentium, & ſuccedentium cogitationum credenda ſit, ſed quia omnia quæ in rebus creatis præcedunt, atque ſuccedunt, ille vno & æterno intuitu immutabiliter cernit, incomprehenſibiliter comprehendit. *Et tua*, inquit, *iu-* d. v. 5.
dicia in prouidentia tua poſuiſti: id eſt, iudicia tua, quæ exerces in mundo, in prouidentia tua poſuiſtj etiam ante mundum: Et quicquid temporaliter fieri voluiſti, in æterno conſilio tuo intemporaliter ſtatuiſti. Nouit enim omnipotens Deus creare noua ſine nouitate aliqua voluntatis: Nouit & quieſcens agere, & agens quieſcere. Poteſt ad opus nouum non nouum ſed ſempiternum adhibere conſilium. Et ideò cùm ſe aliud, atque aliud cogitaſſe dicit, non ipſe (quod abſit) mutabilitate aliquâ variatur, ſed erga mutabilitatem noſtram diuerſis modis immutabilis, & non diuerſo conſilio operatur. Vnde & Beatus Apoſtolus Iacobus de illo dicit:
Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Iac. 1.
Et libet Eccleſiaſticus in eius laudibus loquitur, dicens: *Domino* v. 17.
enim Deo antequam crearentur, omnia fuerunt agnita. Similiter & Eccl. 23
poſt perfectum reſpicit omnia: Et iterùm *A ſæculo & vſque in ſæcu-* v. 29. ibid. 39.
lum reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. v. 25.

CAPVT

CAPVT. III.

CAP. III.

REGVLA SECVNDA.

REG. II.

Omnia æternæ præſcientiæ & ordinationi eius immobiliter ſubſunt.

SECVNDA regula diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis eſt, *Nihil omninò eſſe, aut fuiſſe, aut futurum eſſe poſſe in operibus Dei, quæ ſiue in condendis, ſiue in regendis, ſiue in conſummandis vel finiendis creaturis agit, quod non ipſe in ſuo æterno conſilio atque iudicio & veraciter præſcierit, & immobiliter præordinauerit. Atque ita omne, quod temporale eſt, intemporaliter ſuâ præſcientiâ & prædeſtinatione præcedit: Et omne, quod in eius æterna præſcientia & prædeſtinatione diſpoſitum eſt, etiam in rebus eſſe poteſt. Quicquid verò ibi diſpoſitum non eſt, nunquam & nuſquam eſſe poteſt; nihil enim temere vel fortuitò, ſed omnia æterna ſua ſapientia conſilio & ratione*
Pſ.103. *facit.*] Vnde in eius laudibus veriſſimè dicitur. *Omnia in ſapien-*
v.24. *tia feciſti.* Præceſſit enim eius ſapientia æternaliter omnia quæ in creaturis facta ſunt vel fiunt ſiue futura ſunt temporaliter. Verbi gratiâ, præſciuit eſſe mundum futurum, & prædeſtinauit ſe eſſe facturum: præſciuit hominem creandum, & prædeſtinauit ſe eſſe creaturum: Præſciuit humanum genus per hominem primum lapſum vnigeniti Filij ſui Sanguine redimendum, & prædeſtinauit
Pſ.110. ſe eſſe redempturum. *Redemptionem enim miſit populo ſuo*: Et ve-
v. 9. raciter ipſi cantatur. *Redemiſti in brachio tuo populum tuum*: præ-
Pſ. 76. ſciuit electos ſuos ad æternum regnum ſuum eſſe venturos: præ-
v.16. ſciuit etiam reprobos in æternum ſupplicium tradendos: Et hoc totum quia plenum eſt miſericordia, plenum iuſtitia, prædeſtinauit ſe miſericordiâ, & iudicio ſuo eſſe facturum: Apud quem eſt
Rom.11 iuxta Apoſtolum, *æterna bonitas & ſeueritas*, & cui dignè à fideli-
v. 22. bus dicitur: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Vn-
pſ.100. de conſtat omninò quòd in vtramque partem electorum videlicet
v.1. & reproborum, niſi eorum vel glorificationem, vel damnationem iuſtiſſimam præſcientia & prædeſtinatio diuina præcederet, nunquam in eis fieri, atque adimpleri poſſet. Sicut nihil omninò in operibus diuinis eſſe poteſt, quod non ibi præceſſerit. Ad hoc mirabiliter, & ſublimiter inſinuandum pertinet quod de æterno &
Ioan.1. vnigenito verbo Dei Euangeliſta dicit. *Quod factum eſt, in ipſo vi-*
v. 3. *ta erat*, id eſt, omne *quod* à verbo & per verbum Dei *factum eſt* temporaliter, iam antequam fieret, æternaliter in eodem verbo Dei *vita erat*: Quia videlicet ipſum verbum Dei viuens, vita eſt & viua ſapientia, & viua ratio, & viuum conſilium, quo omnia ſuis modis, & ſuo ordine fieri potuerunt.

k

REG. III.

REGVLA TERTIA.

In operibus Dei omne præſcitum eſt prædeſtinatum.

TERTIA Regula diuinæ præſcientiæ, & prædeſtinationis eſt, *quia in operibus omnipotentis Dei non ſunt alia præſcita & alia prædeſtinata, ſed quicquid ibi eſt præſcitum, quia totum eſt bonum & iuſtum, ſine dubio eſt etiam prædeſtinatum: & quicquid prædeſtinatum vtique & præſcitum: quia prædeſtinatio ſine præſcientia eſſe non poteſt.* Quantùm igitur ad ipſa opera diuina pertinet, ſiue dicantur præſcita, ſiue dicantur prædeſtinata, tantundem valet, & eandem exprimit immobilem firmitatem. Inde eſt quod Apoſtolus quodam loco præſcientiam Dei prædeſtinationem eius intelligi voluit, vbi ait: *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit:* Ro. 11. v. 2. Si enim præſciſſet tantummodo, & non prædeſtinaſſet, nequaquam eam plebem ſuam feciſſet, ſed quia ita præſciuit, vt eam veriſſimè ipsâ præſcientiâ prædeſtinaret, quid eſt aliud quod eam præſciuit, niſi quia verè, & immutabiliter prædeſtinauit? Sic ergò in præordinatione electorum ad vitam, & in præordinatione reproborum ad mortem, quia vtrumque iuſtum opus Dei eſt, ſicut Pſalmiſta teſtatur dicens: *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis*, Pſ. 144. v. 17. nec præſcientia eius ſine prædeſtinatione, nec prædeſtinatio ſine præſcientia intelligi poteſt, quia iſtud iuſtum eſt, & rectum opus ſuum, & verè præſciuit, & præſciendo iuſtè prædeſtinauit.

REG. IV.

REGVLA QVARTA.

Bona opera principaliter Dei ſunt, ſed & ipſius creaturæ.

Mala ſolius creaturæ ideò præſcita, non prædeſtinata.

QVARTA Regula eſt eiuſdem præſcientiæ & prædeſtinationis quod, *Hæc duo in operibus rationalis creaturæ & diſtinctè & coniunctè intelligi poſſunt; quia ſcilicet eiuſdem creaturæ opera alia ſunt bona, alia mala: Et quia bona opera ita ſunt ipſius creaturæ, vt ſint omninò principaliter, & veraciter opera creatoris,* qui operatur in ea & velle & perficere pro bona voluntate, Phil. 2. v. 13. *rectiſſimè tanquam verè diuina, id eſt, diuinitus inſpirata, & geſta, & præſcita, & prædeſtinata debent intelligi. Mala verò opera eiuſdem creaturæ, quia ipſius tantummodò ſunt, & ex eius vitio, non ex Dei voluntate, vel operatione procedunt, præſcita à Deo dici poſſunt, prædeſtinata non poſſunt.*] Quia ita eſt ille certiſſimè præſcius omnium futurorum, & bonorum ſcilicet, & malorum, vt nunquam eſſe poſſit prædeſtinator, ſicut nec auctor malorum; præſciuit itaque Deus, & prædeſtinauit rationalis creaturæ ſuæ omnia bona, ſicut Apoſtolus dicit: *Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Rom. 8 v. 29. Et iterùm, *Sed loquimur Dei ſapientiam in*

1. Cor. 2. v. 7. *myſterio abſconditam, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in glo-riam noſtram.* Mala verò opera, & mala merita eiuſdem creaturæ præſciuit tantummodò, non prædeſtinauit: ſicut Pſalmiſta ex perſona humani generis inter labores, & pericula vitæ mortalis gementis, & ad Deum redire conantis, ipſi omnipotenti Deo humiliter confitetur, dicens: *Intellexiſti cogitationes meas de longè, ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti, & omnes vias meas preuidiſti.* Quid eſt enim *omnes vias meas preuidiſti*, niſi omnes vias meas vtique, malas, non ſolùm præſentes vidiſti, ſed etiam futuras, antequam eas ambularem præuidiſti. Cui etiam alio loco Scriptura dicit, *Qui noſti omnia antequam fiant*, vtique non ſolùm bona, ſed etiam mala.

Pſ. 138. v. 2.

Dan. 13. v. 42.

CAPVT IV.

CAP. IV.

REGVLA QVINTA.

REG. V. Prædeſtinatio Dei nulli neceſſitatem ad malum imponit.

QVINTA Regula eſt diuinæ præſcientiæ & prędeſtinationis quòd *omnipotens Deus eàdem praeſcientiâ & praedeſtinatione ſuâ ita quoſdam malos in ſua iniquitate & impietate, & praeſcierit perſeueraturos, & ob hoc iuſtè praedeſtinauerit perituros, vt ex ipſa certa praeſcientia, & iuſta praedeſtinatione ſua nulli neceſſitatem impoſuerit, vt malus eſſet, & aliud eſſe non poſſet.* Hoc enim ſi feciſſet quod abſit, de eius bonitate ſentire, ipſe eſſet vtique auctor malorum, quæ ſuæ poteſtatis violentiâ fieri compuliſſet. Quod quàm horrendæ ſit blaſphemiæ dicere, vel cogitare, omnis pius, fidelis intelligit: ſuo ergò vitio impij, & iniqui in malis ſuis pertinaciter perſeuerant, non aliquo Dei præiudicio, qui quotidiè omnes ad pœnitentiam vocat, & ad ſalutem inuitat, & conuerſis ad ſe miſericordiæ ſuæ ſinum pandit, & inceſſanter declinari à malis, &

Notent Caluiniſtæ

Pſa. 36. v. 27. fieri bona hortatur, & admonet, dicens. *Declina à malo, & fac bonum*: Et iterùm, *Quaerite bonum & non malum vt viuatis, & erit*

Amos 5. v. 14. *Dominus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.* Et alio loco: *Conuer-*

Zach. 1. v. 3. *timini ad me, & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.* Et rurſùm in Pſalmo, *Laetetur cor quaerentium Dominum, quaerite*

Pſ. 104. v. 3. *Dominum, & confirmamini, quaerite faciem eius ſemper.* Vnde &

Pſal. 9. v. 11. in eius laudem dignè canitur, *Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quaerentes te Domine.*

Non ergò ille tantæ bonitatis & pietatis pater quemquam impellit, aut compellit ad malum opus agendum, vel in malo opere permanendum: tamen verè conſtringit, & compellit iudicio ſuo in malis perſeuerantes ad iuſtum ſupplicium luendum. Et ibi ergò bonus, quia neminem vult malum eſſe: Et hîc iuſtus, quia nullum

Digitized by Google

iniquam & impium permittit impunitum eſſe: Nuſquam autem
malus, qui malorum tantummodò vltor, nunquam auctor exi-
ſtit. Hoc enim nobis de illo Scriptura diligentiſſimè commendat,
dicens: *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium pec-* Eccl. 15
candi. Et iterùm de his qui putant ſe Deo impellente peccare: *Stul-* v. 21.
titia (inquit) *hominis ſupplantat greſſus illius, & contra Deum* Prou.
feruet animo ſuo. Et alio loco: *Iniquitates ſuæ capiunt impium. &* 19. v. 3.
funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Vnde & Beatus Iacobus Prou.
Apoſtolus omnem fidelem ab hac inſania coërcens, & ad veram 5. v. 22.
pietatis ſcientiam reducens ſollicitè admonet, dicens: *Nemo, cùm* Iac. 1.
tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malo- v. 13.
rum eſt, ipſe autem neminem tentat: vnuſquiſque autem tentatur à v. 14.
concupiſcentia ſua abſtractus, & inlectus: dein concupiſcentia, cùm v. 15.
concœperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fue-
rit, generat mortem. Igitur omnipotens Deus præſcientiâ ſuâ er-
ga reprobos præuidit, quod verum eſt; Eos ſcilicet, non ſuo im-
pulſu, ſed proprio vitio in impietatitibus perſeueraturos: præde-
ſtinatione ſuâ ſtatuit, & decreuit, quod iuſtum eſt, eoſdem vide-
licet æterno ſupplicio perituros, Hæc etenim mala, id eſt, non ea
quę ipſi volentes faciunt, ſed quæ pro malis factis ſuis nolentes
patientur, & prædeſtinauit illis Deus iuſtitiâ ſuâ, & omninò in-
laturus eſt iuſto iudicio ſuo. Qui veriſſimè talibus comminatur,
dicens; *Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis.* Deut.
Et iterùm, *Adducam ſuper eos mala, annum viſitationis eorum.* 32. v. 23.
AVGVST. Reddet enim omninò Deus vt *Beatus Auguſtinus* ſinceriſſimè & Ierem. 23. v. 12.
» lucidiſſime docet & mala pro malis, quoniam iuſtus eſt: Et bona
» pro malis quoniam bonus eſt, & bona pro bonis quoniam bonus,
» & iuſtus eſt. Tantummodò mala pro bonis non reddet, quoniam
» iniuſtus non eſt. Reddit ergò mala pro malis, pœnam pro iniu-
» ſtitia. Et reddit bona pro malis, gratiam pro iniuſtitia. & reddit
» bona pro bonis gratiam pro gratia.] Qui ergò hæc audit, quid
habet vnde conqueratur? Aut quid ei reſtat, niſi vt terorre iuſti iu-
dicij Dei, quo perſeuerantes in malis ſuis punire decreuit, ipſe à
malis corrigatur, ne cum illis qui incorrigibiles permanent, pu-
niatur. Ita timor iuſti iudicij Dei erga iniquos, & impios punien-
dos, nemini omninò eſt noxius, ſed illis, qui per eum corrigun-
tur veriſſimè probatur eſſe ſalubris.

Digitized by Google

CAPVT V.

Cap. V.

REGVLA SEXTA.

Reg. VI.

SExta Regula eſt diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis, *Vt in diuinis Scripturis nequaquam hoc pueriliter quæratur, vel exigatur, vt ibi ſolummodò intelligatur diuina præſcientia, vel prædeſtinatio: vbi hæc ipſa nomina praeſcientiae, & praedeſtinationis, expreſſè & propriè poſita inueniuntur: ſicut eo loco, vbi Apoſtolus*

Ex re etiã ſine verbis intelligenda in Scripturis Præſcientia & prædeſtinatio.

Rom. 8 v. 29. *dicit*: Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij diuinæ ſui. *Sed vbicumque res ipſa eiuſdem præſcientiæ, & prædeſtinationis certiſſimè poſita legitur, præſcientiam & prædeſtinationem ipſam intelligendam eſſe, minimè dubitemus.* Nam ſi proprietates ipſorum nominum requiramus, nuſquam in illis teſtimoniis Propheticis, quæ pro ipſius præſcientiæ, & prædeſtinationis commendatione in Epiſtola ad Romanos aſſumit, & proponit Apoſtolus, vel præſcientia, vel prædeſtinatio nominatur; & tamen res ipſa in eis tam clarè, & perſpicuè demonſtratur, vt de ea nemini fidelium liceat dubitare.

Rom. 9 v. 13. Mal. 1. v. 2. Exod. 33. v. 19. Exod. 9. v. 16. Rom. 9 v. 17. Rom. 11 v. 32. Primum namque ipſorum teſtimoniorum eſt, *Quia maior ſeruiet minori*, Secundùm *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*. Tertium *Miſerebor cui miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero*. Quartum: *Dicit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam & annuncietur nomen meum in vniuerſa terra*. Et ſic ex ordine cætera vſque ad eum locum vbi ait: *Concluſit enim Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur*. In quibus omnibus (vt dictum eſt) nuſquam nomen præſcientiæ, nuſquam prædeſtinationis ſonat: Et tamen ipsâ fidei religione compellimur credere Apoſtolo hæc omnia de præſcientia & prædeſtinatione vtriuſque partis tam electorum videlicet, quam reproborum, illorum ad ſalutem, iſtorum ad damnationem intelligenti atque docenti: Quæ ille tantâ auctoritate & firmitate proponit, vt quidquid paulò ſuperiùs ante hæc teſtimonio de æterno Dei propoſito, præſcientia, & prædeſtinatione, vocatione & electione, iuſtificatione, & glorificatione docuerat, & quod poſteà de Gentium ſalute & Iudæorum obcæcatione commemorat, eiſdem ipſis teſtimoniis ſufficienter atque euidenter ſe demonſtraſſe, & comprobaſſe credi velit.

Scripturæ teſtimonia.

Tale eſt & illud, quod ex verbis eiuſdem Apoſtoli *Beatus Auguſtinus* ad probandam, & commendandam diuinam gratiam, &

Auguſt. de Prædeſt. Sanct. cap. 10.

Eph. 2. prædeſtinationem proponit, dicens: Quod ergò ait Apoſtolus,
v. 10. *Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis,*

gratia eſt: Quod autem ſequitur & dicit, *Quæ præparauit Deus vt ambulemus in illis*, prædeſtinatio eſt.] Certè enim neque in hoc teſtimonio Apoſtolico nomen gratiæ, vel prædeſtinationis ſonat; Et tamen res ipſa gratiæ, & prædeſtinationis ibi manifeſtiſſimè comprobatur. Quæ enim manifeſtior res gratiæ, quàm quòd ex nobis nulla bona opera habemus? ſed ipſius, id eſt, *Dei ſumus* ſpeciale *figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis*. Et quæ euidentior res prædeſtinationis, quàm quòd hæc ipſa bona opera, non ſolùm in præſenti per gratiam ſuam nobis donauit, ſed etiam in æterna prædeſtinatione ſua *Præparauit Deus, vt in illis ambulemus*. Caueamus itaque, vt Beatus Hieronymus quodam loco admonet, in Scripturis ſuperſtitioſam intelligentiam: Et hanc Apoſtolicam auctoritatem, quâ non nomina, ſed res ipſas diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis ſuo exemplo nobis quærendas, & tenendas docuit, quantùm poſſumus firmiſſimè, & fideliſſimè, tam in Euangelicis, & Apoſtolicis, quàm etiam in Propheticis dictis ſequamur.

d. v. 10. d. v. 10.

Nulla bona opera ex nobis; ſed ex Deo, ipſáque prædeſtinata. Hieronymus.

CAP. VI.

CAPVT VI.

REGVLA SEPTIMA.

REG. VII Electorum nullus perire poteſt. De Reprobis nullus ſaluatur.

SEPTIMA Regula eſt ipſius diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis: *Vt neque de electis Dei vllum perire poſſe credamus, neque de reprobis aliquem ſaluari vllatenus exiſtimemus:*] Non quia non poſſunt homines de malo ad bonum commutari, & de malis, & prauis boni, ac recti fieri, ſed quia in melius mutari noluerunt, & in peſſimis operibus vſque in finem perſeuerare voluerunt: Nec poſſunt vllo modo pertinere ad ſortem electorum, qui magis elegerunt permanere in malitia iniquitatum, & impietatum ſuarum. Hoc enim peſſimum & nefarium malum, quod eſt nolle ad Deum conuerti; neque de malo ad bonum commutari, ſed *Secundùm duritiam & impœnitentiam cordis ſui theſauri zare ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij*, ille in eis æternâ ſuâ præſcientiâ veriſſimè præuidit futurum, qui omninò falli non poteſt. Et quia hoc veriſſimè præſciuit, iuſtè omninò tales perditioni æternæ prædeſtinauit.

Rom. 2 v. 5.

Quòd ergò non poſſunt ſaluari, eorum eſt vitium; quia nolunt, non Dei (quod abſit) aliqua iniquitas, qui erga illos & verax ſemper extitit in præſcientia ſua, & iuſtus in iudicio ſuo. Licet ſit & aliud genus reproborum in innumerabilibus videlicet millibus paruulorum, qui nec ætatem nec ſenſum ad aliquid boni agendum vnquam acceperunt, ſed in ſola originalis peccati, quæ per

Cur ſaluari non poſſũt reprobi.

De paruulis.

Digitized by Google

vnum hominem in mundum intrauit, damnatione perierunt. De quibus quid aliud dicendum, niſi quòd & in eorum reprobatione atque interitu omnipotens Deus iuſtus eſt, in quibus non naturam benè à ſe conditam, ſed culpam malè admiſſam, & in eos originaliter transfuſam iuſtâ vltione damnauit.

Hoc ita eſſe (hoc eſt) neminem de electis perire poſſe ipſe Do-
Ioa.10. minus oſtendit dicens. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego co-* Neminem de electis perire poſſe.
v.27. *gnoſco eas & ſequuntur me; Et ego vitam æternam do eis, & non pe-*
v.28. *ribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater*
v.29. *meus quod dedit mihi maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei*, iſtæ oues, quæ vt ipſa veritas teſtatur, *non peribunt in æternum*, & quas *nemo poteſt rapere de manu Patris & Filii*, alio loco appellantur *puſilli Dei*. De quibus ſimiliter ipſe Dominus dicit. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum vt pereat*
Mat.18 v.14. *vnus de puſillis iſtis*: Quibus etiam alio loco ait: *Nolite timere pu-*
Luc.12. *ſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Et ite-
v.32. rùm, *capillus de capite veſtro non peribit.* Item quod reprobi non De Reprobis.
Luc.21. propter præſcientiam & prædeſtinationem Dei veraciter præ-
v.18. ſcientis, & iuſtè damnantis, ſed propter obſtinatam & indomabilem malitiam ſuam nullatenùs poſſint ſaluari, idem Dominus oſtendit loquens talibus, & dicens, *Sed vos non creditis, quia non*
Ioa.10. *eſtis ex ouibus meis.* Et iterùm, *Propterea vos non auditis, quia ex*
v.26. *Deo non eſtis.* Similiter & per Prophetam de talibus comminatur,
Ioan.8. v.47. dicens; *In conſilio populi mei non erunt, & in Scriptura domus Iſraël*
Ezech. *non ſcribentur, nec terram Iſraël ingredientur:* Videlicet ſicut verè
13.v.9. de cœtu electorum ejecti, & de libro vitæ deleti, & de terra viuentium penitùs alienati: de his & Apoſtolus conſonanter verbis
2Cor.4 Euangelicis loquitur, dicens: *Quòd ſi etiam opertum eſt Euange-*
v.3. *lium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum; in quibus Deus huius*
v.4. *ſæculi excæcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat inluminatio Euãgelij gloriæ Chriſti.* De quibus etiam alio loco dicit: *Non enim omniũ eſt*
Rom. 10.v.16 *fides.* Et *non omnes obediunt Euangelio.* Quia ergò tales ſunt, & tales vſque in finem perdurant; meritò vtique & præſcientiâ Dei mali præſciti ſunt, & prædeſtinatione Dei iuſtè reprobati, atque damnati; probet ergò ſeipſum homo, vt ex quotidiano profectu, ſiue defectu vitæ ſuæ, vtrùm magis ad ſocietatem electorum, an (quod abſit) ad ſocietatem reproborum propinquare, ſe ſentiat, apud ſe ſollicitus perſpiciat, & inquirat, orétque fideliter, & perſeueranter quantùm poteſt, vt eum omnipotens Domini miſericordia, & ab æterna damnatione eripi, & in electorum ſuorum iubeat grege numerari: quia licet vt *Beatus Gregorius* dicit, ob- « tineri nequaquam poſſint, quæ prædeſtinata non fuerint, ipſa ta- « men perennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotente Deo «

Fideliter & perſeuerãter orandũ. B. Gregor. Dialog. lib. 1. cap. 8.

» diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus poſtu-
» lando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæcula
» diſpoſuit donare.]

Cap. vii.

CAPVT VII.

HÆc ita eſſe quæ, prout Dominus dedit, ſeptem titulis diſtincta, atque digeſta, tam nobis, quàm cæteris qui legere voluerint iuxta regulam veræ fidei de præſcientia, & prædeſtinatione diuina, velut regulariter propoſuimus agnoſcenda, atque tenenda non ex noſtro ſenſu aliquid præſumentes, ſed Scripturæ Sanctæ auctoritatem fideliter, atque humiliter ſequentes: Hæc (inquam) ita eſſe, & ita antiquæ Eccleſiæ authoritate, & Sanctorum Patrum fideliſſima inſtitutione tenta & tradita, neceſſarium omninò duximus, vt etiam eorundem Sanctorum Patrum verbis, & definitionibus breuiter, apertéque propoſitis ad confirmationem legentium attentiùs commendare, ac declarare ſtudeamus.

Liber S. Fulgentij.

In libro cuius titulus eſt de *Duabus in Chriſto naturis, omnibus ferè Eccleſiis notiſſimo & celebriter commendato*, vbi etiam multorum, & orthodoxorum Patrum tam Græcorum quàm Latinorum, vel libri integri, vel ſententiæ ad ædificationem & confirmationem fidei pertinentes, beatiſſimorũ ſcilicet, Athanaſij, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini & cæterorum diligenter collectæ atque digeſtæ ſunt; inſeruntur etiam quædam quadraginta capitula ſub vnius libelli textu, qui vel Beati Auguſtini, vel Beati Fulgentij glorioſi Antiſtitis confeſſoris Chriſti nomine titulatur, præcipuè ad cognitionem & confirmationem fidei pertinentia, in quibus de hac re vnde nunc agitur, id eſt, de diuinæ præſcientiæ & prædeſtinationis veritate quid firmiſſimè atque indubitanter tenendum
» ſit, ita breuiſſimè, ac pleniſſimè legitur definitum. Firmiſſimè,
» inquit, tene & nullatenùs dubites Deo incommutabili non ſolùm
» præterita & præſentia, ſed etiam futura omnia incommutabiliter
» eſſe notiſſima. Cui dicitur, *Deus qui occultorum es cognitor, qui* Dan. 13
» *ſcis omnia antequam fiant.*] Et iterùm: Firmiſſimè, inquit, tenè, v. 42.
» & nullatenùs dubites Trinitatem Deum incommutabilem rerum
» omnium, atque operum, tam ſuorum, quàm humanorum certiſ-
» ſimum cognitorem ante omnia ſæcula ſcire, quibus per fidem
» eſſet gratiam largiturus, ſine qua nemo potuit ex initio mundi,
» vſque in finem à reatu peccati, tam originalis, quàm actualis ab-
» ſolui: *Quos enim Deus præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri* Rom. 8
» *imaginis Filij eius.*] Et iterùm: Firmiſſimè, inquit, tene, & nulla- v. 29.
» tenùs dubites, omnes, quos vaſa miſericordiæ gratuitâ bonitate
» Deus facit ante conſtitutionem mundi, in adoptionem filiorum

S. Fulg. De fide ad Petrum Diac. col. 460. De Dei præſcientia.

Dei

Dei prædeſtinatos à Deo, neque perire poſſe aliquem eorum, « quos Deus prædeſtinauit ad regnum: Neque quemquam eorum, « quos Deus non prædeſtinauit ad vitam vllâ poſſe ratione ſaluari: « prædeſtinatio enim illa gratuitæ donationis eſt præparatio, quâ « nos Apoſtolus ait, *Prædeſtinatos in adoptionem filiorum per Ieſum* « Eph. 1. *Chriſtum in ipſum.*] «

Nullus prędeſtinatorum perire nec reproborum ſaluari poteſt.

v. 5. Hanc fidei regulam & definitionem certiſſimam fideliter ſequens beatus & ſanctus doctor Eccleſiæ *Beda* Presbyter, cùm exponeret locum illum vbi in libro Geneſis narratur *De ereptione* Gen. 19 *Loth ex interitu Sodomorum*, & quorundam ſuorum non credentium & cum eo exire nolentium, & ideò cum cæteris, qui in vrbe impia remanſerant, iuſtiſſimè perditorum punitione, ita ait. Quod « oſtium Loth occluſerunt Angeli, ne vel ipſum, vel aliquem de do- « mo ipſius poſſent ad perdendum rapere Sodomitæ, patenter inſi- « nuat, quia nullum de electis Dei perditura eſt impietas, & perſe- « cutio reproborum: dicente Domino de ouibus ſuis: *Et ego vitam* « Ioa. 10. *æternam do eis & non peribunt in æternum, & non rapiet eos quiſquam* « v. 28. *de manu mea.* Quòd verò idem *Loth* facultate ab Angelis datâ nullum de ciuibus perfidis, ne de ſuis quidem cognatis ſiue amicis tametſi multùm conatus potuit ad ſalutem reuocare, ſignificat, quia « nullius labor hominis ad numerum prædeſtinatorum, qui ante « conſtitutionem mundi electi ſunt à Deo, vel vnam poſſit animam adijcere. *Nouit enim Dominus qui ſunt eius.* Verùm & ſi no- « ſtram fragilitatem qui ad electorum ſortem pertineant latet, non « tamen ab agenda cura noſtræ ſalutis ceſſandum, non ab inſtruendis proximis lingua eſt continenda, ſed ad exemplum beati Loth, « & nobis caſtè viuendum, & errantium quoque correctioni officium pietatis impendendum. Conſtat enim quia etſi prædeſtinatos ad interitum ſaluare nequimus, noſtræ tamen benignitatis, « quam erga illorum ſalutem impendimus, mercedem non perdimus.]

Beda in Geneſim.

Exemplo Loth confirmatur.

Nō ceſſandum ab agenda cura ſalutis.

CAPVT VIII.

Cap. VIII

HANC fidei regulam firmiſſimè ac fideliſſimè nobis tenendam *Beatus Auguſtinus* ita diligenter & breuiter commendat in Libris de Ciuitate Dei, ita dicens. Humanum, inquit, ge- « nus in duo genera diſtribuimus, vnum eorum qui ſecundùm ho- « minem, alterum eorum qui ſecundùm Deum viuunt, quas etiam « myſticè appellamus ciuitates duas, hoc eſt duas ſocietates homi- « num, quarum eſt vna, quæ prædeſtinata eſt in æternum regnare ,, cum Deo: Altera æternum ſupplicium ſubire cum diabolo.] Et ,, poſt pauca: de exortu duarum ciuitatum iſtarum, id eſt ciuitatis Dei, & ciuitatis diaboli diligentiùs diſputans, ita dicit: Natus eſt ,,

Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 15. ca. 1. De gemina prædeſtinatione.

Digitized by Google

Ibidem. » igitur prior Cain ex illis duobus humani generis parentibus pertinens ad hominum ciuitatem: Poſterior Abel ad ciuitatem Dei. » Prior eſt natus ciuis huius ſæculi: poſterior autem iſto peregrinus » in ſæculo, & pertinens ad ciuitatem Dei: Gratiâ prędeſtinatus, » gratiâ electus, gratiâ peregrinus deorſùm, gratiâ ciuis ſursùm. » Nam quantùm ad ipſum attinet, ex eadem maſſa oritur, quæ originaliter eſt tota damnata: ſed tanquam figulus Deus: Hanc enim » ſimilitudinem non impudenter, ſed prudenter introducit Apoſto- » lus: *Ex eadem maſſa fecit aliud vas in honorem, aliud in contume- liam.* Rom. 9 v. 21. Prius autem factum eſt vas in contumeliam, pòſt verò alte- » rum in honorem. Quia & in ipſo vno homine, ſicut dixit Apo- » ſtolus, non *Primum, quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale, &c.* 1. Cor. 15. v. 43] Item in libro Enchiridion quem ad Laurentium Eccleſiæ Romanæ Archidiaconum ſcripſit, de eadem re ita » loquitur: Cùm Angelica, inquit, & humana creatura peccaſſet, » id eſt non quod Deus, ſed quod ipſa voluit feciſſet, etiã per eandem » creaturę voluntatem, quã factum eſt quod creator noluit, imple- » uit ipſe quod voluit, benè vtens & malis tanquam ſummè bonus ad » eorum damnationem, quos iuſtè prędeſtinauit ad pœnam, & ad » eorum ſalutem, quos benignè prædeſtinauit ad gratiam.]

Auguſtin. Enchirid. cap. 100.

Hæc pauca ex præfati beatiſſimi doctoris duobus libris poſuimus, quos eum non ſolùm Catholicè, & veridicè ſcripſiſſe, ſed etiam diligenter & fideliter retractaſſe, qui libros retractationum eius attentiùs legit, euidenter agnoſcit; vt quia iam eius authoritas de hac re, id eſt de diuina in vtramque partem prędeſtinatione, & electorum videlicet ad gloriam, & reproborum ad pœnam à nonnullis publicè contemnitur, & conculcatur: Ita vt quia ſe ipſe in quibuſdam ſcriptis ſuis piè, atque humiliter reprehendit, & corrigit, putent ſe, vbi eis viſum fuerit, licenter eum poſſe reprehendere: Et quod ille fecit ad exemplum humilitatis, ipſi vſurpare non erubeſcant ad tumorem præſumptionis: Ex his ſaltem libris agnoſcant quia hoc verbum diuinæ prędeſtinationis in parte reproborum poſitum, quia veriſſimè & rectiſſimè diuino iudicio prędeſtinati *dicuntur, non ad culpam vtique, ſed ad pœnam, nec ad malum opus, quod ipſi volentes agunt, ſed ad malum, quod in æternis ſuppliciis inuiti patientur*, nec ipſe in ſuis dictis reprehenderit, nec ab vllis Catholicè & ſanè ſentientibus reprehenſum ſit. Et ideò etiam *moderno tempore*, à nobis, qui tantæ imperitiæ, & infirmitatis ſumus nequaquam reprehendendum, vel reijciendum debuit iudicari, ſed potiùs diligenti, & humili pietate perſcrutari, & intelligi. Et ſi qui ſunt, qui ex hoc ſcandalizari videantur, tanquam per iſtud prædeſtinationis verbum neceſſitas malè agendi cuiquam impoſita eſſe ſignificetur, inſtruendi potiùs fuerunt

De Libris Retractationum S. Auguſt.

Nota. Ex prædeſtinatione nulla neceſſitas ad malum.

& breuiter ac lucidè docendi, quòd Deus neminem prædeſtinauerit ad peccatum, ſed ad luendum ſupplicium pro peccato. Nec iſtâ prædeſtinatione aliquem cogat ad malè agendum, ſed potiùs declaret iudicem iuſtum, qui & peccata fieri noluit, & facta iuſtè ſe puniturum eſſe præſciuit, iuſtè ſe puniturum & eſſe prædeſtinauit. Hâc namque prædeſtinatione non opus hominis malum, ſed iuſtum hominis prædeſtinauit ſupplicium.

Hunc ſenſum B. Auguſt. verũ, atque Catholicũ, quod Deum operis ſui futuri, id eſt iuſti iudicij de malis & in malis exercendi ſẽper fuiſſe præſciũ, ſemper fuiſſe prædeſtinatorẽ iuſtũ, fideliter cõmendat *B. Fulgentius* vt ſuprà memorauim⁹ illius tẽporis vicinus, & tẽpore VVandalicæ perſecutionis apud Africam inter cæteros Chriſti Sacerdotes Confeſſor inclytus, interrogatus à quodam pio, & religioſo viro non ſpreuit, non reſpuit, ſed potiùs diligenter expoſuit, & confirmauit dicens: Nihil aliud accipiendum exiſtimo « in illo Sancti Auguſtini ſermone, quo ad interitum quoſdam prædeſtinatos affirmat, *Niſi ad interitum ſupplicij non delicti, neque ad malum quod injuſtè admittunt, ſed ad cruciatum quod iuſtiſſimè patiuntur: nec ad peccatum, ſed ad tormentum, quod illis propria iniquitas malè parit, & æquitas diuina benè retribuit*: Nec ad mortem animæ primam, ſed ad mortem ſecundam: Quod enim ante gehennam mali peccando pereunt, non eſt diuini operis ſed humani: Quod autem in gehenna perituri ſunt, hoc facit Dei æquitas, cui nulla placet peccantis iniquitas. Hoc itaque prædeſtinauit Deus, quod erat ipſe facturus; illud verò nullatenùs prædeſtinauit, quod facturus ipſe non fuit. Mala quippè voluntas non pertinet ad optimum creatorem: iuſta verò injuſtorum damnatio pertinet ad æquiſſimum cognitorem; prædeſtinauit itaque Deus iniquos & impios ad ſupplicium iuſtum, non ad aliquod opus injuſtum: Ad pœnam, non ad culpam: Ad punitionem non ad tranſgreſſionem; ad interitum, quem ira iuſti iudicis peccantibus reddidit, non ad interitum, quo in ſe iram Dei peccantium iniquitas prouocauit. Huc vſque Beatus Fulgentius.]

S. Fulg.

S. Fulg. ad Monimũ lib. 1. cap. 5. Prædeſtinati ad interitum ſupplicij nõ delicti.

CAPVT IX.

CAP. IX.

S. LEO.

BEATVS etiam Leo de huius diuinæ præſcientiæ, & prædeſtinationis veritate, id eſt ſempiternarum diſpoſitionum Dei incommutabili ordine, ſic docet: Cùm omnia, quæ in Domino majeſtatis Iudaïca admiſit impietas, tantò antè prædicta ſint, vt non tam de futuris, quàm de præteritis Propheticus ſit ſermo contex-

» tus, quid aliud nobis, quàm ſempiternarum diſpoſitionum Dei in-
» commutabilis ordo reſeratur? Apud quem diſcernenda iam diju-
» dicata, & ſutura iam facta ſunt. Cùm enim & qualitates actionum
» noſtrarum, & effectus omnium voluntatum ſcientia diuina præue-
» niat; quantò magìs nota ſunt Deo opera ſua? Et rectè placuit quaſi
» facta recoli, quæ non poterant omninò non fieri.

S. Grio. Beatus quoque Gregorius exponens illa verba Apoſtoli, id eſt,
Quæ ſit longitudo, & latitudo, & ſublimitas, & profundum, Ita de Eph. 3.
prædeſtinatione reproborum ad interitum breuiter & apertè dicit: v. 18.
» Ineſt Deo etiàm profundum, quo damnandos inferiùs iuſtâ æqui-
» tate diſponens præordinat.] Item de eadem re alio loco ſic dicit:
» Ad læuam quoque dilatatur Eccleſia, dum ad ſe quoſdam in ini-
» quitate permaſuros admittit. Propter hanc multitudinem, quæ ex-
» tra electorum numerum iacet, in Euangelio Dominus dicit: *Mul-* Mar. 10
» *ti vocati, pauci autem electi.*] Alio quoque loco vim ſupernæ diſ- v. 16.
» poſitionis incommutabilem eſſe demonſtrans ita ait: Vitari enim
» vis ſuperni conſilij nequaquam poteſt, ſed magnâ ſibi virtute
» hanc temperat, qui ſe ſub eius nutibus refrenat: Eiuſque ſibi pon-
» dera leuigat, qui hanc ſubjecto cordis humero volens portat.]
» Item alibi de eadem re; Sicut nemo obſiſtit largitati Dei vocantis,
» ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis:] Et iterùm de impiis iam
» præiudicatis: Qui verò nec fidei ſacramenta tenuerunt, increpatio-
» nem iudicis in extrema examinatione non audiunt: quia præiudica-
» ti infidelitatis ſuæ tenebris, eius quem deſpexerunt inuectione re-
» dargui non merentur.] Item de prædeſtinatione perditionis repro-
» borum; omnipotens (inquit) Dei iuſtitia, futurorum præſcia ab ip-
» ſa mundi origine gehennæ ignem creauit, qui in pœnam reprobo-
» rum eſſe ſemel inciperet, ſed ardorem ſuum etiam ſine lignis nú-
quam finiret.] Alibi quoque de ipſo impiorum & reproborum at-
que æterno interitu damnatorum capite id eſt Antichriſto iam
» eum damnatum eſſe conteſtans, ita dicit: Ille damnatus homo,
» quem in fine mundi Apoſtata Angelus aſſumit ad prædicandum
» falſitatem ſuam, aſtutos, ac duplices, atque huiuſmodi ſcientiam
» habentes ſelecturus eſt.] Et alio loco: Terra cui væ dicitur ille prin-
» cipaliter damnatus homo eſt, qui alarum cymbalum vocatur: Quia
» qui per ſuperbiam multitudinem cogitationis euolant, eundem
» peruerſum hominem prædicando ſonant.] Et paulò poſt: Terra,
» inquit, cui væ dicitur, trans flumina Æthiopiæ eſſe perhibetur:
» Quia damnatus ille homo tantà immenſitate iniquus eſt, vt om-
» nium peccantium peccata tranſcendat.

Digitized by Google

CAPVT X.

CAP. X.

ECCE Beatiſſimi Patres Eccleſiæ vno ſenſu, vno ore, quia & vno ſpiritu diuinę præſcientię & prædeſtinationis immobilem veritatem in vtraque parte electorum ſcilicet,& reproborum prędicant, & commendant: Electorum vtique ad gloriam, reproborum verò non ad culpam, ſed ad pœnam: Et in his non temporalium, neque ex aliquo tempore inchoantium, ſed ſempiternarum diſpoſitionum Dei immutabilem ordinem nobis demonſtrari confirmant, nec aliquem electorum poſſe perire, nec vllum reproborum propter duritiam, & impœnitentiam cordis ſui poſſe ſaluari. Hoc & diuinarum Scripturarum veritas, & Sanctorum,atque orthodoxorum Patrum auctoritas conſonanter annuncianr,indubitanter nobis credendum,& tenendum inculcant. Quapropter & ſi *illius miſerabilis monachi* improbatur leuitas, improbatur temeritas, culpatur importuna loquacitas, non ideò diuina negandа eſt veritas: Quia iuxta pręmiſſam Catholicę fidei rationem omnipotens Deus ante conſtitutionem mundi, antequam quicquam faceret, à principio certis, & iuſtis, atque immutabilibus cauſis ęterni conſilij ſui quoſdam prędeſtinauerit ad regnum gratuitâ bonitate ſuâ, ex quibus nemo ſit periturus protegente miſericordiâ ſuâ, & quoſdam prędeſtinauerit ad interitum iuſto iudicio ſuo propter *meritum, quod præſciuit impietatis eorum:* Ex quibus nemo poſſit ſaluari, non propter violentiam aliquam diuinæ poteſtatis: ſed propter indomabilem, & perſeuerantem nequitiam propriæ iniquitatis. Quid ergò reſtat, niſi vt ſi quid aliter ſapuimus, hoc nobis Deo reuelante humiliter abnuamus, & clareſcentem veritatem fideliter amplectamur: quia, vt Apoſtolus docet 1. Cor. 13. v. 8. *non debemus poſſe aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate.*

Concluſio 1.& 2. Quęſtionis. De Gemina Prædeſtinatione.

CAPVT XI.

CAP. XI.

Quæſtio 3. De Voluntate Dei.

SEQVITVR in iam dicta Epiſtola Pręfatum monachum dixiſſe atque docuiſſe, *Quòd Deus non vult omnes homines ſaluos* 1. Tim. 2. v. 4. *fieri, ſed eos tantùm qui ſaluantur: Et quòd dicit Apoſtolus,* qui vult omnes homines ſaluos fieri, *illos dici omnes, qui tantùm ſaluantur.*

Hæc autem quęſtio valdè perplexa, & in Sanctorum Patrum ſcriptis multùm verſata, & multipliciter expoſita, non nobis videtur pręcipitanter definienda, ſed cautiſſimè, & fideliſſimè perſcrutanda, atque pertractanda, & ex aliis videlicet Scripturę Sanctę manifeſtioribus locis, quibus eius obſcuritas illuſtretur, & ex Paternæ, vt dictum eſt, auctoritatis expoſitionibus, & ex ipſa fidei ratione.

Primò itaque hoc dicendum quod firmiſſimè ſit credendum, & nullatenùs dubitandum, quod Apoſtolus Chriſto in ſe loquente teſtatur & prędicat dicens de Deo: *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire:* Et tamen manifeſtum eſt non omnes ſaluari, cùm ipſa veritas dicat diſcernens inter eos qui ſaluantur, & qui condemnantur: *Qui crediderit & baptizatus erit, ſaluus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Neque *omnes ad agnitionem veritatis venire,* niſi eos ſolos, qui myſterium Dei Patris, & vnigeniti Filij eius, & hîc agnouerint per fidem, & in futuro videre meruerint per ſpeciem: ſicut eadem veritas ad patrem dicit: *Vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Quomodo ergò omnipotens Deus, & *omnes homines ſaluos fieri vult, atque ad agnitionem veritatis venire,* & tamen non omnes ſaluantur, nec veniunt ad hanc agnitionem, cùm alibi Scriptura dicat, *Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit:* Cur itaque hoc voluit & non fecit, qui omnia quęcumque voluit fecit.

Locus difficillimus quatuor modis à Patribus explicatur. 1. modus. Omnes. Omnia hominum genera.

Hunc obſcuriſſimum & difficillimum locum, in quantum noſtrę puſillitatis memorię occurrit, *quatuor modis* in ſcriptis Catholicorum Patrum inuenimus explanatum, videlicet vt vel ita intelligamus dictum: *Qui vult omnes homines ſaluos fieri,* vt *omnes homines, omnia hominum genera* accipiamus, id eſt Iudæorum, & Gentium: liberorum, & ſeruorum: virorum, & mulierum: Diuitum, & pauperum: nobilium, & ignobilium: & quæcumque huiuſmodi: ex omni genere hominum ſaluat, & ad agnitionem veritatis perducit per Dominum Ieſum Chriſtum, qui in Euangelio dicit: *Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.* Iſto namque locutionis modo ipſe Dominus in Euangelio dicit: *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me:* Quomodo enim per paſſionem crucis, in qua exaltatus eſt, omnia traxit ad ſe, qui alibi dicit. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum.* Quod vtique de ſolis fidelibus intelligendum eſt: ſed omnia ad ſe trahit, qui ex omni vt dictum eſt genere hominum Eccleſiam ſuam colligit, & perficit: ſicut etiam illud ab Apoſtolo dictum eſt: *Concluſit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur,* quomodo enim omnium miſeretur ęternâ illâ miſeratione, quâ electos ſuos, *Coronat miſericordiâ, & miſerationibus,* qui occultâ diſpoſitione iudicij ſui, *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat,* niſi quia (vt dictum eſt) omni hominum generi miſeretur: Quod in duobus populis Iudæorum ſcilicet, & Gentium continetur. De quibus, vt hoc diceret, ſuprà loquebatur Apoſtolus. Ro. 11. v. 32.

2. modus.

Aut ita accipiamus dictum, *Qui vult omnes homines ſaluos* 1. Tim. 2. v. 4.

fieri, vt illos ſolos ſaluari intelligamus, *Quos ipſe ſaluare volue-*
rit, id eſt, non quòd omnes ſaluentur, ſed quòd nemo, niſi mi-
ſerationis eius voluntate ſaluetur: de quo Pſalmiſta dicit: *Sal-* Quos ſal-uare voluit ſcũ nullus niſi per eũ.
Pſa 17. *uum me fecit, quoniam voluit me:* Et iterùm: *Et vita in voluntate*
v. 20. *eius.* Iſte enim loquutionis modus in verbis Apoſtoli etiam aliis
Pſ. 29. locis inuenitur, ſicut eſt illud: *Sicut per vnius hominis delictum in*
v. 6. Rom. 5 *omnes homines in condemnationem: ita & per vnius homin. iuſtitiã in*
v. 18. *omnes homines in iuſtificationẽ vitæ:* Quomodo enim per vnius ho-
minis iuſtitiam, id eſt Chriſti, in omnes homines iniuſtificationẽ vi-
tæ? cùm manifeſtiſſimè non omnes homines per iuſtitiam Chriſti
iuſtificentur, & viuificentur in Chriſto: Et tamen veriſſimè dixit
d. v. 18. Apoſtolus, *Per vnius hominis iuſtitiam in omnes homines in iuſtifi-*
cationem vitæ: Non quia nullus hominum eſt, qui per illius iuſti-
tiam non iuſtificetur: ſed quia, prǫter eius iuſtitiam, nemo iuſti-
ficatur. *Omnes* ergò per primum Adam in condemnationem, &
omnes per nouiſſimum Adam in iuſtificationem: Quia nemo in
condemnatione niſi per illum: Nemo in iuſtificatione niſi per
1. Cor. 15 iſtum. Tali ſenſu & illud accipiendum eſt: *Sicut in Adam omnes*
v. 22. *moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Quod vtique de
futura reſurrectione dixit Apoſtolus. Nunquid enim tunc viuifi-
cabuntur in Chriſto, qui nunquam crediderunt in Chriſtum: qui
nunquam fuerunt in Chriſto? qui nunquam vixerunt, nec mor-
tui ſunt in Chriſto? Et ideò nullatenùs pertinent ad Chriſtum, vt
in illo accipiant reſurrectionem vitę, quam Dominus fidelibus
Ioan. 15 promittit dicens: *Qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ*, &
v. 29. ideò ad eorum pertinent ſortem, de quibus ſtatim ſubjungit: *Qui*
verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij: Et tamen verè in Adam
omnes moriuntur: quia nemo in mortem niſi per illum. Et verè in
Chriſto *omnes* viuificabuntur: quia nemo in illa reſurrectione vitæ
niſi per ipſum. Quo etiam ſenſu manifeſtiſſimè illud in Pſalmo
d. v. 29. dictum eſt. *Alleuat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes*
Pſ. 144. *eliſos.* Neque enim *omnes* omninò, qui in diuerſis criminibus, &
v. 14. vitiis corruunt, & eliduntur Dominus miſerando, atq; indulgendo
à lapſu ruinæ ſuę alleuat, & erigit, cùm tantos in eiſdem ſuis crimi-
nibus, & iniquitatibus perire certũ ſit: Et tamẽ verè ipſe *omnes* cor-
ruentes, & *omnes* eliſos alleuat, atque erigit, quia vel ex omni gene-
re peccantium ſiue criminoſorum, quos voluerit ſaluat: vel quia niſi
per illum nemo proſtratus erigitur, aut alleuatur, dum non ſuis
viribus, ſed Dei miſeratione conſurgit; ſicut ergò in his Pſalmi
verbis de opere miſericordię Dei: ita & in illa Apoſtolica ſenten-
1. Tim. tia, quia de ipſo dictum eſt, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri,*
2. v. 4. rectiſſimè intelligitur de voluntate bonitatis Dei.

Digitized by Google

3. modus. Suos facit velle vt omnes ſaluentur.

Vel certè ita intelligatur, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, quia hoc Sanctos ſuos per Spiritum ſuum velle facit, id eſt, velle eis inſpirat, vt omnes homines ſicut ſeipſos ſaluos fieri optent: ſicut & de Spiritu Sancto intelligendum eſt quod idem dicit Apoſtolus: *Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.* Poſtulat namque ſpiritus, quia vt *Beatus Gregorius* exponit ad poſtulandum eos quos repleuerit inflammat. Et gemit atque deſiderat ſpiritus, quia ſanctos in orationibus gementes & deſiderantes facit; iuxta hunc itaque ſenſum *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, quia vt dictum eſt, ipſe ſanctis ſuis inſpirat vt hoc velint, ipſe eos ita volentes facit; ſicut inſpirauerat Beato Apoſtolo qui dicebat: *Volo autem omnes homines eſſe ſicut metipſum.* Et alibi cùm coram Rege Agrippa & Principibus teſtimonium Chriſti mirâ libertate, & conſtantiâ prædicaret, dicente ſibi eodem rege, *in modico ſuades me Chriſtianum fieri,* continuò plenus deſiderio ſalutis omnium reſpondit: *Opto apud Deum & in modico, & in magno non ſolum te, ſed & omnes qui me audiunt hodie tales fieri: qualis ego ſum, exceptis vinculis iſtis.*

Rom. 8 v. 26. v. 27.

B. Gregorius.

1 Tim. 2 v. 4.

Act. 26 v. 28. v. 29.

Cap. XII.

CAPVT XII.

4. modus. Quantum in ipſo eſt voluntate Creatoris.

Qvarto autem modo ita à Sanctis Patribus intellectum inuenitur quod dictum eſt, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*, vt ſimpliciter accipiatur hoc de omnibus hominibus *Quantum in ipſo eſt Deum velle*, eò quòd omnes ſaluari velit *bonitate creatoris*: ſed quia liberi arbitrij eos condidit, expectet, vt hoc etiam ipſi velint: & ſi voluerint, iuſtè ſaluentur: ſi noluerint iuſtè puniantur. Sed huic ſenſui imprimis illud videtur eſſe contrarium: *Quomodo omnipotens Deus eorum, quos vult ſaluos fieri expectet voluntatem*, vt & ipſi ſcilicet propria arbitrij libertate ſalui eſſe velint, cùm velle fideliter ſaluum fieri ſit per redemptionem Domini Ieſu Chriſti. (Quia ſicut Beatus Petrus Apoſtolus docet, *Non eſt in vllo alio ſalus, & non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*) nemo omninò poſſit, niſi in eo Deus operetur & velle & poſſe: ſicut Apoſtolus teſtatur dicens: *Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate*, ſi enim hanc voluntatem redemptionis, & ſalutis, quæ eſt in Chriſto nemo habet ex ſe ipſo, Sed ab illo, *Qui operatur in eis*, quos vocat, *& velle, & perficere pro bona voluntate*

Obiectio.

1. Tim. 2. v. 4.

Act. 4. v. 12.

Phil. 2. v. 13.

ſicut

ſicut manifeſtiſſimè Apoſtolicæ doctrinæ veritas docet, vt quid Deus expectat eorum quos vult ſaluos fieri voluntatem, vt ipſi libero arbitrio ſuo incipiant velle ſaluari, & tunc diuinâ bonitate ſaluentur, vt initium ſalutis eorum ſit ex ipſis, perfectio autem eiuſdem ſalutis ex Deo. Et vbi erit quod idem Apoſtolus
Rom. 11. v. 34. dicit: *Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Aut quomodo in tali ſenſu *Pelagianus error* non habet victoriam, qui ſalutem hominis non ex Dei dono, ſed ex libero ipſius hominis arbitrio eſſe confirmat.

Quod ſi falſum eſt, ſicut omninò falſum eſſe conuincitur, quid
1. Tim. 2. v. 4. cauſæ eſt, vt Deus, *Qui omnes homines vult ſaluos fieri*, Non omnes homines ſaluet? Voluntatem eorum non expectat, quia voluntatem veræ ſalutis ſuæ nemo habere poteſt, niſi per illum. An quod vult, non poteſt omnipotens? vt (quod abſit) velit ſaluare
Pſal. 113. v. 3. omnes homines, nec poſſit. Quid ergò reſtat, niſi vt ille, *Qui omnia quæcumque voluit fecit*, ideò hoc non faciat, quia nolit, non quia non poſſit: Quia ſicut verè *Omnia quæ voluit fecit*, ita verè noluit, quæ non fecit. Cur ergo noluit? niſi quia in hac re, ſicut iuſtum, ita & occultum eſt iudicium eius, cui Pſalmiſta di-
Pſa. 35. v. 7. cit, *Iudicia tua abyſſus multa.* Et de quo Apoſtolus dicit: *Quis*
Rom. 11. v. 34. *enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Et iterùm: *Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit.* Quos ergò voluit ſaluare, ſaluauit, quia *omnia quæcumque voluit fecit*; Quos
Rom. 9. v. 14. autem ſaluare noluit, vbi, niſi in illa ex Adam veniente maſſa dam-
Pſal. 113. v. 3. nationis reliquit. Ita fit etiam ſi ſecundùm pium quorundam Patrum piorum ſenſum *Deus omnes homines vult ſaluos fieri bonitate*
1. Tim. 2. v. 4. *creatoris*, quâ creaturam ſuam benè à ſe conditam perire non vult, id ipſum iterùm nolit *iudicis æquitate*, quâ eandem creaturam ſuam vel originali, vel etiam actuali peccato nequiter inquinatam & vitiatam impunitam eſſe non ſinit. In tantum enim *Neminem vult perire*, Nec voluntas eius alicui cauſa perditionis
Ezech. 33. v. 11. exiſtit, vt per Prophetam etiam iuret & dicat: *Viuo ego dicit Dominus, quia nolo mortem impij, ſed vt reuertatur à via ſua impia, & viuat:* Et tamen ipſe, qui non vult mortem impij, perſeuerantem in impietate ſua impium proculdubiò punit. Ita in vno atque eodem homine & bonitatem & ſeueritatem ſuam oſtendens, *bonitatem*, quâ non vult eum perire: *Seueritatem* quâ perſeuerantem in iniquitate non vult impunitum relinquere. Si ergò hoc quod de vno homine diximus, *De vniuerſo genere hominum* pereuntium ſimiliter intelligatur, poteſt forſitan non abſur-
1. Tim. 2. v. 4. dè dici, quòd *Deus omnes homines velit ſaluos fieri bonitate creatoris:* Et tamen eos quos indignos ſalute iudicauerit, *Iuſtâ iudicis ſeueritate non ſaluet.* Nam & in vno homine, vt iam dictum

Bonitate creatoris.

Seueritate iudicis.

m

eſt, vtrumque fieri poſſe oſtendit Apoſtolus, dicens: *Vide ergò bonitatem, & ſeueritatem Dei: in illis quidem qui ceciderunt ſeueritatem: In te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris:* Quod eſt apertè ſeueritatem denunciare illi qui non permanſerit in bonitate. Rom. 11. v. 22.

CAPVT XIII.

Concluſio. IN tribus itaque prioribus modis intelligentiæ eorum verborum, quibus de Deo dicitur, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, Nulla abſurditas, nulla repugnantia fidei inuenitur: Quia ſiue *omnes* homines quos Deus vult ſaluos fieri *omnia genera* hominum accipiantur: ſiue omnes homines ſaluos fieri Deum velle ita intelligatur: quia *omnes qui ſaluantur* non niſi eius voluntate ſaluantur: ſiue eo modo dictum credatur: omnes homines Deum velle ſaluos fieri: quia in *ſanctis ſuis* ipſe hoc vult, qui eis talem *Voluntatem inſpirat*, vt omnes homines velint ſaluos fieri ſicut ſeipſos: in his (inquam) omnibus & vera omninò, & ſalubris intelligentia eſt. In *quarto autem modo* illud ſine dubio cauendum, quia & *occaſionem pelagianæ prauitati* præbet, quòd Deum, vt ſaluet homines, humanas expectare aſſerit voluntates. Contra quem errorem ita in antiquis Patrum conciliis legitur definitum: *Si quis vt à peccato purgemur, voluntatem noſtram Deum expectare contendit: Non autem, vt etiam purgari velimus, per ſancti Spiritus infuſionem, & operationem in nobis fieri confitetur, reſiſtit ipſi Spiritui ſancto per Salomonem dicenti:* Præparatur voluntas à Domino: *Et Apoſtolo ſalubriter prædicanti* Deus eſt qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate:] Quòd autem ibi ſimpliciter intelligitur Deum *omnes homines velle ſaluos fieri* bonitate ſcilicet creatoris (ita vt putamus) fideliter poteſt recipi, ſi hanc voluntatem bonitatis ſuæ erga ſalutem hominum non credatur humanâ obſiſtente voluntate implere non poſſe, ſed *obſiſtente humanâ iniquitate* implere nolle. Quæ omnia cùm tam obſcura ſint, & *tam profunda atque perplexa*, nollemus inter fratres & cariſſimos noſtros aliquid de his contentioſè ventilari vel temerè definiri, ſed potiùs quod in eis certum eſt ſine dubitatione defendi. Quod autem etiam inter magnos *diuerſo modo, ſed non diuersâ pietate* ſentientes ambiguum atque incertum remanſit, etiam apud nos & reuerenter honorari, quia neutrum eorum videtur eſſe falſum, vel fidei contrarium: Et magìs in talibus inquietos & contentioſos

1. Timi. 2. v. 4.

Cauenda occaſio Pelagianæ prauitatis. Conc. Arauſic. can. 4.

LXX. Prou. 8. v. 35. Phil. 2. v. 13.

Pacis via.

ad tranquillitatis & ſobrietatis modeſtiam prouocari, quàm pro inuſitatis & minùs elucentibus rebus aliquem immoderata auſteritate ac ſeueritate damnari.

CAPVT XIV.

CAP. XIV.

Quæſtio 4. De morte Christi.

ADiungitur poſt hæc in præfata Epiſtola quòd prædicauerit ille miſerabilis monachus, quia *Chriſtus non venit, vt omnes ſaluaret, nec paſſus eſt pro omnibus, niſi ſolummodò pro his, qui paſſionis eius ſaluantur myſterio.*] Sed & de hac quæſtione nihil confuſè, & inconſideratè dici, vel definiri vellemus; habet enim & ipſa profunditatem, & difficultatem ſuam, non noſtrâ præſumptone, ſed Scripturarum ſanctarum veritate, & Orthodoxorum Patrum auctoritate diligentiùs perſcrutandam, & in quantũ Dominus aperire dignatur, fideliter intelligendam. Nos enim firmiſſimè tenemus, nec vllatenùs dubitamus, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam fidem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pa-

Pro ouibus ſuis.

Ioan. ſtorem bonum *animam ſuam poſuiſſe pro ouibus ſuis*; ſicut ipſe di-
10. v. 14. cit: *Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam dat pro oui-*
v. 15. *bus.* Et iterùm: *Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem. Et ani-*
Math. *mam meam pono pro ouibus meis.* De quibus ouibus alibi dicitur:
20. v. *Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare a-*
28. *nimam ſuam in redemptionem pro multis:* Et *hic eſt calix ſanguinis*
Math. *mei noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur in re-*
26. v. *miſſionem peccatorum:* Vnde & Apoſtolus dicit: *Sic & Chriſtus ſe-*
28. *mel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata.* Et qui iſti ſunt di-
Heb. 9. ligentiſsimè commendauit dicens: *Et ambulate in dilectione, ſicut*
v. 28. *& Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem*
Eph. 5. *& hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Et alibi: *Quantò magis in-*
v. 2. *quit ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit*
Heb. 9. v. 14. *immaculatum Deo, emundauit conſcientiam veſtram ab operibus*
Tit. 2. v. 14. *mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti.* Et iterùm: *Qui dedit ſemet-*
1. Cor. *ipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret*
1. v. 30. *ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* Et alio lo-
Pſal. *co: Qui factus eſt in nobis,* inquit, *ſapientia à Deo, & iuſtitia &*
110. v. 9. *ſanctificatio & redemptio.* Hoc & in Pſalmis ſimiliter eſt prenun-
Pſal. ciatum, vbi canitur: *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo:* Et
76. v. 16. *redemiſti in brachio tuo populum tuum.* Et iterùm: *Quia apud Do-*
Pſal. 129. v. *minum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio: Et ipſe redi-*
7. *met Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.*
v. 8. Hoc nobis & ſacratiſſimum nomen eius commendat, & Ang

Digitized by Google

lus docet dicens: *Et vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum* Mat. 1.
faciet populum ſuum à peccatis eorum. Pro his namque & ipſe Do- v. 21.
minus ſe in patibulo crucis exaltatum teſtatur, dicens: *Et ſicut* Ioan. 3.
Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium ho- v. 14.
minis; vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam v. 15.
æternam: Vbi & ſtatim ſubiunxit, *Sic enim & Deus dilexit mun-* v. 16.

Mundus Deo dilectus.

dum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Et quis iſte ſit mundus, quem Deus dilexit, & pro quo vnigenitum ſuum dedit, continuò exponens adiunxit; *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed* d. v. 16.
habeat vitam æternam; Sic enim & ibi intelligendus eſt mundus Deo dilectus, & per vnigenitum eius redemptus, vbi beatus Ioannes Apoſtolus dicit: *Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non* 1. Ioa. 2.
pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius mundi. Et vbi beatus v. 2.
Paulus Apoſtolus dicit: *Deus erat in Chriſto mundum reconci-* 2. Cor.

Mundus Deo inimicus.

lians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Eſt namque mundus 5. v. 19.
in infidelibus inimicus Deo, nec reconciliatus Deo. De quo ſcriptum eſt: *Et mundus eum non cognouit.* Et iterùm: *Et mundus to-* 1. Ioan
tus in maligno poſitus eſt. Totus ergò mundus in ſalute, & totus 5. v. 19.
in incredulitate; Totus in reconciliatione, & totus in inimicitiis; quia & ille in ſuo genere totus, & iſte in ſuo genere totus intelligendus eſt.

CAPVT XV.

Ordo reconciliationis.

1. Electorum.

2. Fidelium omnium qui non perſeuerãt.

IN hac redemptionis, & reconciliationis gratia primus ordo eſt electorum, & prædeſtinatorum ad vitam æternam: de quibus perire nullus poteſt, & qui omninò omnes ſaluantur, & ad quos pertinet, quod Dominus dicit; *Qui perſeuerauerit vſque in* Mat. 10.
finem, hic ſaluus erit. Secundus ordo eſt eorum fidelium, qui re- v. 22.
ctâ fide & pietate accedunt ad gratiam baptiſmi, & per eam accipiunt indulgentiam peccatorum, baptizati in morte Chriſti, & abluti à peccatis ſuis in ſanguine eius: Ac per hoc participes redemptionis ipſius effecti: ſed poſteà diuerſis tentationibus & iniquitatibus gratiam ipſius fidei, & redemptionis amittunt perſeuerantes in malis ſuis; Et ſic de ſæculo exeuntes. De qualibus dicit Apoſtolus quòd *regnum Dei non conſequentur:* Et *quia non habent hæreditatem in regno Chriſti & Dei:* Quibus etiam Dominus ſe dicturum comminatur, dicens: *Amen dico vobis neſcio vos:* Vnde & idem Apoſtolus de eiſdem gratiam Chriſti in Eccleſia conſecutis, ſed eam minimè ſeruantibus terribiliter denuntiat, dicens: *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia,* Heb.
qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum 10. v.
duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam 29. Heb. 6.
fecerit. Et iterùm: *Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt in-* v. 4.

luminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes ſunt fa-
v. 5. *cti ſpiritus ſancti; guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum,*
v. 6. *virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad*
pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, &
oſtentui habentes. Propter hoc horrendum malum tranſgreſſio-
nis, & amiſſionis gratiæ Dei, omni intentione cauendum at-
Apoc. que fugiendum, omni fideli Dominus in Apocalypſi dicit: *Tene*
3. v. 11. *quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Et iterùm: *Eſto*
Apoc. 2. v. 10. *fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et Apoſto-
Heb. 3. lus admonet atque hortatur dicens. *Participes enim Chriſti ef-*
v. 14. *fecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ vſque ad finem firmum*
Heb. 3. *teneamus:* Et iterùm: *Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua,*
v. 6. *quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad fi-*
nem firmam retineamus. Tertius autem ordo eorum qui ad hanc 3. Vocandorum.
gratiam accedunt, in illis accipiendus eſt, qui adhuc in infide-
litate poſiti, vocandi tamen ſunt per miſericordiam Dei, & hoc
ſine dubio in Eccleſia conſecuturi, quod conſecuti ſunt & illi
duo ordines ſiue perſeuerantium, ſiue non perſeuerantium in
Marc. gratia Chriſti, de quibus iam diximus. De his namque Do-
16. v. 16. mini voce promittitur: *Qui crediderit, & baptiſatus fuerit*
d. v. 16. *ſaluus erit.* Quartus verò ordo de quo ſtatim ſubiungitur: *Qui* 4. Infidelium.
Ioa. 10. v. 26. *autem non crediderit condemnabitur*, Manifeſtè extra numerum
Ioan. 8. fidelium iacet, & æternæ condemnationi eſt deſtinatus; quali-
v. 47. bus dictum eſt; *Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis:*
Ioan. 3. *Et propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Et qui non*
v. 18. *credit iam iudicatus eſt quia non credidit in nomine vnigeniti filij*
Dei.

CAPVT XVI.

Cap. XVI. Mortuus Chriſtus pro omnibus credentibus & crediturus.

PRo illis itaque tribus ordinibus ad Chriſti gratiam & ſocietatem fidelium pertinentibus Dominum Ieſum Chriſtum & veniſſe vt eos ſaluaret, & crucifixum eſſe vt eos redimeret, eóſque in ſua morte baptizaret, & in ſuo ſanguine à peccatis ablueret, & fideliter credendum tenemus: Et hoc non ſolùm ex diuinis Scripturis, ſed etiam ex ſanctorum Patrum fide, & doctrina euidenter agnoſcimus: Beatus namque *Hieronymus* Hieron.
Math. exponens illum locum Euangelij vbi Dominus de ſe ait; *Et* « in Math.
20. v. 28. *dare animam ſuam in redemptionem pro multis*, De hac re ita « 28. verſ. 28.
docet: Quando formam ſerui accepit, vt pro mundo ſangui- «
nem funderet: Et non dixit: *Dare animam ſuam redemptio-* »
nem pro omnibus, ſed pro multis, id eſt pro his qui crede- «
re voluerint:] In quibus verbis miro, & Apoſtolico modo «
Dominum noſtrum, & pro mundo ſanguinem fudiſſe, & tam-

Digitized by Google

men ipſum mundum, pro quo pretioſus ille, ſanguis effuſus eſt, non alios niſi fideleles monſtrauit. *Beatus Auguſtinus* in tractationibus Euangelij ſecundùm Ioannem, non ſolùm pro infidelibus, ſed etiam pro his qui ex parte credunt, Chriſtum, & ex parte non credunt, docet non eſſe mortuum Chriſtum, ita dicens: Qui ita confitetur Chriſtum Deum vt hominem neget, non pro illo mortuus eſt Chriſtus: quia ſecundùm hominem mortuus eſt Chriſtus:] Et alio loco de infidelibus: Quomodo, inquit, iſtis dixit, non eſtis ex ouibus meis: Quia videbat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos, non ad vitam æternam ſui ſanguinis pretio comparatos.] Et alibi diſtinguens inter Apoſtolos, & Iudam proditorem, quòd pro illis Dominus moriturus eſſet, pro illo non eſſet: Tota, inquit, eius paſſio noſtra purgatio eſt: paſſurus exitia, promiſit obſequia, non ſolùm illis, pro quibus erat ſubiturus mortem, ſed etiam illi qui fuerat eum traditurus ad mortem:] Item docens pro illis tantùm Dominum paſſum, quos ipsâ paſſione redimendo, oues ſuas fecit: Omnes, inquit, fecit ſuas oues, pro quibus eſt omnibus paſſus; Quia & ipſe vt pro omnibus pateretur, ouis eſt factus.] Item cùm exponeret myſterium illius vituli ſaginati, quem pater redeunti filio iuſſit occidi, tunc eum pro vnoquoque dicit occidi, cùm credit in occiſum: Nam vt etiam occidant, inquit, eum iubet, hoc eſt, vt mortem eius inſinuent: Tunc enim cuique occiditur cùm credit in occiſum.

AVGVST. tract. 66. in Ioannem.

Ibidē tract. 45.

Ibidē tract. 55.

De Iuda.

S. LEO. *Beatus Leo*, nihil Dominum noſtrum inaniter egiſſe aut pertuliſſe, ſed totum ad ſalutem fidelium ita docet: Nihil enim redemptor noſter non ad noſtram ſalutem, aut egit, aut pertulit, vt virtus, quæ inerat capiti ineſſet & corpori. Nam primùm ipſa illa ſubſtantiæ noſtræ in deitate ſuſceptio, quâ *verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis:* quem hominum miſericordiæ ſuæ, niſi infidelem, reliquit exortem? Et cui non communis natura cum Chriſto eſt? ſi aſſumentem recipit, & eo ſpiritu eſt regeneratus, quo eſt ille progenitus.] Ioan. 1. v. 4.

S. GREG. Beatus quoque *Gregorius*: quòd ad eos tàntùm Dominus noſter ſaluandos venerit, quos in ſe ſuſcipiendo liberauit, ita docet: Interpellat autem pro nobis Dominus, non voce ſed miſeratione: Quia quod in æternum damnari noluit, ſuſcipiendo liberauit.]

Hęc ex ſanctorum Patrũ verbis breuiter adnotauimus, vt quàm verè eorum veneranda doctrina etiam in hac re, de qua quæritur, Euangelicæ, & Apoſtolicæ auctoritati conſonet, & cõcordet, euidentiſsimè agnoſcatur. Et licet Apoſtolus de eodem Domino,

Digitized by Google

1. Tim. & redemptore noſtro dicat; *Vnus enim Deus, vnus eſt mediator Dei*
2. v. 5. *& hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptio-* Chriſtus ſe Redéptionem obtulit pro ſolis fidelibus.
num pro omnibus. Tamen iuxtà ſuperiùs demonſtratam fidei re-
gulam rectè intelligitur pro illis omnibus ſe *redemptionem* dediſ-
ſe, pro quibus etiam dignatus eſt *Mediator* Dei & hominum eſſe,
neque enim infidelium mediator eſt, ſicut nec *Aduocatus*, vel re-
1. Ioan. conciliator, ſed fidelium tantùm: De quibus Beatus Ioannes A-
2. v. 1. poſtolus dicit: *Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum*
iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: Vt videlicet ita ac-
1. Tim. cipiatur quod dictum eſt, *qui dedit ſemetipſum redemptionem pro*
2. v. 6. *omnibus*; non quòd omnes ſuâ paſſione redemerit, ſicut vtique
manifeſtum eſt, ſed quòd nemo accipiat redemptionem niſi in il-
lo & per illum. Dicit etiam alibi idem Apoſtolus de Domino; *Vt*
Heb. 2. *gratia* Dei *pro omnibus guſtaret mortem*, & pro quibus omnibus
v. 9. mortem guſtaſſe intelligendus ſit, videtur continuò demonſtraſſe
v. 10. cùm ſubiungit: *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem*
omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eo-
rum per paſſiones conſummari. Similiter & alio loco vbi de eodem Pro quibus omnibus mortuus Chriſtus.
2. Cor. Domino noſtro dicit: *Quia vnus pro omnibus mortuus eſt, ergò om-*
5. v. 14. *nes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt*; Statìm pro quibus
omnibus mortuus eſſe intelligendus ſit ſubiungit dicens: *Vt & qui*
v. 15. *viuunt iam non ſibi viuant; ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & re-*
ſurrexit. Iſti namque ſunt omnes: De quibus alibi idem Apoſto-
Rom. 8 lus in gloriam & laudem Dei Patris dicit: *Qui etiam proprio filio*
v. 32. *ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum:* Quibus &
1. Cor. alibi dicit: *Et non eſtis veſtri: Empti enim eſtis pretio magno.* Vn-
5. v. 20. de penſet vnuſquiſque fidelis, cùm ſanguis ille tanquam agni in-
contaminati, & immaculati Chriſti ab Apoſtolo pretium ma-
gnum dicatur eſſe, vtrùm poſſit tale pretium in aliquâ parte eſſe
inane, & vacuum: an potiùs illarum mercium, pro quibus datum
eſt, lucro & cumulo refertum.

CAPVT XVII.

Dicit quidem ipſe Dominus apud Eſaiam Prophetam lo-
Eſa. 49 quens de myſterio Paſſionis ſuæ; *Et ego dixi: in vacuum la-* Quomodo in vacuum laboraſſe dicitur Chriſtus.
v. 4. *boraui ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi.* Sed abſit,
vt hoc velut anxius, & ignarus loqui credatur, qui ſine dubio nun-
quam ignorare potuit exitum, & effectum paſſionis ſuæ, quam
pro vtriuſque populi redemptione & ſalute certo & definito con-
Ioa. 11. ſilio ſuſcepit: Dicente Euangeliſta: *Quia Ieſus moriturus erat pro*
v. 51. *gente: Et non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi*
congregaret in vnum: Et ipſo Domino de humilitate, & copioſo

fructu eiuſdem mortis ſuæ manifeſtè prænunciante, cùm ait: *Niſi*
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum ma- Ioa. 12.
net: ſin autem mortuum fuerit, multum fructũ affert. Cùm ergò hæc v. 24.
tantâ certitudine præſcierit, tantâ veritate, & firmitate prædixe- v. 25.
rit, quid eſt quod dicit: *Et ego dixi: in vacuum laboraui ſine cau-*
ſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi? Vt ſcilicet quia ſi do- Iſa. 49.
leat, & conqueratur tantâ humilitate, & abiectione paſsionis ſe v. 4.
in vacuum laboraſſe, ac ſine cauſa, & vanè tantam tolerantiæ, &
patientiæ fortitudinem conſumpſiſſe; dum velut infructuoſa, &
vacua videretur inani adniſu, & conatu eſſe conſumpta; ſed
Ex perſona hoc nimirum benè intelligitur dicere ex perſona membrorum
membro- ſuorum ſub illa paſsionis, & mortis ignominia infirmantium,
rum. ac penè deſperantium: Dum & perſecutorum ſæuitiâ velut victus
& extinctus putabatur, & reſurrecturus, atque humani generis
redemptor minimè credebatur. Ita namque de illo deſperare cæ-
perunt qui dicebant: *Et quomodo tradiderunt eum ſummi Sacer-*
dotes, & Principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt Luc. 24
eum: Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſraël: Et v. 20.
ideò vacuus eis videri poterat & labor paſsionis, & fortitudo tan- v. 21.
tæ tolerantiæ: Cuius nullus fructus videbatur, nulla redemptio-
nis vtilitas credebatur: ſic enim & in Pſalmo, vtique non ex ſua,
qui peccatum non fecit, ſed ex perſona membrorum ſuorum di-
cit: *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.* Et alio loco: Pſal. 21.
Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcon- v. 2.
dita. Ita ergò & in his Propheticis verbis ex perſona (vt dictum Pſa. 68.
eſt) infirmantium, & penè deſperantium membrorum ſuorum, & v. 6.
in vanum ſe illâ paſsione laboraſſe, & ſine cauſa & vanè fortitudi-
nem ſuam conſumpſiſſe conqueſtus eſt. Ipſe autem ex perſona ſua
omninò certus & fidens, licet & à perſecutoribus videretur vi-
ctus, & ab infirmitatibus diſcipulis putaretur fruſtrà, atque in
vacuum paſſus, continuò per illa verba, velut querimoniæ, &
anxietatis ſubiungit: *Ergò iudicium meum cum Domino, & opus*
meum in Deo meo. Id eſt, *iudicium meum*, quod apud homines in Eſa. 49
illa humilitate ſublatum eſt, apud Dominum ſaluum, & inuiola- v. 4.
tum eſt. Et *opus meum*, quod ſub tanta ignominia & contemptu
paſsionis fruſtrà videtur effuſum, atque conſumptum, apud Deum
plenum eſt fructu, & in nullo ſui effectus lucro fraudatum. Deni-
que vt ſtatìm fructuoſiſsimum ipſius ſui operis effectum in vtriuſ-
que populi redemptione, atque inluminatione euidentiſsimè de-
clararet, præmiſsis verbis protinùs adiunxit: *Et glorificatus ſum* v. 5.
in oculis Domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea: Et dixit:
Parùm eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces v. 6.
Iſraël conuertendas: Poſui te in lucem gentibus, vt ſis ſalus mea
vſque

Digitized by Google

Vſque ad extremum terræ. Non ergò aliquis ex illis verbis velut rationem ſe inueniſſe exiſtimet, quia Dominum noſtrum aliquid inaniter, & vanè in paſſione ſua, & pretioſi ſanguinis effuſione egiſſe contendat: Cùm totâ huius Prophetiæ lectionis ſerie ordinatiſsimo rerum effectu, & ex perſona (vt dictum eſt) infirmantium membrorum euidens hæſitatio, & deſperatio, & ex perſona ipſius capitis iuſti iudicij, & efficacisſimi operis præſumptio, & ex perſona patrum plenisſima declaretur tantæ humilitatis, & tanti operis in vtriuſque populi adquiſitione compenſatio: in illis videlicet, qui per eum à morte animæ ſuſcitantur, qui ad fidem conuertuntur, quibus in lucem ponitur, atque in ſalutem datur.

CAPVT XVIII.

CAP. XVIII

QVamuis igitur idem Dominus noſter, & ad omnes ſaluandos & omnes redimendos, etiam quos nec ſaluauit, nec redemit, id eſt infideles, & impios in ſua infidelitate & impietate perditos, & pereuntes ſiue perituros, veniſſe contendatur: Vnum tamen eſt, quod nos & fideliſsimè credimus, & veriſsimè nouimus, quia pro omni illa innumerabili, & infinita multitudine impiorum, quia ab exordio mundi vſque ad paſsionem Domini per quatuor fermè annorum millia in ſua impietate ſunt mortui, & apud inferos æternâ perditione damnati, nunquam Dominus paſſus, nunquam mortuus eſt, nec ad eos ſaluandos vllatenùs venit, nec pro eis pretioſum ſanguinem fudit: Quoniam ſolos illos ex his, qui ab exordio mundi vſque ad paſsionem eius extiterunt, eâdem paſſione ſuâ redemiſſe, & ſaluaſſe, atque *ab inferni clauſtris eduxiſſe credendus eſt*, qui & fideliter eum ſperauerunt venturũ, & fideliter per eum redemptionem, & liberationem ad ſalutem ſe accepturos eſſe crediderunt: ſanctos videlicet Patriarchas, & Prophetas, & cæteros iuſtos: quibus etiam per Oſeæ Prophetam antè promiſerat dicens: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: Ero mors tua ô mors: Ero morſus tuus inferne.* Et ideo nunquam aliquis Catholicorum doctorum ita ſenſiſſe, aut docuiſſe credendus eſt: quaſi Dominus & ſaluator noſter etiam ad illam impiorum multitudinem, quæ ante paſsionem eius periit, ſaluandam atque redimendam, paſsionem & mortem ſuſceperit. Cùm ergò pro illa inæſtimabiliter maiore humani generis parte, quæ per tot millia annorum præceſſerat, nullatenùs credendus ſit paſſus, nec pro eius ſalute crucifixus. Quid de iſta vtique minori parte infidelium, & impiorum credendum eſt, qui poſt paſsionem eius vſque ad mundi terminum aut extiterunt, aut exiſtunt, aut futuri ſunt? In quibus vtique & homo ille nondum natus *Anti-*

Pro impiis ante mortẽ Christi dãnatis nullo modo paſſus.

Oſeæ 13 v. 14.

Quid de poſteris infidelibus. Quid de Antichriſto.

n

Digitized by Google

chriſtus erit. Nam ſi ad iſtos tales Dominus ſaluandos venit, id eſt impios, & in ſua impietate perituros, ergò præſtitit illis, quod illis antiquis impiis non præſtitit: quia videlicet pro iſtis eſt crucifixus & mortuus, quod pro illis nullatenus credendus eſt paſſus. Si autem nec pro iſtis eſt crucifixus & mortuus, ſicut nec pro illis, ergò pares ſunt impietate, pares perditione, & pariter omninò extranei à Chriſti redemptione: quia & ſi pro iſtis paſſus eſſe dicatur, quid eis profecit eius paſſio impiis, & in ſua impietate perituris? Niſi, vt qui non fiunt participes redemptionis, maiorem & grauiorem incurrant cumulum damnationis.

CAP. XIX.

CAPVT XIX.

De B. Leonis intelligentia.

PОnit quædam verba B. Leo in quibuſdam ſermonibus ad populum, ex quibus nonnulli, vel minùs attendentes, vel minùs intelligentes, fortaſſis eum docere, & ſentire exiſtimant, quòd Dominus noſter etiam pro impiis, in ſua impietate durantibus paſſus ſit, & eorum poſſit dici redemptor: ſicut illud eſt,
» quod quodam loco ait: Reſpice tandem Iudæe, Reſpice, & ad
Leo. » redemptorem etiam tuum depoſita infidelitate conuertere. No-
» li ſceleris tui immanitate terreri, non iuſtos Chriſtus, ſed pec-
» catores vocat: nec impietatem tuam repellit, qui pro te, cum cru-
» cifixus eſſet, orauit.] Sed in his verbis manifeſtum eſt benè intelligentibus, quia vſitato more humanæ locutionis, ſub vnius Iudęi

De Iudæorum populo.

perſona totum Iudęorum populum alloquitur, & idcirco velut
» in perſona omnium, ad vnum clamat & dicit: [Et ad redemptorem
» etiam tuum depoſita infidelitate conuertere.] Non quia nullus ſit infidelium Iudæorum, cuius Dominus non ſit redemptor, ſed quia non ſolùm aliarum gentium, ſed etiam illius Iudaïci populi, cuius ſcelere, & impietate crucifixus eſt, ſi ad eum conuertatur,
» redemptor eſſe dignatur. Et ideo ait; [qui pro te cùm crucifixus
» eſſet orauit:] Non quod nullus infidelium Iudæorum ſit, pro quo non Dominus in cruce orauerit, dicens: *Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt:* Cùm apertè ipſe Dominus dicat: *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi de mundo:* Sed quia etiam in ipſo infideli populo & ſunt, & fuerunt multi, pro quibus vt à ſuo errore cõuertantur, & ſaluētur Domini miſericorditer orauit, & quod orauit efficaciter obtinuit, & perfecit. Et rectè B. Doctor dicit, velut ſub vnius perſona ad totū illū infidelem populum [qui pro te cùm crucifixus eſſet orauit.] Quia profectò & ex illo, & in illo populo & fuerunt, & ſunt, & erunt, pro quibus orauit. Hæc verba B. Leonis ita omnino eſſe intelligēda, etiam ipſe in aliis locis eorundem ſermonum ad populum

Luc. 23. v. 34. Ioa. 17 v. 9.

S. Leo.

tam clarè exponit, vt de his nemini dubitandum ſit. Sic enim «
quodam locó ait: Dominus noſter ita humano generi ſua morte «
conſulit, vt Sacramentum ſalutis etiam ipſis perſecutoribus non «
negaret: Qui enim venerat vniuerſis credentibus omnia peccata «
dimittere, à generali indulgentia nec Iudaïcum voluit crimen «
excludere.] Item alibi de eodem Domino noſtro loquens: Cu- «
ius (inquit) etiam circa interfectores ſuos tanta erat pietatis af- «
fectio, vt de cruce ſupplicans patri non ſe vindicari, ſed illis po- «
Luc.23. ſtularet ignoſci, dicens: *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid* «
v.34. *faciunt.* De cuius vtique orationis potentia fuit, vt prædicatio «
Mat.27 Apoſtoli Petri ex his qui dixerunt, *ſanguis eius ſuper nos, & ſu-* «
v.25. *per filios noſtros*, multorum ad pœnitentiam corda conuerteret,& «
Act. 4. vna die baptizarentur tria ferè millia Iudæorum: fieretque *om-* «
v. 32. *nium vna anima, & cor vnum paratorum pro eo mori*, quem popo- «
ſcerant crucifigi.]

Hæc de expoſitione ſuperiorum verborum, ex ipſis Beati
Leonis verbis poſuimus, qui his dictis continuò ſubiungit, dicens:
Ad hanc indulgentiam *traditor Iudas* peruenire non potuit: Quo- « De Iuda.
niam perditionis filius, cui diabolus ſtabat à dextris, priùs in «
deſperationem tranſiit, quàm Sacramentum generalis redem- «
ptionis Chriſtus impleret. Nam mortuo pro impiis omnibus Do- «
mino, potuiſſet fortè etiam hic conſequi remedium, ſi non feſti- «
naſſet ad laqueum.] In quibus verbis poteſt aliquis minùs con- «
ſiderans, & minùs intelligens ita exiſtimare, vt quod dictum eſt
Sacramentum generalis redemptionis, & mortuo pro omnibus
impiis Domino, ita accipi poſſit, quaſi & illa generalis redem-
ptio, & illa mors Domini pro omnibus impiis, etiam pro non
credentibus, & in ſua impietate pereuntibus facta credenda ſit:
ſed pro quibus omnibus impiis Dominum mortuum dicat,&quid
generalem redemptionem velit intelligi putamus quòd ipſe ſuis
verbis, quæ paulò ſuperiùs poſuimus diligenter exponat, dicens:
[Qui enim venerat vniuerſis credentibus omnia peccata dimitte- «
re,à generali indulgentia nec Iudaïcum voluit crimen excludere.] «
Vt verè pro illis omnibus impiis mors Domini fuerit impenſa:
quibus vniuerſis credentibus omnia peccata dimittit. *Et genera-
lem redemptionem, ſiue generalem indulgentiam* ideò dixiſſe intel-
ligatur, quia nec populum Iudaïcum, nec vllum genus homi-
num ab illa redemptione, & indulgentia inueniatur excluſum.
Sed in illis verbis, pro quibus exponendis iſta replicauimus, il-
lud euidenter oſtenditur, quòd *Proditor Iudas* nullatenùs ad
Chriſti redemptionem pertineat: Nec potuerit conſequi reme-
dium, quoniam feſtinauit ad laqueum, & ideò illi paſſio Chri-

Digitized by Google

ſti nihil profuit, quia in eorum damnationem tranſiit, qui apud inferos iam puniti redemptionis Dominicæ participes eſſe non poterant. Et tamen, velut ad ipſum infœlicem, & perditum alio „ loco ita increpando loquitur, dicens: Redemptorem etiam „ tuum, ne tibi parceret vendidiſti.] Non quia & ipſum redemit, quem iam ſuperiùs idem Doctor ad redemptionem peruenire non potuiſſe monſtrauit. Nec quòd redemptor illius intelligendus ſit, qui in ſua impietate permanſit, & periit: ſed quia in illa generali redemptione Paſſionis Chriſti potuiſſet & ipſe fortaſſe conſequi remedium, ſi non feſtinaſſet ad laqueum: Et ideò ſic ei dicit Redemptorem etiam tuum vendidiſti, quia verè etiam ipſius redemptor fieret, ſi ab eo etiam poſt tantum reatum piè, & fideliter indulgentiam poſceret. Nimis omninò prolixum eſt, & in ratione fidei exercitatis minimè neceſſarium, vt de ſingulis huius Beati Doctoris ſententiis, vbi aliqua eiuſmodi occaſio eſſe poteſt, ſicut in iſtis pauciſſimis factum eſt, diligenter omnia exponantur. Illud tantum attentius videtur eſſe commendandum, quod vbi *generale Chyrographum*, vel *generalem pactionem*, ſiue cautionem memorat generalis damnatio totius humani generis, quæ introducta eſt per Adam, intelligenda ſit: & vbi *generalem redemptionem*, vel *generalem indulgentiam* ponit, *propter omnium hominum*, vel omnium nationum *genus* dictum accipiendum ſit: Et vbi *pro omnibus impiis* Dominum mortem ſuſcepiſſe docet, pro omnibus *ex impietate conuerſis*, & in eum credentibus, ſicut ipſa eius verba in multis declarant, accipiendum ſit.

LEO.

CAP. XX.

CAPVT XX.

Concluſio huius 4. quæſtionis de Chriſti morte pro ſolis fidelibus.

HÆc fideliter, & omninò indubitanter tam de Scripturis ſanctis, quàm de Beatorum Patrum ſcriptis legenda, & conſideranda propoſuimus: in quibus euidenter idem Reuerendi Patres docent, & ex ipſius Domini, & Redemptoris noſtri ſermonibus probant, quòd pretioſus eius *Sanguis pro multis effuſus ſit* in remiſſionem peccatorum, *& dederit ipſe animam ſuam redemptionem pro multis*: Et non eum dixiſſe pro omnibus, ſed *pro multis*. Ita intelligunt & exponunt quod pro his qui credere voluerint, diſtinctè, & deſignanter accipiendum ſit. Et quod omnes pro quibus mortuus eſt, oues ſuas fecit: Quod vtique impios in ſua impietate pereuntes, & perituros nullatenùs fecit. Quibus etiam manifeſtè dicit: *Sed vos non creditis quia non* „ *eſtis ex ouibus meis*. Et pro eis qui ita credunt Dominum no-

Mat. 20 v. 28.

AVGVST. in Ioan. Tract.

Ioa. 10. v. 26.

Digitized by Google

ſtrum verum Deum, vt negent eum pro ſalute noſtra verum hominem factum, dicunt non eſſe mortuum ipſum Dominum Chriſtum,] Quia vtique ſecundùm hominem mortuus eſt Chriſtus. Dicunt etiam quòd tunc pro vno quoque Chriſti occiſio intelligenda ſit, cum credit in occiſum, id eſt, per eius mortem ſua peccata dimittir;] Et quod gratia incarnationis, & totius redemptionis eiuſdem Domini Ieſu Chriſti, ita generaliter omnibus, qui eum naturam noſtram ſuſcipientem receperint, & eo ſpiritu fuerint regenerati, quo eſt ille progenitus, præſtita ſit: vt tamen impios, & infideles tantæ miſericordiæ ſuæ reliquerit exſortes.

Quibus autem iſta non ſufficiunt, ſed magìs *ita generaliter pro omnibus* Chriſtum Dominum paſſum & mortuum intelligunt, vt eandem paſſionem, & mortem ſuam etiam impiis nunquam credituris, & omninò in ſua impietate perituris impenderit, quæri ab eis meritò poteſt, cur Dominus ſe *pro multis* animam ſuam daturum, & *pro multis* ſanguinem ſuum effundendum in remiſſionem peccatorum dixerit, & non pro omnibus: vbi ſi reſponderint, quia nec aliud eis reſpondendum reſtat, quod ideò dixerit *pro multis* quia pro ſolis illis, qui ad fidem venturi, & fideles futuri erant, & illa ſuſcepta, & pretioſus ſanguis fuſus eſſe intelligendus ſit. Ergò confirmatur patrum illa ſententia, quâ *pro multis* dictum pro illis ſcilicet qui credere voluerint intellexerunt? Et ideò vbicumque in literis Apoſtolicis legitur, quòd *idem Dominus dederit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, & gratia Dei pro omnibus guſtauerit mortem, & pro omnibus mortuus ſit*, illi multi pro quibus Dominus & animam ſuam ſe poſiturum, & ſanguinem fuſurum dixit, qui vtique in ſuo genere, *& multi & omnes ſunt*, rectè intelliguntur. Sicut & illud quod *omnes in Chriſto viuificabuntur*, & quod *per vnius hominis iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ:* Et non confuſè & abſurdè, etiam de impiis, & infidelibus, ſed de illis omninò *multis* dictum intelligendum eſt, de quibus manifeſtè dicitur: *Sic & per obediendiam vnius hominis iuſti conſtituentur multi.* Et de quibus alibi idem Apoſtolus dicit verbis Domini euidentiſſimè conſonans: *Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* Et apud Beatum Danielem Prophetam legitur: *Et multi de his, qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt*: Et quod eſt mirabilius iſti ipſi in ſuo genere *omnes*, & in ſuo genere *multi* ad comparationem mulrudinis reproborum dicuntur à Domino pauci, cùm ait: *Multi autem ſunt vocati pauci, verò electi.*

[Margin: Cur pro multis. — 1. Tim. 2. v. 6. — Heb. 2. v. 9. — 2. Cor. 5. v. 14. — 1. Cor. 15. v. 22. — Rom. 5 v. 18. v. 19. — Heb 9. v. 28. — Dan. 12 v. 9. — Mat. 20 v. 16.]

Quod ſi inueniuntur aliqui patrum, qui etiam pro impiis in ſua

Concluſ.

impietate permanſuris Dominum crucifixum dicant: ſi hoc diuinæ Scripturæ certiſſimis, & clariſſimis documentis probant: Erunt ergò illa, quæ ex verbis Domini de hac re commemorauimus aliter intelligenda. Quod eſt omnino mirum, vel potiùs incredibile poſſe fieri. Si autem abſque vllis Scripturæ, vt dictum eſt, non ambiguis, quæ & aliter intelligi poſſint, ſed certis omninò teſtimoniis hoc dixiſſe inueniuntur, quis non videat potiorem illam eſſe auctoritatem, quę & tam euidenti ratione, & tam multiplici Scripturarum atteſtatione firmatur. Si autem placet, ſicut & nobis multum placet, vt etiam iſtorum *ſententia ex pietate veniens, propter pacem & venerabilem pietatem beatiſſimorum Patrum non renuatur.* Nulla ergò contentione pro aliis aduerſus alios litigetur: Non vna ſententia pro altera damnetur. Et quia verè fieri poteſt, vt ignorantiam, & imperitiam noſtram in hac re aliquid lateat, *nihil temere definiatur; vt quolibet quis adquieſcat modo, non ſit hæreticum, niſi contentione hæreticum fiat.*

Via pacis.

CAPVT XXI.

CAP. XXI.

Quæſtio 5. De libero arbitrio. Hęc ſententia ex calũnia Gotteſchalco impoſita, vt ex ipſo Hincmaro probatur in deſſertatione cap. 22.

ADditur adhuc in præfata Epiſtola dixiſſe illum miſerabilem Monachum, *quòd poſtquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo noſtrum ad benè agendum, ſed tantum ad malè agendum libero poteſt vti arbitrio.*] Quod eſt vtique non ſolùm mirabile & inauditum, ſed quantùm nobis videtur etiam incredibile, vt homo inter fideles, & à fidelibus nutritus & eruditus, & in Eccleſiaſticorũm patrum ſcriptis, non parùm exercitatus hoc dicere, vel ſentire potuerit: *Quod poſt primi hominis lapſum, nemo etiam fidelium ad benè agendum libero poſſit vti arbitrio, ſed tantùm ad malè agendum:*] Tanquam in nobis non ſit liberum arbitrium, niſi ad malum: Ad bonum autem ſola in nobis Dei gratia abſque libero arbitrio operetur. Si enim dixiſſet generaliter; *nemo hominum*, & addiſſet *ſine Dei gratia*, & ita ſubiungeret, *libero benè vti poteſt arbitrio*, eſſet *Catholicus ſenſus*, & Catholica omninò aſſertio. Cùm autem dixiſſe arguatur, quòd nemo noſtrum, id eſt fidelium, niſi tantummodò ad malè agendum, libero vti poſsit arbitrio, quid aliud tali dicto, & tali nouitatis præſumptione aſſeritur, niſi quòd humanæ mentis arbitrium, quòd ante peccatum ad verum bonum amandum, & deſiderandum, & fruendum erat liberum: Ita primo homine peccante vitiatum ſit, & perierit: vt deinceps tantummodò ad malum remanſerit in homine liberum arbitrium: Ad bonum verò agendum, ſiue habendum nullum ſit hominis liberum arbitrium, ſed tantùm diuinæ gratiæ bonum. Quod genus erroris nec apud

Nemo ſine Dei gratia libero benè vti poteſt arbitrio.

Nota.

Digitized by Google

hæreticos, nec apud quemquam Catholicorum nos cognouiſſe, vel audiuiſſe meminimus: Ita vt etiam de iſto hoc nobis (vt iam diximus) incredibile videatur.

Sicut enim vnus atque idem homo poteſt eſſe ſanus, & ex ſano quâlibet intemperantiâ effici infirmus, & remedio ſalutari iterùm fieri ſanus: Sic & liberum humanæ mentis arbitrium quod priùs erat ſanum, factum eſt primo homine peccante infirmum, & quod erat ſaluum, factum eſt perditum; Et quod erat viuum, factum eſt mortuum. Verè enim ſanum erat antè peccatum nullo peccati languore vitiatum, & per ipſum peccatum factum eſt infirmatum, vt veraciter clamet ad Deum: *Ego dixi Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi:* Et cùm per verum medicum ſanatur, gratulans, & gratioſa gens dicit: *Domine Deus noſter clamaui ad te, & ſanaſti me.* Verè erat ſaluum, quòd nullâ interiùs malâ voluntate, nullâ exteriùs malâ operatione erat deprauatum, ſiue corruptum: & verè factum eſt perditum, cùm malâ voluntate Deum deſeruit, & deſerendo bonum, quod habebat, amiſit. Vnde hanc perditionem in ſe recognoſcens, atque ab ea liberari cupiens ingemiſcit, & dicit: *Errani ſicut ouis, quæ periit, require ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.* Et quotidiè neceſſarium habet quærentem, atque ſaluantem illum; qui dicit: *Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat:* Erat etiam viuum, quia adhærebat illi, cui dicimus; *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen:* viuens in illo, & per illum, do quo in Euangelio ſcriptum eſt. *Et vita erat lux hominum.* Sed hanc vitam, atque hunc fontem vitæ deſerendo factum eſt à vita Dei alienatum & mortuum. *Quia anima quæ peccauerit ipſa morietur.* Nec habet in ſe & ex ſe vllum ſenſum vitalem, & ad veram vitam nitentem, niſi per eum reſuſcitetur & viuificetur, qui dicit, *Quoniam hic filius meus fuerat, & reuixit, perierat & inuentus eſt:* Et niſi in illo ſpiritu vegetetur, de quo dicit Apoſtolus: *Litera occidit, ſpiritus autem viuificat.* Sic ſunt mortui, & quotidiè viuificantur, de quibus Dominus in Euangelio dicit: *Venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint viuent:* Et quibus Apoſtolus clamat, dicens: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & inluminabit tibi Chriſtus.*

[Margin: Liberũ arbitriũ iam infirmum. — Pſa. 40 v. 5. — Pſa. 29. v. 3. — Factum perditum. — Pſa. 118 v. 176. — Luc. 19 v. 10. — Pſa. 35. v. 10. — Ioan. 1. v. 4. — Factum mortuum. — Ezech. 18. v. 4. — Luc. 15. v. 24. — 2. Cor. 3 v. 6. — Ioan. 5. v. 25. — Eph. 5. v. 14.]

Nec aliquis inſidioſus, & calumnioſus obiicere nobis conetur, quod ita dicamus liberum arbitrium per peccatum primi hominis perditum, & mortuum, quaſi naturam ſuam in qua naturaliter habet inſitam liberi arbitrij voluntatem perdidiſſe intelligendus ſit. Non enim perdidit naturam, ſed bonum naturæ: Non perdidit velle, ſed perdidit bonum velle: Nec perdit

[Margin: Quomodo intelligatur perditum & mortuum.]

anima naturam ſuam cum moritur: in qua ſicut ſemper exiſtit, ita & ſecundùm quendam modum ſuum ſemper viuit: Et tamen verè moritur, non abolitione ſubſtantiæ, ſed amiſſione veræ vitæ ſuæ, quod illi Deus eſt. Et ideò prorsùs ipſum liberum hominis arbitrium neceſſe habet requirentem, & inuenientem, vt ex perdito fiat ſaluum: neceſſe habet ſuſcitantem, & viuificantem, vt ex mortuo fiat viuum: neceſſe habet etiam redimentem, vt quod erat ſeruituti obnoxium, poſſit effici liberum. Erat namque ſeruituti obnoxium, quia peccato ſubiugatum, & *Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* A qua ſeruitute fit liberum per eum qui dixit: *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis*, Et per donum Spiritus ſancti, de quo Apoſtolus ait; *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* Perdiderat itaque homo per primæ præuaricationis lapſum, & in eo omne genus humanum, veram arbitrij libertatem, quâ anteà liberum erat ad appetendum & habendum verum & diuinum, & æternum bonum. Nec hanc fœlicem & veram bonæ voluntatis libertatem vllo modo valet recipere, niſi per Redemptionem Chriſti fiat liberum, & per gratiam Spiritus ſancti, de ſeruitute peccati, in libertatem iuſtitiæ transferatur.

Vnde neceſſarius Redẽptor, &c.

Ioan. 8 v. 34.

v. 36.

2. Cor. 3 v. 17.

Cap. XXII.

CAPVT XXII.

HÆc eſt ergò infirmitas, & perditio, & mors liberi arbitrij per vnum hominem ingreſſa in mumdum, quâ per ſe nullatenus valet aſſurgere ad verum & æternum, & beatificum bonum, niſi per ſecundum hominem fuerit ſanatum, inuentum, viuificatum, & redemptum. Idipſum namque liberum hominis arbitrium, id eſt, ipſa humanæ mentis bona, & recta voluntas, cum qua homo bonus & rectus conditus fuerat, & Deo obediendo ante peccatum perſeuerabat bona, & Deum contemnendo per peccatũ facta eſt mala: Et per iuſtificationis Chriſti gratiam, ad Deum reſipiſcendo, & rediendo efficitur bona: Ipſa erat ante peccatum libera, ipſa facta eſt per peccatum ſeruituti obnoxia, ipſa fit per iuſtificantem gratiam liberata, & renouatur de die in diem, vſquedum ad perfectam libertatem vitæ æternæ per eandem gratiam perducatur. Ita liberum arbitrium ad verum bonum, & per Adam agnoſcitur veriſſimè perditum, & per Chriſtum verisſimè reſtauratum. Qui non abſtulit homini liberum arbitrium, ſed, vt dictum eſt, infirmum ſanans, perditum inuenit, mortuum ſuſcitauit, ſeruituti addictum redimendo liberauit.

Liberũ arbitrium, id eſt, recta voluntas.

Renouatur de die in diem.

Ideò in infidelibus idipſum liberum arbitrium, ita per Adam damnatum

damnatum, & perditum, in operibus mortuis liberum eſſe poteſt, in viuis non poteſt: Vnde ante omnia neceſſaria eſt homini omni ſanguinis Chriſti redemptio, per quam & emundetur ab operibus mortuis, & viuificetur ad ſeruiendum Deo viuenti. Quod commendans Apoſtolus dicit, *Quanto magis Sanguis Chriſti, qui*
Heb. 9. v. 14. *per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti:* Verè enim mortua ſunt omnia opera infidelium, non ſolùm quando apertè vitiis & peccatis ſeruiunt, ſed etiam quando naturali bono, in quantum omnipotens creator tribuit, inſtigati, vel naturali lege commoniti, quæ quotidiè in cordi-

De operibus infidelium.

Mat. 7. v. 12. bus eorum clamat: *Quod tibi non vis, alij ne feceris: Et omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis:* quædam bona opera & velut quaſdam virtutes habere, atque exercere videntur: quia fidem Dei, & Chriſti eius, vel ignorantes, vel odio habentes, aut etiam perſequentes, quod ex illa fide non operantur, omninò nec bonum opus, nec vera virtus eſſe poteſt, quæ non procedit ex radice veritatis, & bonitatis. Dum enim illa ipſa quæ ſecundùm homines videntur eſſe bona opera, nequaquam verâ fide ad Dominum referuntur, quem ignorant, nec propter eum agunt, ſed aut propter quandam honeſtatem, quâ inter homines magni videantur, vel propter cupiditatem alicuius commodi temporalis, ipſâ impietate infidelitatis, ipſâ inflatione elationis, ipſâ peruerſitate cupiditatis, ita immunda, & inquinata ſunt omnia, vt apud Deum non virtutes, ſed vitia
Tit. 1. v. 15. iudicentur, Vnde Apoſtolus ait: *Inquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum: ſed inquinata ſunt eorum, & mens, & conſcientia.*
Ro. 14. v. 23. Et iterùm: *Omne autem, quòd non eſt ex fide, peccatum eſt: Et ſine*
Heb. 11 v. 6. *fide impoſſibile eſt placere Deo.*

CAPVT XXIII.

CAP. XXIII

Fideles autem Chriſti ſanguine redempti, & per lauacrum regenerationis & renouationis mundati, inſtauratâ in ſe, & quotidiè inſtaurandâ arbitrij libertate, eâdem gratiâ (per quam ſemel inluminati ſunt) ſemper cooperante, & auxiliante operantur opera bona, non ex ſeipſis, neque ex viribus propriis; ſed ex illo, cuius ſpiritu aguntur.. Quia, vt Apoſtolus dicit, *Qui-*

Nota. Gratiâ Chriſti ſemper auxiliante.

Rom. 8 v. 14. *cunque Spiritu Dei aguntur hi filij ſunt Dei.* Qui etiam, vt maniſeſtiſſimè oſtenderet, & commendaret, & fideles operari opus bonum, & vt hoc ipſum operari poſſint, Deum in illis operari,
Phil. 3. v. 12. v. 13. breuiter vtrumque declarauit dicens eiſdem fidelibus: *Cùm timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: Deus eſt enim*

Digitized by Google

qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Quod
„ *Beatus Leo* ita exponit: Dicente enim Diſcipulis ſuis Domino,
B.Leo Ser. 8.in Epiph. „ *ſine me nihil poteſtis facere*, dubium non eſt hominem bona agen- Ioa. 15.
„ tem ex Deo habere, & effectum boni operis, & initium volun- v. 5.
„ tatis. Vnde & Apoſtolus copioſiſſimus, & fidelium cohortator,
„ *cùm timore*, inquit, *& tremore veſtram ſalutem operamini: Deus* Phil. 3.
„ *eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona volun-* v. 13.
„ *tate.* Et hæc ſanctis cauſa eſt tremendi, atque metuendi, ne ipſis
„ operibus pietatis elati deſerantur ope gratiæ, & remaneāt in in-
„ firmitate naturæ.] Ita namque operante in ſuis fidelibus Deo im-
pletur illud quod Dominus ait: *Qui autem facit veritatem, venit*
ad lucem, vt manifeſtentur eius opera, quia in Deo ſunt facta; & ex Ioan. 3. v. 21.
perſona eorundem fidelium ei per Prophetam dicitur: *Domine* Iſa. 26.
dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. v. 12.

Hæc ita eſſe ſentienda, atque tenenda de liber arbitrij inſtau-
P. Cœleſt. ad Gal. Ep. cap. 8. ratione, & de munere atque auxilio diuinæ gratiæ, ita beatus *Papa*
„ *Celeſtinus* breuiter docet, & inculcat dicens: Non eſt dubium ab
„ ipſius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit, vt a-
„ liquid boni & velle incipiamus, & facere. Quo vtique auxilio &
„ munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur: vt de
„ tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de im-
„ prudente ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes homines bo-
„ nitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona; Et pro
„ his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippè in
„ nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus: nec otioſa in nobis eſſe
„ patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos coo-
„ peratores ſimus gratiæ Dei.]

Ex Arauſic. Conc. „ Item de eadem re ex conciliis vel definitionibus Patrum hæc
„ proponenda credidimus.

Can. 10. „ Primum. Adiutorium Dei etiam renatis, ac ſanatis ſemper eſt
„ implorandum, vt ad finem bonorum peruenire, vel in bono poſ-
„ ſint opere perdurare.

Can. 13. „ Secundum. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum,
„ niſi per gratiam Baptiſmi non poteſt reparari: quod amiſſum, ni-
„ ſi à quo potuit dari, non poteſt reddi: Vnde veritas dicit: *Si vos* Ioan. 8.
„ *filius liberauerit, tunc vos verè liberi eritis.* v. 36.

Can. 19. „ Tertium. Natura humana, etiamſi in illa integritate, in qua eſt
„ condita permaneret, nullomodo ſeipſam creatore ſuo non adiu-
„ uante ſeruaret. Vnde cùm ſine Dei gratia ſalutem non poſſet cu-
„ ſtodire, quam accepit: quomodo ſine Dei gratia poterit reparare
„ quod perdidit.

Can. 21. „ Quartum. Ideò Chriſtus non gratìs mortuus eſt, vt & lex per Mat. 5.
„ illum impleretur, qui dixit: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* v. 17.

Digitized by Google

Luc. 19. v. 10. Et natura per Adam perdita per illum repararetur qui dixit, *Veniſſe ſe quærere & ſaluare quod perierat.*]

CAPVT XXIIII.

Cap. xxiv.

POſt hæc interpoſitâ quâdam narratione, quæ ad præſentem reſponſionem noſtram non videtur neceſſaria, ſubiungit ſcriptor epiſtolæ de Conuentu Concilij Epiſcoporũ pro examinandis & definiendis quæſtionibus, ſiue obiectionibus, quas ille miſerabilis Monachus propoſuiſſe vel docuiſſe dicitur: De quibus quid noſtrę puſilitati videatur iam ſuprà ſatis oſtenſum eſt. Et qualiter idem Monachus eorumdem Epiſcoporũ iudicio, quia eorum adquieſcere ſententiæ noluit, fuerit condemnatus, ita dicens.

HINCMARVS.

Verba Epiſtolæ Hincmari.

Quapropter, inquit, *ad Epiſcoporum eum præſentiam, qui tunc regio mandato pro negotiis regiis apud Cariſiacũ accerſiti erant, in præſentiam etiam Domini VVenilonis, qui illuc conuenerat, producere ſtudui, vbi multis audientibus nihil dignum ratione vel dixit, vel interrogatus reſpondit: Sed, vt arreptitius, cùm quid rationabiliter reſponderet non habuit, in contumelias ſingulorum prorupit: Et propter impudentiſſimam inſolentiam ſuam per regulam ſancti Benedicti à Monachorũ Abbatibus, vel cæteris Monachis dignus flagello adiudicatus. Et quia contra Canonicã inſtitutionem, ciuilia, & Eccleſiaſtica negotia pertuabare ſtuduit indefeſſus, & ſe noluit recognoſcere, vel aliquo modo humiliare profuſus ab Epiſcopis, & ſecundum Eccleſiaſtica iura damnatus.*

RESPONSIO.

Abſurditas in damnatione Gotteſch.

In quibus verbis imprimis illud videtur abſurdum, quòd præfatum miſerabilem Monachum in iudicio Epiſcoporũ productum priùs Abbates Monaſteriorum, qui prę́ſentes aderant, ad cędes, & flagella iudicaſſe referũtur, & deinde Epiſcopi iuxta Eccleſiaſtica iura damnaſſe; Cùm homo antè reddebatur hæreticus iuxta antiquam Eccleſiæ obſeruantiam, atque auctoritatem, ad Epiſcopale tantummodò iudicium pertineret, ſiue damnandus, ſiue abſoluendus. Nec priùs ab inferioris loci hominibus, & poſtmodùm ab Epiſcopis debuerit condemnari: Sed & de ipſis flagellis, & cędibus, quibus ſecundum regulam ſancti Benedicti dicitur adiudicatus, quibus & omninò fertur atrociſſimè & abſque vlla miſericordia penè vſque ad mortẽ dilaceratus, quę moderatio, & menſura iuxta pietatem Eccleſiaſticam, & Sacerdotalem, ſiue Monachalem verecundiam ſeruari debuerit, ipſi potiùs apud ſe iudicent. Quòd autem in Epiſcoporum contumelias dicitur prorupiſſe, verè hoc & impium eſt, & inſanum, & omninò iuſtâ vltione damnandum: Licet meliùs ab aliis quàm ab ipſis.

Nota iudicium Eccl.

De illis verò ſententiis, quas & anteà prædicaſſe, & tunc in Synodo propoſuiſſe, nec vllatenùs mutare voluiſſe firmatur, igno-

Digitized by Google

Lugd. de doctrina

ſcat nobis vnuſquiſque lector, ignoſcat etiam Reuerendus illæ Epiſtolæ ſcriptor: Quia ſicut iam ſuperiùs, & ex diuina, & ex paterna authoritate ſatis oſtendimus, videtur nobis ſine dubio, quòd illa, quæ *de diuina prædeſtinatione* dixit, iuxta regulam Catholicæ fidei vera ſint, & à veridicis patribus manifeſtiſſimè confirmata, nec ab vllo penitùs noſtrûm, qui Catholicus haberi vult, reſpuenda ſiue damnanda. Et ideò in hac re dolemus non illum miſerabilem, ſed Eccleſiaſticam veritatem eſſe damnatam. In illa autem Apoſtoli ſententia, quâ de Deo ait, *qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, putamus eum ſenſum beatiſſimi patris *Auguſtini*, ab omni ſemper Eccleſia venerabiliter recepti, & vſque in finem ſæculi recipiendi, ſecutum fuiſſe, qui de tanta quæſtione tractans, & conlatis inter ſe duobus teſtimoniis, Apoſtolico videlicet, & Prophetico, qualiter iuxta ſanam fidei intelligentiam vtrumque verum eſſe accipiendum ſit; & in pleriſque aliis librorum ſuorum locis, & maximè in libello qui Enchyridion dicitur euidentiſſimè declarat: Et quid ei de re tanta: probabilius videatur, manifeſtat. Cuius omninò veridicum ſenſum non oportuit ſub perſona alicuius hominis, à Catholicis Dei ſacerdotibus condemnari: Ne iam non iſte, qui errare putatur, ſed ille potiùs, cuius authoritatem ſequitur, hæreticus eſſe iudicetur. Et licet alij quidam ſancti, & venerabiles patres ſimpliciter illa Apoſtoli verba accepiſſe inueniantur, vtrorumque tamen ſententia fuerat honoranda: Nec vt iam ſuperiùs dictum eſt, vna pro altera damnanda: Quia & illa ex diuina auctoritate vera eſſe monſtratur; Et iſta quâdam piâ ratione non abhorrere à veritate fideliter creditur.

De 1. & 2. quæſt. de prædeſt.

De 3. quæſt. de volunt. Dei.

1. Tim. 2. v. 4.

Via pacis.

De 4. quæſt. de morte Chriſti.

Iam illud *de Dominici ſanguinis pretio*, quòd pro his tantùm qui credere voluerint datum ſit manifeſtum eſt, ſicut ſuprà ſatis oſtendimus eorumdem beatorum patrum ſententiâ: Quam iſte vt putamus, & legendo didiſcerat, & damnare metuebat. Vnde, & ſi inuenti ſunt alij æquè patres, qui illud glorioſum pretium etiam pro nunquam credituris, & in ſua impietate perituris datum eſſe non abnuant, meliùs vt credimus vtrique honorarentur, nec pro aliis alij damnarentur: Quia & illud manifeſtè diuinâ auctoritate firmatum eſt; Et iſtud, ſi piè ſentitur, non eſt abnuendum. Quòd verò dixiſſe firmatur, ad malè tantummodò agendum liberum nos habere arbitrium; ad benè verò agendum non habere, ſi verè ita ſenſit & dixit, hoc verè non eſt ex diuina auctoritate ſumptum, neque ex ſanctorum patrum dogmatibus tractum, ſed apertè ex proprio errore prolatum. Quia liberum nobis arbitrium quod peccato fuerat ſubiugatum, non ablatum eſt, ſed liberatum, & ipſum nobis per Dei gratiam excitatur ad benè

Via pacis.

De 5. quæſt. de lib. arbitrio.

agendum, vt & ipſi eiuſdem gratiæ cooperatores ſimus. De qua
re, ſi iſte tam abſurdè, & inſipienter errauit, manifeſta eſt Apo-
Galat. ſtoli ſententia dicentis: *Fratres & ſi praeoccupatus fuerit homo in*
6.v.1. *aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpi-*
ritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Et illi quidem
propter intemperantiam, & importunitatem, atque infrunita-
tem linguæ ſuæ, & inquietam mobilitatem inſtabilitatis ſuæ,
meritò forſitan accidit, quod in Salomone legitur: *Et qui incon-*
Prou. *ſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala.* Et iterùm: *Qui imponit*
13.v.3. Prou. *ſtulto ſilentium iras mitigat.* Et alio loco: *Eijce deriſorem, &*
26.v.10. *exibit cum eo iurgium, ceſſabúntque cauſæ, & contumeliæ.*

CAPVT XXV.

CAP. XV.

Prou. TAmen nullius hominis improbitate, & infrunitate ita moueri
22. v. debemus, vt contemnamus, vel impugnemus, aut etiam dãna-
10. re audeamus diuinam veritatem, ſiue patrum noſtrorum venerabi-
2. Cor. lem auctoritatem, memores Apoſtoli dicentis: *Non enim poſſu-*
13. v. 8. *mus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate*, Atque ita potiùs
agendum, vt & patres in filiis, & filij in patribus honorentur:
Prou. Iuxta Salomonem dicentem: *Corona ſenum, filij filiorum, & glo-*
17.v. 6. *ria filiorum patres eorum.* De quibus etiam alibi præcipitur: *In*
Eccl. *multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex*
6. v. 35. Eccl. 8. *corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire.* Et ite-
v. 9. rùm: *Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in*
v. 11. *prouerbiis illorum conuerſare: Non te prætereat narratio ſeniorum:*
v. 12. *Et ipſi enim didicerunt à patribus ſuis: quoniam ab ipſis diſces in-*
tellectum, & in tempore neceſſitatis dabis reſponſum. De his nam-
Deut. que & alibi præcipitur: *Interroga patrem tuum, & annunciabit*
32. v. 7. *tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Et iterùm: *Ne tranſgrediaris ter-*
Prou. *minos antiquos, quos poſuerunt patres tui.*
22.v.28.

Quapropter illud prorsùs omnes non ſolùm dolent, ſed etiam
horrent: quia inaudito inreligioſitatis, & crudelitatis exemplo, Inauditum crudelitatis exẽplum.
tamdiù ille miſerabilis flagris, & cædibus trucidatus eſt, donec
(ſicut narrauerunt nobis, qui præſentes aderant) accenſo coram
ſe igni libellum, in quo ſententias Scripturarum, ſiue ſancto-
rum patrum, ſibi collegerat, quas in concilio offerret, coactus
eſt iam penè emoriens ſuis manibus in flammam proiicere, atque
incendio concremare: Cùm omnes retrò hæretici verbis, & diſ-
putationibus victi, atque conuicti ſunt. Et ſic prauitas, quæ vi-
debatur hominis, fuerit coërcenda, vt nulla diuinis rebus infer-
retur iniuria. Maximè cùm illi ſenſus, qui ipſo continebantur li- Nota.
bello, excepto vno qui extremus ponitur, non eſſent ſui, ſed Nec extremus fuit Gotteſch.
Eccleſiaſtici: nec ignibus damnandi, ſed piâ, & pacificâ fuerint
inquiſitione tractandi: Sed & illa eiuſdem miſerandi hominis tam

longa, & inhumana in ergaſtulum per tot annos damnatio, aliquà vt credimus, compaſſionis benignitate, & conſolatione fuerat temperanda, vel etiam remouenda, vt frater pro quo Chriſtus mortuus eſt, per charitatem, & ſpiritum manſuetudinis potiùs lucraretur, quàm abundantiori triſtitiâ abſorberetur. Quod illuc, vt Dominus nouit, in quantum ipſe inſpicere dignatur, ſuggerimus charitate, quam nobis Beatus Ioannes Apoſtolus commendat dicens: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quòd ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* i. Ioan. 3. v. 16.

CAPVT XXVI.

Cap. XXVI.

POſt damnationem huius miſerandi hominis ſubiungit ſcriptor Epiſtolæ ad ſingulas illius propoſitiones ſuas, & quorundam, qui cum eo ſimiliter ſentiunt, reſponſiones, quas hîc neceſſe eſt in ordinem ponere, & quid nobis de his videatur breuiter deſignare. Quod licet ſuprà multipliciter iam factum ſit; Tamen neque nunc prætereundum putamus, ne quid difficultatis, & obſcuritatis ex huiuſmodi reſponſionibus cuiquam generetur. Quæ videlicet reſponſiones in ipſa Epiſtola ita incipiunt.

HINCINARVS.

Dicunt, & firmiter credunt, qui ſaniùs apud nos ſapere videntur, quia Dominus omnes homines vult ſaluos fieri, *ſecundùm Apoſtolum*, qui neminem vult perire, *licet non omnes ſaluentur: nam & lux in tenebris lucet*, licet eam tenebræ non comprehendant. *Et* Chriſtus pro omnibus paſſus eſt *ſecundùm eundem Apoſtolum ſcribentem ad Timotheum*, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, *licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur: Quia effuſio iuſti ſanguinis Chriſti tam diues fuit ad pretium mundi, vt ſi vniuerſitas captiuorum in eum crederet, nullus ſub mortis imperio remaneret. Et quia non omnes tam ditiſſimo pretio redimuntur, ad infidelium reſpicit partem, non ad pretium ſæculi copioſum.* 1. Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 3. v. 9. Ioan. 1. v. 6. 2. Cor. 5. v. 14. 1. Tim. 2. v. 6.

RESPONSIO.

De voluntate Dei.

In quibus verbis videtur ſibi ille qui ſcripſit Epiſtolam, duas quæſtiones ſimul, id eſt, & *quòd Deus omnes homines velit ſaluos fieri*, & quod *Dominus Ieſus Chriſtus pro omnibus* omninò *hominibus* etiam in ſua infidelitate perituris *mortuus ſit*, duobus teſtimoniis ex Apoſtolo ſumptis pleniſſimè abſoluiſſe; atque finiſſe. Nam quòd *Deus omnes homines ſaluos fieri velit*, producit Apoſtolum teſtem apertiſſimè de eodem Deo & Domino dicentem:

1. Tim. 2. v. 4. *Qui vult omnes homines ſaluos fieri*. Et iſtis verbis Apoſtoli adiungit ex verbis Propheticis velut alterius teſtimonij ſenſum 2. Reg. 14. v. 14 quòd *Deus neminem velit perire* qui vtique apud Ezechielem Prophetam loquitur: Quia *nolo mortem morientis, dicit Dominus,* Ezech. 33. v. 11. *ſed vt conuertatur, & viuat*. Quem ſenſum illorum Apoſtoli verborum, quibus ait; *qui vult omnes homines ſaluos fieri*, etiam nos 1. Tim. 2. v. 4. ſuperiùs commemorauimus, & fideliter poſſe accipi diximus, Si tamen & ille *ſenſus beati Auguſtini*, quem ille iuxta alterius diuinæ Scripturæ auctoritatem diligenter inquirit; & multis ac veracibus modis exponit, pariter recipiatur: Nec propter iſtum ille damnetur, ſed potiùs *vtrique ſenſui* propter veracem & piam patrum auctoritatem fideliter obediatur. Quia omninò, *& quos verè vult Deus ſaluos fieri*, ſine dubio ſaluos facit, qui, vt ſcriptura teſtatur, *omnia quæcumque voluit fecit*. Et ſi cæteros ita vult ſaluos fieri, vt tamen non eos ſaluos faciat, ſed omninò perire permittat, vtrumque hîc euidenter apparet: Et erga creaturam ſuam ſcilicet, *bonitas creatoris*, & erga eiuſdem creaturæ iniquitatem *ſeueritas iudicis*.

Pacis via.

Pſ. 113. v. 3.

CAPVT XXVII.

CAP. XXVII.

De morte Chriſti.

QVod autem Dominum noſtrum etiam pro impiis in ſua impietate perituris eſſe mortuum vno ſimiliter Apoſtoli teſtimonio confirmare videtur, quo ait, *qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus*, profectò non recolüit, nec diligenter conſiderauit, ita hæc Apoſtoli verba eſſe accipienda, vt conſonent Domini verbis, quibus ſe in Euangelio ad hoc veniſſe dicit, *Vt animam ſuam daret redemptionem pro multis:* Et de pretio ſui ſanguinis ſimiliter ait, *qui pro vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum*. Et ideò ita verè accipiendum eſt, quod Apoſtolus ait: *qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus*, vt iſti *omnes* intelligantur *multi:* ſicut & alibi idem Apoſtolus dicit: *ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata*. Qui etiam alio loco quos dixit *omnes*, eoſdem continò expoſuit intelligendos eſſe *multos:* Cùm enim dixiſſet de Domino, quòd *per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ*, ſtatìm ſubiunxit: *quia & per obedientiam vnius hominis*, ipſius videlicet Domini Ieſu Chriſti *iuſti conſtituentur multi:* Quia vt omninò manifeſtum eſt, ita per eum *omnes homines* efficiuntur iuſti, vt ipſi qui in ſuo genere *omnes* ſunt, ex comparatione alterius generis eorum, qui propter infidelitatem ſuam non iuſtificantur, potiùs *multi* ſint. Quod & ſi ali qui patrum *pro omnibus omninò hominibus* Dominum paſſum intellexerunt, honoretur, & iſte velut pius

1. Tim. 2. v. 6. Math. 20. v. 28. Math. 26. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. Heb. 9. v. 28. Rom. 5. v. 18. v. 19.

Omnes multi.

Pius ſenſus.

ſenſus, dummodò ille prior, qui eſt certiſſimus, & diuinâ veritate firmatus nullâ præſumptione contemnatur, vel quod eſt grauiùs damnetur.

Lux lucet in tenebris.

Nam & illud teſtimonium velut ad confirmationem huius rei ex Euangelio ſumptum: id eſt, *lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt*, non nobis videtur huic congruum aſſertioni: Quia *lux* illa præſentiâ maieſtatis ſuæ in tenebris lucens, id eſt, in infidelium cordibus, maieſtate conditoris ſuam præſentiam exhibens, operatur aliquid in eis, & ſi non, vt videant ipſam, tamen vt videant aliquid per ipſam, id eſt, vt intelligant inter iuſta & iniuſta, inter bonum & malum, inter agendum & non agendum, *vt ſint inexcuſabiles* in die quo iudicabit Deus occulta hominum. Quæ tamen *lux* non à facie illis reſplendet, quia non ad eam attendunt, ſed velut à tergo eis relucet: quia ſicut Propheta dicit, *Verterunt ad eam tergum, & non faciem*. In hac autem re, quâ ſanguis Domini Ieſu Chriſti etiam pro impiis in ſua impietate perituris fuſus eſſe aſſeritur, quid vtilitatis in eis egerit, nihil omninò inuenitur, niſi vt iuxta diſputationem antiqui, *& fideliſſimi doctoris*, Cuius etiam doctrina, & induſtria totæ Galliæ ab infeſtatione quondam Arrianæ impietatis Deo auxiliante ante defenſæ ſunt: hoc eis non in remedium, ſed ſicut iam ſuprà diximus, in exitium conuertatur. Ait namque vir ille doctiſſimus, & magnâ eloquentiæ facultate fultus, cùm exponeret verba Euangelij, in quibus Iudæi obſtinatâ impietate aduerſus Dominum dixiſſe leguntur: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros:* Hoc ſibi Iudaïcus, hoc optat populus Chriſtianus pari verbo, diſpari voto. Eſt enim ſuper nos, eſt & ſuper illos: ſi ſuper fidelem, protegit, ſi ſuper inimicum ponitur, premit: ſic tamen quod illos ſibi adiungit quos tegit: Illos non tangit quos grauat.] Sed & illam beati Leonis ſententiam licet ex parte aliis verbis, & alio forſitan ſenſu poſitam, quaſi hoc vir ille ſenſerit, quòd etiam pro impiis in ſua impietate perituris Dominus Chriſtus mortuus ſit, manifeſta veritas non ita intelligendam oſtendit. Ait namque ille: Effuſio pro multis ſanguinis iuſti tam potens ad priuilegium, tam diues fuit ad pretium, vt ſi omnes in eum crederent, nullum tyrannica vincula retinerent.] Verè enim pretioſus ſanguis ille, & potens extitit ad priuilegium, vt omnes poſſet redimere: Et diues ad pretium, vt nullum tyrannica, id eſt diabolica vincula retinerent, niſi qui ab eius fide alienus exiſteret. Et ideò in tanta quæſtione non ſunt proponenda incongrua, non ſunt aſſerenda ſuperflua. Vt in ſimplicitate & ſinceritate Dei inſtruantur, & non in vanitate ſenſus noſtri, hi qui nos audiunt inludantur.

Ioan. 1. v. 5. — Rom. 1. v. 5. — Ierem. 2. v. 27. — HILARIVS. — Math. 27. v. 25. — LEO.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XXVIII. Cap. xviii.

SVbiungitur in eadem Epiſtola de lege prima tertia quęſtione, id eſt, *prædeſtinatione diuina* ſermo prolixus, qui non totus ſimul, ſed per partes ponendus & tractandus nobis videtur, ita ſe habens.

HINCMARVS.

Dicunt, inquit, *quia*, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & neminem vult perire, & qui pro omnibus paſſus eſt, *neminem prædeſtinauit ad interitum, vel ignem æternum: ſed ex maſſa peccati quoſdam ſicut præſciuit, prædeſtinauit, id eſt, gratiâ præparauit ad vitam & regnum, & illis vitam ac regnum prædeſtinauit, id eſt, gratiâ præparauit æternum: Euangelio teſte qui dicit:* Venite benedicti, *id eſt de prima maledictione, gratiâ erepti, electi, & prædeſtinati*, percipite regnum, quod vobis paratum eſt, *id eſt, quod vobis prædeſtinatum eſt* ab origine mundi. *Quoſdam autem, ſicut præſciuit, non ad mortem neque ad ignem prædeſtinauit, ſed in maſſa peccati, & perditionis iuſtè deſeruit, à qua eos prædeſtinatione ſuâ, id eſt, gratiæ præparatione, occulto, ſed non iniuſto iudicio nequaquam eripuit. Quia ſicut* beatus *exponit* Auguſtinus, prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: Gratia autem eſt vitæ donatio, id eſt ipſius prædeſtinationis effectus.] *Et* beatus Proſper *in hac re ſancti Auguſtini expoſitor, cum cæteris orthodoxis concordans patribus dicit:* Non eſt prædeſtinatio, niſi quod ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ.] Avgvst. de prædeſt. ſanct. cap. 10. Prosper.

RESPONSIO.

In quibus verbis quod dicitur, quia *qui omnes vult ſaluos fieri, & neminem vult perire*, & qui pro omnibus paſſus eſt, neminem prędeſtinauerit ad interitum, vel ignem æternum, aperriſſimè contrarium eſt fidei: Quâ verè, & fideliter creditur, & definitur quòd omnipotens Deus omnia opera ſua, quæ erat ipſe facturus, quæ vtique nunquam eſſe poſſunt niſi iuſta, & recta, ſicut in Pſalmo canitur: *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus, in omnibus operibus ſuis,* ante omnia ſæcula, & veriſſimè præſcierit futura, & immobiliter prædeſtinauerit, id eſt, ſtatuerit, & præfinierit facienda. Iuſta quippè impiorum & iniquorum in æterna morte, atque in æterno igni damnatio, opus eſt procul dubiò iuſti iudicij Dei, *qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* Et idcircò ſemper apud eum extitit, & verè præſcitum, & iuſtè prædeſtinatum, qui atteſtante Propheta: *fecit quæ futura ſunt.* Nam ſi

(Margin: De prædeſtinatione ad interitum. — Pſal. 144. v. 17. — Rom. 2. v. 6. — LXX. Iſa. 45. v. 11.)

hoc in æterna eius præſcientia, & prædeſtinatione non fuiſſet, nunquam eius opus eſſet, nunquam temporaliter fieri potuiſſet. Quia omne opus ſuum ille præſciendo, & prædeſtinando præuenit: Et ideo nihil eſt in eius operibus futurum, quod ipſe non præſcierit, & prædeſtinauerit ſe eſſe facturum. Deinde contrarium eſt etiam doctrinæ, & definitionibus ſanctorum patrum. Qui in vtramque partem, tam videlicet electorum, quàm reproborum. (Quia & illorum glorificatio, & iſtorum condemnatio iuſtum Dei opus eſt) diuinam prædeſtinationem ponere non dubitant, ſicuti iam ſuprà ſatis à nobis oſtenſum eſt. Et ideò multùm neceſſe eſt, vt agnoſcant, qui ita ſentiunt, manifeſtam fidei veritatem, & fundatiſſimam beatorum patrum auctoritatem: Et quod eis nullatenus expedit, non ſpernant, neque abiiciant illos, de quibus Dominus ait: *Qui vos audit, me audit, Et qui vos ſpernit me ſpernit.* Luc.10.

Quod ſi ideò eis videtur abſurdum, quia omnipotens Deus reprobos prædeſtinauerit ad interitum, & ad ignem æternum, v.16. quoniam velut incredibile videtur, vt *qui omnes vult ſaluari*, & qui pro omnibus mortuus creditur, aliquem eorum prædeſtinauerit ad damnationem: recogitent attentiùs, quia etſi illa verba Apoſtoli ſimpliciter intelligantur quibus de Deo dicit, *qui vult omnes homines ſaluos fieri*, duobus modis hoc Deum agere cer- 1. Tim. tiſſimum eſt: Dum alios ita *vult ſaluos fieri*, vt eos ipſe omninò 2.v. 4. faciat ſaluos, ſicut omnes electos: Alios verò ita velit ſaluos fieri, vt eos omninò non ſaluet, ſed in æternum perire permittat, ſicut vtique omnes reprobos, quos iuxta hunc ſenſum, & *vt benignus creator* ſaluari voluit, & *vt iuſtus Iudex* æternæ perditioni tradidit. Sicut ergo & bonitatem ſuam in eis oſtendit, quia eos ſaluari voluit, & tamen bonitas eius non impediuit ſeueritatem eius, quâ eos iuſtè damnauit: Ita eadem bonitas eius nullatenùs impediuit prædeſtinationem eius iuſtitiæ, Dum quos ille ſaluos fieri voluit, & iniquos futuros ſemper præſciuit, & in iniquitate ſua permanſuros, iuſtè ad interitum prædeſtinauit. Ita & ſi pro omnibus etiam in ſua impietate perituris Chriſtus mortuus eſt, ſic eis exhibuit bonitatem paſſionis ſuæ, vt tamen huiuſmodi impios in ſua impietate permanſuros iuſto ſuo iudicio condemnauerit. Sicut ipſe ait, *Qui non credit, iam iudicatus eſt:* Et ideo bo- Ioan.3. nitas eius, quia etiam pro talibus paſſus creditur, non euacua- v.18. uit erga eos prædeſtinationem eius, Quâ eos ſemper, & præſciuit in ſua impietate permanſuros, & prædeſtinauit iuſtè perituros.

Quicquid ergò poſt iſta in his verbis de æterna prædeſtinatio-

ne ſanctorum dicitur ad regnum & vitam æternam Catholicè, & fideliter dicitur: Quia ſine dubio tam pium, & tam glorioſum opus ſuum, & æternaliter omnipotens præſciuit futurum, & æternaliter prædeſtinauit ſe eſſe facturum. Quod autem de reprobis hîc affirmatur, quia eoſdem omnipotens Deus nequaquam prædeſtinauerit ad mortem, vel ad ignem æternum: ſed tantummodò præſcierit eos æternæ morti eſſe tradendos, & perpetuo igni cruciandos, nullatenùs eſt recipiendum: Quia (ſicut iam ſatis ſuprà oſtenſum eſt) opus ſuum tam iuſtum, tam magnum, & terribile, quo omnes impios damnaturum ſe eſſe decreuit, & æternâ veritate præſciuit, & æternâ iuſtitiâ prærordinauit, ac præfiniuit: Et mirum valde eſt, quomodo negare contendunt eum æternam ipſorum damnationem prædeſtinaſſe, quos iam ab ipſo mundi exordio cùm primus homo peccauit, & omne humanum genus ex ſe propagandum vnâ maſſam damnationis, & perditionis fecit, manifeſtè dicant in eadem damnationis, & perditionis maſſa iuſto Dei iudicio deputatos & derelictos. Quid eſt enim maſſa damnationis, & perditionis ab initio mundi diuino iudicio effecta, niſi eodem diuino iudicio æternę damnationi, & perditioni deſtinata & tradita? Si enim tantummodò præſcita eſt ad ęternam damnationem, & perditionem, nullum ibi adhuc eſt diuinum iudicium: Et quomodo tales in maſſa damnationis, & perditionis diuino iudicio relicti eſse dicuntur, ſi in hac parte nihil adhuc de illis diuino iudicio eſt definitum? Sin autem, ſicut omninò etiam eorum conſenſu, & confeſſione verum eſt, hęc maſsa non ſolùm præſcita eſt, ſed etiam iudicata, quid aliud intelligi poteſt, niſi omninò ad eandem damnationem, & perditionem prædeſtinata? Quod enim verè, & diuinâ præſcientiâ præcognitum, & diuino iudicio eſt decretum, conſtat omninò eſse prædeſtinatum.

CAPVT XXIX.

QVod verò ſubiungit ſcriptor Epiſtolæ, *quia eos, qui perituri erant, prædeſtinatione ſuâ Deus, id eſt, gratiæ præparatione ab illa damnationis, & perditionis maſſa nequaquam eripuit*, & ex verbis Beati Auguſtini affirmare conatur: *Quod videlicet prædeſtinatio non ſit aliud, niſi gratiæ præparatio*,] vt quaſi ex hoc probare videatur, quod prædeſtinatio tantummodo in ſanctorum electione, quibus ab ęterno omnipotens Deus ſuam gratiam pręparauit, intelligi debeat. In damnatione verò reproborum, nulla Dei prædeſtinatio accipienda ſit, eo quod nihil gratiæ ſuæ ex æterno illis Deus prędeſtinauerit, & pręparauerit; Omninò falſiſſimus ſenſus eſt, & ſenſui *Beati Auguſtini* apertè contrarius. « CAP. XVII. AVGVST. De prædeſt. ſanct. cap. 10.

Digitized by Google

Iſa.5.v. 20. Quod malum vehemenrer nobis cauendum Propheta denuntiat dicens: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

CAPVT XXX

Cap. xxi

SEquitur poſt hæc in eadem reſponſione.

HINCMARVS.

Quæ dere refugiunt dicere qui (vt diximus) ſanum videntur ſapere, quoſdam prædeſtinatos à Deo eſſe ad interitum, ſed tantummodò præſcitos: Electos autem, & præſcitos, & prædeſtinatos eſſe ad regnum, & regnum illis (vt diximus) prædeſtinatum æternùm, de quibus nullus poteſt perire. Et ſicut ſunt prædeſtinati gratiâ Dei ad regnum, ita ſunt prædeſtinati ſecundùm Apoſtolum, in operibus bonis, in quibus ambularent: *pro quibus eis non ſolum gratia detur,*
Eph. 2. v. 10. *ſed & gratiâ regnum reddatur æternum. Pœnam autem dicunt in infidelitate, vel iniquitate perſeuerantibus à Deo prædeſtinatam ſecundùm* diuinam præſcientiam, *ſicut ſcriptum eſt in Propheta:*
Iſa.30. v. 33. præparata eſt ab heri Tophet, *quia hoc ad retributionem iuſtitiæ pertinet, ſicut pertinet ad gratiam, vt ex vna eadémque maſſa peccati gratiâ electi prædeſtinentur ad vitam, concordante cum hoc*
Math. 25. v. 41. *Euangelicâ veritate:* Ite (*inquit*) maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.]

RESPONSIO.

Quæſumus, quæ eſt iſta res, quæ cauſa, vel ratio, pro qua iſti refugiunt prædeſtinarionem Dei dicere in damnatione reproborum? Numquid hæc erga illos diuina prędeſtinatio non eſt iuſta, quę quos præſciuit in iniquitatibus permanſuros, prædeſtinauit æternis ſuppliciis perituros. Numquid non eſt vera, quæ niſi decerneret tam iuſtum opus Dei in ęternitate, numquam impleri poſſet in tempore? Numquid non eſt à ſanctis patribus prædicata, & ab Eccleſia Catholica recepta? Quid ergò cauſæ eſt, vt refugiamus credere, quod fides tenet, refugiamus dicere, quod veritas docet? Numquid non etiam ipſi, qui hæc refugiunt, iam omnes reprobos ab ipſo mundi exordio in maſſa damnationis, & perditionis aſſerunt derelictos? Quod quid eſt aliud (vt ſuprà oſtendimus) niſi æternę damnationi, & perditioni prædeſtinatos? Aut quâ ratione dici poreſt, quod iſti tam mulriplici ſermone firmare conantur, iniquis & impiis in malis ſuis perſeueraturis pœnas à Deo eſſe prædeſtinatas, ipſos verò non eſſe prædeſtinatos pœnis? Cùm vtique non alij, ſed illi omninò eas paſ-

Vt malis prædeſtinatæ pœnæ ſic mali pœnis.

ſuri ſint, quibus ſunt prædeſtinatæ? Et ſi certum eſt apud omnipotentem Deum, qui eas ſint paſſuri, ſine dubio & decretum, & definitum ſit ipſos eſſe paſſuros: Sicut enim certas pœnas eis, qui digni ſunt, prędeſtinauit: Ita certiſſimè eoſdem, quia digni ſunt, ipſis pœnis prædeſtinauit. Sicut verò iniuſtus non eſt, dignis pręparando pœnas, ſic proculdubio iuſtus eſt, dignos pręordinando pœnis. Vtrumque ergo præſcitum, vtrumque prædeſtinatum, quia vtrumque iuſtum manifeſta veritas declarat. Nec neceſſitatem eis pereundi ſuâ præſcientiâ, vel prædeſtinatione imponit, quos & diu, vt conuerterentur, expectauit: Et quia conuerti noluerunt, iuſta vltione damnauit.

CAP. XXXI.

CAPVT XXXI.

SEquitur in eadem reſponſione.

HINCMARVS.

Quod & beatus Petrus in Epiſtola ſua diſtinctè loquens demonſtrat cum dicit: Nouit Deus pios de tentatione eripere; iniquos autem in die iudicij cruciandos reſeruare. *Nouit enim, verbum præſcientiæ Dei, ad vniuerſa hæc facit, videlicet, & ad prædeſtinationem piorum, quæ verbo ereptionis innuitur, & ad ſignificationem pœnæ prædeſtinatæ, cùm in fine cruciandos impios monſtrat, quando* reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. *Et ad diſcretionem, Cùm iniquos non dicit Dominum ad pœnarum cruciatus prædeſtinare; ſed iuſtè deſertos cruciandos reſeruare: Et apertè monſtratur, quia præſcientia ſine prædeſtinatione eſſe poteſt, prædeſtinatio autem ſine præſcientia eſſe non poteſt. Quocirca ſola præſcientia viget in reprobis, in quibus miſericordia iuſtè nil operatur ad donum gratiæ: præſcientia autem, & prædeſtinatio, id eſt, gratiæ præparatio miſericorditer operantur in electis, qui prædeſtinantur ad regnum, & quibus regnum prædeſtinatur æternum, quod ad donum pertinet gratiæ: Et præſcientia, ſimul & prædeſtinatio æquè ac iuſtiſſimè operantur in prædeſtinatione pœnæ reproborum, quæ pertinet ad retributionem iuſtitiæ.*

2. Pet. 2. v. 9.

Rom. 2. v. 6.

RESPONSIO.

Hæc ſententia *beati Petri Apoſtoli* non propriè de præſcientia, & prędeſtinatione diuina, ſed ſimpliciter nobis accipienda videtur: Ait namque: *Nouit Dominus pios de tentatione eripere: Impios autem in die iudicij cruciandos reſeruare:* Id eſt, *Nouit* ille altâ, & ſecretâ diſpoſitione ſapientię ſuę, & pios in pręſenti vita periculis, & tentationibus plena laborantes, ſuâ gratiâ, ſuâ protectione eripere: Cui quotidie ipſi dicunt: *Ne nos inducas in tentationem,* ne, aut proſperitatibus huius ſæculi inliciantur, aut aduerſita-

1. Petr. 2. v. 9.

Math. 6. v. 13.

Digitized by Google

tibus frangantur. Et è contrario impios in hoc ſæculo florentes,& in ſua impietate velut proſpere agentes nequaquam ſuâ iuſtitiâ negligere, nequaquam impûnitos dimittere, ſed quos videtur quaſi iniuſtè in ſuis cupiditatibus, & delectationibus carnalibus ſecuros, & lætos relinquere, eoſdem potiùs futuro ſuo iudicio, & ęternis cruciatibus reſeruare. Vt quantò hic ampliùs & licentiùs proſperantur, tantò ibi duriùs, & atrociùs puniantur. Poteſt tamen in iſtis poſtremis verbis vbi ait, *impios verò in die iudicij cruciandos reſeruare,*] aliquid diuinæ præſcientiæ, & prędeſtinationis erga eoſdem impios velut ex latere intelligi: Quia quos occulto, & iuſto iudicio ſuo ad æternos reſeruat cruciatus, & præſciuit ſine dubio, & prędeſtinauit perpetuò cruciandos. Quæ verba Apoſtoli cùm ita & veriùs, & rectiùs intelligantur, nihil neceſſe eſt velut ex eorum auctoritate tam multipliciter de ea re loqui, quæ huius ſententiæ atteſtatione non valet approbari, ſed potiùs falſa & ſuperuacua domonſtrari.

CAPVT XXXII. Cap. xxxii.

SEquitur in reſponſione.

HINCMARVS.

Aliqua etiam exempla quæ illorum ſtultitia ad munimen ſui, eadem malè intelligendo proferens, profert, ſicut modò ad memoriam occurrunt, ſapientiæ veſtræ ſcribo. Proferunt ex Apoſtolo : vaſa iræ
aptata vel perfecta ad interitum, *dicentes* vaſa eſſe prædeſtinata
ad interitum *& mutari non poſſunt. Sed aliter alij intelligunt: Ma-*
Rom. *ximè cùm idem dicat Apoſtolus de eiſdem vaſis:* ſi quis emundauc-
9. v. 22. rit ſe ab iſtis, *videlicet pro quibus vas contumeliæ fuerat,* erit vas in
1. Tim. honorem: *Proferunt:* qui non credit iam iudicatus eſt, *id eſt,* præ-
2. v. 21. deſtinatione Dei iam damnatus eſt. *Et* Auguſtinus *in libro de A-* Avgvst.
Ioan. 3. *gone Chriſtiano dicit.* Qui non credit iam iudicatus eſt, *id eſt iam*
v. 18. *damnatus eſt: Præſcientia vtique Dei. Qui nouit quid immineat, non*
credentibus.] *Proferunt:* indurauit cor Pharaonis; tradidit illos
Exod. in reprobum ſenſum: immittet eis ſpiritum erroris: Tu vero Deus
9. v. 12. deduces eos in puteum interitus : Qui tranſgreditur à iuſtitia ad
Rom 1. iniquitatem, Deus parauit illum ad romphæam.
v. 28.
2. Theſ. RESPONSIO.
2. v. 10. Hęc teſtimonia ſcripturarum, quæ ab illo miſerabili monacho
Pſal. 54. & ab aliis neſcimus quibus, qui cum eo ſentiunt ad confirmatio-
v. 24. nem diuinæ præſcientiæ,& prædeſtinationis dicuntur eſſe prola-
Eccl. ta, non negligenter, & quaſi tranſeunter omitrenda, ſed potiùs
26. v. diligenter & fideliter iuxta regulam veritatis ſingillatìm viden-
27. tur eſſe tractanda : Ne fortè parùm attendentibus, & non intelligentibus nihil ad rem, de qua agitur, pertinere videantur;

Aut velut leuia, & nullius momenti abſque periculo præteriri poſſe exiſtimentur. Eſt enim certiſſimum, & manifeſtiſſimum huius rei teſtimonium ex Apoſtolo ſumptum: quia vt ipſe dicit:

De vaſis iræ.

Suſtinuit Deus in multa patientia vaſa iræ aptata vel perfecta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Verè etenim *vaſa iræ*, id eſt iuſtæ vindictæ Dei; quam meruit primæ tranſgreſſionis culpa, omnes reprobi ſunt: qui in fine non ereptionem miſericordiæ, ſed iram damnationis ſenſuri ſunt. Et hæc *vaſa iræ* non ad miſericordiam, ſed ad iudicium præordinata iam, & ſuo merito, & diuino iudicio, & *aptata & perfecta* ſunt *in interitum*: vt & ſuo præcedente merito, & diuinę prædeſtinationis iuſto præcedente iudicio, quia noluerunt conuerti ad bonum, æternum patiantur malum. Non ergò quia non potuerunt, ſed quia noluerunt de malo conuerti ad bonum, iuſtum patientur ſupplicium. Sicut è contrario

Rom. 9. v. 22.

De vaſis miſericordiæ.

verè *Vaſa miſericordiæ* ſunt omnes electi, qui nullo ſuo præcedente merito, ſed ſolà Dei miſericordiâ *à maſſa perditionis diſcreti* diuinâ prędeſtinatione ſunt *Vaſa præparata in gloriam*.

CAPVT XXIII.

VNde & illud quod alibi idem dicit Apoſtolus: *Si quis autem emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem*, nullo modo huic tam claræ & manifeſtæ veritati diuinæ prędeſtinationis in vtrâq; partem tam electorũ videlicet, quàm reproborũ, ſi diligenter ex ſuperioribus verbis Apoſtoli conſideretur, contrariũ, ſed omninò concors & conſonum inuenitur. Ait namque: *In magna autem domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam:* Et ita ſubiunxit: *Si quis autem emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem, ſanctificatum, & vtile Domino.* Manifeſtiſſimè itaque conſtat, quòd quæ in illis verbis dixerat *Vaſa iræ aptata, ſiue perfecta in interitum*: Et è contrario *Vaſa miſericordiæ præparata in gloriam*, ea omninò dicit hìc *quædam in honorem, & quædam in contumeliam: In honorem vaſa miſericordiæ, in contumeliam vaſa iræ*; Sed cùm ibi prædeſtinationem tantummodò vtriuſque partis, id eſt, electorum, & reproborum, ſimpliciter commendauerit, hìc adiungit etiam exhortationem, quàm attentè *Vaſa miſericordiæ* debeant ſe cuſtodire & ſegregare ab immunditiis vaſorum iræ, cùm dicit: *Si qui autem emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem*, &c. id eſt, ſi quis emundauerit ſe ab iſtis vaſis iræ, vaſis in contumeliam, vel ab eorum immunditiis, ſi aliquando in eis fuit, ſollicitè ſe extrahendo, vel nunquam eis ſe admiſcendo, & immaculatum ſe ab hoc ſæculo cuſtodiendo, erit vas in honorem ſanctificatum, id eſt, ipſo emundationis & ſanctificationis

2. Tim. 2. v. 21.

2. Tim. 2. v. 20.

v. 21.

Exhortatio

d. v. 21.

tionis

tionis ſuæ effectu, atque profectu demonſtrabit ſe ad vaſa miſericordiæ, & ad vaſa honoris, & gloriæ pertinere. Vnde non hoc ſignificat in his verbis Apoſtolus, quòd vaſa iræ & contumeliæ, id eſt, diuino iudicio reprobi & reprobati poſſint effici vaſa miſericordiæ & honoris & gloriæ, id eſt, in ſortem electorum tranſire, ſicut ſcriptor huius Epiſtolæ intellexit: Cum omninò reprobi, qui diuinitùs præſciti ſunt in ſuis iniquitatibus permanſuri, nullatenùs poſſint merito perſeuerantiſſimæ iniquitatis ſuæ in electorum ſocietate cenſeri, ſicut regula Catholicæ fidei indubitanter tenet, & docet: Sed vt vnuſquiſque fidelium, ſicut iam dictum eſt, ipsâ fidei & iuſtitiæ ſanctificatione probet, & declaret ſeſe ad vaſa miſericordiæ, & electionis pertinere. Duo namque ſunt quibus velut quodam ſignaculo probantur, & agnoſcuntur electi Dei: ſcilicet æterna diuinæ gratiæ præordinatio, & pia ab omni iniquitate infidelitatis & prauitatis emundatio: vt ex manifeſta luce iuſtitiæ & ſanctitatis manifeſtetur in eis veritas diuinæ electionis: ſicut ipſe Apoſtolus paulò ſuperiùs oſten-

Vaſa iræ non poſſunt fieri vaſa miſericordiæ.

2.Tim. 2. v. 19. dit, dicens: *Sed firmum fundamentum Dei ſtetit habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.* Quòd ergò *cognouit Dominus qui ſunt eius* æterna electio eſt: *Vt autem diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini*, certa ipſius electionis probatio eſt.

Ioan. 3. v. 18. Secundo loco teſtimonium diuinæ prædeſtinationis de Euangelio ponitur: *Qui non credit iam iudicatus eſt*: Quòd videlicet omnes impij, & increduli iam ſunt diuinâ prædeſtinatione damnati. Quia videlicet ſi eorum damnatio iuſtum diuini iudicij opus eſt, ſine dubio opus ſuum ſemper apud Deum, & præſcitum & prædeſtinatum eſt. Sed ſcriptor Epiſtolæ nolens damnationem incredulorum ad diuinam prędeſtinationem, ſed tantummodò ad præſcientiã pertinere, ſubiungit verba *Beati Auguſtini*, quibus quaſi hoc probare videatur. Ait namque ille in libro de Agone Chriſtiano, memorans verba Euangelij: "*Qui non credit iam iudicatus eſt*, id eſt, iam damnatus eſt, præſcientiâ vtique "Dei, qui nouit quid immineat non credentibus:] Eò quòd non "dixerit ſanctus doctor, iam damnatus eſt prædeſtinatione Dei, ſed prę̨ſcientiâ Dei. Nec dixerit, qui ſtatuit, aut prę̨finiuit, ſiue prædeſtinauit, ſed qui nouit (inquit) quid immineat non credentibus, quaſi omnipotens Deus aliquid operum ſuorum præſcierit futurum, quod non prædeſtinauerit ſe eſſe facturum? Aut cùm in operibus ponitur præſcientia Dei, non ſtatim certiſsimè intelligi debeat, & prædeſtinatio Dei. Quia ſicut nihil operum ſuorum prædeſtinauit, quod non præſcierit: Ita quicquid eo-

AVGVSTIN. de agone Chriſtiano.

rum præſciuit, ſine dubio etiam prædeſtinauit. Nihil enim in operibus eius eſt iniuſtum, aut iniquum, vt dignè tantummodò præſciretur, & non prædeſtinaretur; ſed quia totum eſt iuſtum & rectū, totum eſt omninò præſcitū, totum omninò prædeſtinatum. Vnde idē *B. Auguſtinus*, qui in hoc loco dicit incredulos iam diuinâ præſciētiâ damnatos, alibi cùm tractaret verba Domini dicentis ad quoſdam, *Sed vos non creditis quia non eſtis ex ouibus meis:* Eoſdem teſtatur diuino iudicio ad æternam mortem prædeſtinatos, ita dicens: Quomodo ergò iſtis dixit, *non eſtis ex ouibus meis*, quia videbat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos, non ad vitam æternam ſui ſanguinis pretio comparatos:] Ecce & in illis verbis Domini quibus ait: *Qui non credit iam iudicatus eſt:* Et in iſtis quibus dixit, *Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*; vtrobique increduli, & infideles deſignati ſunt, & quos in illa ſententia ſanctus doctor dixit, diuinâ præſcientiâ iam damnatos; in iſta eoſdem dixit ad ęternum interitum prædeſtinatos. Non quia alij ex eis diuinâ pręſcientiâ, & alij diuinâ prædeſtinatione damnati ſunt: ſed quia diuini iudicij virtute, quâ tales damnantur, ſicut & in omni opere diuino vtrumque ſimul intelligendum ſit, etſi non vbique, quia nulla exigit neceſſitas, ſimul dicendum.

[Margin: AVGVST. in Ioa. Tract. 48. — Ioa. 10. v. 26. — Ioan. 3. v. 18. — d. v. 26.]

Tertio loco teſtimonium de Exodo ponitur; *Indurauit Dominus cor Pharaonis*: Quod manifeſtè non ad præſcientiam, vel prædeſtinationem futurorum, ſed ad præſens Dei iudicium pertinet, qui eum, quem tali pœnâ dignum iudicauit, iuſto iudicio indurauit. Similiter & quartum teſtimonium intelligendum eſt, ſcilicet non de præſcientia aut prædeſtinatione, ſed præſenti iuſto iudicio Dei, quod Apoſtolus dicit: *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*. Et quintum vbi ait: *Mittet eis Deus operationem erroris*; quia (vt dictum eſt) quos dignos tali pœnâ iudicauit, vel *in reprobum ſenſum tradidit*, vel eis ſuo iuſto iudicio *operationem erroris immiſit*. Similiter & ſextum accipiendum, *Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus*. Puteus namque interitus eſt, vt *Beatus Auguſtinus* exponit, tenebræ erroris, tenebræ ſummerſionis. Deducit verò Deus reprobos in hunc puteum, non quòd ipſe ſit auctor culpæ ipſorum, ſed quòd ipſe ſit Iudex inquitatis eorum. Quod etiam ſi quis de puteo infernalis damnationis & ſummerſionis eodem ſenſu velit intelligi: Et pertinere poteſt ad iuſtam prædeſtinationem interitus reproborum, & non eſt contrarium veritati.

[Margin: Exod. 9 v. 12. — Rom. 1. v. 28. — 2. Theſ. 2. v. 10. — Pſa. 54. v. 24. — AVGVST.]

Quod autem ſeptimo loco ponitur: Et *qui tranſgreditur à iuſtitia ad iniquitatem Deus parauit illum ad romphæam* manifeſtè iuſtam prædeſtinationem reproborum ad interitum ſonat, vt qui

[Margin: Ezech. 18. v. 24]

Digitized by Google

ſuo vitio & ſuo peruerſo arbitrio à iuſtitia declinans tranſgreditur ad iniquitatem, iuſtè diuini iudicij prædeſtinatione præparetur ad romphæam, id eſt, ad æternæ mortis vindictam. De
Ezech. 18. v. 24 qualibus etiam alibi ſcriptum eſt, quod *ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in ea.* Iam cætera Scripturarum teſtimonia quæ ſequuntur, ſicut etiam de quibuſdam iam ſuperiùs dictum eſt, non ad præſcientiam, vel prædeſtinationem futurorum, ſed ad præſens Dei iudicium pertinere exiſtimamus. Et ideò prætermiſſis his, quæ ad præſentem quæſtionem minimè pertinent, ad ea quæ reſtant conſideranda tranſeamus.

CAPVT XXXIV.

Cap. 34.

SEquitur itaque in reſponſione.

HINCMARVS.

Nota.

Sed iſti maliuoli non intelligentes quæ loquuntur, vel de quibus affirmant, confundunt præſcientiam, & prædeſtinationem: Et ſicut malè intelligunt authenticas Scripturas; Ita & peſſimè verba SANCTI AVGVSTINI *in quibuſdam locis, ſicut in Enchyridion, & in libris de Ciuitate Dei, & alibi etiam prædeſtinatos ad interitum, & populum natum ad iram dicit: Vnde etiam poſtquam de libero arbitrio, & de correptione & gratia, & de perfectione iuſtitiæ hominis, & de prædeſtinatione Sanctorum ad Proſperum & Hilarium, vbi nihil de prædeſtinatione reproborum, ſed de prædeſtinatione Sanctorum dixit, multis poſtulantibus ſcripſerat* librum Hypomneſticum, *aduerſus Cœleſtium, & Pelagium ſcripſit de quinque quæſtionibus, & hanc ſextam loco retractationis ſuperaddidit de prædeſtinatione: vbi ſe excuſat non eo ſenſu dixiſſe, nec intelligi velle prædeſtinatos ad interitum, ſed in iniquitate, vel impietate perſeuerantibus pœnam eſſe prædeſtinatam. Quarum quæſtionum & abſolutionum mentionem in libro quem ſcripſit contra Manichæos ex Geneſi facit.*

RESPONSIO.

Propterea maliuolos, id eſt, illum miſerabilem Monachum, & qui cum eo forſitan ſentiunt, confundere præſcientiam, & prædeſtinationem diuinam arguit, quia ſicut in tota iſta reſponſione laborauit, non vult intelligi prædeſtinationem, niſi in ſolis electis: In reprobis verò ſolam præſcientiam debere ſentiri: In qua aſſertione non ſolos iſtos, quos vocat maliuolos, ſed ſanctos Patres, & Doctores Eccleſiæ, qui prædeſtinationem diuinam in vtramque partem & intellexerunt & docuerunt, ſe culpandos affirmare nequaquam conſiderat. Quòd verò peſſimè dicit iu-

De prædeſtinatione in vtramq; partem.

Digitized by Google

telligi verba *ſancti Auguſtini* (ſi quis in libro Enchyridion, & in libris de Ciuitate Dei, & in tractatibus Euangelij ſecundùm Ioannem, ita intelligat prædeſtinationem reproborum ad interitum, ſicut eam ille & ſcriptis ſuis per omnes Eccleſias, & verbis, etiam prȩſentibus populis ſimpliciter & veraciter prȩdicauit) atque ita conatur beatiſſimi Doctoris manifeſtum, & veracem ſenſum (neſcimus in quid aliud) peruertere & detorquere, quantæ abſurditatis, immò quàm impiæ præſumptionis ſit, quis poſſit explicare? Per hoc enim non ſolùm ſenſum Eccleſiaſticorum Patrum, ſed etiam fidem Eccleſiæ, & auctoritatem Scripturæ diuinæ à parte euacuare inuenitur. Ita namque Patres docuerunt: Ita Eccleſia fideliter tenet: Ita Scriptura veritatis veraciter tenendum demonſtrat: Sicut iam ſuperiùs, prout Dominus dare dignatus eſt, ſatis probauimus.

CAP. 35.

CAPVT XXXV.

De libro Hypognoſticon.

ADiungit etiam rem nouam, & neque ex lectione, neque ex veraci aliqua traditione nobis hactenus compertam. Quòd, ſcilicet, *Beatus Auguſtinus* poſt omnes libros ſuos ſcripſerit quendam libellum quem Grȩco vocabulo *Hypomneſticon* nominant, quod Latinè memoratorium interpretatur: In quo de quinque quȩſtionibus contra Pelagium, & Cœleſtium diſputauerit. Et quicquid in prȩcedentibus libris de prædeſtinatione diuina erga damnationem reproborum dixerat, non ita ſe dixiſſe, vt ab omnibus dixiſſe cognoſcitur, & intelligitur: Sed alio abſurdiſſimo, & inconuenientiſsimo ſenſu: vt per hoc quod dixit impios ad interitum prædeſtinatos, noluerit intelligi ipſos impios ad interitum prædeſtinatos, ſed (quod nemo credere aut ſuſpicari poſſet) pœnam eis intelligi voluerit eſſe prædeſtinatam. Quis vnquam audiuit tam pertinacem audaciam, vel tam audacem pertinaciam, vt ſanctiſſimum, & veraciſsimum Doctorem ipſum de ſe fateri compellat: quia quòd dixit impios in ſua impietate permanſuros prædeſtinaſſe ad interitum, non dixit quia veraciter ita ſit, ſed quod in eius verbis nullatenùs ſonat, pœnam eis intelligi voluerit præparatam? Quis talem abſurditatem, immò inſaniam ferre poſsit? Nos enim manifeſtè nouimus, quia quando libros Retractationum iam ſenex, & morti vicinus ſcripſit, in quibus omnes præcedentes libros ſuos diligenter, & fideliter retractauit, nequaquam adhuc iſtum libellum ſcripſerat. Quia ſi ſcripſiſſet, vtique inter alios etiam eius mentionem feciſſet. Manifeſtum etiam videtur, quia poſt eius obitum, quando vitam ipſius, & Cathalogum non ſolùm librorum eius, ſed

etiam tractatuum ad populum, & Epiſtolarum ad diuerſos quidam ſanctus Epiſcopus, & alumnus eius diligentiſsimè recenſuit & deſcripſit, necdum iſtum libellum ſcripſerat Beatus Auguſtinus: ſi enim ſcripſiſſet, vtique tanquam præcipuè neceſſaria inter alios annumerari & memoriæ commendari potuiſſet: Quòd ſi aliquis ex Eccleſiæ rectoribus, qui poſt eius obitum extiterunt, ſimpliciter eum ex titulo qui à ſancti Auguſtini nomine inſcriptus eſt, non conſideratâ diligentiùs ratione, nec aliquâ neceſſitate, vt id faceret, compellente, ipſius eum eſſe credidit, cuius in fronte nomen inuenit; quid hoc præiudicat veritati? quæ diligenter inquiſita, & inuenta nullum ſuper hac re errare permittit. Poſſidius.

Accidit hoc etiam & præclariſsimis Eccleſiæ Magiſtris, vt ſcilicet ſiue ex titulo libri, ſiue ex alterius narratione inducti putauerint, & ſcripſerint eius auctoris aliquod eſſe opuſculum, cuius poſteà non eſſe, & veraciter probauerunt, & humiliter confeſſi ſunt. Sicut Beatus HIERONYMVS in libris contra calumniatorem ſuum de libro, quem ex falſo titulo crediderat Beati Pamphyli Martyris, & poſteà inuenit Euſebij eſſe Cæſarienſis, manifeſtè declarat: Et Beatus AVGVSTINVS in libris Retractationum euidenter commemorat, & corrigit, quòd iuxta cuiuſdam ſcripta, ſententias quaſdam de libero arbitrio, & de gratia Dei ſic intellexit, & expoſuerit tanquam Beatiſſimi Xiſti Romanæ vrbis Pontificis & Martyris, cùm è contrario poſteà inuenerit Ethnici eas eſſe Philoſophi, id eſt, Sexti Pythagorei. Libri falsò quibuſdam adſcripti.

Nam & ipſe ſuprà memoratus libellus manifeſtiſsimis indiciis non ſe ſancti Auguſtini eſſe apertè oſtendit, quia nec præfationem aliquam in initio ſui gerit, vbi ſe ab aliquibus rogatum, vel ſibi neceſſariò viſum, vt de tali re, id eſt, prædeſtinationis verbo, in ſuis libris corrigendo, ſiue aliter exponendo aliquod nouum opus ſcriberet, & ſignificaſſe inueniatur. Nec vlla talis neceſsitas extitiſſe cognoſcitur, vt de illis quinque quæſtionibus, de quibus tam multa, & tam multipliciter in libris præcedentibus diſputauerat, iterum nouo opere diſputare cogeretur. Sed & ipſe ſermo ab eloquio ſancti Auguſtini multùm diſcrepat: Et ſenſus ab illius ſenſu non parùm inferior habetur: Et modeſtia, atque humilitas morum, & ſermonum eius non ibi ſeruatur: Et *teſtimoniis ex Hebraïca tranſlatione*, quam Beatus Hieronymus edidit, præter eius conſuetudinem contra illos hæreticos vtitur; Quod ille ex antiqua potiùs editione facere conſueuit. Et prorsùs de tanto viro ſentire indignum eſt, verbum, & ſenſum prædeſtinationis, quem omni tempore in ſuis ſcriptis, Liber ille non eſt Auguſtini.

Digitized by Google

& prædicationibus tenuit & commendauit, & quem in libris retractationum nequaquam repreheudendo vtique approbauit, in hoc libello euacuare & deſtruere inueniatur, vt iam ex huiuſmodi occaſione, nec retractationibus eius fides adhibenda videatur.

Cur dictus Auguſtini.

Vnde magis credibile eſt, quòd non paruo ſpatio poſt eius obitum à quodam alio ſcriptus ſit, & magnâ ex parte iuxta modum, & formam ſenſuum eius, contra Pelagianos, & Cœleſtianos hæreticos de illis quinque periculoſioribus eorum quæſtionibus breuiter collectus, atque digeſtus. Et quia auctor eius, ipſius Beati Auguſtini ſenſus breui iſto opuſculo velut in vnum collegiſſe, & explicuiſſe videtur, ideo ipſi opuſculo nomen ſancti Auguſtini in titulo præferre voluerit: Non quòd verè ab illo ſit editus, ſed verè (inquantum auctor eius potuit) iuxta formam diſputationum eius digeſtus, atque compoſitus. Velut ſi eundem libellum Latinè *memoratorium ſancti Auguſtini* appellare voluiſſet, nihil vtique aliud intelligeretur, niſi quia illud quod ab eo ſparſim, & multipliciter fuerat diſputatum, breuiter & velut ſub vno aſpectu poſitum memoriæ commendaret. Nam ſi Beatus Auguſtinus prædeſtinationis verbum in parte reproborum, vt durum & incongruum, vel etiam falſum in ſuis ſcriptis repudiare, & damnare voluiſſet, multò maior, & formidoloſior extitit occaſio, vt hoc in libris, quos de prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeuerantiæ ad Proſperum & Hilarium ſcripſit, facere cogeretur, compellente ſcilicet tantâ ſuper hac re querimoniâ & perturbatione magnorum, & Sanctorum apud Gallias virorum, qui eius diſputationibus in tantum permoti fuerunt, & quodam tædio affecti, vt prædeſtinationis ſenſum, qui ab eo conſtanter & inſtanter prædicabatur, vel quaſi falſum, vel quaſi valdè periculoſum potiùs tacendum eſſe iudicarent. Sed nec tantâ perturbatione, & permotione fidelium, ab intentione veraciſſimę, & fideliſſimæ doctrinæ ſuæ frangi potuit, aut reuocari. Sed magis eos & ſcriptis ſuis in quantum potuit, admonuit & inſtruxit, & orationibus apud Deum profuſis fideliter adiuuit, vt intelligerent, & agnoſcerent quàm neceſſariò, & quàm ſalubriter propter commendationem diuinæ gratiæ eiuſdem prędeſtinationis veritas omninò & credenda & prædicanda eſſet.

De primis Pelagianorũ reliquiis.

De Pelagianis.

Pelagiani verò hæretici nunquam prædeſtinationem in parte reproborum, quia (vt putamus) & veram, & iuſtam eſſe intellexerunt, in eius diſputationibus reprehendiſſe inueniuntur: Sed tantummodò in parte electorum, vt diuinam gratiam deſtruerent, & liberum arbitrium hominis ſufficere confirmarent, eam negauerunt: quia videlicet, ſi omnipotens Deus antè mundi

Digitized by Google

conſtitutionem, quos ſaluaturus eſſet elegit, & dona ſua, quæ eis largiturus fuerat, prædeſtinauit, ceſſat hîc omnis humani arbitrij præſumptio, & ſola Dei gratia euidentiſſimè, & firmiſſimè commendatur, per quam ipſum etiam humanum arbitrium, & à ſeruitute peccati liberatur, & diuinis muneribus inluſtratur. Atque ita euidenti & inuictâ ratione, totum eorumdem Pelagianorum falſum, & fallax dogma deſtruitur. Nota.

Non ergò tantus doctor veram diuini iudicij prædeſtinationem de damnatione reproborũ in illo Hypomneſticon libello negauit, quam vbique in ſuis ſcriptis aſſeruit: ſed alius quidam, vt putamus, nouâ poſtmodum ipſorum Pelagianorum inſurgente calumniâ velut per illam prædeſtinationem reproborum ad interitum hoc doceret Eccleſia; quaſi Deus ſuâ prædeſtinatione neceſſitatem imponeret hominibus, & in ſuis impietatibus permanendi, & in æternum pereundi, ſubtraxit verbum prædeſtinationis in parte reproborum: Quod potiùs ſecundùm veritatem diuini iudicij, & diligenter exponi, & commendari oportuerat: Et ſolam electorum prædeſtinationem conatus eſt aſſerere: atque ita dum vult illam refutare, & remouere calumniam, magnam erroris occaſionem dedit, vt eadem tam vera, & manifeſta in damnatione reproborum diuina prædeſtinatio nulla eſſe crederetur, & tanquam nulla ſit, negaretur. Quapropter diligenter inquiſitâ, & euidenter agnitâ veritate, ceſſet contentio & animoſitas erroris, & ſuſcipiatur libenter atque obedienter manifeſtatio veritatis. Vt autem quinque illas quæſtiones, ſiue oppoſitiones Pelagianorum in libris, quos de expoſitione geneſis, idem beatus Auguſtinus contra errores, & blaſphemias Manichæorum ſcripſit commemoraret, nec in noſtris codicibus inuenitur, nec vlla ratio eſſe videtur: quia manifeſtum omninò eſt, quando eoſdem libros idem auctor conſcripſit, primis ferè adhuc temporibus conuerſionis, ſiue presbyterij ſui, nec dum tunc Pelagianorum nomen aut hæreſim extitiſſe; ſed longo poſt tempore, & multis intercedentibus annis eorum inſaniam, atque impugnationem contra Eccleſiam ſurrexiſſe. Et ideò quod neque ad Manichæos hęreticos pertinebat, neque à Pelagianis, qui nec dum exorti fuerant, nullatenùs opponi potuerat, nulla prorsùs ratio permittit, vt quod adhuc penitùs futurum ignorabatur, in illis libris velut tranſactum commemoraretur. Sunt quidem circa finem librorum eorumdem breuiter contra Manichęos propoſitę, atque expoſitæ quædam quinque quæſtiones; ſed ad Pelagianos nihil pertinentes, & eorum nullam memoriam facientes.

De prædeſtinatione reproborum.

Digitized by Google

Cap. 36.

CAPVT XXXVI.

ILlud quoque quod dixit ſcriptor Epiſtolæ: *Quia in libris ad Proſperum & Hilarium ſcriptis de prædeſtinatione ſanctorum, & dono perſeuerantiæ, nihil idem doctor dixerit de prædeſtinatione reproborum ad interitum*] nullatenus verum eſſe cognoſcimus: frequenter enim in eiſdem libris de vtriuſque partis, id eſt, electorum, & reproborum prædeſtinatione nunc ſimul, nunc diſtinctè diſputat: Et ideò liber ille de prædeſtinatione ſanctorum titulatur: non quia & de prædeſtinatione reproborum nihil ibi dicitur, ſed quia ex meliori parte nomen accepit: Sicut & in libris de ciuitate Dei, vtique de vtriſque ciuitatibus, & Dei, ſcilicet, & diaboli pariter & multipliciter diſputat; Et tamen ex meliori parte libros de ciuitate Dei voluit appellare. Quia ergò multùm ad præſentem quæſtionem, vbi de diuina prędeſtinatione agitur, neceſſarium videtur, opportunè atque vtiliter fieri exiſtimamus, vt aliqua ex eiſdem libris ad hanc rem pertinentia agnoſcenda & tenenda legentibus proponamus. Ait igitur quodam loco diſtinguens vtramque prædeſtinationem, ſicuti iam ſuperius memorauimus; Prædeſtinatio Dei quæ in bono eſt, gratiæ eſt præparatio: Gratia verò eſt ipſius prædeſtinationis effectus.] Item alibi. Tanta quippè ab inimicis Iudæis *manus Dei & conſilium prædeſtinauit fieri*, quanta neceſſaria fuerant Euangelio propter nos. Agit quippè Deus quod vult in cordibus hominum vel adiuuando, vel iudicando, vt etiam per eos impleatur, quod *manus Dei & conſilium prædeſtinauit fieri*.] Et alio loco: Hæc Deus facturum ſe eſſe præſciuit. Ipſa eſt prædeſtinatio ſanctorum, *quos elegit in Chriſto ante conſtitutionem mundi*.] Et iterùm: Et paruulis, inquit, quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus ſubuenit; *quos ante conſtitutionem mundi elegit in Chriſto* daturus eis gratiam gratìs: Et maioribus, etiam his quos præuidit ſi apud eos facta eſſent, ſuis miraculis credituros, quibus non vult ſubuenire, non ſubuenit. De quibus in ſua prædeſtinatione occultè quidem ſed iuſtè id iudicauit. *Non enim eſt iniquitas apud Deum, ſed inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius*.] Item ibi poſt paululum: Duorum, inquit, geminorum, quorum vnus aſſumitur, vnus relinquitur, diſpar eſt exitus, merita communia. In quibus tamen ſic alter magnâ Dei bonitate liberatur, vt alter nullâ eius iniquitate damnetur: *numquid* enim *eſt iniquitas apud Deum, abſit*: ſed *inueſtigabiles ſunt viæ ipſius*. Itaque miſericordiam eius in his qui liberantur, & veritatem in his qui puniuntur ſine dubitatione credamus. Neque inſcrutabilia ſcrutari, aut inueſti-

Avgvst. de prædeſt. ſanct.c.10.

Ibidem c. 20.

Act.4. v.28.

Idem de dono perſeuer c.18

Ibidem c. 11,

Ibidem.

Rom. 11.v.33.

Rom. 9.v.14.

inueſtigabilia veſtigare conemur. Et alio loco: Hæc eſt prædeſtinatio ſanctorum nihil aliud præſcientia, ſcilicet & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur. Cæteri autem vbi niſi in maſſa perditionis iuſto diuino iudicio relinquuntur.] Et iterùm: An fortè nec ipſa dicunt prædeſtinata: Ergò nec dantur à Deo, aut ea ſe daturum eſſe neſciuit. Quòd ſi & dantur, & ea ſe daturum eſſe præſciuit, profectò prædeſtinauit.] Et iterum: Nulla ſua futura dona & quæ danda eſſent, & quibus danda eſſent Deum non præſcire potuiſſe: Ac per hoc prædeſtinatos ab illo eſſe, quos liberat & coronat.] Item alibi: Sine dubitatione enim præſciuit, ſi prædeſtinauit: ſed prędeſtinaſſe, eſt hoc pręſciſſe quod fuerat ipſe facturus.] Hęc ex ſuprà memoratis Beati Auguſtini libris breuiter conſideranda propoſuimus, vt diuinę pręſcientię & prædeſtinationis æternam & immobilem veritatem perſpicuè eum docuiſſe, & legentibus commendaſſe certiſſimè cognoſcamus.

Ibidem c. 14.

CAPVT XXXVII.

CA. xxxvii.

SEquitur autem in prępfata reſponſione.

HINCMARVS.

Sed & de gratia, vel libero arbitrio qui meliùs ſapiunt, ita credunt, & ita loquuntur: Arbitrium liberum in primo homine non fuit emortuum, ſed vitiatum, in nobis autem ad malum agendum arbitrium malè eſt liberum: quia à gratia non liberato, ſed malè libero arbitrio vſi efficimur ſerui peccati. Ad benè agendum autem, immò & ad benè volendum tunc verè eſt noſtrum arbitrium liberum, cùm fuerit gratiâ liberatum, quod non eſt reſſuſcitatum, quia non fuit emortuum: ſed gratiâ eſt ſanatum; quia vitio fuit corruptum. Et reprobi idcirco nequaquam cæleſtis patriæ præmia æterna percipient, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio, contempſerunt: quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cùm eorum mens à terrenis deſideriis gratiâ aſpirante ſuſpenditur. Bonum quippè, quod agimus, & Dei eſt, & noſtrum: Dei per præuenientem gratiam: noſtrum per obſequentem liberam voluntatem: Si enim Dei non eſt, vnde ei in æternum gratias agimus? Rursùm ſi noſtrum non eſt, vnde nobis retribui præmia ſperamus? Quia ergò non immeritò gratias agimus, ſcimus quòd eius munere præuenimur. Et rurſum quia non immeritò retributionem quærimus, ſcimus quòd ſubſequente libero arbitrio bona elegimus, quæ ageremus. Vnde ſicut ſanctâ ſcripturâ docemur, gratiâ præuenimur, vt benè velimus: Per liberum arbitrium gratiam ſubſequimur, vt benè agamus: Gratiâ adiuuamur, vt benè agere poſſi-

De gratia & libero arbitrio.

mus, quod arbitrio volumus: Et gratiâ corroboramur, vt in bono, quod per liberum arbitrium ſubſequendo cœpimus, perſeueremus: Et gratiâ ſubſequimur, vt & gratiâ beatæ retributionis pro gratia bonæ operationis gratuitâ gratiâ remuneremur. Et miſericordia eius, Pſal.58. v. 11.
inquit, id eſt gratia præueniet me. *Item* & miſericordia eius ſubſequitur me omnibus diebus vitæ meæ. Pſal.22. v. 6.
Et qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.] Pſ. 102. v. 4.

RESPONSIO.

Liberum arbitrium emortuum.

In his verbis quod dictum eſt: *Arbitrium liberum in primo homine non fuit emortuum, ſed vitiatum:*] Et quod paulò poſt de eodem libero arbitrio ſubiungitur: *Quod non eſt reſuſcitatum, quia non fuit emortuum, ſed gratia eſt ſanatum, quia vitio fuit corruptum,*] multum miramur, quâ ratione ita ſentiri, & dici potuerit. Nunquid enim primus homo peccando in anima mortuus non eſt? ſicut ſcriptura veriſſimè dicit: *Anima quæ peccauerit ipſa morietur.* Ezech. 18. v. 14.

Quid liberum arbitrium.

Et quid eſt verè liberum arbitrium animę, niſi libera animæ voluntas? Quid eſt autem libera animæ voluntas, niſi libera charitas, quâ ſpontè & voluntariè & perfectè ante peccatum Deo adhærebat anima, & ex eo viuificabatur, tanquam ex fonte vitæ: & ex ipſo inluminabatur, ſicut ex vero lumine: Cui fideliter dicere debemus: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Pſal. 35. v. 10. Mortua eſt itaque humana anima per peccatum, non amittendo (ſicut iam ſuperiùs diximus) naturam ſuam; ſed amittendo veram vitam ſuam, quæ illi Deus eſt: vnde ad Deum conuerſa viuificatur, & viuit Deo: A Deo autem auerſa moritur Deo, & viuit peccato: Et ſine dubio voluntate auertitur à Deo, vt moriatur; & voluntate conuertitur ad Deum, vt viuificetur. Voluntas ergo animæ ad Deum conuerſa fit bona; A Deo auerſa fit mala; ad Deum conuerſa viuificatur; A Deo auerſa moritur: ſicut acies oculorum corporalium, à luce auerſa tenebreſcit; Ad lucem conuerſa clareſcit. Quid eſt vitium animæ, niſi auerſio à Deo? & quid eſt virtus animæ, niſi conuerſio ad Deum? vitium itaque auerſionis à Deo, mors animæ eſt: & virtus conuerſionis ad Deum vita animæ eſt. Et quia (ſicut iam dictum eſt) voluntate auertitur à Deo, & voluntate conuertitur ad Deum, ipsâ auerſione vel conuerſione voluntas animæ, quę naturaliter cum ipſa & in ipſa eſt, cum ipſa & in ipſa pariter aut moritur, aut viuificatur. Et ideo nullatenus credendum eſt, quod in primo homine mortua anima per peccatum, non fuerit voluntas bona mortua eodem peccato.

CAPVT XXXVIII.

C. XXXVIII.

TOta namque anima cum voluntate ſua, aut viuit, aut moritur: Et ideò nec ſine voluntate ſua potuit Deo viuere: nec ſine voluntate ſua potuit Deo mori. Nec ſine voluntate ſua vitiata eſt peccato mortifero, nec ſine voluntate ſua ſanatur à peccato mortifero. Nam ſi in primo homine peccante voluntas bona non eſt mortua, quomodo nunc per viuificantem gratiam & creatur, & innouatur, & Deus eam operatur in homine? Vnde ait Apo-
Eph. 2. v. 10. ſtolus: *Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis:* ſed vt ſimus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis,
Pſal. 50. v. 12. illud neceſſe eſt, vt fiat in nobis, quod Pſalmiſta ait: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Et *Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle.* Quid eſt enim
Phil. 3. v. 13. cor mundum, niſi munda conſcientia à peccatis, corde mundata, & bonâ voluntate prædita? Et quid eſt ſpiritus rectus, niſi nullâ malâ voluntate deprauatus? Et quid eſt *Deum operari in nobis velle*, niſi inſpirare, & largiri nobis bonum velle: mortua eſt itaque peccando humana anima, & humana voluntas à vita Dei. Mortuum eſt illud, quod erat ante peccatum verè liberum arbitrium, quo libera hominis voluntas, id eſt, libera hominis charitas voluntariè, & liberè diligendo adhærebat Deo. Et verè mortuum eſt huiuſmodi liberum arbitrium hominis negligendo Deum, & recedendo à Deo. Et ab ea morte, quâ amiſit charitatem Dei reſſuſcitatur, & viuificatur per eandem gratiam charitatis Dei. Quod apertè beatus Ioannes Apoſtolus docet, dicens:

Bona voluntas per gratiam creatur & innouatur. Deum operari velle quid ſit.

1. Ioan. 3. v. 14. *Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam; quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.* Vita itaque humanæ animæ, & humanæ voluntatis Dei, & proximi dilectio eſt, quâ homo ante peccatum fruebatur Deo, & fruebatur proximo in Deo; ab hac vita ſua mortuus eſt, negligendo Deum, negligen-
1. Ioan. 3. v. 14. do ſeipſum, & proximum: *Quoniam qui non diligit, manet in morte.* Anima itaque humana, & humana voluntas, ſicut verè manet in morte non diligendo; Ita verè transfertur de morte in vitam diligendo. Et ſicut vera mors eius eſt non diligere: Ita & vera vita eius eſt diligere. Hac dilectione non fit verè liberum arbitrium, id eſt verè libera voluntas, niſi illo liberante, id eſt, libertatem
Ioan. 8. v. 36. largiente qui ait: *Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis:* Et niſi illo munere ſpiritus Dei, de quo dicit Apoſtolus, *vbi autem*
2. Cor. 3. v. 17. *Spiritus Domini, ibi libertas.*

Vita animæ Dei dilectio.

Sed & illud quod in iſtis verbis dicitur: *Quia bonum quod agimus, & Dei eſt, & noſtrum: quia niſi eſſet Dei, non ei pro eodem bono in æternum gratias ageremus: Et niſi eſſet noſtrum, non ab eo pro eodem*

bono iuſtè præmia expectaremus.] Neſcimus quid diuiſionis, vel cuiuſdam diſtributionis vnius, atque eiuſdem boni inter Deum & hominem ſonat. Quaſi ex parte ſit Dei, & ex parte noſtrum. Sicut toto iſto ſermone aſſerere videtur ſcriptor Epiſtolę, vt quaſi initium boni noſtri ſit Deus, effectus verò liberi humani arbitrij: licet hunc *errorem velut gratiæ adiunctione, non etiam plenitudine tēperare conetur*, cùm verè totum ſit Dei, ſicut ipſa veritas dicit: *Sine me nihil poteſtis facere.* Et Apoſtolus: *quid enim* (inquit) *habes quod non accepiſti.* Vnde beatus & glorioſus martyr *Cyprianus ita* definiuit, dicens: In nullo gloriandum quando nihil noſtrum ſit.] Bonum itaque noſtrum totum Dei eſt, quia totum ex Deo eſt: & nihil boni noſtri noſtrum eſt, quia nihil boni noſtri ex nobis eſt. Et ideò manifeſtè, vt iuxta formā paternę doctrinæ potiùs loquamur, omne bonum noſtrum, & totum Dei eſt donando, & totū noſtrum ſit accipiendo. Vnde & in Dominica oratione quotidie poſtulamus, » dicentes: *Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie:* Cur enim pa- » nem noſtrū nobis poſcimus à Deo dari, niſi quia (vt diximus) ſicut » verè eſt Dei largiendo, ita etiam noſtrum ſit accipiendo. Vnde & » *Beatus Papa Cæleſtinus* (ſicut iam ſuperiùs eius verba poſuimus) » ait: Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra ve- » lit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona.] Totum itaque bonum noſtrum Deo dandum, Deo eſt tribuendum, quia totum ex illo eſt, non ex nobis, dum totum & ab illo inchoatur, ac ab illo agitur, ac peragitur in nobis: quia non qui ſuo, ſed *quicumque ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei.* Hæc de prima Epiſtola, quia multis & perplexis quæſtionibus plena erat, prout Dominus donare dignatus eſt, ipſâ neceſſitate cogente prolixiùs diximus.

De partitione inter Deum & hominem. Nota. Gratię adiunctione, non plenitudine. S. Cyprian. teſtim. ad Quirin. 3. cap. 4. Bonum quomodo noſtrum. Cœleſtinus.

Ioan. 15. v. 5. 1. Cor. 4. v. 7. Math. 6. v. 11. Rom. 8. v. 14.

Ca. xxxix.

De 2. quæ eſt Parduli Epiſtola.

CAPVT XXXIX.

De 2. Epiſt.

IN ſecunda autem Epiſtola pauca quidem ſunt, de quibus dici oporteat, ſed nec ipſa ſilentio prætereunda. Cùm ergo de præfatis quæſtionibus, & ille qui hanc ſecundam ſcripſit Epiſtolam breuiter ſignificare vellet quantùm apud eos eſſet inquirendi ſtudium, & quantâ diſſonantiâ ſententiarum, quantâque auiditate deſideraretur, vt de his rebus aliquid certum, & abſque ambiguitate ſequendum inueniri, & oſtendi poſſet ita ait.

Pardvlvs.

Plures inde apud nos ſcripſerunt. Et cum quinque ex eis nominaſſet, inter quos etiam *Amalarium* ſcripſiſſe memorauit, ſubiunxit dicens: *Sed quia hæc inter ſe valde diſſentiebant* Scotum *illū qui eſt in palatio regis:*, Ioannē *nomine ſcribere coēgimus.* Et paulò poſt: *Quæ autem inter noſtros inde ſit maxima contentio vobis ſignifico.*

Digitized by Google

Quidam dicimus Auguſtinum *edidiſſe libellum quem* Hypognoſticon *præintitulauit. Et quidam noſtrorum dicunt, non à præfato viro eundem libellum eſſe editum: quod mendacium eſſe citò probare poterit, qui ſecundùm libellum* Auguſtini *quem in Geneſim contra Manichæos edidit ad finem vſque perlegerit: vbi demonſtrat ſe ipſam quæſtionem cum aliis quinque contra rabiem Manichæorum edidiſſe: Et propterea in retractatione nihil inde commemorat, quia quæcunque aliorſum de prædeſtinatione dixerat, in eodem libello corrigere videtur. Simili modo etiam quidam dicimus* de induratione cordis Pharaonis libellum à beato Hieronymo editum. *Et noſtrorum quidam non ab eo, ſed ab alio quolibet mendosè factum. Quod etiam mendacium fore inuenietis, ſi ſeptimum decimum librum præfati Hieronymi in Iſaïam legeritis, vbi mentionem eiuſdem libelli facit.*]

De libello Hypognoſticon.

De libello de induratione cordis Pharaonis.

RESPONSIO.

His verbis quid aliud inprimis reſpondete poſſumus, niſi quia de his rebus auxiliante, & protegente diuinâ miſericordiâ, nullus labor, nulla neceſſitas noua inquirendi, & inueniendi, & ſcribendi apud eos extitiſſet: nec tanta diſſenſio & contentio exoriri potuiſſet, ſi temoto omni præſumptionis, atque animoſitatis ſtudio, ſola apud illos veritas in ſanctorum Patrum dogmatibus, & Eccleſiaſticis definitionibus (quorum rectiſſimam fidem, & fideliſſimam doctinam ſemper honorabiliter, & fideliter, & ſecuta eſt, & ſequitur, & ſequetur Eccleſia) vnanimiter, & humilitet, atque obedienter inquireretut, & quod inuentum eſſet, pacificâ & tranquillâ pietate omnibus ſequendum proponeretur, & commendaretut. Nec *propter vnum libellum* vſque hodie incerti auctoris, & inuſitati nec vllatenùs recipiendi ſenſus, de quæſtione præſcientiæ, & prædeſtinationis Dei, tam claris, & tantâ firmitate ſolidatis Eccleſiaſticæ veritatis inſtitutionibus ptæferre maluiſſent. Quid enim cauſæ extitit, vt illa omnia poſtponerentur, & Scripturæ ſanctæ veritas minùs diſcuſſa, & conſiderata negligeretur? Et his omnibus, quod nullo certo auctore, nullâ verâ ratione fultum eſt, ſequendum potiùs iudicaretur, niſi à parte ipſum contentionis malum, quo ſemel præſumpta ſententia, & ſenſus inconſideratè prolatus obſtinatè potiùs, defendendus, quàm ſalubriter putatus eſt cotrigendus. Vnde etiam ſatìs mirari non poſſumus, quomodo illæ quinque vel ſex quæſtiones à Beato AVGVSTINO contra Manichæorum rabiem prolatæ eſſe credi potuerint, cùm ſicut & multiplices libri eiuſdem ſancti Doctoris teſtantur, & ipſe *Hypomneſticon libellus* manifeſtè oſtendit à Pelagianis primùm hæreticis contra fidem Eccleſiæ ſint obiectæ, & ad eorum confutationem diligen-

Pertinacia diſſēſionis cauſa.

De libro Hypognoſticon.

tiùs ſint tractatæ. Certiſſimè autem (ſicut iam ſuprà diximus) quando illos libros Beatus Auguſtinus de expoſitione Geneſis contra Manichæos ſcripſit, necdum Pelagiani auditi, aut exorti fuerint: ſed longo poſt tempore Eccleſiam Dei cœperint impugnare: De ipſorum libello, qui huius erroris & conturbationis occaſionem dedit, quia iam ſuperiùs ſatìs diximus, hîc nihil ampliùs dicendum putamus.

De libello de induratione cordis Pharaonis.

Libellum verò *de induratione cordis Pharaonis*, quì à beato Hieronymo ſcriptus putatur, nec in libro de viris illuſtribus, nec in venerabili vitæ eius hiſtoria, inter eius opuſcula inuenire potuimus. In libro tamen ſeptimo decimo explanationum Iſaïæ Prophetæ aliquid tale ſcripſiſſe commemorat, nec tamen ſpecialiter de induratione cordis Pharaonis, ſed de tota illa ad Romanos difficillima Apoſtoli quæſtione breuiter perſtrinxiſſe deſignat. Sed quia nos huiuſmodi libellum nunquam vidimus, vtrùm ille qui apud iſtos inuenitur, & ſtyli grauitate, & fidei ſinceritate eius eſſe credendus ſit, tanquam de ignoto iudicare non poſſumus. Quid tamen ille ſanctus Doctor iuxta fidei Catholicæ veritatem de libero arbitrio ſenſerit, & dialogi ipſius, quos ſub nomine Attici & Cretobuli, contra Pelagianos ſcripſit, manifeſtiſſimè teſtantur. Et fidei eius profeſſio, quam pleniſſimè & perfectiſſimè contra quoſdam calumniatores ad Pontificem ſedis Apoſtolicæ in defenſionem ſui edidit, ſatis oſtendit; vbi de eodem libero arbitrio ita loquitur: Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos, qui cùm Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare: vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem ſemper & peccare, & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij.] In quibus beati Doctoris verbis, quòd affirmat hominem ſemper peccare poſſe, manifeſtè humanæ infirmitatis eſt. Quòd autem affirmat hominem poſſe non peccare, hoc verè diuini eſt, (ſicut ipſe teſtatur) auxilij, vt poſſit eſſe liberi humani arbitrij.

De ſancto Hieronymo.

Hæc fidei Profeſſio non ſancti Hieronymi ad Damaſũ, ſed ipſius Pelagij ad Innocentium PP.

HIERON.

Dixit etiam quodam loco idem beatus Doctor: Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur, Alioquin vbi neceſsitas, nec corona eſt.]

AVGVST. de Nat. & Grat. cap. 65.

Quæ verba eius à Pelagio velut contra gratiam Dei oppoſita, beatus Auguſtinus in libro de natura & gratia, ita exponit, & defendit, dicens quod ait à memorato dictum eſſe Presbytero: liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur: Alioquin vbi neceſſitas, nec corona eſt.] Quis non agnoſcat, quis non toto corde ſuſcipiat, quis aliter condi-

Digitized by Google

tam humanam neget eſſe naturam? Sed in rectè faciendo, ideò «
nullum eſt vinculum neceſsitatis, quia libertas eſt charitatis. «
Quod autem ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ, ſit quæ- « Ibid. c. 66.
dam peccandi neceſsitas, audiat homo, atque, vt eadem neceſ- «
ſitas non ſit, diſcat Deo dicere: *De neceſſitatibus meis educ me.* «
Pſa. 24. v. 17. Sic namque opitulante gratiâ per Dominum noſtrum Ieſum Chri- «
ſtum, & mala neceſsitas remouebitur, & libertas plena tribuetur.] «
Hæc beatus Auguſtinus.

CAPVT XL.

Cap. 40.

QVod autem inter cæteros, qui de tanta quæſtione, diuinæ videlicet præſcientiæ, & prędeſtinationis apud eos ſcripſiſſe memorantur, etiam *Amalarius* ponitur, & *Scotus Ioannes* ab eis ad ſcribendum compulſus eſſe refertur, multùm moleſtè & dolenter accipimus, vt Eccleſiaſtici & prudentes viri tantam iniuriam ſibimetipſis fecerint, vt *Amalarium* de fidei ratione conſulerent, qui & verbis, & libris ſuis mendaciis, & erroribus, & fantaſticis atque hęreticis diſputationibus plenis omnes penè apud Franciam Eccleſias, & nonnullas etiam aliarum regionum, quantùm in ſe fuit infecit, atque corrupit: vt non tam ipſe de fide interrogari, quàm omnia ſcripta eius ſaltem poſt mortem ipſius debuerint igne conſumi, ne ſimpliciores quique, qui eos multùm diligere, & legendo frequentare dicuntur, eorum lectione & inaniter occuparentur, & pernicioſè fallerentur, ac deciperentur: Et, quod maioris eſt ignominiæ, atque opprobrij, *Scotum* illum ad ſcribendum compellerent. Qui, ſicut ex eius ſcriptis veriſsimè comperimus, nec ipſa verba Scripturarum adhuc habet cognita. Et ita quibuſdam fantaſticis adinuentionibus, & erroribus plenus eſt, vt non ſolùm de fidei veritate nullatenùs ſit conſulendus, ſed etiam cum ipſis omni irriſione & deſpectione dignis ſcriptis ſuis, niſi corrigere, & emendare feſtinet: vel ſicut demens ſit miſerandus, vel ſicut hęreticus anathematizandus.

De Amalario.

De ſcriptis Ioannis Scoti.

De 3. quæ eſt Rabani Epiſtola.

CAPVT XLI.

Cap. 41.

TErtia Epiſtola, quæ non ad Eccleſiam noſtram, ſed ad quendam amicum à Venerabili Epiſcopo ſcripta eſt, aſſumit, quantùm nobis videtur, non neceſſariam, nec vllatenùs ad rem de qua quæritur, pertinentem diſputationem. Quæritur namque in præſenti diſceptatione, ſicut iam frequenter & multipliciter

De 3. Epiſt.

ſuprà diximus, non illud, vtrùm impios Deus & iniquos prædeſtinauerit ad ipſam impietatem, & iniquitatem, id eſt, vt impij & iniqui eſſent, & aliud eſſe non poſſent: Quod nullus omninò moderno tempore dicere, vel dixiſſe inuenitur. Quod eſt vtique immanis, & deteſtabilis blaſphemia, vt Deus ſuâ prædeſtinatione quaſi auctor ſit impietatũ, & iniquitatũ, aliquos impios & iniquos eſſe coëgerit; ſed illud potiùs quæritur, vtrùm eos, quos veraciter omninò præſciuit, proprio vitio impios & iniquos futuros, & in ſuis impietatibus, atque iniquitatibus vſque ad mortem perſeueraturos iuſto iudicio ſuo præſtinauerit æterno ſupplicio puniendos: Auctor verò ipſius Epiſtolæ relictâ hâc ſecundâ quæſtione, quæ in pręſenti apud multos verſatur, contra priorem potiùs impiam opinionem laborat, & totum diſputationis ſuæ ſermonem ad hoc dirigit, quòd Deus bonus, & iuſtus nunquam alicui eſſe potuerit cauſa vel origo, vel auctor peccati & iniquitatis: Quod omne (vt dictum eſt) fideles fideliter, & indubitanter fatentur: nullam tamen eſſe diuinam prædeſtinationem erga iuſtam damnationem eorundem impiorum, & iniquorum, & tantummodò in parte electorum eſſe credendam, verbis præfati libelli, qui *Hypognoſticon* dicitur, affirmare contendit. Vnde & quia ipſe ante omnes, qui moderno tempore ſcripſiſſe referuntur, de hac re ſcripſit, eius ſibi auctoritatem ſequi videntur, qui ſimiliter de eadem diuina prædeſtinatione ſentiunt, & defendunt. Dicit namque ipſe ſtatim in præfatione ipſius epiſtolæ ita:

Notẽt Caluiniſtę noſtri temporis.

De libro hypognoſticon.

Rabanvs.

De hæreſi, quam quidam de prædeſtinatione Dei iniquè condunt, errantes, & alios in errorem mittentes, conuenit inter nos, vt de diuinis Scripturis, & de orthodoxorum Patrum ſententiis aliquod opuſculum conficerem, ad conuincendum errorem eorum, qui de Deo bono & iuſto tam nequiter ſentiunt, vt dicant eius prædeſtinationem facere, quod nec homo ad vitam prædeſtinatus poſſit in mortem incidere: Nec ad mortem prædeſtinatus, vllomodo ſe poſſit ad vitam recuperare. Cùm auctor omnium rerum & conditor Deus naturarum nullius ruinæ atque interitus cauſa ſit, ſed multorum origo ſalutis.

Ipſa verba Epiſtolæ Rabani in Pręfatione.

Responsio.

In quibus verbis primùm hæreſim, & hæreticos nominat, qui de diuina prædeſtinatione ita ſapiunt, vt iuxta auctoritatem Scripturarum & ſanctorum Patrum eam in vtramq; partem & electorum ſcilicet, & reproborum fideliter credant: vt & illos omnipotens Deus magnâ bonitate ſuâ æternaliter prædeſtinauerit ad gloriam: Et iſtos magnâ æquitate iudicij ſui prædeſtinauerit

De gemina Prædeſtinatione.

uerit ad gloriam: Et iſtos magnâ æquitate iudicij ſui prædeſtinauerit ad pœnam. Et ideò prorsùs eſt admonendus, & ad pietatis conſiderationem reuocandus, ne ſub iſtorum perſona, quos tam facilè hæreticos vocat, ſanctos potiùs, & venerabiles Patres, qui ita docuerunt & definierunt, damnare inueniatur.

CAPVT XLII.

CAP. 42.

QVod autem dicit de illis, quos hæreticos putat, *quia de Deo bono, & iuſto tam nequiter ſentiunt, vt dicant eius prædeſtinationem facere, quòd nec homo ad vitam prædeſtinatus poſſit in mortem incidere: Nec ad mortem prædeſtinatus vllo modo ſe poſſit ad vitam recuperare:*] Manifeſtum eſt nullo modo eſſe mendacium, ſed certiſsimam veritatem, quam omnes fideles credunt, & confitentur, quòd bonitas, & gratia diuinæ prædeſtinationis faciat, vt ex his qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, nemo poſſit incidere in mortem æternam. Hanc enim perſeuerantiæ ſtabilitatem, & firmitatem in bono ab eo acceperunt, qui rogauit, & rogat pro eis, ne deficiat fides ipſorum: ſicut ipſe ad beatum Petrum dicit: *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et alio loco Euangelij de eiſdem electis ſuis dicit: *Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum.* Quòd autem eadem diuina prædeſtinatio hoc in reprobis agat, vt ſe ad Deum conuertendo, & in melius commutando nemo eorum poſſit ſe ad vitam recuperare, quaſi omnipotens Deus (quod abſit) ſuâ prædeſtinatione eis impoſuerit neceſſitatem malè agendi, & in ſuis malis perſeuerandi, hoc omninò nullus fidelium dicit: quia auctorem operum, & meritorum malorum Deum eſſe non credit. Quòd enim impius & iniquus mala ſua corrigendo, & diuinam miſericordiam implorando recuperare ſe poſſit ad vitam, teſtatur ipſe Dominus per Prophetam, dicẽs: *Quòd ſi auerterit ſe impius ab impietate ſua, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuã viuificabit.* Similiter & in eo quod addidit: *quia Deus nullius ruinæ, atque interitus cauſa ſit.*] Nullus omninò fidelium contradicit: Quia nemo Deum auctorem ruinæ & perditionis impiorum, ſed tantummodò iuſtæ eorum damnationis, & punitionis auctorem credit. Tale eſt & illud quod in initio ſtatim Epiſtolæ ponit & dicit.

Prædeſtinatio facit vt electi nõ poſſint perire.

Luc. 22. v. 32.

Ioa. 10. v. 28.

Non è cõtra de reprobis.

Ezech. 18. v. 27

RABANVS.

Ita vt quidam eorum perditionis ſuæ conditorem ſuum aſſerant, auctorem dicentes: quòd, ſicut hi, qui praeſcientiâ Dei ac prædeſtinatione conuocati ſunt ad percipiendam gloriam æternæ vitæ: Ita & illi, qui ad æternum interitum vadunt, prædeſtinatione Dei cogantur, non poſſe euadere interitum.]

ſ

Responsio.

Deus non eſt auctor perditionis.

Quod vtique nemo dicit: Quia omnes impij & iniqui pro ſuis impietatibus, & iniquitatibus iuſtè pereuntes, non habent Deum auctorem perditionis ſuæ, quia ipſi ſuo merito perierunt, ſed tantummodò auctorem pœnæ, & damnationis, quam iuſtè exceperunt. Ita & quod ait, illos quos putat hæreticos dicere.

Rabanvs.

Quia illi qui ad æternum interitum vadunt, prædeſtinatione Dei cogantur non poſſe euadere interitum.]

Responsio.

Nemo omninò dicit: Quia quòd impij ad interitum vadunt, proprium ipſorum eſt vitium, non diuinæ prædeſtinationis præiudicium: Nec eâdem Dei prædeſtinatione coguntur non poſſe euadere, ſed ſuâ perſeuerantiſſimâ iniquitate, quam relinquere noluerunt, meritò coguntur perire. Sequitur in eadem epiſtola.

Rabanvs.

Quia nullo modo ille, qui cuncta bona creauit, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, atque vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, *aliquem cogit interire.*] 1. Tim. 2. v. 4.

Responsio.

Deus nemini imponit neceſſitatem pereundi.

Et hoc omninò verum eſt, quia nemini Deus imponit neceſſitatem pereundi, ſicut nemini imponit neceſsitatem malè agendi: vnuſquiſque enim ſibi auctor eſt iniquitatis ſuæ, auctor eſt perditionis ſuæ, & Deum, quem non habet auctorem culpæ ſuæ, habet auctorem iuſtiſsimæ pœnæ ſuæ. Item ibi.

Rabanvs.

Si enim ſecundùm ipſos, qui talia ſentiunt, Dei prædeſtinatio inuitum hominem facit peccare, quomodo iuſto iudicio Deus damnat peccantem, cùm ille non voluntate, ſed neceſſitate peccauerit.]

Responsio.

Neminem facit peccare.

Et hoc, ſicut etiam illa, quæ ſuprà dicta ſunt, nihil ad præſentem pertinet quæſtionem: Nemo enim ita ſentit aut dicit, quòd Dei prædeſtinatio aliquem inuitum faciat peccare, vt iam non propriæ voluntatis peruerſitate, ſed diuinę prædeſtinationis neceſsitate peccare videatur. Sed hoc agit diuina prædeſtinatio, vt qui volens peccat, & volens in peccatis ſuis perſeuerat, nolens iuſto iudicio puniatur. Item poſt aliquanta ſequitur, & dicit.

Rabanvs.

Prædeſtinationis autem fides, firmiſſimâ ſanctarum auctoritate Scripturarum munita eſt, cui nullo modo fas eſt ea, quæ ab hominibus malè aguntur, adſcribi.]

Responsio.

Et hoc nemo fidelium facit. Nemo enim per prædeſtinationis

Digitized by Google

diuinæ erga reprobos veritatem adſcribit, & deputat Deo malè agentium iniquitatem, ſed tantummodò eorundem reproborum, & eorundem malè agentium iuſtam damnationem.

CAPVT XLIII.

CAP. 43.

SEquitur in eadem Epiſtola.

RABANVS.

Qui enim recedit à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem cadit? Sed non in quod remiſſum eſt recidit, nec in originali peccato damnabitur: Qui tamen propter postrema crimina, eâ morte afficietur, quæ ei propter illa, quæ remiſſa ſunt, debeatur.]

RESPONSIO.

In quibus verbis, quod dictum eſt de illo qui recedit à Chriſto, & gratiam eius in ſe vacuam fecit atque ita finit hanc vitam, nequaquam ei imputari, nec originalia, nec actualia peccata, quæ illi verè in Baptiſmo fuerant remiſſa, ſed ea ſola quæ poſt baptiſmum gratiam Dei amittendo commiſit, *magna* nobis *quæſtio* videtur, nec noſtro eam ſenſu, ſed ſanctorum Patrum auctoritate, prout Deus dederit, ſoluēdam credimus. Nam *B. Auguſtinus* cùm exponeret verba Pſalmi vbi in maledictionibus *Iudæ* proditoris

AVGVST. in Pſ. 108. expoſ. 1. vtrùm peccata poſt baptiſmum remiſſa & deleta redeāt & imputentur ad pœnam ſi homo dānetur.

Pſ. 108. v. 14. inter cætera dicitur: *In memoriam redeat iniquitas Patrum eius in conſpectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur.* Ita in ipſum Iudā hoc maledictum adimpletum eſſe exponit, dicens: Si Iudas teneret illud ad quod vocatus eſt, nullo modo ad eum vel ſua prætetita, vel parentū iniquitas pertineret. Quia ergò non tenuit adoptionem in familia Dei, ſed iniquitatem vetuſti generis potiùs

d. v. 14. elegit, *rediit iniquitas Patrum eius in conſpectu Domini*, vt in ea etiā ipſe puniretur: Et peccatum matris eius non eſt in eo deletum.] Sequitur autem continuo in Pſalmo: *fiant contra Dominum ſemper*, id eſt, iniquitas Patrum eius, & peccatum matris eius: Quod idem

De Iuda.

v. 15. Doctor ita exponit: *fiant contra Dominum ſemper*, non vt à Domino aduerterentur; ſed vt merita eorū peſſima non obliuiſcatur in iſto Dominus, cùm illi & ipſa retribuet: Contra Dominū enim dixit, *in conſpectu Domini.*] Ecce apertiſsimè beatus doctor iuxta ſenſum Prophetiæ, quæ in hoc Pſalmo de illo perdito homine continetur, apertiſſimè docet, quòd nec ſua, nec parentum peccata iam ad eum pertinere potuiſsēt, ſi in illa gratia, & adoptione filiorum Dei, ad quam vocatus fuerat, permanere voluiſſet. Sed quia non permāſit, & ad iniquitatem vetuſtæ ex Adam generationis apoſtatando rediit, etiam poſt baptiſmi gratiam, quam in ſe irritam fecit, rediit ad eum, non ſolū ſua, ſed etiam iniquitas Patrum

Digitized by Google

eius,& peccatum matris eius non eſt in eo deletum, vt in eis etiam ipſe puniretur, iudicante illo, & damnante, *qui reddit iniquitatem patrum in filijs in tertiam, & quartam progeniem.* Vnde etiam additum eſt in prophetia: *Fiant contra Dominum*, id eſt, in conſpectu Domini *ſemper*, ſcilicet peccata & iniquitates patrum eius ac matris: vt merita eorum peſſima non obliuiſcatur in iſto Dominus, cùm illi & ipſa reſtituit. Exod. 34. v. 7. Pſal. 108. v. 15.

Quod ergo in iſto apoſtata, & tranſgreſſore gratiæ Dei, qui vocationem & adoptionem filiorum Dei deſeruit, & magis iniquitatem vetuſtæ generationis, quàm iuſtificationem nouæ regenerationis elegit, & diuinâ veritate, & beati patris manifeſtâ expoſitione factum cognoſcimus; Hoc etiam de cęteris eiuſdem gratiæ tranſgreſſoribus fieri certum tenere debemus: vt recedente ab illis nouâ gratiâ, redeat ad eos iniquitas antiqua, non ſolùm ſua, ſed etiam paterna: vtrum autem & originalis peccati reatus per baptiſmi gratiam deletus ad eum redire eique imputari intelligendus ſit in his verbis Propheticis quibus dicitur: *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini*, vt non ſolùm illorum parentum & progenitorum eius, qui vicino tempore eſſe potuerunt, ſed etiam primorum patrum, & primorum parentum, qui primi in paradiſo deliquerunt, iniquitas, vt dictum eſt ei imputetur: Nec in verbis ſancti doctoris clarè elucet, nec à nobis temerè præſumendum eſt. Legimus quidẽ apud Ieremiam Prophetam: *In diebus illis non dicent vltra, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* In quibus verbis manifeſtè noui teſtamenti gratia, per quam regeneratione baptiſmi originale peccatum ex prima tranſgreſſione contractũ ſoluitur, & deletur, prænuntiata eſt, vt iam vnus quiſque illâ regeneratione purgatus, & à vinculo antiquæ damnationis abſolutus, nequaquam in primorum parentum peccato, quod etiam dimiſſum eſt; ſed ſi peccatis & criminibus ſeruierit in ſua iniquitate moriatur. Iniquitas namque ipſa eſt *vua acerba, immatura*, aſpera & noxia, quæ agentem quaſi comedentem nullâ verâ ſuauitate reficit, ſed virtutem & robur animæ velut dentes, ita debilitat & lædit, vt cibum vitæ percipere non poſſit, de quo ſcriptum eſt: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus*: qui etiam de ſe ipſo ait: *Ego ſum panis vitæ. Patres itaque comederunt vuam acerbam*, qui primi in paradiſo iniquitatem commiſerunt, *& dentes filiorum obſtupuerunt*; quia non ſolùm ſeipſos, ſed & omnem progeniem ſuam peccando læſerunt. Sed illo peccato originaliter tracto cùm omnes qui ad fidem veniunt per lauacrum regenerationis abſoluuntur, iam non in illa antiqua patrum iniquitate, ſed vnuſquiſque eorum in ſua iniquitate morie-

Pſal. 108. v. 14.

Ierem. 31. v. 29. v. 30.

Iniquitas eſt vua acerba.

Pſal. 33. v. 9. Ioan. 6. v. 48. d. v. 29.

tur. Siue ergo poſt baptiſmum peccantibus illa peccata, quę poſtmodùm commiſerunt imputentur; ſiue etiam illa, quæ ante baptiſmum commiſerunt, propter tranſgreſſionem tantæ gratiæ ſuperadijciantur, vtique in ſua iniquitate, quam vel antè vel poſtea commiſerant moriuntur. Si ergo eis originalis reatus poſt baptiſmum iam nullatenus deputatur, manifeſtè in ſuo tantum peccato & in ſua iniquitate quiſque moritur, ſi autem inter cætera peccata etiam ille reatus imputatur, etiam ſic in ſuo peccato vnuſquiſque moritur, dum iam ei originale peccatum non ideo imputatur, quia illud ex origine traxit, ſed quia merito propriæ iniquitatis illud ſibi iterum imputari meruit.

Nota. Ratione ingratitudinis.

CAPVT XLIV.

CAP. XLIV.

SEquitur poſt hæc in eadem Epiſtolâ.

RABANVS.

Quod quia Dei præſcientiam nec latuit, nec fefellit, ſine dubio talem nunquam elegit, numquam prædeſtinauit, & periturum numquam ab æterna perditione diſcreuit. Atque ob hoc quicumque tales ſunt, licet fuerint renati, fuerint iuſtificati, ab eo tamen qui illos tales præſciuit non ſunt prædeſtinati.]

RESPONSIO.

In quibus verbis illud primùm conſiderandum eſt: quia illum qui à Chriſto recedit, & ab eius gratia alienus efficitur, atque in tali impietate vſque ad finem perdurat, quoniam eum Deus talem futurum veriſſimè præſciuit, affirmat ſcriptor Epiſtolæ numquam ab eo electum, neque prædeſtinatum ad vitam: Et periturum numquã ab æterna perditione diſcretum: Ita, qui prædeſtinationem diuini iudicij ad iuſtum reproborum interitum negant, iam ipſos reprobos eodem iuſto Dei iudicio damnatos, & numquam à perditionis maſſa diſcretos eſſe confirmant. Deinde ſollicitiùs & diligentiùs eſt quærendum, ſi reprobi numquam ſunt à perditionis & damnationis maſſa diſcreti, quomodo, ſicut hic dicitur, tam multi ex eis in Eccleſia per gratiam baptiſmi ſunt renati & iuſtificati? ſi enim vt dictum eſt, numquam ſunt à maſſa damnationis & perditionis diſcreti, quomodo in Eccleſia verè ſunt renati, & iuſtificati? Quid enim ſunt renati, niſi regeneratione baptiſmi innouati? Et quid ſunt iuſtificati, niſi per eum qui iuſtificat impium, à ſua impietate mundati.

An baptizati reprobi fuerint à maſſa perditionis diſcreti.

Quomodo ergo in eis perficitur, dum in morte Chriſti baptizantur, & in eius ſanguine à peccatis abluuntur, vera innouatio & vera mundatio, ſi adhuc in damnationis, & perditionis maſſa concreti, & non diſcreti detinentur? Apoſtolus *ramum ſylueſtris* & inculti *oleaſtri* priùs de naturali oleaſtro dicit exciſum, & poſteà in

Affirmatur diſcretos fuiſſe.

Rom. 11. v. 17.

Digitized by Google

bonam oliuam inſertum, atque ita ſocium radicis & pinguedinis oleæ effectum, quem tamen poſteà vehementer admonet & terret, dicens: *Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem ſi permanſeris in bonitate: Alioquin & tu excideris.* Quod quid eſt aliud, niſi vt exciſus à bona oliua cui inſertus fueras, cum ſilueſtri & fero atque amaro oleaſtro ignibus deputeris. Iuxta quam ſimilitudinem meliùs fortaſſis creditur, & dicitur, quòd qui verè ad Chriſti fidem accedũt, & verè in baptiſmo eius gratiâ regenerantur, & verè accipiunt indulgentiam, tam originalium, quàm actualium peccatorum; verè per hæc & à naturali oleaſtro credendi ſunt exciſi, id eſt, à perditionis & damnationis maſſa diſcreti, & in bonam oliuam inſerti, id eſt, Eccleſiæ incorporati: Et tamen ſi digna exciſione commiſerint, etiam poſt iſta omnia ab illa oliua excidantur, & cũ illa damnationis & perditionis maſſa, à qua fuerant originalis, & actualis peccati indulgentiâ diſcreti, velut cum naturali oleaſtro æternæ vſtioni deputentur. Vnde namque illa damnationis & perditionis maſſa, niſi originalis peccati reatu, & conſperſione effecta eſt? Cùm ergo in quolibet fideliter credente, & veraciter renato atque expiato, vera ſit eiuſdem peccati originalis remiſſio, quomodo ipſe in maſſa originalis peccati remanet, qui inde eiuſdem peccati remiſſione probatur eſſe diſcretus? Quod autem *in verbis ſanctorum Patrum* frequenter legitur, quod tales, id eſt gratiam Chriſti in ſe irritam facientes, & ita pereuntes numquam ab illa maſſa diſcreti ſint, ad Dei præſcientiam pertinet: Qui licet ad præſens in Eccleſia communem eis cum electis regenerationis gratiam tribuat, ibi tamen eos prædeſtinationis ſuæ iudicio iam deputat, vbi præuaricationis ſuæ merito damnandos videt.

v. 22.

Notent Caluiniſtæ peccata poſt iuſtificationem non ampliùs manere.

Nota.

CAPVT XLV.

Cap. 45.

POſt hæc ſcriptor Epiſtolæ interpoſitis perpaucis verbis ſuis tacito nomine *libelli Hypomneſticon* ſubiungit & adiungit eius verba, & ſenſus velut vno tenore & ordine ſermonis ſui; Ex quibus probare conatur diuinam prædeſtinationem tantummodo & in parte electorum ſemper accipiendam; in parte verò reproborum nullam omnino eſſe. Ita incipit.

RABANVS.

Prius ergo ipſum nomen prædeſtinationis quid indicet exponamus: Deinde eſſe apud Deum, qui ſine acceptione perſonarum eſt, prædeſtinationem, diuinarum Scripturarum auctoritate probemus. Prædeſtinatio quippè præmittendo, & præueniendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo Deus, cui præſcientia non accidens eſt, ſed eſſentia fuit ſemper & eſt, omne quod antequam ſit, præſcit, prædeſti-

Digitized by Google

nat; & propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit præſcit. Et ideo Apoſtolus: Nam quos præſciuit, *inquit*, & prædeſtinauit: *ſed non*
Rom. 8 *omne quod præſcit prædeſtinat, mala enim tantùm præſcit & non præ-*
v. 29. *deſtinat. Quod ergo bonum præſcientiâ prædeſtinat, id eſt, prius quam ſit in re præordinat: Hoc cum ex ipſo auctore eſſe cœperit, vocat, ordinat, & diſponit. Vnde & ſequitur:* Quos prędeſtinauit hos & voca-
v. 30. uit; Et quos vocauit, illos & iuſtificauit: Quos autem iuſtificauit illos & glorificauit. *Iam igitur apertiùs diſſeramus quod loquimur quomodo humano generi præſcientiâ ſuâ, & prædeſtinatione Deus, in quo non eſt iniquitas, vtatur. Maſſæ itaque humani generis, quæ in Adam & Euæ præuaricatione damnabilis, mortaliſque facta eſt, non conditione diuinâ generaliter, ſed ex debito pœnæ, cruciatúſque gehennæ debetur. Venia verò non merito, ſed Dei iuſti iudicis miſericordiæ largitate confertur. Quia verò iuſtus, & miſericors Deus, præſciúſque eſt futurorum, & ex hac damnabili maſſa, non perſonarum acceptione, ſed iudicio æquitatis ſuæ irreprehenſibili, quos præſcit miſericordiâ gratuitâ præparat, id eſt, prædeſtinat ad vitam æternam: Cæteros autem vt prædixi debitè punit: quos ideò punit, quia quid eſſent futuri præſciuit: non tamen puniendos ipſe fecit, vel prædeſtinauit, ſed tantùm (vt dixi) in damnabili maſſa præſciuit. Quod ſi à me quæris ſcire, cur duo iſta differenter Deus faciat, ſi perſonarum acceptor non eſt: Quia generaliter aut punire debet iuſtitiâ, aut miſericordia liberare. Contende cum Paulo, imò, ſi audes, argue Paulum, qui dixit Chriſto in ſe loquente:* O homo tu qui es qui reſpon-
Rom. 9 deas Deo? Numquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, vt quid me ſic
v. 20. feciſti? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadẽ maſſa facere
v. 21. aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Ego autem hoc dico, quod dixi, quia quicquid Deus agit, miſericorditer, iuſtè, ſanctéque facit: quia ſolus ipſe præſciendo ſcit, quod homo neſcien-*
Rom. *do neſcit.* Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſilia-
11. v. rius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Aut quis
34. dicit ei quid feciſti? *Non poteſt tantùm iuſtus dici Deus, aut ſolùm*
v. 35. *miſericors, ſed iuſtus & miſericors. Sic dicimus, ſic credimus. Proptereà quando illi cum David* miſericordiam & iudicium canta-
Pſal. mus, *metuentes non interrogamus, quæ ſit voluntas eius in iudicio &*
100. v. 1. *miſericordia conquirentes.*

RESPONSIO.

Hæc igitur omnia quia, vt diximus, non ſunt verba eius, ſed manifeſtè ex iam dicto libello ſumpta agnoſcuntur, de quo quid nobis videatur, iam ſuprà ſatis oſtenſum eſt, relictâ in medio prolixâ, & piâ exhortatione, quâ omnes fideles omiſſis eiuſcemodi obſcuris, & difficillimis quęſtionibus ad benè viuendũ, & benè agendum fideliter & ſalubriter cohortatur, ex diuinis Scripturis ad hãc

rem pertinentes ſententias multas, & multiplicirer ſumens, tranſeamus ad eius verba quibus circa finem Epiſtolæ, ita dicit.

Cap. 46.

CAPVT XLVI.

Rabanvs.

Quomodo iſti vaniloqui garriunt, quod nihil proſit homini recta fides, & bona operatio; quoniam niſi prædeſtinatus ſit quis, non veniat ad vitam; Cùm prædeſtinatio nihil aliud ſit niſi vitæ donatio, non perditionis damnatio. Vnde manifeſtè Scriptura dicit: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: *Et per Prophetam ipſe Dominus ait:* Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. *Si autem non vult Deus mortem impij, & peccatoris, quomodo prædeſtinauit eum ad mortem? Cùm nihil aliud eius ſit velle quam prædeſtinare. Cauſa enim omnium rerum voluntas eſt Dei: eiúſque facere velle eſt: Nec ſimplex natura aliquam contrarietatem in ſe habet, ſed* idem Dominus omnium diues eſt in omnibus qui inuocant illum. *Itaque prædeſtinatio in bono legitur, non in malo. Vnde dicit Apoſtolus:* quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit hos & vocauit: & quos vocauit illos & iuſtificauit: Quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. *Nota quod dicit:* Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: *Non quos prædeſtinauit illos & damnauit: Amauit enim bonus factor creaturam ſuam: Nec immeritò aliquem damnat. De quo alibi ſcriptum eſt:* Misereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens eis: quia tu es Deus vniuerſorum.]

Sap. 1. v. 13. v. 14.
Ezech. 33. v. 11.
Rom. 10. v. 12.
Rom. 8. v. 29. v. 30.
d. v. 30.
Sap. 11. v. 24.

Responsio.

De his omnibus, quia multa iam ſuperiùs dicta ſunt, nō eſt diutiùs loborandum, ſed tantùm pauca ex eis, quæ conſideratione indigent, breuiter deſignanda. Itaque in eo quod ait, *vaniloquos dicere quòd nihil proſit homini recta fides, & bona operatio; quoniam, niſi prædeſtinatus ſit quis, non veniat ad vitam*] verum eſt omninò, quòd ſoli illi veniunt ad vitam, qui diuinitùs electi ſunt, & prædeſtinati. Sicut apertè prædicat & confirmat Apoſtolus, dicens: *Quia quos præſciuit, & prædeſtinauit; Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: Et quos vocauit, hos & iuſtificauit; Quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.* Hi ſunt qui omninò veniunt ad vitā. De quibus ipſe Dominus promittit, dicens: *Et ego vitā æternam do eis, & non peribunt in æternum.* Recta autem fides, & bona operatio abſit, vt quiſquam fidelium dicat, quia nihil proſint: verè etenim proſunt, & verè hominem ſaluant, ſi illud eis adiungatur quod Dominus dicit: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Rom. 8. v. 29. v. 30.
Ioan. 10. v. 28.

Opera bona proſunt & verè hominem ſaluant.

Securus

Securus itaque fidelis homo, & rectè credat, & benè operetur, quia ſi in his fideliter perſeuerauerit, ſine dubio ſaluus erit, & ad electorum numerum pertinebit. Quod verò hîc poſitum eſt, *Quia prædeſtinatio nihil aliud ſit, niſi vitæ donatio, non perditionis damnatio.*] Videtur nobis non ita à *Sancto Auguſtino* dictum vel definitum; Qui diſtinguens inter prædeſtinationem, & gratiam. Ita ait: prędeſtinatio eſt gratiæ præparatio: Gratia verò eſt iam ipſa donatio.] Et poſt pauca quæ interpoſuit, eandem prædeſtinationem diuinam dupliciter accipiendam eſſe, id eſt, & in bono electis, qui gratis prædeſtinati ſunt ad vitam: Et in malo reprobis qui iuſtè prædeſtinati ſunt ad pœnam, ita dicit: Prædeſtinatio igitur Dei quæ in bono eſt, gratiæ eſt vt dixi, præparatio.]

Auguſt. de præd. Sāct. cap. 10.

d. cap. 10.

Item quod proponit & dicit: *Si autem non vult Deus mortem impij, & peccatoris, quomodo prædeſtinat eum ad mortem.*] Quantùm puſillitas noſtra potuit, iam ſuperiùs eſt tractatum: Et nunc breuiter dicimus: quia illud non vult *bonitate conditoris*; iſtud autem facit *iudicis æquitate*, vt & ſaluare velit quod creauit, & tamen creaturæ vitium non relinquat impunitum. Quòd verò ſubiungit, & dicit: *Itaque prædeſtinatio in bono legitur, non in malo; vnde dicit Apoſtolus*; quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.] Conſideret diligenter (ſicut iam ſuprà multipliciter nobis oſtenſum eſt,) quia in diuinis Scripturis non eſt exigendum, vt vbicumque res prædeſtinationis dicitur: etiam ipſum nomen prædeſtinationis propriè, & expreſsè poſitum legatur: ſed vbicumque res ipſa certiſſimè poſita inuenitur, regulariter obſeruandum, quòd etiam tacito prædeſtinationis nomine rectiſſimè prædeſtinatio intelligatur. Nam ſi ipſum prædeſtinationis nomen propriè poſitum exigimus, nec in illis teſtimoniis Propheticis, ex quibus Apoſtolus prædeſtinationem diuinam, & erga electos, & erga reprobos approbat, iſtud nomen vllatenus inuenimus: Et tamen quod clariſſimâ rerum certitudine approbat: fideliter credere non dubitamus.

Bonitate conditoris. Iudicis æquitate.

Rom. 8 v. 29.

Prædeſtinatio re ipſâ.

CAPVT XLVII.

Cap. 47.

SEQVITVR poſt hæc omnia in fine Epiſtolæ.

RABANVS.

Multiplici ergò reatu iſte conſtringitur, qui prædeſtinationis bonum in prauum ſenſum conuertens nefandis ſermonibus blaſphemare præſumit.

7. Objectiones.

1\. *Primò, quòd creatorem ſuum, qui eſt ſummè bonus, maliuolum auſus eſt dicere; eò quòd opus ſuum fruſtrà & ſine cauſa decernat interire.*

2\. *Secundo, quòd ipſam veritatem fallacem nititur aſſerere, quæ per Scripturas ſacras rectè credentibus, & benè operantibus æternæ vitæ ſpondet præmia: & peccantibus, atque non pœnitentibus mortis prædicit pœnas.*

3\. *Tertiò, quòd iuſtum iudicem: qui in æquitate iudicaturus eſt viuos, ac mortuos prædicat iniuſtum, quando benè agentibus præmia & malè agentibus tormenta eum non reddere affirmat.*

4\. *Quartò, quòd redemptorem mundi fruſtra ſanguinem ſuum fudiſſe non timet per errorem ſuum fingere, quando in ſe credentibus, & ſperantibus propter prædeſtinationis neceſſitatem non poſſit ſubuenire.*

5\. *Quintò, quòd inuidet bonis Angelis eorum numerum, quem diabolus per ſuperbiam corruens minuit, ſaluatorem noſtrum per hominum conditionem adimplere.*

6\. *Sextò, quòd magis fauet ſuâ opinione diabolo, quàm Deo, cùm ad eius perditionis ſortem tradit eos pertinere, quos diuina gratia decreuit ad ſalutem æternam pertingere.*

7\. *Septimò, quod totius humani generis inimicus ſit manifeſtus, cùm illud dicit per Chriſti fidem, & Baptiſmi Sacramentum à primi parentis lapſu, propriorúmque ſcelerum reatu, necnon & ab hoſtium poteſtate non poſſe erui, ſed obligatum noxiâ opificis ſui prædeſtinatione in tartarum demergi.*

RESPONSIO.

Septem his verbis objectiones, ſiue definitiones ponit, quibus non, vt ipſe dicit, blaſphemantes in Deum, ſed fideliter credentes Deo, & veraciter in electorum liberatione, & reproborum damnatione miſericordiam eius, & iudicium confitentes, atque laudantes, falſitatis, & erroris arguat. Et tamen nihil ex his quæ in ipſis ſeptem definitionibus ſuis objicit verum, aut rationabile valet oſtendere.

Ad primã objectionem.

1\. Nemo enim creatorem ſuum ſummè bonum maliuolum dicit, quod abſit, quaſi malæ voluntatis ſit erga creaturam ſuam, quia ſemper eius voluntas bona eſt bonis; Quæ & ſi mala videtur malis, ſemper tamen iuſta eſt, & ideo mala eſſe non poteſt; vnde & Scriptura ad eum dicit: *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* (Pſal. 17 v. 26. & 27.) De quibus verbis *Beatus Auguſtinus* tractans: Eſt

Auguſt. in Pſal. 17.

» (inquit) occulta profunditas, quâ intelligeris cum Sancto San-
» ctus, quia tu ſanctificas: Et cum viro innocente innocens, quia
» nulli noces: ſed criniculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque con-
» ſtringitur, & ab eo, quem eligis eligeris, & cum peruerſo videris
» peruerſus: quoniam dicunt, *Non eſt recta via Domini, & ipſorum* (Ezech. 18. v. 25.)
» *via non eſt recta*: Nec fruſtrà & ſine cauſa ille opus ſuum decernit
» interire, ſed quos veriſſimè præſciuit impios, & iniquos futuros,

& in ſua impietate, & iniquitate permanſuros iuſtis, & rectiſſimis " cauſis decreuit & ſtatuit, & prædeſtinauit perituros. Sicut ipſe ait: "
Exod. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.*] "

32. v. 33. Ad ſecundam. 2. Nec qui prædeſtinationem diuinam in vtramque partem, id eſt, & electorum & reproborum fideliter credit, & confitetur, ipſam veritatem fallacem nititur oſtendere: ſed omninò veracem, & fidelem in omnibus verbis ſuis, & ſanctam in omnibus operibus ſuis; quia electis, ſicut prædeſtinauit, ęternæ vitæ præmia ſpondet, & reddit. Et è contrario reprobis peccantibus, nec pœnitentibus, ſicut prędeſtinauit, iuſto ſuo iudicio ęternas retribuit pœnas.

Ad tertiã. 3. Nec iuſtum iudicem iſta diuinæ prædeſtinationis veritas velut iniuſtum prædicat: quia ſecundùm eam & benè agentibus, atq; in bono perſeuerantibus pręmia reſtituuntur; Et malè agentibus, atque in malo permanentibus iuſtè tormenta inferuntur.

Ad quartã. 4. Nec Redemptorem mundi aliqua prædeſtinationis ſuæ neceſſitas compellit, vt per glorioſum Sanguinis ſui pretium in ſe credentibus, & ſperantibus ſubuenire non poſſit: Quia & omnibus electis ſuis illo pretio in æternum ſubuenit: Et quòd reprobis non ſubuenit, ipſi per impietatem, & iniquitatem ſuam pretium eius repellunt: Quos & ſi poteſt ille ſaluare, vult tamen aliquos, ad oſtendendum terrorem ſeueritatis ſuæ, iuſtâ vltione damnare.

Ad quintã. De numero electorum. 5. Nec inuidet eadem diuinæ prædeſtinationis ſeueritas bonis Angelis, ne propter multitudinem reproborum quotidie pereuntium non poſſit adimpleri, & inſtaurari eorum numerus, qui per ruinam diaboli, & Angelorum eius eſt imminutus: Quia certiſſimè nouit fides fidelium tantos illuc electos ex humano genere aſſenſuros, quantos illic conſtat electos Angelos remanſiſſe: Teſtante Scriptura quæ dicit: *Statuit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* (Deut. 32. v. 8.)

Ad ſextã. 6. Nec magis fauet hæc prædeſtinatio diabolo, quàm Deo, quia & diabolum quotidie compellit amittere, quos diuina gratia eâdem prædeſtinatione decreuit ad ſalutem æternam pertingere. Et omninò nullum ex electis Dei ad ipſius diaboli ſortem poſſe pertinere confirmat.

Ad ſeptimam. 7. Nec compellit aliquem huius prædeſtinationis fides, quaſi per fidem Chriſti & Sacramentum Baptiſmi à primi parentis lapſu, & à ſuorum ſcelerum reatu, ſiue hoſtium poteſtate non poſſe erui: ſed veriſſimè pręſtat omnibus electis, *Vt ſint agentes ſemper gratias Deo, & Patri, qui dignos eos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: Qui eripuit illos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ Filij dilectionis ſuæ*: (Col. 1. v. 12. v. 13.) Nec reprobis noxia eſt opificis ſui, id eſt Dei prædeſtinatio, quæ perſeuerantem, & indomabilem iniqui-

tatem ipſorum iuſtiſſimè punit, cuius mole & grauiſſimo onere oppreſſi demerguntur in tartarum, deſcendentes in profundum quaſi lapis, & ſummerſi quaſi plumbum in aquis vehementibus. Quod etiam liber Apocalypſis de tota ciuitate huius ſęculi, id eſt vniuerſa multitudine damnatorum terribiliter extremo iudicio futurum ſignificat & denunciat, dicens: *Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens:* Hoc impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas, & vltra iam non inuenietur. Apoc. 18. v. 21.

Concluſio. Quæ cùm ita ſint, depoſitâ omni contentionis animoſitate, depoſitâ nouitatum præſumptione, agnoſcamus fideliter diuinam veritatem, ſequamur obedienter paternam auctoritatem: Caueamus vigilanter erroris & mendacij fallaciſſimam vanitatem: ſeruantes Deo auxiliante ſemel *depoſitum* nobis veræ fidei inuiolatum theſaurum; Et *fugientes profanas vocum nouitates atque oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* 1. Tim. 6. v. 20. v. 21.

Explicit.

S. REMIGII ARCHIEPISCOPI, ET ECCLESIÆ LVGDVNENSIS,

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti,

ABSOLVTIO CVIVSDAM QVÆSTIONIS: De generali per Adam damnatione omnium, & ſpeciali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum.

NVPER quæſtio habita eſt, quomodo rectè, & fideliter poſſit intelligi: Tota humani generis maſſa merito primę tranſgreſſionis ad æternum interitum damnata? Cùm proculdubiò omnium electorum numerus ex ipſa eſſet aſſumendus diuinâ prædeſtinatione, ac præſcientiâ æternaliter præcognitus, & pręordinatus ad vitam æternam: Si enim iſte beatorum, & ſanctorum numerus in illa erat ad interitum diuino iudicio condemnatus; Quomodo erit velut è contrario diuinę

Digitized by Google

miſericordiæ beneficio ad vitam prędeſtinatus? Et vtrumque vtique æternaliter, atque immobiliter in eius ęterno & incommutabili conſilio, qui iuxta Prophetam: *Fecit quæ futura ſunt*. Neque
LXX. Iſa. 41. v. 11.
enim iuxta Catholicæ veritatis regulam dicere poſſumus omne humanum genus illius pręuaricationis merito ad interitum fuiſſe damnatum, ſed nequaquam ad eundem interitum prædeſtinatum: Cùm omnipotentis Dei iuſto, & æterno iudicio nihil potuerit æternaliter eſſe damnatum, quod non ita præſcitum, & præfinitum ſit fuiſſe damnandum. Omnia namque opera ſua, tanquam verè iuſta & recta & preſciuit futura, & prædeſtinauit ſine dubio facienda. Prędeſtinauit itaque & hanc humani generis iuſtam, ac debitam damnationem, cui & generaliter ex illius iuſtitia omnes eſſent obnoxij; Et ex qua ſpecialiter ex illius miſericordia diſcernerentur, & ſaluarentur electi, manente ſcilicet inconuulsâ damnationis prædeſtinatione in reprobis; & manente ſimiliter inconuulsâ ereptionis prædeſtinatione in electis, Dum iuſtiſſimo & admirabili ordine diuinæ æquitatis, & miſericordiæ, & illud oportuit priùs fieri ad oſtendendam ſeueritatem Dei; & iſtud poſtmodum ad oſtendendam bonitatem Dei; Quod tamen vtrumque ſimul, ita ſemper in æterno Dei conſilio fuerat prædeſtinatum: vt ſic vnum decerneretur iudicij æquitate, & quantùm ad illius maſſæ damnatę meritum pertinet immobili ſeueritate: quatinùs & alterum glorioſiſſimè impleretur diuini arbitrij poteſtate, & miſericordiſſimi conditoris gratuitâ bonitate.

Quapropter iuxta puſillitatem ſenſus noſtri vbicumque legimus, ſiue in diuinis Scripturis, ſiue in dogmatibus Patrum totam humani generis maſſam in primo, & per primum hominem peccantem eſſe damnatam, nihil aliud intelligendum occurrit, niſi eam iuſto Dei iudicio, merito primi illius peccati æternæ damnationi traditam: De qua damnatione per vnum hominem in mundum ingreſſa manifeſtè dicit Apoſtolus: *Nam iudicium ex vno in condemnationem*: Quę vtique, ſicut iam dictum eſt, non poteſt rectè intelligi niſi æterna: Si ergò rectè intelligitur; Tota ipſa humani generis maſſa damnata, ęternæ perditioni tradita, quid eſt hoc aliud, niſi eidem æternę perditioni deſtinata, ſiue prædeſtinata, vt quantùm pertinet ad meritum culpę ſuę, illius videlicet, primę præuaricationis, eſſet iuſtè omninò, & tota, & ſimul æternâ ſententiâ condemnata: Quantùm verò attinet ad bonitatem & miſericordiam conditoris (qui ſibi nec neceſſitatem impoſuit, nec poteſtatē abſtulit) vt de creatura ſua, iuſtâ exigente ſeueritate iudicādo, poſſet inde ſaluare quantùm illi placeret per indebitam gratiam, quod iuſtè & ęternaliter fuerat damnatū per culpā, manēte ſcilicet damnationis ſententiâ, in quibus permanet & reatus, & ſo-

Digitized by Google

eius,& peccatum matris eius non eſt in eo deletum, vt in eis etiam ipſe puniretur, iudicante illo, & damnante, *qui reddit iniquitatem patrum in filijs in tertiam, & quartam progeniem.* Vnde etiam additum eſt in prophetia: *Fiant contra Dominum*, id eſt, in conſpectu Domini *ſemper*, ſcilicet peccata & iniquitates patrum eius ac matris: vt merita eorum peſſima non obliuiſcatur in iſto Dominus, cùm illi & ipſa reſtituit. Exod. 34. v. 7. Pſal. 108. v. 15.

Quod ergo in iſto apoſtata, & tranſgreſſore gratiæ Dei, qui vocationem & adoptionem filiorum Dei deſeruit, & magis iniquitatem vetuſtæ generationis, quàm iuſtificationem nouæ regenerationis elegit, & diuinâ veritate, & beati patris manifeſtâ expoſitione factum cognoſcimus; Hoc etiam de ceteris eiuſdem gratiæ tranſgreſſoribus fieri certum tenere debemus: vt recedente ab illis nouâ gratiâ, redeat ad eos iniquitas antiqua, non ſolùm ſua, ſed etiam paterna: vtrum autem & originalis peccati reatus per baptiſmi gratiam deletus ad eum redire eique imputari intelligendus ſit in his verbis Propheticis quibus dicitur: *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini*, vt non ſolùm illorum parentum & progenitorum eius, qui vicino tempore eſſe potuerunt, ſed etiam primorum patrum, & primorum parentum, qui primi in paradiſo deliquerunt, iniquitas, vt dictum eſt ei imputetur: Nec in verbis ſancti doctoris clarè elucet, nec à nobis temerè præſumendum eſt. Legimus quidē apud Ieremiam Prophetam: *In diebus illis non dicent vltra, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* In quibus verbis manifeſtè noui teſtamenti gratia, per quam regeneratione baptiſmi originale peccatum ex prima tranſgreſſione contractū ſoluitur, & deletur, prænuntiata eſt, vt iam vnus quiſque illâ regeneratione purgatus, & à vinculo antiquæ damnationis abſolutus, nequaquam in primorum parentum peccato, quod etiam dimiſſum eſt; ſed ſi peccatis & criminibus ſeruierit in ſua iniquitate moriatur. Iniquitas namque ipſa eſt *vna acerba, immatura*, aſpera & noxia, quæ agentem quaſi comedentem nullâ verâ ſuauitate reficit, ſed virtutem & robur animæ velut dentes, ita debilitat & lædit, vt cibum vitæ percipere non poſſit, de quo ſcriptum eſt: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus*: qui etiam de ſe ipſo ait: *Ego ſum panis vitæ. Patres itaque comederunt vuam acerbam*, qui primi in paradiſo iniquitatem commiſerunt, *& dentes filiorum obſtupuerunt*; quia non ſolùm ſeipſos, ſed & omnem progeniem ſuam peccando læſerunt. Sed illo peccato originaliter tracto eùm omnes qui ad fidem veniunt per lauacrum regenerationis abſoluuntur, iam non in illa antiqua patrum iniquitate, ſed vnuſquiſque eorum in ſua iniquitate morie-

Pſal. 108. v. 14.

Ierem. 31. v. 29. v. 30.

Iniquitas eſt vua acerba.

Pſal. 33. v. 9. Ioan. 6. v. 48. d. v. 29.

tur. Siue ergo poſt baptiſmum peccantibus illa peccata, quę poſtmodùm commiſerunt imputentur; ſiue etiam illa, quæ ante baptiſmum commiſerunt, propter tranſgreſſionem tantæ gratiæ ſuperadijciantur, vtique in ſua iniquitate, quam vel antè vel poſtea commiſerant moriuntur. Si ergo eis originalis reatus poſt baptiſmum iam nullatenus deputatur, manifeſtè in ſuo tantum peccato & in ſua iniquitate quiſque moritur, ſi autem inter cætera peccata etiam ille reatus imputatur, etiam ſic in ſuo peccato vnuſquiſque moritur, dum iam ei originale peccatum non ideo imputatur, quia illud ex origine traxit, ſed quia merito propriæ iniquitatis illud ſibi iterum imputari meruit.

Nota. Ratione ingratitudinis.

CAPVT XLIV.

CAP. XLIV.

SEquitur poſt hæc in eadem Epiſtolâ.

RABANVS.

Quod quia Dei præſcientiam nec latuit, nec fefellit, ſine dubio talem numquam elegit, numquam prædeſtinauit, & periturum numquam ab æterna perditione diſcreuit. Atque ob hoc quicumque tales ſunt, licet fuerint renati, fuerint iuſtificati, ab eo tamen qui illos tales præſciuit non ſunt prædeſtinati.]

RESPONSIO.

In quibus verbis illud primùm conſiderandum eſt: quia illum qui à Chriſto recedit, & ab eius gratia alienus efficitur, atque in tali impietate vſque ad finem perdurat, quoniam eum Deus talem futurum veriſſimè pręſciuit, affirmat ſcriptor Epiſtolæ numquam ab eo electum, neque prædeſtinatum ad vitam: Et periturum numquā ab æterna perditione diſcretum: Ita, qui prædeſtinationem diuini iudicij ad iuſtum reproborum interitum negant, iam ipſos reprobos eodem iuſto Dei iudicio damnatos, & numquam à perditionis maſſa diſcretos eſſe confirmant. Deinde ſollicitiùs & diligentiùs eſt quærendum, ſi reprobi numquam ſunt à perditionis & damnationis maſſa diſcreti, quomodo, ſicut hic dicitur, tam multi ex eis in Eccleſia per gratiam baptiſmi ſunt renati & iuſtificati? ſi enim vt dictum eſt, numquam ſunt à maſſa damnationis & perditionis diſcreti, quomodo in Eccleſia verè ſunt renati, & iuſtificati? Quid enim ſunt renati, niſi regeneratione baptiſmi innouati? Et quid ſunt iuſtificati, niſi per eum qui iuſtificat impium, à ſua impietate mundati.

An baptizati reprobi fuerint à maſſa perditionis diſcreti.

Quomodo ergo in eis perficitur, dum in morte Chriſti baptizantur, & in eius ſanguine à peccatis abluuntur, vera innouatio & vera mundatio, ſi adhuc in damnationis, & perditionis maſſa concreti, & non diſcreti detinentur? Apoſtolus *ramum ſylueſtris* & inculti *oleaſtri* priùs de naturali oleaſtro dicit exciſum, & poſteà in

Rom. XI, v. 17.

Affirmatur diſcretos fuiſſe.

bonam oliuam inſertum, atque ita ſocium radicis & pinguedinis oleæ effectum, quem tamen poſteà vehementer admonet & terret, dicens: *Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem ſi permanſeris in bonitate: Alioquin & tu excideris.* Quod quid eſt aliud, niſi vt exciſus à bona oliua cui inſertus fueras, cum ſilueſtri & fero atque amaro oleaſtro ignibus deputeris. Iuxta quam ſimilitudinem meliùs fortaſſis creditur, & dicitur, quòd qui verè ad Chriſti fidem accedũt, & verè in baptiſmo eius gratiâ regenerantur, & verè accipiunt indulgentiam, tam originalium, quàm actualium peccatorum; verè per hæc & à naturali oleaſtro credendi ſunt exciſi, id eſt, à perditionis & damnationis maſſa diſcreti, & in bonam oliuam inſerti, id eſt, Eccleſiæ incorporati: Et tamen ſi digna exciſione commiſerint, etiam poſt iſta omnia ab illa oliua excidantur, & cũ illa damnationis & perditionis maſſa, à qua fuerant originalis, & actualis peccati indulgentiâ diſcreti, velut cum naturali oleaſtro æternæ vſtioni deputentur. Vnde namque illa damnationis & perditionis maſſa, niſi originalis peccati reatu, & conſperſione effecta eſt? Cùm ergo in quolibet fideliter credente, & veraciter renato atque expiato, vera ſit eiuſdem peccati originalis remiſſio, quomodo ipſe in maſſa originalis peccati remanet, qui inde eiuſdem peccati remiſſione probatur eſſe diſcretus? Quod autem *in verbis ſanctorum Patrum* frequenter legitur, quod tales, id eſt gratiam Chriſti in ſe irritam facientes, & ita pereuntes numquam ab illa maſſa diſcreti ſint, ad Dei præſcientiam pertinet: Qui licet ad præſens in Eccleſia communem eis cum electis regenerationis gratiam tribuat, ibi tamen eos prædeſtinationis ſuæ iudicio iam deputat, vbi præuaricationis ſuæ merito damnandos videt.

v. 22.

Notent Caluiniſtæ peccata poſt iuſtificationem non ampliùs manere.

Nota.

CAPVT XLV.

Cap. 45.

POſt hæc ſcriptor Epiſtolæ interpoſitis perpaucis verbis ſuis tacito nomine *libelli Hypomneſticon* ſubiungit & adiungit eius verba, & ſenſus velut vno tenore & ordine ſermonis ſui; Ex quibus probare conatur diuinam prædeſtinationem tantummodo & in parte electorum ſemper accipiendam; in parte verò reproborum nullam omnino eſſe. Ita incipit.

RABANVS.

Prius ergo ipſum nomen prædeſtinationis quid indicet exponamus: Deinde eſſe apud Deum, qui ſine acceptione perſonarum eſt, prædeſtinationem, diuinarum Scripturarum auctoritate probemus. Prædeſtinatio quippè præmittendo, & præueniendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo Deus, cui præſcientia non accidens eſt, ſed eſſentia fuit ſemper & eſt, omne quod antequam ſit, præſcit, prædeſti-

Digitized by Google

nat; & propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit præſcit. Et ideo
Apoſtolus: Nam quos præſciuit, *inquit*, & prædeſtinauit: *ſed non*
Rom. 8 *omne quod præſcit prædeſtinat, mala enim tantùm præſcit & non præ-*
v. 29. *deſtinat. Quod ergo bonum præſcientiâ prædeſtinat, id eſt, prius quam*
ſit in re præordinat: Hoc cum ex ipſo auctore eſſe cœperit, vocat, ordi-
nat, & diſponit. Vnde & ſequitur: Quos prędeſtinauit hos & voca-
v. 30. uit; Et quos vocauit, illos & iuſtificauit: Quos autem iuſtificauit
illos & glorificauit. *Iam igitur apertiùs diſſeramus quod loquimur*
quomodo humano genere præſcientiâ ſuâ, & prædeſtinatione Deus, in
quo non eſt iniquitas, vtatur. Maſſæ itaque humani generis, quæ in
Adam & Euæ præuaricatione damnabilis, mortaliſque facta eſt, non
conditione diuinâ generaliter, ſed ex debito pœna, cruciatúſque ge-
hennæ debetur. Venia verò non merito, ſed Dei iuſti iudicis miſeri-
cordiæ largitate confertur. Quia verò iuſtus, & miſericors Deus,
præſciúſque eſt futurorum, & ex hac damnabili maſſa, non perſona-
rum acceptione, ſed iudicio æquitatis ſuæ irreprehenſibili, quos præſ-
cit miſericordiâ gratuitâ præparat, id eſt, prædeſtinat ad vitam æter-
nam: Cæteros autem vt prædixi debitè punit: quos ideò punit, quia
quid eſſent futuri præſciuit: non tamen puniendos ipſe fecit, vel præde-
ſtinauit, ſed tantùm (vt dixi) in damnabili maſſa præſciuit. Quod ſi
à me quæris ſcire, cur duo iſta differenter Deus faciat, ſi perſonarum
acceptor non eſt: Quia generaliter aut punire debet iuſtitiâ, aut mi-
ſericordia liberare. Contende cum Paulo, imò, ſi audes, argue Pau-
lum, qui dixit Chriſto in ſe loquente: O homo tu qui es qui reſpon-
Rom. 9 deas Deo? Numquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, vt quid me ſic
v. 20. feciſti? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadẽ maſſa facere
v. 21. aliud quidem vas in honorem, ali[illegible] verò in contumeliam? *Ego au-*
tem hoc dico, quod dixi, quia quicquid Deus agit, miſericorditer, iu-
ſtè, ſanctéque facit: quia ſolus ipſe præſciendo ſcit, quod homo neſcien-
Rom. *do neſcit.* Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſilia-
11. v. rius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Aut quis
34. dicit ei quid feciſti? *Non poteſt tantùm iuſtus dici Deus, aut ſolùm*
v. 35. *miſericors, ſed iuſtus & miſericors. Sic dicimus, ſic credimus. Pro-*
pterea quando illi cum David miſericordiam & iudicium canta-
Pſal. mus, *metuentes non interrogamus, quæ ſit voluntas eius in iudicio &*
100. v. 1. *miſericordia conquirentes.*

RESPONSIO.

Hæc igitur omnia quia, vt diximus, non ſunt verba eius, ſed manifeſtè ex iam dicto libello ſumpta agnoſcuntur, de quo quid nobis videatur, iam ſuprà ſatis oſtenſum eſt, relictâ in medio prolixâ, & piâ exhortatione, quâ omnes fideles omiſſis eiuſcemodi obſcuris, & difficillimis quęſtionibus ad benè viuendũ, & benè agendum fideliter & ſalubriter cohortatur, ex diuinis Scripturis ad hãc

rem pertinentes ſententias multas, & multipliciter ſumens, tranſeamus ad eius verba quibus circa finem Epiſtolæ, ita dicit.

CAP. 46.

CAPVT XLVI.

RABANVS.

Quomodo iſti vaniloqui garriunt, quod nihil proſit homini recta fides, & bona operatio; quoniam niſi prædeſtinatus ſit quis, non veniat ad vitam; Cùm prædeſtinatio nihil aliud ſit niſi vitæ donatio, non
perditionis damnatio. Vnde manifeſtè Scriptura dicit: Deus mor- Sap. 1.
tem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim v. 13.
vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: *Et per* v. 14.
Prophetam ipſe Dominus ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt Ezech.
conuertatur & viuat. *Si autem non vult Deus mortem impij, &* 33. v. 11.
peccatoris, quomodo prædeſtinauit eum ad mortem? Cùm nihil aliud eius ſit velle quam prædeſtinare. Cauſa enim omnium rerum voluntas eſt Dei: eiúſque facere velle eſt: Nec ſimplex natura aliquam contrarietatem in ſe habet, ſed idem Dominus omnium diues Rom.
eſt in omnibus qui inuocant illum. *Itaque prædeſtinatio in bono le-* 10. v.
gitur, non in malo. Vnde dicit Apoſtolus: quos præſciuit, & præ- 12.
deſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit hos & voca- Rom.
uit: & quos vocauit illos & iuſtificauit: Quos autem iuſtificauit, 8. v. 29.
illos & glorificauit. *Nota quod dicit:* Quos prædeſtinauit, hos & v. 30.
vocauit: *Non quos prædeſtinauit illos & damnauit: Amauit enim* d. v. 30.
bonus factor creaturam ſuam: Nec immeritò aliquem damnat. De Sap. 11.
quo alibi ſcriptum eſt: Miſereris omnium Domine, & nihil odiſti v. 24.
eorum quæ feciſti, diſſimulan[illegible] peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens eis: qui[illegible] es Deus vniuerſorum.]

RESPONSIO.

De his omnibus, quia multa iam ſuperiùs dicta ſunt, nō eſt diutiùs loborandum, ſed tantùm pauca ex eis, quæ conſideratione indigent, breuiter deſignanda. Itaque in eo quod ait, *vaniloquos dicere quòd nihil proſit homini recta fides, & bona operatio; quoniam, niſi prædeſtinatus ſit quis, non veniat ad vitam*] verum eſt omninò, quòd ſoli illi veniunt ad vitam, qui diuinitùs electi ſunt, & prædeſtinati. Sicut apertè prædicat & confirmat Apoſtolus, dicens:
Quia quos præſciuit, & prædeſtinauit; Quos autem prædeſtinauit, hos Rom.
& vocauit: Et quos vocauit, hos & iuſtificauit; Quos autem iuſtifi- 8. v. 29.
cauit, illos & magnificauit. Hi ſunt qui omninò veniunt ad vitā: De v. 30.
quibus ipſe Dominus promittit, dicens: *Et ego vitā æternam do eis,* Ioan.
& non peribunt in æternum. Recta autem fides, & bona operatio ab- 10. v. 28.
ſit, vt quiſquam fidelium dicat, quia nihil proſint: verè etenim proſunt, & verè hominem ſaluant, ſi illud eis adiungatur quod Dominus dicit: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Opera bona proſunt & verè hominem ſaluant.

Securus itaque fidelis homo, & rectè credat, & benè operetur, quia ſi in his fideliter perſeuerauerit, ſine dubio ſaluus erit, & ad electorum numerum pertinebit. Quod verò hîc poſitum eſt, *Quia prædeſtinatio nihil aliud ſit, niſi vitæ donatio, non perditionis damnatio.*] Videtur nobis non ita à *Sancto Auguſtino* dictum vel definitum; Qui diſtinguens inter prædeſtinationem, & gratiam. Ita ait: prędeſtinatio eſt gratiæ præparatio: Gratia verò eſt iam ipſa donatio.] Et poſt pauca quæ interpoſuit, eandem prædeſtinationem diuinam dupliciter accipiendam eſſe, id eſt, & in bono electis, qui gratis prædeſtinati ſunt ad vitam: Et in malo reprobis qui iuſtè prædeſtinati ſunt ad pœnam, ita dicit: Prædeſtinatio igitur Dei quæ in bono eſt, gratiæ eſt vt dixi, præparatio.]

Auguſt. de præd. Sãct. cap. 10.

d. cap. 10.

Item quod proponit & dicit: *Si autem non vult Deus mortem impij, & peccatoris, quomodo prædeſtinat eum ad mortem.*] Quantùm puſililtas noſtra potuit, iam ſuperiùs eſt tractatum: Et nunc breuiter dicimus: quia illud non vult *bonitate conditoris*; iſtud autem facit *iudicis æquitate*, vt & ſaluare velit quod creauit, & tamen creaturæ vitium non relinquat impunitum. Quòd verò ſubjungit, & dicit: *Itaque prædeſtinatio in bono legitur, non in malo; vnde dicit Apoſtolus*; quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.] Conſideret diligenter (ſicut iam ſuprà multipliciter nobis oſtenſum eſt,) quia in diuinis Scripturis non eſt exigendum, vt vbicumque res prædeſtinationis dicitur: etiam ipſum nomen prædeſtinationis propriè, & expreſsè poſitum legatur: ſed vbicumque res ipſa certiſſimè poſita inuenitur, regulariter obſeruandum, quòd etiam tacito prædeſtinationis nomine rectiſſimè prædeſtinatio intelligatur. Nam ſi ipſum prædeſtinationis nomen propriè poſitum exigimus, nec in illis teſtimoniis Propheticis, ex quibus Apoſtolus prædeſtinationem diuinam, & erga electos, & erga reprobos approbat, iſtud nomen vllatenus inuenimus: Et tamen quod clariſſimâ rerum certitudine approbat: fideliter credere non dubitamus.

Bonitate conditoris. Iudicis æquitate.

Rom. 8 v. 29.

Prædeſtinatio re ipſâ.

CAPVT XLVII.

Cap. 47.

SEQVITVR poſt hæc omnia in fine Epiſtolæ.

RABANVS.

Multiplici ergò reatu iſte conſtringitur, qui prædeſtinationis bonum in prauum ſenſum conuertens nefandis ſermonibus blaſphemare præſumit.

7. Objectiones.

1. *Primò, quòd creatorem ſuum, qui eſt ſummè bonus, maliuolum auſus eſt dicere, eò quòd opus ſuum fruſtrà & ſine cauſa decernat interire.*

Digitized by Google

2. *Secundò, quòd ipſam veritatem fallacem nititur aſſerere, quæ per Scripturas ſacras rectè credentibus, & benè operantibus æternæ vitæ ſpondet præmia: & peccantibus, atque non pœnitentibus mortis prædicit pœnas.*

3. *Tertiò, quòd iuſtum iudicem: qui in æquitate iudicaturus eſt viuos, ac mortuos prædicat injuſtum, quando benè agentibus præmia & malè agentibus tormenta eum non reddere affirmat.*

4. *Quartò, quòd redemptorem mundi fruſtra ſanguinem ſuum fudiſſe non timet per errorem ſuum fingere, quando in ſe credentibus, & ſperantibus propter prædeſtinationis neceſſitatem non poſſit ſubuenire.*

5. *Quintò, quod inuidet bonis Angelis eorum numerum, quem diabolus per ſuperbiam corruens minuit, ſaluatorem noſtrum per hominum conditionem adimplere.*

6. *Sextò, quòd magis fauet ſuâ opinione diabolo, quàm Deo, cùm ad eius perditionis ſortem tradit eos pertinere, quos diuina gratia decreuit ad ſalutem æternam pertingere.*

7. *Septimò, quod totius humani generis inimicus ſit manifeſtus, cùm illud dicit per Chriſti fidem, & Baptiſmi Sacramentum à primi parentis lapſu, propriorùmque ſcelerum reatu, necnon & ab hoſtium poteſtate non poſſe erui, ſed obligatum noxiâ opificis ſui prædeſtinatione in tartarum demergi.*

RESPONSIO.

Septem his verbis objectiones, ſiue definitiones ponit, quibus non, vt ipſe dicit, blaſphemantes in Deum, ſed fideliter credentes Deo, & veraciter in electorum liberatione, & reproborum damnatione miſericordiam eius, & iudicium confitentes, atque laudantes, falſitatis, & erroris arguat. Et tamen nihil ex his quæ in ipſis ſeptem definitionibus ſuis objicit verum, aut rationabile valet oſtendere.

Ad primã objectionem. 1. Nemo enim creatorem ſuum ſummè bonum maliuolum dicit, quod abſit, quaſi malæ voluntatis ſit erga creaturam ſuam, quia ſemper eius voluntas bona eſt bonis; Quæ & ſi mala videtur malis, ſemper tamen iuſta eſt, & ideo mala eſſe non poteſt; vnde & Scriptura ad eum dicit: *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* De quibus verbis *Beatus Auguſtinus* tractans: Eſt (Pſal. 17 v. 26. & 27.) (Auguſt. in Pſal. 17.)
" (inquit) occulta profunditas, quâ intelligeris cum Sancto San-
" ctus, quia tu ſanctificas: Et cum viro innocente innocens, quia
" nulli noces: ſed criniculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque con-
" ſtringitur, & ab eo, quem eligis eligeris, & cum peruerſo videris
" peruerſus: quoniam dicunt, *Non eſt recta via Domini, & ipſorum* (Ezech.
" *via non eſt recta*: Nec fruſtrà & ſine cauſa ille opus ſuum decernit 18. v. 25.)
" interire, ſed quos veriſſimè præſciuit impios, & iniquos futuros,

& in ſua impietate, & iniquitate permanſuros iuſtis, & rectiſſimis "
cauſis decreuit & ſtatuit, & prædeſtinauit perituros. Sicut ipſe ait: "
Exod. 32. v. 33. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.*] "

2. Nec qui prædeſtinationem diuinam in vtramque partem, id eſt, & electorum & reproborum fideliter credit, & confitetur, ipſam veritatem fallacem nititur oſtendere: ſed omninò veracem, & fidelem in omnibus verbis ſuis, & ſanctam in omnibus operibus ſuis; quia electis, ſicut prædeſtinauit, ęternæ vitæ præmia ſpondet, & reddit. Et è contrario reprobis peccantibus, nec pœnitentibus, ſicut prędeſtinauit, iuſto ſuo iudicio ęternas retribuit pœnas. Ad ſecundam.

3. Nec iuſtum iudicem iſta diuinæ prædeſtinationis veritas velut iniuſtum prædicat: quia ſecundùm eam & benè agentibus, atq; in bono perſeuerantibus pręmia reſtituuntur; Et malè agentibus, atque in malo permanentibus iuſtè tormenta inferuntur. Ad tertiã.

4. Nec Redemptorem mundi aliqua prædeſtinationis ſuæ neceſſitas compellit, vt per glorioſum Sanguinis ſui pretium in ſe credentibus, & ſperantibus ſubuenire non poſſit: Quia & omnibus electis ſuis illo pretio in æternum ſubuenit: Et quòd reprobis non ſubuenit, ipſi per impietatem, & iniquitatem ſuam pretium eius repellunt: Quos & ſi poteſt ille ſaluare, vult tamen aliquos, ad oſtendendum terrorem ſeueritatis ſuæ, iuſtâ vltione damnare. Ad quartã.

5. Nec inuidet eadem diuinæ prædeſtinationis ſeueritas bonis Angelis, ne propter multitudinem reproborum quotidie pereuntium non poſſit adimpleri, & inſtaurari eorum numerus, qui per ruinam diaboli, & Angelorum eius eſt imminutus: Quia certiſſimè nouit fides fidelium tantos illuc electos ex humano genere aſſenſuros, quantos illic conſtat electos Angelos remanſiſſe: Teſtante Scriptura quæ dicit: *Statuit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* Ad quintã. De numero electorum. Deut. 32. v. 8.

6. Nec magis fauet hæc prædeſtinatio diabolo, quàm Deo, quia & diabolum quotidie compellit amittere, quos diuina gratia eâdem prædeſtinatione decreuit ad ſalutem æternam pertingere. Et omninò nullum ex electis Dei ad ipſius diaboli ſortem poſſe pertinere confirmat. Ad ſextã.

7. Nec compellit aliquem huius prædeſtinationis fides, quaſi per fidem Chriſti & Sacramentum Baptiſmi à primi parentis lapſu, & à ſuorum ſcelerum reatu, ſiue hoſtium poteſtate non poſſe erui: ſed veriſſimè prętat omnibus electis, *Vt ſint agentes ſemper gratias Deo, & Patri, qui dignos eos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: Qui eripuit illos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ Filij dilectionis ſuæ*: Nec reprobis noxia eſt opificis ſui, id eſt Dei prædeſtinatio, quæ perſeuerantem, & indomabilem iniqui- Ad ſeptimam. Col. 1. v. 12. v. 13.

miſericordiæ beneficio ad vitam prędeſtinatus? Et vtrumque vtique æternaliter, atque immobiliter in eius ęterno & incommutabili conſilio, qui iuxta Prophetam: *Fecit quæ futura ſunt*. Neque enim iuxta Catholicæ veritatis regulam dicere poſſumus omne humanum genus illius pręuaricationis merito ad interitum fuiſſe damnatum, ſed nequaquam ad eundem interitum prædeſtinatum: Cùm omnipotentis Dei iuſto, & æterno iudicio nihil potuerit æternaliter eſſe damnatum, quod non ita præſcitum, & præfinitum ſit fuiſſe damnandum. Omnia namque opera ſua, tanquam verè iuſta & recta & pręſciuit futura, & prædeſtinauit ſine dubio facienda. Prędeſtinauit itaque & hanc humani generis iuſtam, ac debitam damnationem, cui & generaliter ex illius iuſtitia omnes eſſent obnoxij; Et ex qua ſpecialiter ex illius miſericordia diſcernerentur, & ſaluarentur electi, manente ſcilicet inconuulsâ damnationis prædeſtinatione in reprobis; & manente ſimiliter inconuulsâ ereptionis prædeſtinatione in electis, Dum iuſtiſſimo & admirabili ordine diuinæ æquitatis, & miſericordiæ, & illud oportuit priùs fieri ad oſtendendam ſeueritatem Dei; & iſtud poſtmodum ad oſtendendam bonitatem Dei; Quod tamen vtrumque ſimul, ita ſemper in æterno Dei conſilio fuerat prædeſtinatum: vt ſic vnum decerneretur iudicij æquitate, & quantùm ad illius maſſæ damnatę meritum pertinet immobili ſeueritate: quatinùs & alterum glorioſiſſimè impleretur diuini arbitrij poteſtate, & miſericordiſſimi conditoris gratuitâ bonitate.

LXX. Iſa. 41. v. 11.

Quapropter iuxta puſillitatem ſenſus noſtri vbicumque legimus, ſiue in diuinis Scripturis, ſiue in dogmatibus Patrum totam humani generis maſſam in primo, & per primum hominem peccantem eſſe damnatam, nihil aliud intelligendum occurrit, niſi eam iuſto Dei iudicio, merito primi illius peccati æternæ damnationi traditam: De qua damnatione per vnum hominem in mundum ingreſſa manifeſtè dicit Apoſtolus: *Nam iudicium ex vno in condemnationem*: Quę vtique, ſicut iam dictum eſt, non poteſt rectè intelligi niſi æterna: Si ergò rectè intelligitur; Tota ipſa humani generis maſſa damnata, ęternæ perditioni tradita, quid eſt hoc aliud, niſi eidem æternę perditioni deſtinata, ſiue prædeſtinata, vt quantùm pertinet ad meritum culpę ſuę, illius videlicet, primę præuaricationis, eſſet iuſtè omninò, & tota, & ſimul æternâ ſententiâ condemnata: Quantùm verò attinet ad bonitatem & miſericordiam conditoris (qui ſibi nec neceſſitatem impoſuit, nec poteſtatẽ abſtulit) vt de creatura ſua, iuſtâ exigente ſeueritate iudicãdo, poſſet inde ſaluare quantùm illi placeret per indebitam gratiam, quod iuſtè & ęternaliter fuerat damnatũ per culpã, manẽte ſcilicet damnationis ſententiâ, in quibus permanet & reatus, & ſo-

Digitized by Google

lutâ in his, in quibus idem reatus per Chriſti Sanguinẽ eſt ſolutus: Atq; ita prędeſtinatio omniũ electorũ Dei, ita eiusęternâ diſpoſitione eſſet prędordinata, vt ex ſorte æternę dãnationis transferrẽtur in ſortẽ æternę ſalutis & liberationis: vt & ibi fuerit etiam pars iſta verè communi ſententiâ condemnata, & hìc verè ſolâ Dei gratiâ liberata: Tantóque fieret gratior, & deuotior liberanti, quantò ſe agnoſcit veriùs verè obnoxiam fuiſſe æternæ damnationi.

Hanc namque electorum tranſlationem à ſorte illius damnationis in ſortem liberationis ſublimiter, & attentiſſimè commendat Apoſtolus fidelibus agnoſcendam, & cum omni gratiarum
actione recolendam, ita dicens: *Gratias agentes Deo & Patri, qui* Coloſſ.
dignos nos fecit in parte ſortis Sanctorum in lumine: Qui eripuit nos 1. v. 12.
de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ: v. 13.
Et hanc iram æternæ vindictę ac damnationis, quæ omni illi maſſæ æqualiter debebatur, fideles per Domini Chriſti paſſionem & mortem euaſiſſe: Quam vtique non veraciter euaſiſſe dicerentur, niſi ei etiam veraciter obnoxij extitiſſent, ita gratulatur atque
commendat dicens: *Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati* Rom. 5.
ſumus Deo per mortem Filij eius: multò magis nunc reconci- v. 10.
liati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Et iterùm,
Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in adquiſitionem ſalutis 1Theſſ.
per Dominum noſtrum Ieſum, qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vi- 5. v. 9.
gilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus. Et alio loco: v. 10.
Et quomodo conuerſi eſtis a ſimulachris ſeruire Deo viuo & vero, & 1Theſſ.
expectare filium eius de cœlis Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura. 1. v. 9.
Hoc etiam Pſalmiſta per aduentum Domini Saluatoris futurum, v. 10.
id eſt, antiquam illam iram Dei omnimodo in electis mitigandam
atque auertendam, quaſi iam factum canit & exultat dicens: *Re-* Pſ. 84.
miſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum; miti- v. 3.
gaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ. Si enim v. 4.
verè non fuerunt omnes electi, & prędeſtinati ad vitam in vna cum cæteris maſſa damnationis & perditionis; vnde ergò ſunt electi & diſcreti, vnde redempti, vnde ſaluati & liberati? Cur & ipſa
veritas de eis dicit: *Venit enim Filius hominis quærere, & ſaluum* Luc. 19
facere quod perierat. Cùm ipſe Apoſtolus manifeſtiſſimè hoc etiam v. 10.
in Actibus Apoſtolorum coràm rege, & principibus liberè Chriſti myſterium prædicans atteſtetur & declaret; Referens qualiter ſibi à Domino dictum ſit in prima ſtatim vocatione & conuerſio-
ne ſua. Ait namque ita ſibi cœlitùs ab eo dictum: *Ad hoc enim* Act. 26.
apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum quæ vidi- v. 16.
ſti, & in quibus apparebo tibi: eripiens te de populo & Gentibus, in v. 17.
quibus nunc ego mitto te, aperire oculos eorum, vt conuertantur à v. 18.
tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiant re-

Digitized by Google

miſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos, per fidem quæ eſt in me. Et Dominus ipſe in Euangelio: *Cùm fortis*, inquit, *armatus*
Luc.11. *cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet; ſin autem fortior*
v.21. *illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius, in quibus confide-*
v.22. *bat, auferet, & ſpolia eius diſtribuit.* Et alio loco: *Nunc iudicium*
Ioa.12. v.31. *eſt mundi, nunc princeps huius mundi eycietur foras.* Et *Ego ſi exal-*
v.32. *tatus fuero à terra, omnia traham ad me.*

Vnde quantùm Deo auxiliante intelligimus, nullatenùs oportet hanc nouitatem diuiſionis induci, vt illa totius humani generis maſſa (ſicut omnes Doctores Eccleſiæ ſentiunt, totam primi & per primi hominis tranſgreſſionem punitam) nunc à nobis ex parte dicatur damnata, & ex parte non damnata, ex parte æterno interitui deſtinata, & ex parte non deſtinata. Hoc namque modo in electis illam quodammodo leuigare, atque extenuare primam & generalem damnationem nihil eſt aliud, quàm diuinæ bonitatis & miſericordię erga eos magnitudinem minorare, & coanguſtare: nec quicquam omnipotens contra prædeſtinationem ſuam, quâ totam illam maſſam iuſtâ damnatione perire ſtatuit, electos ſuos inde ſaluando fecit: Quia ſic illud ſtatuit merito culpæ, & ſeueritate iuſtitiæ, vt & hoc ſibi ſeruiret bonitate miſericordiæ.
Rom. 9 Et *haberet* (iuxta Apoſtolum) *poteſtatem figulus luti ex eadem*
v.21. *maſſa* ſimul & tota damnata *facere aliud vas in honorem* per miſericordiam ſuam, *& aliud in contumeliam* per iuſtitiam ſuam: At-
v.22. que ita fierent, vt dictum eſt, *Ex vna atque eadem maſſa alia vaſa*
v.23. *iræ, & alia vaſa miſericordiæ, illa perfecta in interitum, iſta in gloriam præparata*, vt in eius laudibus dignè & veraciter diceretur:
Pſ.100. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*: & *vniuerſa via*
v.1. *Domini miſericordia & veritas.* Quam rem diligentiſſimè, & breuiter alio loco Apoſtolus commendat dicens: *Et eramus naturâ*
Eph. 2. v.3. *filij iræ, ſicut cæteri: Deus autem, qui diues eſt in miſericordia pro-*
v.4. *pter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos; & cùm eſſemus mor-*
v.5. *tui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto.* Certè hoc ex perſona ſua & cæterorum fidelium atque electorum loquitur, & tamen & ſe & cæteros vitio damnatæ ex Adam generationis teſtatur fuiſſe antequam per Chriſti gratiam liberarentur naturaliter Filios iræ. Quod quid eſt aliud, quàm *vaſa iræ*, vaſa vindictę, vaſa damnationis æternæ? Et hoc non aliter, ſed *ſicut & cæteri*, pari ſcilicet reatu, pari conditione, pari ſententię damnatione, quę proculdubiò eis cum cæteris omnibus erat communis: Ex qua ſe & illos apertè docet liberatos *Per diuitias miſericordiæ Dei, & nimiam charitatem eius*. quâ etiam talibus ſubuenit, & tales diligere dignatus eſt, vt mortuos peccato non ſolùm viuificaret, ſed etiam conuiuificaret Chriſto, Cùm ipſe eos à mortuis reſſuſcitando, &

Digitized by Google

ad dexteram ſuam in cœleſtibus conſtituendo.

Hoc etiam alio loco ſublimiter, & nimis granditer commendat, dicens de ipſo Domino & Saluatore noſtro; *Delens, quod aduerſum nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, expolians ſe carne, principatus & poteſtates traduxit palàm, triumphans illos in ſemetipſo:* iuxta hunc namque venerabilem & mirabilem Apoſtoli ſenſum ipſe Dominus & Saluator, antiqui decreti, id eſt, antiquæ damnationis, & præfinitionis, quâ in mortem æternam meritò, ac iuſtè præcipitabamur, chyrographum, quod noſtris operibus tanquam propriis manibus cum diabolo feceramus, *venditi ſub peccato*, & eius nos ſeruituti tradentes ſuo Sanguine deleuit. Quia *ipſe eſt Agnus Dei qui tollit peccata mundi:* Quatinùs per tale, ac tantum pretium ſoluto ac deleto chyrographo peccati, ſolueretur & vinculum decreti, quod nobis ita erat contrarium, & ita nos fecerat obnoxios, & ſubditos ſeruituti, vt nemo noſtrum caput poſſet erigere. Et ipſum tulit de medio, ne eſſet iam obſtaculum, & interclusio inter nos & Deum: iuxta quod Propheta dicit: *Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.* Sed pateret homini liber aditus & regreſſus ad conditorem ſuum. *Affigens illud cruci*, dum eiuſdem peccati noſtri, quæ nobis debebatur, pœnam *in carne*, quam ſuſcepit pro nobis, ex nobis ipſe ſuſtinuit: Atteſtante etiam Prophetâ, qui ait, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, Exſpolians ſe carne*, id eſt indumentum corporis quando voluit ſuâ ſponte, ſuâ poteſtate deponens. *Cùm enim accepiſſet acetum*, ſicut ait Euangeliſta, *dixit: conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum*, qui etiam ante dixerat: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, vt iterum ſumã eam. Principatus & poteſtates traduxit palam*, Principatus videlicet & poteſtates ſpirituum malignorũ diaboli & Angelorum eius, qui ante in genere humano à ſe decepto & captiuato velut liberè dominabantur, dehoneſtauit, contumeliâ, & ignominiâ denotauit: atque omnium credentium, & intelligentium oculis manifeſtum eſſe fecit; *Triumphans illos in ſemetipſo*, dum ſuo pretioſo Sanguine peccata mundi deleuit. Atque ita cauſas eis antiquæ damnationis & principatus abſtulit, & per ſimplam mortem carnis ſuæ, duplicem mortem omnium electorum ſuorum deſtruxit, liberans eos & à morte animæ per indulgentiam peccatorum, & à morte corporis, per reſurrectionis & immortalitatis trophæum.

[Marginal notes: Col. 2. v. 14. v. 15. — Ioan. 1. v. 29. — Iſa. 59. v. 2. — d. v. 14. — Iſa. 53. v. 4. — d. v. 15. — Ioa. 19. v. 30. — Ioa. 10. v. 17. — Col. 2. v. 15. — d. v. 15.]

Deus quod iudicij æquitate de-

Si autem & hoc exigitur, vt de Scripturis aliquod teſtimonium proferamus, vbi ſimile aliquid in diuinis operibus geſtum legitur, ſcilicet

ſcilicet, vt quod iudicij ſui æquitate, & ſeueritate decreuit, bonitatis & miſericordiæ ſuæ poteſtate indulſerit, atque in bonum conuerterit, illud in præſenti occurrit, quod beatus Moyſes populo, cui regendo & deducendo præerat, de eodem omnipotente Deo dicit: *Timui enim indignationem eius, & iram, quâ aduersùm vos excitatus delere vos voluit.* Et poſt aliqua cùm ſupplicationis ſuæ, quam pro illius offenſionis indulgentia apud Deum fuderat, humilitatem & inſtantiam commendaſſet, ſubjunxit atque ait: *Et exaudiuit me Dominus etiam hâc vice, & te perdere noluit.* Ecce populum contumacem & rebellem omnipotens Deus iuſtà indignatione commotus delere voluit: quod vtique eum voluiſſe, non, quod abſit, fallaciter, ſed veraciter Scriptura dicit: Et tamen idipſum poſteà fidelis famuli prece & ſupplicatione placatus, liberâ bonitate, & miſericordiâ ſuâ noluit. Non quòd in eius voluntate vlla ſit mobilitas, *Apud quem*, iuxta Apoſtolum, *non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio*; Sed quia ita illud iuſtâ ſeueritate decreuerat, vt id poſteà mirâ pietate, & iuſtâ interueniente cauſâ relaxaret. Tale eſt illud, quod & in eodem Scripturæ loco *de Aaron* ſacerdote, qui ſacrilegio populi in vituli fabricatione, & celebritate, licet inuitus ceſſerat, dicitur: *Aduerſus Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere: Et pro illo ſimiliter deprecatus ſum.* Sicut ergò in his euidentibus rebus, & aliud *iuſtitiâ* decreuit, & aliud *bonitate* fecit, nec ſibi iuſtus, & miſericors aliquid contrarium egit, dum & ibi iuſtitiam, & hîc miſericordiam conſeruauit: ita profectò & in illa deſtinatione totius maſſæ damnatæ ad interitum, quod iuſta ſeueritate generaliter ſtatuit, ſpecialiter inde quos voluit eligendo miſericorditer temperauit. Non cuiuſquam ſupplicatione, ſed quod eſt ineffabiliter gratius, & magnificentius, ſola bonitatis ſuæ dignatione, & miſeratione vtrumque tamen ſimul in æterno Dei conſilio ſemper fuiſſe nulli fidelium dubitare licet. Quia quamuis iuxta ordinem rerum temporalium præcedat in genere humano iuſta illa damnatio, & ſubſequatur illa miſericors exinde liberatio; apud æternam tamen atque incommutabilem veritatem, vbi nihil eſt antè, nihil poſteà, ſed omnia & æqualiter & ſimul tam præcedentia ſcilicet, quàm ſubſequentia in rebus mutabilibus vno cernuntur intuitu, vno diſponuntur nutu: vtrumque (vt dictum eſt) & ſempiternâ præſcientiâ præcognitum, & ſempiternâ diſpoſitione conſtat eſſe præfiſixum, ac præfinitum.

[Margin notes: creuit, ſæpè miſericordiæ poteſtate indulget. — Deut. 9 v. 19. — d. v. 19. — Nec in voluntate Dei mobilitas. — Iac. 1. v. 17. — Deut. 9 v. 20. — Sed vtrũq; in æterno Dei conſilio. In Deo omnia æqualiter & ſimul.]

De hac iuſtiſſima, & generali totius humani generis per Adam damnatione. & per vnicum mediatorem, ac reconciliatorem Dei & hominum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum miſericordiſſima & benigniſſimâ abſolutione plena eſt Scriptura Sancta, ſicut

iam ſuprà breuiter oſtenſum eſt: Pleni ſunt etiam libri Beatorum Patrum: Ex quorum dictis ad ædificationem, & confirmationem legentium hîc aliqua ſubjungere, & gratum & neceſſarium omninò duximus.

B. HILARIVS. Beatus itaque *Hilarius* exponens verba Apoſtoli, quæ iam ſuperiùs poſuimus, id eſt, vbi de Domino ait: *Delens quod aduerſùm nos erat chyrographum decreti*, & cætera, de hac re ita loquitur: Col. 2. v. 14.
» Carnem enim peccati recepit, vt in aſſumptione carnis noſtræ de-
» licta donaret, dum eius fit particeps aſſumptione non crimine,
» delens per mortem ſententiam mortis, vt nouâ in ſe noſtri generis
» creatione conſtitutionem decreti anterioris aboleret, cruci ſe per-
» mittens figi, vt maledicto crucis obliterata terrenæ damnationis
» maledicta configeret omnia; Et ad vltimum in homine paſſus, vt
» poteſtates dehoneſtaret, dum Deus ſecundùm Scripturas moritu-
» rus, & in his vincentis in ſe fiducia triumpharet, dum immortalis
» ipſe, neque morte vincendus pro morientium æternitate more-
» retur.]

Idem. Item cùm exponeret verba Pſalmi quibus ad Deum dicitur:
» *Quia apud te propitiatio eſt*: Eſt enim, inquit, vnigenitus Dei Fi- Pſ. 129. v. 4.
» lius, Deus verbum, redemptio noſtra, in cuius Sanguine recon-
» ciliati Deo ſumus: Hic eſt qui venit tollere peccata mundi, qui
» cruci ſuæ chyrographum legis affigens, edictum damnationis ve-
» teris deleuit.]

B. AMBROSIVS. Sed & *Beatus Ambroſius* in expoſitione Epiſtolæ ad Epheſios,
» de eadem re ſic dicit: Simus itaque nos poſſeſſio Dei, & ille nobis
» portio, in quo ſunt diuitiæ gloriæ hæreditatis eius. Quis enim
» diues, niſi ſolus diues, qui omnia creauit? ſed multò magis diues
» miſericordiâ, qui omnes redemit: Et nos ſecundùm carnis naturam
» iræ filios, & condemnationi obnoxios mutauit, quaſi auctor, vt
» ſimus filij pacis & charitatis. Quis enim mutare naturam poteſt,
» niſi qui creauit naturam? itaque ſuſcitauit mortuos: Et viuificatos
» in Chriſto ſedere fecit in cœleſtibus in ipſo Domino Ieſu.

B. PACIANVS. *Beatus* quoque *Pacianus*, ſicut de eo in libro de viris inluſtribus, beatus teſtatur Hieronymus, tam vitâ, quàm ſermone clarus, ita
» apertè idipſum inculcat, dicens: Omnes aliquando Gentes prin-
» cipibus tenebrarum, & poteſtatibus traditas nunc per Ieſu Chriſti
» Domini noſtri victoriam liberatus ille eſt, ille qui redemit donans
» nobis omnia peccata, ſicut Apoſtolus dicit, *Et delens quod aduer-* Col. 2.
» *ſùm nos erat chyrographum inobauditionis: quia & ipſum tulit de* v. 14.
» *medio affigens illud cruci, exuens ſe carnem traduxit poteſtates liberè,* v. 15.
» *triumphans eos in ſemetipſo*, ſoluit compeditos & vincula noſtra Pſ. 145. v. 8.
» diſrupit: ſicut Dauid dixerat: *Dominus erigit eliſos, Dominus ſol-* Pſ. 115.
» *uit compeditos, Dominus inluminat cæcos*. Et iterùm: *Dirupiſti* v. 16.

vincula mea, ubi ſacrificabo hoſtiam laudis. Soluti itaque de vin- “
culis, vbi per Baptiſmi Sacramentum ad ſignum Domini conue- “
nimus, diabolo, & omnibus Angelis eius renunciamus, quibus “
antè ſeruiuimus, ne iam illis vlterius ſeruiamus Sanguine Chriſti, “
& nomine liberati. Quod ſi quis poſthac ſui oblitus & redem- “
Gal. 4. ptionis ignarus, rurſus ad Angelorum ſeruitutem, *Et infirma illa,* “
v.9. *& egena mundi elementa tranſierit*, antiquis illis compedibus, & “
catenis, id eſt, peccati vinculis alligabitur, & *fient nouiſſima eius* “
deteriora prioribus, quia & diabolus eum quaſi per fugam victum “
vehementiùs inligabit, & Chriſtus pro eo iam pati non poterit. “
Rom.6 Quia qui *reſurrexit à mortuis, iam non morietur* amplius.] “
v.9.

Beatus etiam *Leo* granditer hoc, & multipliciter commendans, “ B. Leo.
ſic dicit: Exaltatus Ieſus Chriſtus in ligno retorſit mortem in “
mortis auctorem; Et omnes principatus, aduerſáſque virtutes “
per objectionem palpabilis carnis eliſit. Euacuatum eſt generale “
illud venditionis noſtræ, & lethale chyrographum, & pactum ca- “
ptiuitatis in ius tranſit redemptoris: Claui illi, qui manus Domini “
pedéſque transfoderant, perpetuis diabolum fixêre vulneribus: “
Et ſanctorum pœna membrorum inimicarum fuit interfectio po- “
teſtatum. Sic ſuam Chriſto conſummante victoriam, vt in ipſo, “
& cum ipſo omnes qui in eum credunt triumpharent.] Et iterùm: “ Idem.
Tenuit, inquit, diſpoſitam manſuetudo patientiam, & cohibitâ “
famulantium ſibi Angelicarum virtute legionum, hauſit calicem “
doloris & mortis, totúmque ſupplicium tranſtulit in triumphum: “
victi ſunt errores, ſubactæ ſunt poteſtates, accepit nouum mun- “
dus exordium, vt damnata generatio non obeſſet, quibus ſaluan- “
dis regeneratio ſubueniret.] Item alio loco: Continuit, inquit, “
ſe ab impiis poteſtas, & vt diſpoſitione vteretur occultâ, vti no- “
luit virtute manifeſtâ. Nam qui mortem, & mortis auctorem ſuâ “
venerat paſſione deſtruere, quomodo peccatores ſaluos faceret, “
ſi perſecutoribus repugnaret. “

Nam etiam ſi deſcenderet Chriſtus de cruce, vos tamen hære- “
retis in crimine. Spreta ergò ſunt vanæ inſultationis opprobria: “
Et miſericordiam Domini perdita & conlapſa reparantem nullæ “
contumeliæ, nulla conuitia à propoſiti ſui via remouerunt. Of- “
ferebatur enim Domino pro ſalute mundi hoſtia ſingularis, & oc- “
ciſio agni per tot ſæcula prædicata promiſſionis filios, in liberta- “
tem fidei transferebat; Confirmabatur quoque teſtamentum no- ”
uum, & Chriſti Sanguine æterni regni ſcribebantur hæredes: In- “
grediebatur ſummus Pontifex Sancta Sanctorum!, & ad exo- “
randum Deum immaculatus Sacerdos per velum ſuæ carnis intra- “
bat.] Alibi quoque de his omnibus breuiter & diligenter defi- “ Idem.
niens, ita dicit: Sciens diabolus quòd humanam naturam infe- “

» ciſſet veneno, nequaquam credidit Dominum Chriſtum primæ » tranſgreſſionis exſortem, quem tot documentis didicit eſſe mortalem. Perſtitit ergò improbus prædo, & auarus exactor in eum, » qui nihil ipſius habebat inſurgere: Et dum vitiatæ originis præiudicium generale perſequitur, chyrographum quo nitebatur excedit, ab illo iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque pactionis antiquæ malesuada conſcriptio, » & *per iniuſtitiam plus petendi*, totius debiti ſumma vacuatur. Fortis ille nectitur vinculis ſuis, & omne commentum maligni in caput ipſius retorquetur. Ligato mundi principe captiuitatis vaſa » rapiuntur. Redit in honorem ſuum ab antiquis contagiis purgata » natura. Mors morte deſtruitur, natiuitas natiuitate reparatur, quoniam ſimul & redemptio aufert ſeruitutem, & regeneratio mutat » originem, & fides iuſtificat peccatorem.

B. COELESTINVS. » Sed & *Beatus Cœleſtinus* eandem rem eodem ſenſu & eiſdem » penè verbis pleniſſimè, & breuiſſimè exſequitur, dicens: Illud » etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia » vniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt Sacramentum, non » priùs fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis, & exſufflationibus » clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur: tunc verè appareat » quomodò *Princeps mundi huius mittatur forâs*: Et quomodo *priùs* Ioan. 12 v. 31. » *alligetur fortis*, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem » tranſlata victoris, *Qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona* Mat. 12. v. 29. » *hominibus*.] Pſ. 67. v. 19.

B. AVGVST. Iam verò *beatus Auguſtinus* tantò hinc vberiùs, & multipliciùs eſt locutus, quantò & maior ei, ac vehementior incumbebat neceſſitas contra inſurgentes tunc Hæreticos Pelagianos, tanti huius Sacramenti, id eſt, damnationis humanæ per Adam ingreſſæ, & liberationis, ac redemptionis per Dominum Ieſum Chriſtum indultæ pœnitùs ignaros, ipſius humanæ damnationis cauſas, & Dei gratiam, quâ ſolâ per Chriſtum Dominum liberamur, & diuinis teſtimoniis, & certiſſimis rationibus aſſerendi. In quadam itaque

AVGVST. de Epiſtola 157. » Epiſtola ad Optatum Epiſcopum ita loquitur: Cùm omnes iuſti, » hoc eſt, veraces Dei cultores, ſiue ante incarnationem, ſiue poſt » incarnationem Chriſti nec vixerint, nec viuant, niſi ex fide incarnationis Chriſti, in quo eſt gratiæ plenitudo, profectò quod » Scriptum eſt, *Non eſſe aliud nomen ſub cœlo in quo oportet ſaluos fieri* Act. 4. » *nos*, ex illo tempore valet ad ſaluandum genus humanum, ex quo v. 12. » in Adam vitiatum eſt genus humanum. *Sicut enim in Adam om-* 1. Cor. » *nes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Quia ſicut 15. v. 22. » in regno mortis nemo ſine Adam, ita in regno vitæ nemo ſine » Chriſto. Sicut per Adam omnes peccatores, ita per Chriſtum om-

Digitized by Google

nes iuſti homines. Sicut per Adam omnes mortales in pœna facti
ſunt filij ſæculi, ita & per Chriſtum omnes immortales in gratia
fiunt filij Dei. Cur autem quærantur etiam illi, quos creator vo-
voluit ad damnationem, non ad gratiam pertinere, Beatus Apo-
ſtolus tantò ſuccinctiore breuitate, quantò maiore auctoritate
Rom. 9 commemorat. *Deum*, enim dicit, *volentem oſtendere iram & de-*
v. 22. *monſtrare potentiam ſuam attuliſſe in multa patientia vaſa iræ, quæ*
v. 23. *perfecta ſunt in perditionem: Et vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in*
v. 21. *vaſa miſericordiæ*, quem ſuperiùs dixerat *tanquam figulum luti ex*
eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud vas in contumeliam.
Meritò autem videretur iniuſtum quòd fiunt vaſa iræ ad perditio- Vnde fiant
nem, ſi non eſſet ipſa vniuerſa ex Adam maſſa damnata. Quod vaſa iræ ad
ergò fiunt inde naſcendo vaſa iræ, pertinet ad debitam pœnam: perditionē.
Quòd autem fiunt renaſcendo vaſa miſericordiæ, pertinet ad inde- Vnde vaſa
bitam gratiam. Oſtendit ergò Deus *iram ſuam*, non vtique animi miſericordiæ ad glo-
perturbationem, ſicut eſt quæ circa homines nuncupatur, ſed iu- riam.
ſtam fixámque vindictam: Quòd de ſtirpe inobedientiæ ducitur
Iob. 14. propago peccati, atque ſupplicij: *Et homo natus ex muliere* (ſi-
v. 1. cut in libro Iob ſcriptum eſt) *breuis eſt vita, & plenus iracundia*:
Eius enim rei vas eſt, quâ plenus eſt. Vnde *iræ vaſa* dicuntur.
v. 22. *Oſtendit & potentiam ſuam*, quâ bene vtitur etiam malis, multa in
illis naturalia, & temporalia bona largiens, eorúmque malitiam
ad exercendos, & comparatione ammonendos bonos accommo-
dans: vt in eis diſcant agere gratias Deo, quòd ab eis non ſuis Dei miſera-
meritis, quæ in eadem maſſa paria fuerunt, ſed illius miſeratione tione fit
diſcreti ſunt. Quod maximè apparet in paruulis: De quibus cùm diſcretio.
per Chriſti gratiam renaſcuntur, & iſtam vitam in illa tenera æta-
re finientes, in æternam & beatam tranſeunt, dici non poteſt quod Non libero
libero diſcernuntur arbitrio ab aliis infantibus, qui ſine hac gra- arbitrio.
tia in ipſius maſſæ damnatione moriuntur. Si autem hi ſoli crea-
rentur ex Adam, qui eſſent per gratiam recreandi, & præter illos,
qui in Dei filios adoptantur, nulli alij homines naſcerentur, la-
teret beneficium, quod donaretur indignis. Quia nullis ex eadem
damnabili ſtirpe venientibus debitum ſupplicium redderetur.
v. 22. Cùm vero *Attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in*
perditionem, non ſolùm oſtendit iram, & demonſtrauit potentiam
ſuam redhibendo vindictam, & benè vtendo malis, ſed etiam *No-*
d. v. 23. *tas fecit diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ.* Ita enim quid ſibi
præſtetur diſcit gratìs iuſtificatus, dum non ſuo merito, ſed gloriâ
largiſſimè Dei miſericordiæ diſcernitur à damnato, cum quo eâ-
dem iuſtitiâ fuerat & ipſe damnandus. Tam multos autem creandos
naſci voluit, quos ad ſuā gratiam non pertinere præſciuit, vt mul-
titudine incomparabili plures ſint, quàm quos in ſui regni gloriam

Digitized by Google

» filios promiſſionis prædeſtinare dignatus eſt: vt etiam ipſâ reje-
» ctorum multitudine oſtenderetur, quàm nullius momenti ſit apud
» Deum iuſtum quantalibet numeroſitas iuſtiſſimè damnatorum.
» Atque vt hinc quoque intelligant, qui ex ipſa damnatione redi-
De Paruu- » muntur, hoc fuiſſe debitum maſſæ illi vniuerſæ, quod tam ma-
lis. » gnæ parti eius redditum cernerent, non ſolùm in eis, qui origina-
» li peccato multa addunt, malæ voluntatis arbitrio, verùm etiam
» in tam multis paruulis, qui tantummodò vinculo originalis pec-
» cati obſtricti ſine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota
» quippè iſta maſſa iuſtæ damnationis reciperet debitum, niſi ex ea
» faceret non ſolùm iuſtus, ſed etiam miſericors *figulus alia vaſa in*
» *honorem* ſecundùm gratiam, non ſecundùm debitum, dum & par-
» uulis ſubuenit, quorum nulla merita dici poſſunt, & maiores præ-
» uenit, vt habere aliqua merita poſſint.]

Item in libris de ciuitate Dei volens oſtendere quantum nefas in illa prima præuaricatione commiſſum ſit, & qualiter eius merito credi debeat tota humani generis maſſa damnata, ita dicit: Quantò
Avgvst. de » enim magis homo fruebatur Deo, tantò majore impietate dere-
ciuitate Dei » liquit Deum: & factus eſt malo dignus æterno, qui hoc in ſe pe-
lib. » remit bonum, quod eſſe poſſet æternum. Hinc eſt vniuerſa gene-
» ris humani maſſa damnata: quoniam qui hoc primus admiſit, cum
» ea, quæ in illo fuerat radicata, ſua ſtirpe punitus eſt: vt nullus ab
» hoc iuſto debitóque ſupplicio, niſi miſericordi & indebitâ gra-
» tiâ liberetur: Atque ita diſpertiatur genus humanum, vt in qui-
» buſdam demonſtretur quid valeat miſericors gratia, in cæteris
» quid iuſta vindicta. Neque enim vtrumque demonſtraretur in
» omnibus. Quia ſi omnes remanerent in pœnis iuſtæ damnationis,
» in nullo appareret miſericors gratia. Rurſus ſi omnes transferren-
» tur à tenebris in lucem, in nullo appareret veritas vltionis, in qua
» propterea multò plures, quàm in illa ſunt, vt ſic oſtendatur quid
» omnibus deberetur. Quod ſi omnibus redderetur, iuſtitiam vin-
» dicantis iuſtè nemo reprehenderet: Quia verò tam multi exinde
» liberantur, eſt vnde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri li-
» berantis.]

Idem Av- » Item ibi: Cùm ergò requiritur, inquit, quam mortem Deus
gvst. » primis hominibus fuerit comminatus, ſi ab eo mandatum tranſ-
» grederentur acceptum, nec obedientiam cuſtodirent, vtrum ani-
» mæ, an corporis, an totius hominis, an illam quæ appellatur ſe-
» cunda? Reſpondendum eſt, omnes. Prima enim conſtat ex dua-
» bus, ex omnibus tota. Sicut enim vniuerſa terra ex multis terris,
» & vniuerſa Eccleſia ex multis Eccleſiis conſtat, ſic vniuerſa mors ex
» omnibus; quoniam prima conſtat ex duabus, vna animæ, altera
» corporis: vt ſit prima totius hominis, cùm anima ſine Deo, & ſine

Digitized by Google

ſine corpore ad tempus pœnas luit. Secunda verò vbi anima ſine «
Deo cum corpore pœnas æternas luit. Quando ergò dixit Deus «
primo illi homini, quem in paradiſo conſtituerat: de cibo verito «
Quâcunque die ederitis ex illo, morte moriemini, non tantùm pri- «
mæ mortis partem priorem vbi anima priuatur Deo, nec tantùm «
poſteriorem vbi corpus priuatur animâ, nec ſolam ipſam totam pri- «
mam, vbi anima & à corpore & à Deo ſeparata punitur, ſed quic- «
quid mortis eſt vſque ad nouiſſimam quæ ſecunda dicitur, quâ eſt «
nulla poſterior, comminatio illa complexa eſt.] «

Item cùm de exordio duarum ciuitatum ageret, quarum vna eſt Dei, altera diaboli, illa Dei gratiâ liberata, iſta iuſtâ vltione damnata, in ipſo ſtatim earundem exortu vtrumque mirabiliter oſtenſum ita commendat, dicens: Cùm primùm duæ « AVGVST.
iſtæ cœperunt naſcendo, atque moriendo procurrere ciuitates, «
prior eſt natus ciuis huius ſæculi, poſteriùs autem iſto peregrinus «
in ſæculo, & pertinens ad ciuitatem Dei gratiâ prædeſtinatus, «
gratiâ electus, gratiâ peregrinus deorsùm, gratiâ ciuis ſursùm. «
Nam quantùm ad ipſum attinet, *ex eadem maſſa* oritur, quæ ori- «
Rom. 9 ginaliter eſt tota damnata: ſed *tanquam figulus Deus* (hanc enim «
v. 21 &c. ſimilitudinem non impudenter, ſed prudenter introducit Apo- «
ſtolus) *ex eadem maſſa fecit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam*: priùs autem factum eſt vas in contumeliam, poſt verò «
alterum in honorem.] Iam verò in libris de Baptiſmo paruulorum «
tantò plura de hac re loquitur, quantò maiore intentione opus erat, vt aduerſus præfatos Hæreticos Pelagianos, & pœnam damnationis antiquæ per Adam, & indulgentiam nouæ redemptionis per Dominum Ieſum Chriſtum euidentiùs demonſtraret, probaret, atque commendaret.

Ex his itaque libris hæc ſunt, quæ ad noſtram, & eorum, qui legere voluerint inſtructionem, & confirmationem adnotanda, & proponenda credidimus. Ait ergò in primo libro de hac re diſputans hoc modo: ſed *regnauit*, inquit Apoſtolus, *mors ab Adam* (AVGVST. de peccat. merit. lib. 1. cap. 11.)
Rom. 5 *vſque ad Moyſem*, id eſt, à primo homine vſque ad ipſam etiam «
v. 14. legem, quæ diuinitùs promulgata eſt; quia nec ipſa potuit *re-* « De mortis regno.
gnum mortis auferre. Regnum enim mortis vult intelligi, quando «
ita dominatur in hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam æ- «
ternam, quæ vera vita eſt, venire non ſinat: ſed ad ſecundam etiam, «
quæ pœnaliter æterna eſt, mortem trahat: hoc regnum mortis ſo- «
la in quolibet homine gratia deſtruit Saluatoris, quæ operata eſt «
Ibid. v. 14. etiam in antiquis Sanctis. Ergò in omnibus *Regnauit mors ab A-* «
dam vſque ad Moyſem, qui Chriſti gratiâ non adiuti ſunt, vt re- «
gnum mortis in eis deſtrueretur, etiam *in eis, qui non peccauerunt* «
in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, id eſt, qui nondum ſuâ & «

» propriâ voluntare, ſicur ille peccauerunt, ſed ab illo peccatum
» originale traxerunt, qui eſt forma futuri, quia in illo conſtituta eſt
» forma condemnationis fururis poſteris, qui eius propagine crea-
» rentur, vt ex vno omnes in condemnatione naſcerentur, ex qua li-
» berat, niſi gratia Saluatoris.]

d.cap.11. » Item: In ſimilitudine præuaricationis Adæ peccaſſe accipiun-
» tur, qui in illo peccauerunt, vt ei ſimiles crearentur; ſicut ex ho-
» mine homines, ita ex peccatore peccatores, ex morituro moriruri,
» damnatóque damnati.]

ibid.cap.16 » Irem: Poteſt proindè rectè dici paruulos ſine baptiſmo de cor-
» pore exeuntes in damnarione omnium mitiſſima futuros. Mul-
» tùm autem fallit & fallirur qui eſſi in damnatione prædicat non
» futuros, dicente Apoſtolo: *Iudicium ex vno delicto in condemnatio-* Rom. 5
» *nem*: Er paulò poſt, *per vnius delictum in omnes homines ad con-* v. 16.
» *demnationem*.] v.18.

August. de peccat. merit. lib. 1. cap. 20. » Irem: *Panis quem ego dedero caro mea eſt pro ſæculi vita.* Quis Ioan. 6. v. 52.
» autem ambigar ſæculi nomine homines ſignificaſſe, qui naſcendo
» in hoc ſæculum veniunt. Nam ſicur alibi ait: *Filij ſæculi huius gene-* Luc. 20.
» *rant & generantur*: Ac per hoc etiam pro paruulorum vita caro da- v. 34.
» ta eſt, quæ data eſt pro ſæculi vita. Et ſi non manducauerunt car-
» nem filij hominis, nec ipſi habebunt vitam.]

d. cap. 20. » Item: Benè autem, non ait, *ira dei veniet ſuper eum*, ſed *manet* Ioan. 3.
» *ſuper eum*: Ab hac quippe ira, quâ omnes ſub peccato ſunt, de qua v. 35.
cap. 21. » dicit Apoſtolus, *Fuimus enim & nos aliquando naturaliter filij iræ,* Eph. 2.
» *ſicut & cæteri*, nulla res liberat, niſi *Gratia Dei per Ieſum Chri-* v. 3. Rom. 7
» *ſtum Dominum noſtrum*.] v. 25.

» Item: Tales ergò prædeſtinari & creari arbitror, vt qui poſſunt
ibid.cap.22 » intelligant Dei gratiam, & ſpiritum, *qui vbi vult ſpirat*, ob hoc Ioan. 3.
» omne ingenij genus in filiis miſericordiæ non preteriſſe: Itémque v. 8.
» omne ingenij genus in gehennæ filiis præterire, *Vt qui gloriatur in* 1. Cor. 1
» *Domino glorietur*.] v. 31.

» Irem: Cedamus igitur, & conſentiamus auctoritati ſanctæ Scri-
d. cap. 22. » pturæ, quę neſcit falli, nec fallere: Et ſicut non damnatos ad diſcer-
» nenda merita eorum aliquid boni vel mali egiſſe non credimus, ita Rom. 5
» *Omnes ſub peccato eſſe, quod per vnum hominem intrauit in mundum,* v. 12.
» *& per omnes homines pertranſiit à quo* non liberat, niſi *Gratia Dei* Rom. 7
» *per Dominum Ieſum Chriſtum*, minimè dubitemus: Cuius *medici-* v. 25.
cap. 23. » *nalis aduentus non eſt opus ſanis, ſed ægrotantibus*, quia *non veni vo-* Mat. 9. v. 12.
» *care iuſtos, ſed peccatores*: In cuius regnum non intrabit: *Niſi qui* v. 13.
» *renatus fuerit ex aqua & ſpiritu*, Nec præter regnum eius ſalutem Ioan. 3.
» ac vitam poſſidebit æternam. Quoniam *Qui non manducauerit* v. 5.
» *carnem eius, & qui incredulus eſt filio, non habet vitam, ſed ira Dei* Ioan. 6.
» *manet ſuper eum.* Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira Dei, v. 54. Ioan. 3.
cuius v. 36.

cuius naturaliter filij ſunt, qui etiamſi per ætatem non habent pro-
Ioan.1. v.29. prium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat niſi *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*, non niſi *Medicus*, qui non venit propter ægrotos: Non niſi ſaluator, de quo dictum eſt generi huma-
Luc.2. v.11. no, *Natus eſt vobis hodiè ſaluator:* non niſi redemptor, cuius ſanguine deletur debitum noſtrum. Nam quis audeat dicere, non eſſe Chriſtum infantium ſaluatorem, nec redemptorem? Vnde autem ſaluos facit, ſi nulla in eis eſt originalis ægritudo peccati? Vnde redimit, ſi non ſunt per originem primi hominis venundati ſub peccato.

Item: Dominum Ieſum Chriſtum non aliam ob cauſam in carne ibid.cap.25
Phil.2. v.7. veniſſe, ac *Formâ ſerui acceptâ factum obedientem vſque ad mortem crucis*, niſi vt hâc diſpenſatione miſericordiſſimæ gratiæ omnes, Ad quid mortuus Chriſtus. quibus tanquam membris in corpore conſtitutis caput eſt, ad capeſſendum regnum cœlorum viuificaret, & ſaluos faceret, liberaret, inluminaret, & redimeret, qui priùs fuiſſent in peccatorum morte, languoribus, ſeruitute, captiuitate, tenebris conſtituti, ſub poteſtate diaboli principis peccatorum. Ac ſic fieret *Mediator Dei*
1.Tim. 2.v.5. *& hominum*, per quem poſt inimicitias impietatis noſtræ illius gratiæ pace finitas reconciliaremur Deo in æternam vitam, ab æterna morte, quæ talibus impendebat, erepti.]

Item: Oportet paruulos egere illis beneficiis mediatoris, vt d. cap.26. abluti per Sacramentum, charitatémque fidelium, ac ſic incorporati Chriſti corpori, quod eſt Eccleſia, reconcilientur Deo, vt in illo viui, vt ſalui, vt liberati, vt redempti, vt inluminati fiant. Vnde niſi à morte, vitiis, reatu, ſubjectione, tenebris peccatorum? Quæ quoniam nulla in ea ætate per ſuam vitam propriam commiſerunt, reſtat originale peccatum.]

Item, Cùm ad Zachæum Dominus eſſet ingreſſus: *Hodie*, inquit, ibid.cap.27
Luc.19 v.9. & 10. *ſalus domui huic facta eſt, quoniam & iſte filius eſt Abrahæ: Venit enim filius hominis quærere, & ſaluare quod perierat.* Hoc de *oue*
Luc.15. v.4.&c *perdita*, & relictis nonaginta nouem quæſita, & inuenta: hoc & *de dragma*, quæ perierat ex decem: vnde oportebat, vt dicit, *prædica-*
Luc.24 v.47. *ri in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Ieruſalem.*]

Pſal.15. v.4. Item: *Non ergò*, inquit, *de ſanguinibus congregabo conuenticula* d. cap.27.
eorum: vnus enim ſanguis pro multis datus eſt, quo veraciter mun-
d.v.4. darentur. Denique ſequitur, *Nec memor ero nomina eorum per labia mea*, tanquam innouatorum. Nam nomina eorum erant priùs filij carnis, filij ſæculi, filij iræ, filij diaboli; immundi, peccatores, impij: Poſteà verò Filij Dei. Homini nouo, nomen nouum, canticum nouum, per teſtamentum nouum. Non ſint ingrati homines gratiæ Dei puſilli cum magnis à minore vſque ad majorem. To-

Digitized by Google

» tius Eccleſiæ vox eſt, *Erraui ſicut ouis perdita*: Omnium membro- Pſa.118
» rum Chriſti vox eſt, *Omnes vt oues errauimus*, *& ipſe traditus eſt* v. 17.
» *pro peccatis noſtris*.] Iſa. 53.
» Item: Ipſe Dominus definitiuam protulit ſententiam ad hæc ora v.6.
cap.28. » obſtruenda, vbi ait, *Qui mecum non eſt, aduerſus me eſt*. Conſtirue Mat.12
» igitur quemlibet paruulum, ſi iam cum Chriſto eſt, vt quid bapti- v.30.
» zatur? ſi autem (quod habet veritas) ideò baptizatur, vt ſit cum
» Chriſto, profectò non baptizatus non eſt cum Chriſto: Et quia
» non eſt cum Chriſto, aduerſus Chriſtum eſt: neque enim eius ram
» manifeſtam debemus, aut poſſumus infirmare vel immutare ſen-
» tentiam. Vnde igitur aduerſus Chriſtum, ſi non ex peccato? Por-
» rò ſi ex peccato, quod in illa ærate, niſi originale, & antiquum:
» vna eſt quippè caro peccari, in qua omnes ad damnationem naſ-
» cuntur: Er vna eſt caro in ſimilitudine carnis peccari, per quam om-
» nes à damnatione liberantur.]
d. cap. 27. » Item: Vniuerſa Eccleſia tenet, quæ aduerſus omnes profanas
» nouitates vigilare debet, omnem hominem ſeparari à Deo, niſi qui
» per mediatorem Chriſtum reconciliarur Deo. Nec ſeparari quem-
» quam, niſi peccatis intercludentibus poſſe. Non ergò reconciliari
» niſi peccarorum remiſſione per vnam gratiam miſericordiſſimi ſal-
» uatoris, per vnam victimam veriſſimi ſacerdotis. Ac ſic omnes fi-
» lios mulieris, quę ſerpenti credidit, vt libidine corrumpererur, non
» liberari à corpore mortis huius, niſi per filium virginis quæ Angelo
» credidir, vt ſine libidine fœtaretur.]
Ibid. cap. » Item: *Niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei:* Ioan.3.
30. » *Et niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introïre in re-* v.5.
» *gnum Dei*. Cur enim naſcatur denuò niſi renouandus? vnde reno-
» uandus, niſi à vetuſtate? Quâ vetuſtate, niſi in qua *vetus homo no-* Rom.6
» *ſter ſimul confixus eſt cum illo, vt euacuaretur corpus peccati*? aut vn- v.6.
» de imago Dei non intrat in regnum Dei, niſi impedimento prohi-
» bente peccati?
Ibid.cap.31 » Item: *Nemo*, inquit, *aſcendet in cœlum*, *niſi qui de cœlo deſcendit* Ioan.3.
» *filius hominis*, *qui eſt in cœlo*. Sic (inquir) fiet generatio ſpecialis, vt v.13.
» ſint cœleſtes homines ex terrenis, quod adipiſci non porerunt, niſi
» membra in ea efficiamur, vt ipſe aſcendat, qui deſcendit: quia *nemo*
» *aſcendit niſi qui deſcendit*, niſi ergò in vnitatem Chriſti omnes mu-
» randi, leuandíque concurrant, vt Chriſtus qui deſcendit ipſe aſcen-
» dat, non aliud deputans corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam, quàm
» ſe ipſum, quia de Chriſto, & Eccleſia veriùs intelligitur, *Erunt duo* Gen. 3.
» *in carne vna*. De qua re ipſe dixit; *Igitur iam non duo ſed vna caro:* v.4.
» aſcendere omninò non poterunt. Quia *nemo aſcendit in cœlum niſi* Marc.
» *qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo*.] 10. v. 8.
Ibid.cap.33 in fine. » Item; Non alienentur paruuli à gratia remiſſionis peccatorum, Ioan.3. v.13.

non aliter tranſitur ad Chriſtum, nemo aliter poteſt Deo reconci- «
liari,& ad Deum venire, niſi per Chriſtum. Quid de ipſa forma Sa- « Cap. 34.
cramenti loquar? Vellem aliquis iſtorum, qui contraria ſapiunt, «
mihi baptizandum paruulum afferret. Quid *in illo agit exorciſmus* «
ſi in familia diaboli non tenetur? Ipſe certè mihi fuerat reſponſurus «
pro eodem paruulo, quem generaret, quia pro ſe ille reſpondere «
non poſſet, quomodo ergò dicturus erat eum renuntiare diabolo, «
cuius in eo nihil eſſet? quomodo conuerti ad Dominum, à quo non «
eſſet auerſus? credere inter cætera remiſſionem peccatorum, quæ «
illi nulla tribueretur? Ego quidem ſi contra hæc eum ſentire exi- «
ſtimarem, nec ad Sacramenta cum paruulo intrare permitterem. «
Ipſe autem in hoc quâ fronte ad homines, quâ mente ad Deum ſe «
ferret ignoro.] «

Ex libro etiam eiuſdem beati Doctoris, qui *vſitatiùs Enchyridiũ* AVGVST.
appellatur, ad eiuſdem rei dilucidationem hæc pauca decerpenda Enchiridij
& adnotanda credidimus. Ait namque: Sed homo habet pœnã pro- « cap. 25.
priam, quâ corporis morte punitus eſt, mortis ei quippè ſupplicium «
Deus comminatus fuerat ſi peccaret, ſic eum munerans libero ar- «
bitrio, vt tamen regeret imperio, terreret exitio, atque in paradiſi «
fœlicitate, tanquam in vmbra vitæ, vnde iuſtitiâ cuſtoditâ in me- «
liora conſcenderet, collocauit. Hinc poſt peccatum exul effectus, « Cap. 26.
ſtirpem quoque ſuam, quam peccando in ſe tanquam in radice vi- «
tiauerat, pœnâ mortis, & damnationis obſtrinxit, vt quicquid pro- «
lis ex illo, & ſimul damnatâ (per quam peccauerat) conjuge, per «
carnalem concupiſcentiam, in quam inobedientiæ pœna ſimilis re- «
tributa eſt, naſceretur, traheret originale peccatum. Quo trahere- «
tur per errores, doloréſque diuerſos ad illud extremum cum deſer- «
toribus Angelis vitiatoribus, & poſſeſſoribus, & conſortoribus ſuis «
Rom. 5 v. 12. ſine fine ſupplicium. *Sic per vnum hominem peccatum intrauit in* «
mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, «
in quo omnes peccauerunt. Mundum quippè appellauit eo loco A- «
poſtolus vniuerſum genus humanum. «

Ita ergò ſe res habebant. Iacebat in malis, vel etiam voluebatur, « Cap. 27.
& de malis in mala præcipitabatur totius generis humani maſſa «
damnata: Et adjunctâ parte eorum, qui peccauerant, Angelorum, «
luebat impiæ deſertionis digniſſimas pœnas. Ad irã quippè Dei per- «
tinet iuſtã quicquid cæcâ & indomitâ cõcupiſcentiâ faciũt libenter «
mali, & quicquid manifeſtis, apertíſque pœnis patiuntur inuiti: non «
ſanè creatoris deſiſtente bonitate, & malis Angelis ſubminiſtrante «
vitã, viuacémq; potentiã. Quę ſubminiſtratio ſi auferatur, interci- «
dit, & hominũ, quamuis de propagine vitiata dãnatáque naſcentiũ «
formare ſemina, & animare, ordinare membra per temporum æta- «
tes, per locorum ſpatia, vegetare ſenſus, alimenta donare. Melius «

Digitized by Google

» enim iudicauit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permit-
» tere. Et ſi quidem in melius hominum reformationem nullam prorſ-
» ſùs eſſe voluiſſet, ſicut impiorũ nulla eſt Angelorum, non immeritò
» fieret, vt natura quæ Deum deſeruit, quæ præceptum ſui creatoris
» (quod cuſtodire facillimè poſſet) ſuâ malè vtẽs poteſtate calcauit,
» atq; trãſgreſſa eſt; Quæ in ſe ſui conditoris imaginẽ ab eius lumine
» cõtumaciter auersã violauit; quæ ſalubrẽ ſeruitutẽ ab eius legibus
» malè libero abrupit arbitrio, vniuerſa inęternũ indebitã deſereretur
» ab eo, vt pro ſuo merito, pœnã penderet ſẽpiternã. Planè ita faceret
» ſi tantùm iuſtus, non etiam miſericors eſſet, ſuámq; miſericordiam
» multò euidentiùs in indignorum potiùs liberatione monſtraret.]

AVGVST. Enchiridij cap 50. » Item: Ille vnus vnum peccatum miſit in mundum: Iſte vero vnus
» non ſolùm illud vnum, ſed cuncta ſimul abſtulit, quæ addita inue-
» nit. Vnde dicit Apoſtolus: *Non ſicut per vnum peccatum, ita eſt &* Rom. 5
» *donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia* v. 16.
» *autem ex multis delictis in iuſtificationem.* Quia vtique illud vnum
» quod originaliter trahitur, etiam ſi ſolum ſit, obnoxios damnatio-
» ni facit. Gratia vero ex multis delictis iuſtificat hominem, qui pre-
» ter illud vnum, quod communiter cum omnibus originaliter tra-
Cap. 51. » xit, ſua quoque propria multa commiſit. Veruntamen quod pau-
» lo poſt dicit, *Sicut per vnius delictum in omnes homines ad condem-* v. 18.
» *nationem; ita & per vnius iuſtificationem in omnes homines ad iuſti-*
» *ficationem vitæ*, ſatìs indicat ex Adam neminem natum, niſi dam-
» natione detineri: Et neminem, niſi in Chriſto renatum, à damna-
» tione liberari.]

Ibidẽ cap. 94. » Item: remanentibus itaque Angelis & hominibus reprobis in
» æterna pœna, tunc ſancti ſcient pleniùs quid boni eis contulit gra-
» tia. Tunc rebus ipſis euidentibus apparebit, quod in Pſalmo Scri-
» ptum eſt *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*: quia ni- Pſ. 100.
» ſi per indebitam *miſericordiam* nemo liberatur: Et niſi per debi- v. 1.
» tum *iudicium* nemo damnatur.]

» Item: Vniuerſum genus hominum tam iuſto iudicio diuino in A-
» poſtatica radice damnatum, vt etiamſi nullus inde liberaretur, ne-
» mo rectè poſſet Dei vituperare iuſtitiam. Et qui liberantur, ſic
» oportuiſſe liberari, vt ex pluribus non liberatis, atque in damnatio-
» ne iuſtiſſima derelictis oſtenderetur, quid commeruiſſet vniuerſa
» conſperſio. Et quô etiam iſtos debitum iudicium Dei duceret, niſi
» eius indebita miſericordia ſubueniſſet, vt volentium de ſuis meritis
» gloriari *omne os obſtruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.*] Rom. 3 v. 19. 1. Cor. 1 v. 31.

Quæ omnia ex fideliſſimorum & clariſſimorum Patrum diſputa-
tionibus ſumpta, & tantâ diuinorum teſtimoniorum, atque euiden-
tiſſimarum rationum conteſtatione declarata, atque firmata, cùm
ita omninò indubitanter credenda ac tenenda ſint, tria quædam

principaliter magna & horrenda mala, quantùm intelligi datur:& in reprobis diuini iudicij ſeueritate retenta, & in electis diuinæ bonitatis miſeratione remiſſa ſunt ac ſoluta. Manet namque in illis antiquæ & primæ præuaricationis reatus, qui in iſtis Chriſti Sanguine eſt deletus. Manet in illis ſententia æternæ damnationis: In iſtis ſoluta per gratiam redemptionis. Sunt illi in æternum diuini iudicij prædeſtinatione damnati, * *Iſti vero in æternum diuinæ miſericordiæ prædeſtinatione ſaluati.*

*Deſunt quædam: Nam, & in manuſcripto duo folia exciſa ſunt: * Sed in eis nihil ferè ſcriptum erat: ideóque nihil deeſſe videtur præter membrum alterum 31. mali in electis remiſſi.*

IN LIBRVM ECCLESIÆ LVGDVNENSIS, DE TRIBVS EPISTOLIS.

Notæ Andreæ du Vallij, Doctoris Sorbonici, & Regij in Academia Pariſienſi, Theologiæ Profeſſoris.

LVGDVNENSIS Eccleſia hâcce diſputatione patrocinium Gotteſcalchi videtur ſuſcipere, licet eum præſumptuosũ, inſolentẽ & miſerabilẽ monachũ appellet. Præſũptuosũ quidem quod vltro, id eſt renitẽte Abbate prædicationis officiũ ad infideles ſuſceperit, cõtra quod dicit Apoſtolus: Nemo aſſumat ſibi honorem niſi vocetur à Deo tanquã Aaron. Et: Quomodo prædicabunt niſi mittantur, & hæc prima mali illius labes, imò Lerna omniũ ſuorũ malorũ: Inſolentem verò fortè quod ſua dogmata ab omnibus ferè doctoribus eo tempore reprobata nimiùm iactaret, & in vulgus inſolenti quâdam ambitione & cum maximo totius Eccleſiæ Gallicanæ detrimento diſſeminaret. Miſerabilem demùm quod flagellis tamdiù fuerit dilaceratus, donec accenſo circa ſe igne libellũ ſuum propriis manibus in flammas proijceret, & æterno velut incendio concremaret. In hoc ſupplicij genus inuehitur præcipuè Eccleſia Lugdunenſis cùm ſingulas eius propoſitiones vnicâ demptâ quæ eſt de libero arbitrio, ad pium & Catholicum ſenſum benignâ & ſuaui explicatione reduci poſſe affirmet. Nota.
Vnde non ſimpliciter arguit quòd in eum virgis fuerit animaduerſum: Certum eſt enim iure optimo puniri hæreticos & nouatores, ſiquidem non minùs reipublicæ Chriſtianæ pernicioſi ſunt quàm

alij quilibet ſcelerati : ſed quòd eius propoſitiones benignè potiùs debuiſſent explicare prælati illius tẽporis quàm in eum ita ſæuire.

Pag. *Rebelles & increduli.*] Affirmat omnes & illos Iſraëlitas qui increduli & rebelles Moyſi in deſerto fuerunt, & quorum cadauera ibi in vindictam proſtrata ſunt in æternum eſſe damnatos, & ad huius probationem profert illud Pſal. 94. Quibus iuraui in ira mea, ſi introïbunt in requiem meam. Quibus verbis immobilitatem diuini conſilij de illorum æterna damnatione indubitanter exprimi aſſerit: verùm hoc in opinione poſitum eſt. Quinimò contrarium multò eſt probabilius, tum quia non eſt veriſimile integram Iſraëlitarum in deſerto mortuorum multitudinem fuiſſe incredulam & rebellẽ; nunquid enim Leuitæ, nunquid paruuli, nunquid pariter Aaron ab eiuſmodi incredulitate excuſari poſſunt & debent? Quamuis enim dicatur, Quadraginta annis proximus fui generationi huic: à maiori tamen parte fit illa totius denominatio: tum quia requies illa de qua loquitur Propheta de terra promiſſionis intelligitur vt ait gloſſa in hunc locum: tum quia quis dicet eos qui ab igne deuorante conſumebantur, præ negligentia quæ non ita graue peccatum eſt, & quà in extremis partibus verſabantur, fuiſſe propterea in æternum damnatos, eorum tamen corpora in deſerto proſtrata ſunt: tum quia excluſio à terra promiſſionis ad quam tanto ardore ſuſpirabant, eum morte quam ipſi tulerunt ſufficiens delicti eorum fuit expiatio, non minùs quàm mors corporea Ananiæ & Saphiræ ex Hieronymo Epiſtola 8. ad Demetriadem, Ad id autem quod ait Eccleſia Lugdunenſis eorum damnationem figuram fuiſſe damnationis omnium reproborum, iuxta Apoſtolum prioris ad Corinthios 10. Omnia in figura contingebant illis: reſpondetur ſolam eorum à terra promiſſa excluſionem optimè poſſe hanc damnationem figurare, cùm figurá veritate minorem eſſe ſemper oporteat. Quæ tamen non ſic ſunt intelligenda, vt omnes illos Iſraëlitas ab inferis vindicemus: certum eſt enim Chorè, Datam & Abiron viuos ad inferos deſcendiſſe, ſed generalem ipſius Eccleſiæ propoſitionem tantùm coarctare voluimus.

Pag. *Prædeſtinatio & præſcientia.*] Docet prædeſtinationem & præſcientiam tantumdem valere circa bonum tantum quod à Deo eſt, quod tamen contra Ioannem Erigenam acerrimè arguit cùm pręſcientia multò latiùs pateat, eſt enim bonorum & malorum; prædeſtinatio verò ſolummodò bonorum; verùm ſi attente legatur, liquidò cuique conſtabit eam ſolùm de præſcientia diuinorum operum agere: quo ſenſu prædeſtinatio æquè latè patet; ſic enim ait: In operibus omnipotentis Dei non ſunt alia præſcita & alia prædeſtinata: vel dicito velle tantũ illa duo æqualia eſſe ratione immobilitatis diuini conſilij; quod enim à Deo ſemel eſt

præſcitum non minùs infallibiliter eueniet, quàm quod ſemel eſt prædeſtinatum, Et hæc poſterior expoſitio magis eſt ad mentem Authoris.

Ibidem principaliter & veraciter.] Cautè legendum eſt quod dicit bona opera eſſe omninò principaliter & veraciter ipſius creatoris: iſta enim particula (omnino) non debet diuiſim à (principaliter) accipi, ſed conjunctim; quaſi velit Deum omnium bonorum operum eſſe cauſſam præcipuam ſeù primariam; non tamen propterea excludit creaturam humanam ſeù liberum arbitrium, quod ſuo modo eſt etiam cauſſa præcipua, per virtutem ſibi ſupernaturaliter infuſam, actuum internorum fidei, ſpei, & charitatis. Ideóque dicendum eſt Lugdunenſem Eccleſiam, per cauſſam præcipuam, intelligere primariam ſeù independentem.

Pag. 2. *regula.*] Notent Caluiniſtæ horrendam blaſphemiam, quâ Deum authorem peccatorum faciunt hîc expreſsè condemnari, & prædeſtinationem tantùm erga bona opera ſtatui, aut ſaltem erga pœnas æternas, quibus verè dignum & iuſtum eſt impios in impietate morientes affici.

Pag. Quatuor explicationes profert propoſitionis Apoſtoli 1. ad Timoth. 2. *Vult Deus omnes homines ſaluos facere, & ad agnitionem veritatis peruenire.* Tres priores commendat & quartam tanquam Pelagianam condemnat. Verùm licet prima ſit Auguſtini in Enchyridio cap. 103. nihilominùs propter huius tēporis hæreticos parumper eſt periculoſa; vt enim impiam ſuam de reprobatione opinionem aſtruat Caluinus 3 Inſtitut. cap. 14. illam dicit ita intelligendam de generibus ſcilicet ſingulorum, & non de ſingulis generum: ita vt Deus ex omni ſexu, ætate conditione & ſtatu, aliquos duntaxat ſaluare volùerit; nos tamen omnes & ſingulos. Secunda pariter eſt Auguſtini loco citato Enchiridij, Proſperi Epiſtolâ ad Ruffinum, & in reſponſione octaua ad Epiſcopos Galliæ. Tertia eiuſdem Auguſtini de correptione & gratia, cap. 14. & 22. de ciuit. cap. 1. & 2. nec non D. Thomæ in locum illum Apoſtoli. Quarta eo modo quo explicatur ab Eccleſia Lugdunenſi explodenda eſt: certum eſt enim Deum non expectare noſtras voluntates vel cooperationem earundem, vt ſimpliciter & abſolutè noſtrum omnium ſalutem velit. Si tamen ita exponatur, vt Deus voluntate antecedente omnes ſaluare velit, quia ſufficientia omnibus & ſingulis media ad ſalutem confert; verum, pium, catholicum, & nullo modo Pelagianum ſenſum habet: Hanc enim tenent Ambroſius ſecundo de vocatione Gentium cap. 1. 6. & 10. Proſper ad 1. & 2. Gallorum obiectionem, omneſque Scolaſtici in prima diſtincti 46. vnico excepto Ariminenſi.

Digitized by Google

Pag. *Pro multis & non pro omnibus.*] Affirmat Chriſtum non fuiſſe paſſum pro his qui in infidelitate moriuntur, & paſſionem eius fuiſſe duntaxat pro multis, & non pro omnibus. Hæc autem benignâ indigent interpretatione, non minùs quàm Concilium Valentinum Can. 4. vbi damnat aſſerentes Chriſtum ſua merita pro impiis & qui in peccato moriuntur ſtatuiſſe, diffinítque pretium Sanguinis Chriſti oblatum fuiſſe ad multorum exhaurienda peccata, eorum ſcilicet qui credendo in Chriſtum non pereunt, ſed vitam æternam conſequuntur: loquitur enim illud Concilium, ſicut & Eccleſia Lugdunenſis, de merito & ſatisfa&ione quoad efficaciam; non autem quoad ſufficientiam; quo modo pro omnibus omnino hominibus paſſus eſt; quâ quidem diſtinctione facilè eſt omnibus Eccleſiæ Lugdunenſis rationibus occurrere, vt legendo cuiuis facilè conſtabit.

Pag. Cautè legenda eſt expoſitio horum verborum Iſaïæ: *Ego autem in vacuum laboraui, fruſtra conſumpſi fortitudinem meam.* Dicit enim Chriſtum hoc loco ex perſona membrorum ſub illa paſſionis mortis ignominia infirmantium ac penè deſperantium eſſe loquutum; & hoc conformiter ſuo dogmati, quod nempè Chriſtus ſolùm pro electis paſſus fuerit, vt ideo in vacuum minimè laborauerit; verùm ſatius eſt ea de Chriſto ipſo exponere, paucorum ſalutem præuidente, quamuis ſufficientiſſimum, imò ſuperabundantiſſimum precium redemptionis omnium hominum in ara crucis exoluiſſet.

Ibidem notent Caluiniſtæ hunc Pſalmiſtæ verſiculum (*Quare me dereliquiſti? Longè à ſalute mea verba delictorum meorum*) non de Chriſto ipſo, ſed de illius membris eſſe intelligenda, quorum omnium peccata tanquam ſibi propria imputabat; itavt hæſitatio & deſperatio, cuius ibi fit mentio; non Chriſto (qui de ſua ſalute anceps & dubius nunquam fuit, nec eſſe potuit) ſed illius membris attribuenda ſit.

Pag. *Per quatuor ferè annorum millia.*] Ita varij ſunt Chroniſtæ in annorũ ſupputatione à creatione vſque ad Chriſtum, vt iure de illis dici poſſit; Tot capita, tot ſententiæ: Communior tamen & certior eſt eorum ſupputatio, qui ex 70. Interpretibus & peruetuſtis Hæbreorum codicibus dicunt quinque millia centum & nonaginta nouem à creatione ad Chriſtum effluxiſſe. Communior quidem, quia eſt tam Græcorum, quàm Latinorum, vt notat Baronius in Martyrologio; certior verò, quia hunc annorum numerum, Eccleſia in Martyrologiis perpetua retinuit.

Pag. *Sed quia in ipſo infideli populo.*] Non minùs cautè iſta legenda ſunt; dicit enim Deum non oraſſe pro omnibus ſuis perſequutoribus, vtpotè pro illis qui in cordis ſui duritia obſtinatè

erant

Digitized by Google

erant perſeueraturi. Hoc ab Hincmaro ad Nicolaum 1. inter errores Goreſchalci recenſerur, ſimúlque refellitur: rum quia, inquit, fuit vetus error Prædeſtinatianorum; tum quia de eius perſequutoribus dixir Petrus 2. Petri ſecundo, negantes Dominum qui eos emit. Verùm hæc verba Lugdunenſis Eccleſiæ intelligenda ſunr ſecundùm efficaciam, vr antè diximus, illúdque infrà apertè ſubiungit. Quòd autem illa oratio pro omnibus emiſſa, non fuerit erga omnes ſortita effectum, nihil de virtute orationis Chriſti derrahit; quia vt obfirmatos reſpiciebat, oriebatur à voluntate conditionata & antecedenti, quòd ſcilicet eius efficaciam vellet eos experiri, dummodò ab obfirmarione ceſſarent: vt verò electos & conuertendos, à volunrate abſoluta. Niſi malueris dicere orationem illam fuiſſe pro omnibus abſoluram, quia licer de facto omnes non reſipuerint: habuerunt tamen illius beneficio media ad ſalutem neceſſaria & ſufficienria, quod ad abſolutam & efficacem voluntatem ſat eſt. Lege D. Thomam quæſt. 21. 1. partis.

Pag. *Ita immunda & inquinata ſunt omnia.*] Docer hic Eccl. Lugdunenſis omnes infidelium actiones malas, immundas, & inquinaras eſſe; quod affirmant ſimiliter ſectarij huius rrmporis, Lutherus art. 36. à Leone damnato, Melanchton Apologiâ confeſſionis Auguſtanæ, Bucerus lib. de concordia controuerſ. & Cal. lib. 2. Inſtitut. cap. 3. Nonnulli etiam inter Scholaſticos idem tenuerunt, ſed non cum ea quâ ſectarij præſumptione, & audacia, Greg. Ariminenſis in 2. ſententiarum diſt. 4. quæſt. vnicâ, art. 2. coroll. 3. & Capreolus in 2. diſt. 41. quæſt. vnicâ, art. 3. licer in quibuſdam nonnihil diſcrepet: ex quibus videre eſt, ſententiam Lugdunenſis Eccleſiæ hâc in parte non aduerſari fidei, licet temerarium ſit illud affirmare: certum enim eſt & commune rum apud Patres, tum apud Scholaſticos, poſſe ab infidelibus fieri quædam opera moraliter bona, Exodi enim. 1. laudantur obſtetrices Ægyptiorum, quòd paruulos Hebræorum ad regis mandarum occidere noluerint. 1. Reg. 17. narratur & commendatur commiſeratio Bercellai Galaaditis erga Dauidem eiúſque exercitum. Lege Valentiam in 2. 2. quæſt. 10. de infidelitate, puncto 2.

Pag. *In præſentia Domini Venilonis.*] Hic fuit Archiepiſcopus Senonenſis ſecundum Democharem in tabulis Epiſcoporum Senonenſium: ex quibus conijce in varijs conuentibus condamnarum fuiſſe Goteſchalcum; in Moguntinenſi nempè & Senonenſi concilio, & fortè tantùm in Senonenſi vapulaſſe, quia Hincmarus in tota illa Epiſtola ad Nicolaum 1. nihil de virgis mentionem facit, ſed ſolùm eum ſub arcta cuſtodia in monaſterio fuiſſe recluſum, nè alios ſuis erroribus inficeret.

Digitized by Google

Pag. *Accenſo coram ſe igne.*] Vide Gretſerum diſputatione de iure & modo prohibendi libros hæreticos, vbi exemplis Athenienſium & Romanorum libros deprauatæ doctrinæ fuiſſe exuſtos docet, idque non tantum lumine fidei ſed & naturæ conſtare; ne ita ægrè ferant nouatores noſtri, ſi quos in Eccleſiam libros euomunt, generali incendio deleat Eccleſia.

Pag *In his verbis.*] Quando arguit Eccl. Lugdun. Hincmarum quòd dixerit liberum arbitrium per peccatum non emortuum, ſed vitiatum, & à Chriſto nō fuiſſe ſuſcitatum, ſed ſanatum, accipit liberum arbitrium pro bona & recta voluntate quâ Deo per charitatem adhæremus. Quo ſenſu certum eſt illud omninò fuiſſe emortuum nec tantùm vitiatum: tamen quia remanſit in eo natura cōuerſionis capax, itaut eam per congruam & efficacē gratiam poſſit obtinere, ideò hac in parte verba Goteſcalchi benignè poſſent explicari, licet merito à Patribus tum concilij Moguntinenſis, tum Senonenſis damnatus ſit, quòd illius verba contrarium ſonarent, nempè bonam & rectam voluntatem in homine poſt peccatum remanſiſſe. Vel dicito liberum arbitrium ab Eccleſia Lugdunenſi accipi pro actu dilectionis Dei ſuper omnia, quem certum eſt omninò per peccatum deperdi.

Pag. *Amalarium.*] Sugillat & arguit Amalarium Lugdun. Eccleſia tanquam omnium hæreſeon illius temporis authorem & promotorem. Quis autem fuerit, magis ignoratur quàm ſcitur. Solùm accipe ex doctiſſimo viro Nicolao Fabro ſedulo antiquitatis perueſtigatore, Florum Magiſtrum, quem Trecenſem illum Epiſcopum arbitramur, qui contra Ioannem Scotum & Goteſcalchum ſcripſit quamplurima, ſed in ijs quædam animaduerſione digniſſima; hic inquam Florus in Pſal. 80. aduerſus Amalarium ſcribens: Vis, inquit, comedere ipſum Dominum Deum tuum? Audi quid dicat: Dilata os tuum & implebo illud. Dilatate ora veſtra ipſe eſt Dominus & panis, ipſe hortatur nos vt comedamus: At ipſe noſter eſt cibus: quantùm dilataueris, tantùm accipies. Hæc ille. Ex quo coniecturæ locus relinquitur Amalarium illum vnà cum Ioanne Scoto fuiſſe Berengarij præcurſores, & veluti anteſignanos; quorum errorem noſtri Euchariſtomaſtiges iamdudùm ſopitum & extinctum ab oreo ſuſcitarunt.

Ibidem ſanctus Ioannes.] Legendum eſt Scotus, Ioannes hic enim eſt ille cognomento Erigena, aduerſùs quem manus primùm conſeruit Eccleſia Lugdunenſis.

Pag. *Iam non ſolùm ſua ſed etiam iniquitas patrum redijt.*] Contra D. Thomas quæſt. 88. 3. partis art. 1. & cum eo reliqui Scholaſtici in 4. diſt. 22. peccata ſemel remiſſa nunquam redeunt eadem numero, nec ſimiliter ampliùs imputantur à Deo eo modo

ac ſi non eſſent dimiſſa, quia ad Rom. 11. ſine pœnitentia ſunt dona Dei. Nahum. 1. Deus non punit bis in idipſum;& Ezechielis 18. ſi impius egerit *pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor*. Redeunt tamen per *ſubſequens peccatum ratione* ingratitudinis, quæ illud multò grauius & culpabilius reddit. Et ita exponenda ſunt verba Eccleſiæ Lugdunenſis, quæ etiam repe-riuntur apud Hugonem Victorinum lib. 2. de ſanctis parte 14. cap. vltimo, & gloſſam Gratiani de pœnitentia diſt. 4. canone. Qui recedit.

Pag. *In lib. quippè Geneſis.*] Aduerte Iulianum illum, contra quem tot libris diſſeruit Auguſtinus, accuſaſſe Moyſem quaſi exiſtimarit Deum non eſſe creatorem Angelorum, quia ſcilicet creationis ipſorum non meminerat, huic reſpondit Auguſt. & poſteà D. Thomas quæſt. 61. art. 1. 1. partis creationem Angelorum inſinuatam fuiſſe nomine cœli aut etiam lucis. Quæ tamen reſponſio multis non placet, quia in Scriptura nomine cœli & terræ intelligitur cœlum iſtud ſenſibile; & nomine pariter lucis lumen illud viſibile, ita vt ea expoſitio Lugdunenſis Eccleſiæ myſtica potiùs eſt quàm literalis.

Ibidem naturalem poſſibilitatem.] Hanc dicit nos per peccatum Adæ amiſiſſe. Sicut & Cœleſtinus Papa, cap. 4. Apologiæ pro Proſpero & Hilario. Sed per eam intelligit ſanctam cogitationem, pium conſilium, omnémque bonæ & rectæ voluntatis motum, quæ ante peccatum per iuſtitiam originalem inerant homini, non quidem tanquam naturæ proprietates, ſed ſolùm ab inſtanti creationis ipſius naturæ. Quo ſenſu ab Eccleſia Lugdunenſi dicitur naturalis poſſibilitas, vel dicito nomine naturalis illius poſſibilitatis ſignificari iuſtitiam ipſam originalem, quia omnes facultates naturales tam animi quàm corporis in debito quodam efficio continebat, & hominem in ſtatu naturæ integræ, & per peccatum minimè ſauciæ conſtituebat.

Sub finem videtur admittere prædeſtinationem reſpectu peccatorum. Sed hoc vel intellige de peccatis ſubſequentibus, quæ vt plurimùm pœnæ ſunt præcedentium, tunc enim non in ratione peccati, ſed in ratione pœnæ decerni & prædeſtinari poſſe à Deo affirmat Eccl. Lugdunenſis: hoc enim modo aliquam æquitatis & iuſtitiæ vindicatiuæ rationem participant. Verùm quia nunquam ad quodlibet peccatum ſiue præcedens ſiue ſubſequens nos Deus prærdinat (ſequeretur enim Deum eſſe ſaltem ſubſequentium peccatorum authorem) ideò ſatius eſt reſpondere Eccleſiam Lugdunenſem accipere hoc loco *prædeſtinationem pro prouidentia*, tantúmque velle Deum habere prouidentiam peccatorum, quia vt aliquid ſub prouidentiam cadat ſatis eſt, ſi hæc tria concurrant:

primum vt à Deo fuerit ex omni æternitate præuiſum, 2. vt abſque Dei voluntate ſaltem permiſſiua non eueniat, 3. vt cùm euenerit, ordinet illud Deus ad finem aliquem bonum. Cùm ergò peccata ſint præuiſa & permiſſa à Deo atque etiam ordinata ad bonum finem, nimirùm vt per illa declaret Deus ſuam iuſtitiam dum in illa animaduertit; aut miſericordiam dum quædam benignè relaxat: negari non poteſt quin peccata diuinæ prouidentiæ ſubiaceant ſeù prædeſtinationi, Auguſt. in Enchiridio, cap. 11. & lib.1.de ciuit. cap. 17. 18. & 23. Ambroſi 1. de officijs, cap. 14. & 16. Euſebi lib. 8. præparationis Euangelicæ cap. 5. & D. Thomas quæſt. 22. 1. partis art. 2. ad 2.

Pro Cathecumenis.] Affirmat pariter Eccleſia ſacrificium pro Cathecumenis & paruulis non baptizatis non eſſe offerendũ. Cui ſuffragari videtur quod habet Aug. 1. de origine animæ cap. 8. Quis offerat ſacrificium corporis Chriſti, niſi pro his qui ſunt membra Chriſti quod refertur à D. Thoma, qu. 79. ar. 7. ad 2. Verùm certũ eſt eos tantùm agere de publica & ſolemni oblatione, nam priuatim nihil obſtat quominus pro ijs ſacrificium offeratur, excipe tamen paruulos abſque baptiſmo mortuos: cùm enim ſint ex genere valde malorum propter peccatum originale, de quibus agit Auguſt. in Enchiridio cap. 1109. pro his non eſt offerendum ſacrificium ne quidem ſecretò & in mente ſacerdotis. Adde etiam vt optimè docet Soarius, in art. 1. quæſt. 83. 3. partis D. Thomæ non poſſe pro Cathecumenis aut paruulis nondum baptizatis offerri ſacrificium, quaſi fructum aliquem ex eo reportent tanquam ex opere operato, quia opus operatum ſacrificij ſupponit perſonam ſuſcepiſſe baptiſmum, qui eſt omnium, tum ſacramentorum, tum fructus ipſius ſacrificij ianua, poteſt tamen pro illis in ratione impetrationis offerri, quia per illud poſſumus à Deo impetrare, vt ad baptiſmum perueniant non minùs quàm pro peccatoribus & infidelibus, vt à peccato & infidelitate recedant.

FINIS.

PSEVDO-SYNODI
CARISIACÆ CAPITVLA
QVATVOR,

TOMO III. CONC. ANTIQ. GALLIÆ quaſi in Concilio Cariſiaco, Anno 848. hoc titulo inſignita.

CAPITVLA QVATVOR APVD CARISIACVM in Synodo contra Prædeſtinatianos conſtituta.

Pſeudo Synodi Cariſiacæ Capitula quatuor.

I.

Quòd vna tantùm ſit Prædeſtinatio Dei.

DEvs omnipotens hominem ſine peccato rectum cum libero arbitrio condidit, & in Paradiſo poſuit, quem in ſanctitate iuſtitiæ permanere voluit. Homo libero arbitrio malè vtens peccauit & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis totius humani generis. Deus autem bonus & iuſtus, elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam: Cæteros autem, quos iuſtitiæ iudicio in maſſa perditionis reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtinauit: Pœnam autem illis, quia iuſtus eſt, prædeſtinauit æternam. Ac per hoc vnam Dei prædeſtinationem tantummodò dicimus, quæ ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ.

II.

Quòd liberum hominis arbitrium per gratiam ſanetur.

LIbertatem arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recepimus: Et habemus liberum arbitrium ad bonum, præuentum & adiutum gratiâ: Et habemus liberum arbitrium ad malum, deſertum gratiâ. Liberum

autem habemus arbitrium, quia gratis liberatum, & gratiâ de corrupto ſanatum.

III.

Quòd Deus omnes homines velit ſaluos fieri.

III. Devs omnipotens omnes homines ſine exceptione vult ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur. Quòd autem quidam ſaluantur, ſaluantis eſt donum: quòd autem quidam pereunt, pereuntium eſt meritum.

IIII.

Quòd Chriſtus pro omnibus hominibus paſſus ſit.

IIII. Christvs Iesvs Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit, vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit; ita nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit; licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur. Quòd verò omnes paſſionis eius myſterio non redimuntur, non reſpicit ad magnitudinem, & pretij copioſitatem, ſed ad infidelium, & ad non credentium eâ fide, quæ per dilectionem operatur, reſpicit partem: Quia poculum humanæ ſalutis, quod confectum eſt infirmitate noſtrâ, & virtute diuinâ, habet quidem in ſe vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.

LECTORI.

Hæc quatuor Hincmari capitula non in Concilio, ſeu placito Cariſiaco, in quo Gotteſchalcus anno 848. vel veriùs 849. damnatus fuit, vt nullo auctore à R. P. Iac. Sirmondo, tom. 3. Concil. Antiq. Gall. & in Regia Conciliorum editione feruntur, ſancita fuere: Sed in pſeudo-Synodo Cariſiaca anno 853. ab Hincmaro præcipitanter, & nullis inſpectis Codicibus concinnata, à Rege & nonnullis Epiſcopis, etiam aliquibus inuitis ſubſcripta. Præcipitationis teſtis eſt Hincmarus ipſe in opere de Prædeſtin. cap. 23. 30. & 34. Et nonnullos qui ſubſcripſerant, poſtmodùm reſiliiſſe idem aſſerit in præfatione eiuſdem operis ſub finem. Huius verò pſeudo-Synodi, & Capitulorum quatuor ſolus meminit Hincmaro non ſuſpectus Auctor Annalium Bertinianorum ad annum 853. his verbis.

Karolvs *inde* (ſcilicet à Concilio Sueſſonenſi) *ad Cariſiacum veniens cum quibuſdam Epiſcopis & Abbatibus Monaſticis*

Digitized by Google

quatuor Capitula edidit, & propriâ ſubſcriptione roborauit. Quorum primum eſt: A Deo neminem prædeſtinatum ad pœnam, vnámque eſſe Dei prædeſtinationem, quæ aut ad donum pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ. 2. Liberum arbitrium quod in primo homine perdidimus, nobis præueniente & adiuuante Chriſti gratiâ redditum. 3. Velle Deum generaliter omnes homines ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur. 4. Chriſti ſanguinem pro omnibus fuſum, licet non omnes paſſionis myſterio redimantur.]

Verùm ſanctus Prudentius cùm nequitiam illam perſpectam habuiſſet, eodem anno aduerſus venena capitulorum illorum ſaluberrimam parauit Theriacam: ſiquidem ad Concilium Senonenſe euocatus ad ordinationem Æneæ in Epiſcopum Pariſienſem, ex infirmitate adeſſe prohibitus, ſubiectam per Vicarium TRACTORIAM miſit, quæ in Concilio illo reuerenter ſuſcepta, omnium iudicio comprobata, dehinc Regi fuit exhibita.

Iiſdem etiam capitulis anno ſequenti ad Eccleſiam Lugdunenſem delatis, Præſul eius ſanctiſſimus Remigius cùm in Cleri ſui *Collegio ſingula pia & fideli attentione pertractaſſet, & vidiſſet in eis Scripturæ ſanctæ certiſſimam veritatem, & beatiſſimorum Patrum, & præcipuè ſancti Auguſtini reuerendam, & in omni Eccleſia Catholica receptiſſimam auctoritatem nouo conatu, & auſu temerario impugnari.* Capitula illa quatuor graui cenſurâ ſubiecto libello notauit, quem ideò inſcripſit. DE TENENDA IMMOBILITER SCRIPTVRÆ SANCTÆ VERITATE, ET SANCTORVM ORTHODOXORVM PATRVM AVCTORITATE FIDELITER SECTANDA.

Necnon ineunte anno 855. in Concilio Valentino 3. trium Prouinciarum eadem ipſa *quatuor Capitula quaſi minùs proſpectè ſuſcepta propter inutilitatem vel etiam noxietatem, & errorem contrarium veritati damnata, & penitùs interdicta ſunt*, ibidémque ſanciti ſex Canones capitulis illis oppoſiti, anno 859. in Concilio Lingonenſi ab Epiſcopis earundem Prouinciarum repetiti & comprobati, & à digniſſimo totius Eccleſię Præſule Nicolao Papa Romæ confirmati.

Digitized by Google

TRACTORIA
SANCTI PRVDENTII EPISCOPI TRICASSINI,
QVAM PER VICARIVM MISIT AD ORDINATIONEM ÆNEÆ PARISIENSIS CVM IPSE ADESSE NON POSSET.

PATRI VENERABILI ET CÆTERIS Patribus Fratribúſque Sincerißimè diligendis atque Coëpiſcopis Reuerendis PRVDENTIVS æternam in Domino ſalutem.

QVANTVM ad meritum peccatorum meorum ſpectat iuſtiſſimo Dei iudicio, quatenùs verò ad indebitas atque indeficientes eius miſericordias pertinere dignoſcitur, miſericordiſſimo ipſius munere infirmitatibus pœnè omnibus notis depreſſus, ſancto deſiderabilíque veſtro conuentui adeſſe prohibeor. Quod autem poſſum præſentibus literis atque Legato noſtræ Eccleſię Presbytero Arnoldo mei conſenſus præſentiam eatenùs exhibeo, vt is qui ordinandus eſt, Apoſtolicæ Sedis omnibus inſtitutis, & Beatorum Patrum, ***Innocentij, Zozimi, Bonifacij, Xiſti, Leonis, Gelaſij, Cæleſtini, Gregorij, Hilarij, Ambroſij, Auguſtini, Iſidori, Primaſij, Fulgentij, Gregorij, Hieronymi, Caſſiodori, Bedæ***, aliorúmque, ad æquè Catholicorum atque orthodoxorum virorum ſcriptis, & dictis, ac ſpecialiter ſuper quatuor capitulis, quibus omnis Eccleſia Catholica aduerſus Pelagium, eiúſque hæreſeos ſequaces pugnauit ac vicit, atque ad poſterorum memoriam literis auctoritate & veritate pleniſſimis mandauit, confitendo ſubſcribere, ſubſcribendo confiteri voluerit, eius me ordinationi conſentaneum eſſe profiteor

Digitized by Google

profiteor. Sin aliàs, prorsùs neque aſſentior, neque fidelibus Chriſti aſſentiendum ſuadeo. Capitulorum verò quatuor præmiſſorum ſeriem, quamuis veſtram prudentiam multò viuaciùs quàm meam extremitatem compertam eſſe non dubitem, neceſſariò tamen breuiter adnectendam iudicaui. Vt faciliùs quid ſentiam, cui veritati conſentiam, veſtra bonitas recognoſcat. Capitula quatuor de gratia.

Videlicet; vt liberum arbitrium in Adam merito inobedientiæ amiſſum, ita nobis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum redditum, atque liberatū confiteatur, interim in ſpe, poſtmodùm autem in re, ſicut dicit Apoſtolus: *Spe enim ſalui facti ſumus*: Vt tamen ſemper ad omne opus bonum Dei omnipotētis gratiâ indigeamus, ſiue cogitandum, ſiue inchoandum, operandum, ac perſeueranter conſummandum, & ſine ipſa nihil boni nos poſſe vllatenùs, aut cogitare, aut velle, aut operari ſciamus. I. De libero arbitrio. Rom. 8 v. 24.

Secundo. Vt Dei omnipotentis altiſsimo ſecretóque conſilio credat atque fateatur, quoſdam Dei gratuitâ miſericordiâ antè omnia ſæcula prædeſtinatos ad vitam, quoſdam imperſcrutabili iuſtitiâ prædeſtinatos ad pœnam, vt id videlicet ſiue in ſaluandis, ſiue in damnandis prædeſtinauerit quod ſe præſcierat eſſe iudicando facturum, dicente Prophetâ; *Qui fecit quæ futura ſunt.* II. De geminâ prędeſt. L X X. Iſa. 45. v. 11.

Tertio. Vt credat ac confiteatur cum omnibus Catholicis, Sanguinē Domini noſtri IeſuChriſti pro omnibus hominibus ex toto mundo in eum credentibus fuſū: Non autem pro illis qui nunquā in eum crediderunt, nec hodiéq; credunt, nunquámque crediturí ſunt, dicēte ipſo Domino: *Venit enim filius hominis non miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis.* III. De morte Chriſti. Mat. 20 v. 28.

Quarto. Vt credat atque confiteatur Deū omnipotentem quoſcunque vult, ſaluare, & neminem poſſe ſaluari vllatenùs, niſi quem ipſe ſaluauerit: Omnes autem ſaluari quoſcunque ipſe ſaluare voluerit: Ac per hoc quicunq; non ſaluantur, penitùs non eſſe voluntatis illius, vt ſaluentur, dicente Prophetâ: *Omnia quæcunq; voluit Deus, fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis.* IV. De voluntate Dei. Pſ. 134. v. 6.

Et licet quædam ſint alia quibus in Pelagio dānatis vniuerſaliter Eccleſia conſenſerit, ſategerit, atque ſubſcripſerit, hæc tamen ſpecialiter aduersùs eum eiúſque complices per Apoſtolicam Sedem, inſtantiâ beatiſsimi Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi, atque Auguſtini, cum aliis ducentis quatuordecim Epiſcopis ab eius prauiſsimis ſenſibus eruta, vindicata, & multis tam Epiſtolis, quàm libris toto orbe vulgata, omnis hodiéque gaudet, confitetur, prædicat, & tenet, atque tenebit Eccleſia. His per omnia conſentaneam, prędicabilem paternitatem, fraternitatémque veſtram gratia ſuperna inuictam atque pręualidam, & ſuo munere gaudentem perpetuò conſeruare dignetur.

Digitized by Google

S^TI REMIGII ARCHIEPISCOPI ET ECCLESIÆ LVGDVNENSIS.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

INCIPIT LIBELLVS DE TENENDA immobiliter Scripturæ ſanctæ veritate, & ſanctorum orthodoxorum Patrum auctoritate fideliter ſectanda.

Cap. I.

CAPVT PRIMVM.

Origo hæreſeos ex cõtemptu Scripturæ ſacræ & ſanctorum Patrum.

INTER omnia pericula, & innumeras calamitates atque miſerias quibus Eccleſia huius regni terribili, & occulto Dei iudicio inceſſanter affligitur atque vaſtatur, ita vt regni vnitas ſit diſciſſa ac dilacerata, Sacerdotum generalia & ſaluberrima concilia intermiſſa, legum ſeueritas, & iudicum vigilantia ſubtracta, ſpecialis doctrinæ ſtudia, quibus fideles & ſcientia Dei quotidiè enutriri, ac proficere debuit, penè vbique extincta: Exortum eſt magis dolendum ac lugendum malum, vt videlicet contemptâ veritate Scripturarum Sacrarum, calcatâ authoritate beatiſsimorum atque orthodoxorum Patrum, per quos Eccleſia Dei ædificatur & illuſtratur; Præſumant aliqui, etiam de rebus pręcipuè ad fidem pertinentibus ex proprij ſenſus temeraria pręſumptione, quæ apertiſsimè contraria ſunt diuinæ veritati, & ipſi docere, & aliis tenenda ſtatuere atque conſcribere: Cùm & ipſe omnipotens Deus ſpe-

culatori, id eſt, vnicuique Paſtori Eccleſiæ ea ſola, quæ ab ipſo
Ezech. audierit, annuncianda præcipiat, dicens: *Speculatorem te dedi do-*
3. v. 17. *mui Iſraël: Et audies ex ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.*
1. Pet. 4 Et beatus Apoſtolus Petrus ſimiliter conteſtetur & dicat, *Si*
v. 11. *quis loquitur quaſi ſermones Dei:* Et beatus Paulus idipſum ad-
Heb. 13 moneat, & inculcet, dicens: *Doctrinis variis, & peregrinis nolite*
v. 9. *abduci*; huiuſmodi enim doctrinæ variæ atque peregrinæ, in qui-
bus non eſt vnitas veritatis, ſed introductio diuerſi, & profani
Leu. 13. erroris, ſignificantur in lege Moyſi per varia genera leprarum,
v. 2. &c Quæ non ſolùm cæteras corporis partes contaminant atque cor-
v. 29. rumpunt, ſed etiam in capite & barba germinant. Cùm vel de
ipſo Domino Ieſu Chriſto, vel de viris Apoſtolicis atque Ec-
cleſiaſticis, qui ei principaliter adhærent, & faciem eius ornant,
1. Cor. indignum aliquid ſentitur. Quoniam ſicut Apoſtolus docet, *Om-*
11. v. 3. *nis viri caput Chriſtus eſt:* Et iuxta Pſalmiſtæ vocem; *Vnguentum*
Pſa. 132 *in capite primùm deſcendit in barbam, barbam Aaron, vt deſcendit*
v. 2. *etiam in ora veſtimenti eius.*
v. 3.

Inhærendũ Scripturæ ſacrę & doctrinæ SS. Patrum.

Quapropter omni ſtudio, & vigilantiâ pietatis, cauenda eſt im-
munditia erroris: Et humiliter ac fideliter obtemperandum A-
poſtolo ſub perſona Timothei ad vnumquémque rectorem Ec-
cleſiæ dicenti: *O Timothee depoſitum cuſtodi deuitans profanas vo-*
1. Tim. *cum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ: quam quidam*
6. v. 20. *promittentes circa fidem exciderunt:* Habemus namque magnum
v. 21. *depoſitum* fidei, & doctrinæ veritatis ex diuinis Scripturis, & ſan-
ctorum Patrum dictis, velut pretioſum & multiplicem theſaurum
diuinitùs nobis ad cuſtodiam commendatum: Quem ſine inter-
miſſione Domino auxiliante debemus inſpicere, extergere, po-
lire, atque excutere, ac diligentiſſimè ſeruare, ne per incuriam
Mat. 6. & ignauiam noſtram aut puluere ſordeſcat, aut *ærugine, vel tineis*
v. 19. *demoliatur*, aut malignorum ſpirituum inſidiis, velut à nocturnis,
& occultis furibus *effodiatur ac diripiatur*. Quia & *Seſac Rex*
3. Reg. 14. v. 26 *Ægypti*, per quem ſignificatur princeps huius mundi armamen-
v. 27. tarium veri Salomonis ſpoliare quærit. Et *trecenta ſcuta aurea*
exportans, id eſt, veræ & meræ fidei myſterium de corde negli-
gentium diripiens, *pro aureis ærea* fabricari compellit, vt faciat
2. Tim. nos, quod abſit, *habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem*
3. v. 5. *eius abnegantes.*

CAPVT II.

CAP. II.

HÆc idcirco dicimus, quia peruenit ad nos, id eſt, *ad Eccle-ſiam Lugdunenſem, quædam ſchedula* ſtudio fidelium, & bonorum virorum, qui & ſuæ, & aliorum ſalutis deuotè ac laudabiliter ſollicitudinem gerunt, in noſtram notitiam perlata, atque

Digitized by Google

vt ad eam ſedulò reſpondere deberemus attentiùs commendata. In qua inſunt quatuor capitula maximè nouarum definitionum, nuper, vt comperimus, in quodam fratrum noſtrorum Epiſcoporum Conuentu tractata, digeſta atque conſcripta, velut ad comprimendam & retundendam cuiuſdam garruli & inquieti hominis loquacitatem, qui nouarum (vt fertur) quæſtionum auidus, & indiſciplinatus ventilator, & aliis non paruam perturbationem, & ſibi ipſi ærumnam miſerrimæ cladis induxit. Quorum capitulorum ſeries, ſicut ad nos perlata eſt, ita ſe habet.

Quatuor Conuenticuli Cariſiaci Capitula.

CAPVT PRIMVM.

DEVS omnipotens hominem ſine peccato rectum cum libero arbitrio condidit, & in Paradiſo poſuit, quem in ſanctitate iuſtitiæ permanere voluit: homo libero arbitrio malè vtens peccauit, & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis humani generis. Deus autem bonus, & iuſtus elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam. Cæteros autem quos iuſtitiâ & iudicio in maſſa perditionis reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtinauit; pœnam autem illis, quia iuſtus eſt, prædeſtinauit æternam: Ac per hoc vnam Dei prædeſtinationem tantummodò dicimus, quæ ad donum pertinet gratiæ, aut retributionem iuſtitiæ.

CAPVT II.

LIBERTATEM arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recepimus, & habemus liberum arbitrium ad bonum, præuentum & adiutum gratiâ: Et habemus liberum arbitrium ad malum, deſertum gratiâ: Liberum autem habemus arbitrium, quia gratiâ liberatum, & gratiâ de corrupto ſanatum.

CAPVT III.

D*EVS omnipotens* omnes homines *ſine exceptione* vult ſal- 1. Tim. 2. v. 4.
uos fieri, *licet non omnes ſaluentur, quòd autem quidam ſaluantur, ſaluantis eſt donum: quòd autem quidam pereunt, pereuntium eſt meritum.*

Digitized by Google

CAPVT IIII.

CHRISTVS Ieſus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit vel erit cuius natura in illo aſſumpta non fuerit: ita nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit, licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur. Quia verò omnes paſſionis eius myſterio non redimuntur, non reſpicit ad magnitudinem, & pretij copioſitatem, ſed ad infidelium & ad noncredentium ea fide quæ per dilectionem operatur, *reſpicit partem, quia poculum humanæ ſa-*
Gal. 5. v. 6. *lutis quod confectum eſt infirmitate noſtra & virtute diuinâ, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.*

Hæc igitur cùm legiſſemus, & *adiuncto nobis fratrum noſtrorum, Deo donante, benè ſtudentium, & rectè intelligentium collegio, piâ & fideli attentione ſingula pertractaſſemus*, grauiter perculſi & confuſi animo, vidimus in eis, & Scripturæ ſanctæ certiſſimam veritatem, & beatiſſimorum Patrum, præcipuéque ſancti Auguſtini reuerēdam, & in omni Eccleſia Catholica receptiſſimam auctoritatem nouo conatu, & auſu nimis temerario impugnari: Et quantùm in ipſis fuit, improuidè atque inſolēter labefactari. Vnde ipsâ

AVGVSTINI auctoritas Reuerenda.

Ro. 12. v. 5. charitate prouocati & commoniti, per quam *in vno Chriſti corpore omnes vnum eſſe* debemus, vt ſicut Apoſtolus dicit, *inuicem pro ſe*
1. Cor. 12. v. 25. v. 26. *ſollicita ſint membra, & ſiue gloriatur vnum membrum, congaudeant omnia membra, & ſiue infirmatur vnum membrum, compatiantur omnia membra:* Hâc, inquam, charitatis affectione *viſum eſt nobis atque complacuit*, vt hæc qualiacunque ſunt, & ad commonitionem noſtram, & ad eorū, qui legere volucrint, ædificationem & confirmationem, compendioſo & lucido, (prout Dominus aſpirare dignatur) ſermone ſcriberemus, quicquid in eo dicendum putauimus non noſtro ſenſu aut præſumptione, ſed manifeſtiſsimis Scripturarum teſtimoniis, & præfatorum ſanctorum Patrum venerabili auctoritate firmantes: A quorum veſtigiis vnitate, abſit, vt vel nos, vel illi, quorum charitate compulſi hæc dicimus, vllatenùs recedamus, ne ab ipſis diuiſi, etiam ab ipſo Domino di-

Notā

Luc. 10. v. 16. uidamur: Qui illis ſpecialiter dicit, *Qui vos audit me audit; & qui vos ſpernit me ſpernit.* Quos nimirùm tantæ in Eccleſia ſua eſſe
1. Theſ. 4. v. 8. voluit gratiæ, & gloriæ, vt confidenter cum Apoſtolo dicere poſsint; *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis*; Quique etiam per
Ioſüe 22. v. 19 Phinées Sacerdotem nobis ſollicitè mandauit, *tantùm vt à Domino & à noſtro conſortio non recedatis ædificato altari præter altare Domini Dei noſtri; quod extructum eſt ante Tabernaculum eius.*

Non recedendum à doctrina Patrum.

Cap. 3.

CAPVT III.

PRimi itaque capituli textus ſic dicit.

Deus omnipotens hominem ſine peccato rectum cum libero arbitrio condidit, & in paradiſo poſuit, quem in ſanctitate iuſtitiæ permanere voluit: homo libero arbitrio malè vtens peccauit, & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis humani generis. Deus autem bonus, & iuſtus elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam. Cæteros autem, quos iuſtitiâ & iudicio in maſſa perditionis reliquit, perituros præſciuit, ſed non vt perirent prædeſtinauit; pœnam autem illis, quia iuſtus eſt, prædeſtinauit æternam: Ac per hoc vnam Dei prædeſtinationem tantummodò dicimus, quæ ad donum pertinet gratiæ, aut retributionem iuſtitiæ.

CENSVRA.

De 1. Capitulo.

Gratiæ diuinæ adiutorium Angelo & homini neceſſarium etiam in 1. ſtatu ad bonum faciendum.

Vt ergò his verbis, & huiuſcemodi definitioni commodiùs, & manifeſtiùs reſpondeamus, hoc nos primum in eis mouet, quòd abſque vlla commemoratione gratiæ Dei (ſine qua nulla rationalis creatura, ſcilicet, nec Angelica, nec humana vnquam potuit aut poteſt, vel poterit in iuſtitia & ſanctitate eſſe, manere, atque perſiſtere) ita primus homo definitur liberi arbitrij à Deo conditus, atque in paradiſo conſtitutus, tanquam per ipſum tantummodò arbitrium liberum in ſanctitate, & iuſtitia potuiſſet permanere. Quod in prædictis verbis Deus ſolummodò voluiſſe dicitur; Non, vt fieri poſſet dono ſuæ gratiæ inſpiraſſe, vel adiuuiſſe. Hoc namque non eſſe plenè, & Catholicâ pietate definitum, & Scripturæ ſanctæ authoritas, & Beati Auguſtini diligens diſputatio, & aliorum ſanctorum, atque orthodoxorum Patrum lucidiſſima definitio oſtendit.

Explicatio illa lucis myſtica eſt, non literalis.

In libro quippè Geneſis, vbi primo die ſub nomine *lucis*, naturæ Angelicæ creatio intelligitur, ita ſcriptum eſt. *Et dixit Deus*: Gen. 1. v. 3.
fiat lux: Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona, & v. 4.
diuiſit inter lucem, & tenebras, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. v. 5.
Si ergò hoc iuxta ſenſum Catholicorum Patrum de Angelis rectè intelligitur dictum, manifeſtum eſt, quia in *verbo* Ioan. 1.
ſuo, quod *in principio erat, Deus apud Deum*, conſtituerit & fece- v. 1.
rit Deus Pater, vt illi Angeli electi, mox vt ſunt creati, exiſterent eodem eius verbo illuminati, & fierent *lux in Domino*, qui Eph. 5.
per ſeipſos, & in ſeipſis nihil aliud, quàm tenebræ eſſe potuiſ- v. 8.
ſent; Sicut ſunt vtique omnes refugæ Angeli, qui deſerti lumine gratiæ conditoris nihil aliud in ſeipſis, niſi *tenebræ* remanſerunt. Vnde etiam de eorum impio dominatu, vnde per ſangui-

Angeli mali à Deo pe[illegible]er-biam recedendo facti ſunt tenebræ.

Coloſſ. 1. v. 13. nem vnici filij Dei liberati ſumus, Apoſtolus dicit; *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij charitatis ſuæ.* Et alibi ait: *Nam & ipſe Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis*, manifeſtè oſtendens alios eſſe Angelos lucis, qui Deo illuminante *in veritate* perſtiterunt: Et alios Angelos tenebrarum, de quorum principe Dominus dicit: *Et in veritate non ſtetit.* Facti ſunt ergò non tantùm, vt eſſentialiter eſſent, ſed etiam diuinâ gratiâ illuminante *lux & dies in Domino* eſſent. Qui verò ex illa illuminante veritate à ceterorum ſocietate per ſuperbiam ceciderunt, meritò *tenebræ*, *& nox* appellari meruerunt; hanc *lucem vidit Deus, quia bona eſt*, cum eam ſibi placentem ſuo iudicio approbauit: *tenebras* autem illas non laudauit, quia nec approbauit: ſed tantùm iuſto iudicio, vt in ſuæ ruinæ damnatione perſiſterent, ordinauit. Hoc de Angelis ſanctis etiam in Pſalmo oſtenditur vbi dictum eſt: *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum:* Nam ſi per *verbum Domini*, id eſt, vnigeniti filij virtute cœli firmati ſunt, *& ſpiritu oris eius*, id eſt, per virtutem Spiritus ſancti omnes cælorum virtutes vel creatæ ſunt, vt eſſent, vel firmatæ, vt in veritate perſiſterent, claret omninò eos & ſpiritu Dei conditos, & eiuſdem gratiâ in æterna illa beatitudine ſolidatos.

De 1. Capitulo.

2. Cor. 11. v. 14.

Ioan. 8. v. 44.

Pſal. 32. v. 6.

Sic & primus homo liberi arbitrij à Deo conditus, quamdiù *ſcuto bonæ voluntatis Dei*, id eſt, diuinæ gratiæ protectus eſt, atque munitus, beatam vitam duxit cum Deo: poſtquam autem de ſua virtute præſumendo, & contra creatorem ſe extollendo auerſus eſt ab illo, eius indignatione iram, id eſt, iuſtæ damnationis pœnam incurrit; Quam poſteà in illis, qui ex eius propagine per Dei miſericordiam ſaluantur, iuſtè ſe incurriſſe intelligens, *humiliatus ſub potenti manu Dei*, ad ipſum ſine intermiſſione clamat, & ipſum deprecatur, vt liberari & ſanari mereatur. Hoc totum veriſſimè ita eſſe, ex perſona eiuſdem hominis benè conditi, benignè adiuti, miſerabiliter lapſi, verè conuerſi, & lachrymabiliter ſupplicantis his verbis Pſalmiſta implorat, dicens: *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius: Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Dominum meum deprecabor.* Quia homo tunc certè habuit veſperum, cum ei peccanti ſol iuſtitiæ occidiſſet. In qua nocte cæca ex ipſo deſcendente demoratur in fletu genus humanum, cui *ad matutinum lætitia*, matutinâ Chriſti reſurrectione promittitur, vt per eam ex morte ad vitam reparetur.

Pſal. 5. v. 13.

1. Pett. 5. v. 6.

Pſal. 29. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9.

Digitized by Google

Conditio primi hominis. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 14. cap. 26.

Hanc eius fœlicem & beatam in paradiſo vitam lucidiſſimo & dulciſſimo ſermone Beatus Auguſtinus in libro decimo quarto de ciuitate Dei deſcribit, ita dicens: Viuebat itaque homo in paradiſo, ſicut volebat, quamdiu hoc volebat, quod Deus iuſſerat. Viuebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus. Viuebat ſine vlla egeſtate, ita ſemper viuere habens in poteſtate. Cibus aderat, ne eſuriret, potus, ne ſitiret, lignum vitæ, ne illum ſenecta diſſolueret. Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore vlla moleſtia ſe illis eius ſenſibus ingerebat. Nullus intrinſecùs morbus, nullus ictus metuebatur extrinſecùs. Summa in carne ſanitas, in * animo tota tranquillitas. Sicut in paradiſo nullus æſtus aut frigus; ita in eius habitatore, nulla ex cupiditate vel timore accidebat bonæ voluntatis offenſio. Nihil omninò triſte, nihil erat inaniter lætum: Gaudium verò perpetuabatur ex Deo, in quem flagrabat *charitas de corde puro, & conſcientiâ bonâ & fide non fictâ*, atque inter ſe coniugum fida ex honeſto amore ſocietas: Concors mentis corporiſque vigilia, & mandati ſine labore cuſtodia. Non laſſitudo fatigabat otioſum, non ſomnus premebat inuitum.]

* al. *anima.*

1. Tim. 1. v. 5.

Avgvst. de corrept. & grat. cap. 11. Gratia ſtatus innocentiæ.

Item idem doctor beatiſſimus, de eadem primi homini à Deo accepta gratia, & propriâ culpâ amiſſa in libro de correptione & gratia ita aſtruit, dicens. Iſtam gratiam habuit homo primus, in qua, ſi permanere vellet, nunquam malus eſſet: Et ſine qua etiam cum libero arbitrio bonus eſſe non poſſet, ſed eam tamen per liberum arbitrium deſerere poſſet. Nec ipſum ergò Deus eſſe voluit ſine ſua gratia, * quem reliquit in eius libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum autem parum eſt, niſi adiuuetur ab omnipotenti bono: Quod adiutorium ſi homo ille per liberum non deſeruiſſet arbitrium, ſemper eſſet bonus; ſed deſeruit, & deſertus eſt.] Et poſt aliquanta, idem doctor ſubiungit: Tunc ergò dederat homini Deus bonam voluntatem; in illa quippè eum fecerat, qui fecerat rectũ, dederat adiutorium, ſine quo in ea non poſſet permanere ſi vellet: vt autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio: ſed quia noluit permanere, profectò eius eſt culpa, cuius meritum fuiſſet, ſi permanere voluiſſet.] De gratia quoque ſanctis Angelis diuinitùs collata, in qua alij manſerunt, & ex qua alij corruerunt, ita adiungit: Angeli ſancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitriũ ſteterunt ipſi, huius manſionis debitam mercedem recipere meruerũt. Tantam ſcilicet beatitudinis plenitudinem, quâ eis certiſſimum ſit ſemper ſe in illa eſſe manſuros. Si autem hoc adiutorium vel Angelo vel homini cùm primùm facti ſunt defuiſſet, quoniam non talis natura facta erat, vt ſine diuino,

* al. *quàm*

d. cap. 11.

d. cap. 11.

diuino adiutorio poſſet manere ſi vellet, non vtique ſuâ culpâ ce- " De 1. Capitulo.
cidiſſent. Adiutorium quippè defuiſſet, ſine quo manere non "
poſſent.] Si enim nos de Scripturis ſanctis noſſe potuimus, ſan- "
ctos Angelos iam nullos eſſe caſuros, quantò magis hoc ipſi re- " Ibidem c. 10.
uelatâ ſibi ſublimiùs veritate nouerunt. Nobis quippè beata ſine "
fine vita promiſſa eſt, & æqualitas Angelorum; Ex qua promiſ- "
ſione certi ſumus, cùm ad illam vitam poſt iudicium venerimus, "
Math. 22. v. 30. non indè nos eſſe lapſuros. Quòd ſi de ſeipſis Angeli neſciunt, "
non *æquales* ſed beatiores *erimus*. Veritas autem nobis eorum "
promiſit æqualitatem. Certum eſt igitur hoc eos noſſe per ſpe- "
ciem, quod nos per fidem, nullam ſcilicet ruinam cuiuſquam "
ſancti Angeli iam futuram.] "

Hâc Dei gratiâ ſanctos Angelos indigere *Beatus* etiam *Ambroſius* in expoſitione Pſalmi centeſimi octaui decimi ita confir- S. Ambr. ſerm. 8. in Pſal. 118.
mat, dicens: Aliter eget miſericordiâ Archangelus, aliter homo. "
Angeli enim natura non vtique ita corruptelæ obnoxia eſt, vt na- "
tura generis humani, Et ideò ille eget miſericordiâ Dei, ne poſ- "
ſit errare, & auerſâ à ſe Dei gratiâ labatur in vitium: Homo au- "
tem, & ſi iam firmiore * propoſitione, tamen propter contra- " * al. *propoſito eſt.*
ctorum ſeriem peccatorum miſericordiam quærit. Itaque & ſi "
vterque miſericordiâ indiget, aliter tamen Angelo miſericordia, "
aliter homini debetur.] Hunc primi hominis ſtatum libero ſcili- "
cet arbitrio præditum, ſed diuinâ gratiâ, vt bonum, in quo conditus fuerat, ſeruare poſſet, adiutum beatiſſimi patres præfati ſancti Doctoris ſententiam ſecuti, venerandi concilij ſui auctoritate ita commendarunt. Natura humana, etiamſi in illa integri- "
tate, in qua eſt condita permaneret, nullo modo ſeipſam crea- " Conc. Arauſiç can. 19.
tore ſuo non adiuuante ſeruaret: Vnde cùm ſine Dei gratia ſalu- "
tem non poſſet cuſtodire, quam accepit, quomodo ſine Dei gra- "
tiâ poterit reparare, quod perdidit?] His itaque de prima quæ- "
ſtione breuiter adnotatis, quiſquis ſincerè, & purè, & Catholicè, de illa primi hominis, ſiue Angelica conditione, vel beatitudine ſentire cupit, attendat fideliter diuinam auctoritatem, attendat fideliſſimos Eccleſiæ patres fideliſſimè diſputantes, attendat etiam concilijs agregatis idipſum firmiſſimè definientes: Et non iuxta impium Pelagianum errorem credat primum hominem ſolo ſuo arbitrio in bono, quod acceperat, permanere potuiſſe: ſed etiam ipſum quandiù ſtetit diuinâ gratiâ adiutum fuiſſe: Nec omnipotentem Deum, vt idem homo in ſanctitate, & iuſtitia permaneret tantummodò voluiſſe, ſed vt permanere poſſet etiam adiutorium dediſſe,

aa

Digitized by Google

Cap. 4.

CAPVT IV.

POſt hæc ſubiungitur in iam dicto primo capitulo *Homo libero arbitrio malè vtens peccauit & cecidit, & factus eſt maſſa perditionis totius generis humani: Deus autem bonus & iuſtus elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam.*] In quibus verbis quod dictum eſt de Deo bono & iuſto, quia *elegit ex eadem maſſa perditionis ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam,*] probamus quidem quòd electos ſuos omnipotens Deus per gratiam ſuam prædeſtinauit ad vitam, & vitam illis prædeſtinauit æternam, vt & ipſi vitæ æternæ, & vita æterna ipſis ſit prædeſtinata? vtrumque enim eſt verum, & dilucidè ab Apoſtolo poſitum: Ait namque de prædeſtinatione electorum ad vitam: *Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, Quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit:* Et quòd eiſdem electis vitam æternam prædeſtinauerit: Ita alio loco dicit, *in ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui non mentitur, Deus ante tempora æterna.* Rom. 8. v. 30. Tit. 1. v. 2.

Sed hoc nos mouet, cur in hac definitione, quâ per gratiam Dei & electi ad vitam æternam, & vita æterna iiſdem electis creditur præparata, ipſos tamen electos abſque vlla commemoratione gratiæ ſecundùm præſcientiam ſuam Deus elegiſſe dicatur: Quaſi gratia ſit, quòd electi perueniunt ad vitam, gratiæ quòd vita æterna illis eſt præparata. Vt autem eligerentur non fuiſſe gratiam, ſed tantummodò præſcientiam. Quod manifeſtè contrarium eſt Catholicæ fidei: Quia omnipotens Deus in electione eorum, quos prædeſtinauit, & vocauit ad vitam æternam, non eorum bona merita præſciuit, tanquam ideo eos elegiſſet, quia ex ſemetipſis bonos futuros præſciret: ſed ipſa electio, vt ex maſſa perditionis vaſa miſericordiæ fierent abſque vllo bono merito, ſola gratia fuit, per quam diſcreti ſunt à filijs perditionis, & adoptati in filios vitæ & reſurrectionis. Hanc namque electionem, non meritorum, ſed gratiæ (In qua non alicuius bona præſcita ſunt opera, ſed ſolâ tantùm diuinâ miſericordiâ præparata) commendat nobis diligenter Apoſtolus de duobus geminis Iſaac, & Rebeccæ ita dicens: *Cùm enim necdùm nati eſſent, aut aliquid egiſſent bonum vel malum, vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſaü autem odio habui.* Manifeſtè enim hoc odium Dei in Eſaü ex merito fuit originalis peccati: Illa verò dilectio Dei in Iacob, cùm eodem damnationis merito teneretur obligatus, ex

Prædeſtinatio electorum nó eſt expræuiſis meritis.

Rom. 9. v. 10. &c. Gen. 25. v. 23. Mal. 1. v. 2. & 3.

Digitized by Google

ſola gratuita miſericordia extitit: ſicut idem Apoſtolus conti- nuò ſubiungit dicens: *Quid ergò dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit: Moyſi enim dicit, miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cuius miſerebor.* Hanc veræ gratiæ, & nullius meriti electionem etiam ad Timothæum ſcribens, ita inculcat: *Sed conlabora Euangelio ſecundùm virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſanctâ: Non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia.* Non itaque ſecundùm præſcientiam meritorum elegit Deus ex maſſa perditionis, quos faceret filios adoptionis: ſed gratìs elegit, quos ab illa iuſta damnatione æqualiter omnibus debita miſericorditer liberauit.

Dei. Capitulo.

Rom. 9. v. 14. & 15. Exod. 33. v. 19.

2. Tim. 1. v. 8. & 9.

CAPVT V.

Cap. 5.

SEquitur in eodem capitulo.

“ *Cæteros autem, quos iuſtitiâ, & iudicio in maſſa perditionis* “ *reliquit, perituros præſciuit, ſed non, vt perirent, prædeſtinauit:* “ *pœnam autem illis, quia iuſtus eſt, prædeſtinauit æternam: Ac per* “ *hoc vnam Dei prædeſtinationem tantummodò dicimus, quæ ad do-* “ *num pertinet gratiæ, aut ad retributionem iuſtitiæ.*] In quibus verbis mirum eſt, quomodo aſſeritur omnipotens Deus cæteros, id eſt omnes reprobos iuſto iudicio ſuo in maſſa perditionis reliquiſſe, nec tamen prædeſtinaſſe, ſed tantùm præſciſſe perituros. Si enim iuſtum iudicium Dei iam in illis præceſſit, & eodem iuſto iudicio in maſſa perditionis ſunt deputati, quomodo non tali iudicio iam perditioni ſunt deſtinati, & prædeſtinati? Ita dum in hac definitione diuini iudicij veritas negatur, ipſo etiam negantium teſtimonio confirmatur. Quomodo enim præſciuit tantummodò, & non prædeſtinauit, quod ipſorum confeſſione iuſto iudicio iam decreuit? Cur veram & perfectam prædeſtinationem iuſti iudicij Dei, quo æterno conſilio ſuo, vel iuſtos ad vitam, vel iniquos præordinauit ad pœnam, in parte audet homo accipere, & in parte negare? Quaſi omnipotens Deus quid iuſto iudicio ſuo de electis eſſet facturus, & præſcierit, & prædeſtinauerit: Quid autem eodem iuſto iudicio de reprobis eſſet geſturus, præſcierit tantùm, nec prædeſtinauerit: Cùm in vtraque parte vnum ſit iudicium, vna iuſtitia, quâ vel iuſtis præmia, vel iniquis ſupplicia retribuuntur.

Reprobi prædeſtinati ad interitum poſt præuiſum peccatum.

Nam ſi hæc prædeſtinatio diuini iudicij eſſet meritò alicui violenta, vel iniuſta, vel præiudiciaria, meritò iniuſtum Deum argueret: Immò de illo, *apud quem non eſt iniquitas*, nullatenùs credi deberet. Cùm autem manifeſtiſſimè *non ſit violenta*, quia nullum compellit, vt malus ſit, & aliud eſſe non poſſit, non ſit iniuſta,

De 1. Capitulo.

quæ illos tantummodo, qui ſuo vitio in malis perſeuerauerint punit. *Non ſit præiudiciaria*, quę non præiudicat aliquem, vt quaſi eius ſententiâ, & non ſuo merito pereat: Quid in ea reprehenditur, vel quaſi blaſphemum putatur, in qua ſola æquitas, ſola iuſtitia inuenitur? Hoc namque erga homines diuina prædeſtinatio, quod & diuina præſcientia agit: Præſciuit enim Deus malos futuros, ſed ipsâ ſuâ præſcientiâ non eos compulit fieri malos. Prædeſtinauit iuſto iudicio ſuo eos, qui in malis perſeuerauerint puniendos: Nec tamen eâdem prædeſtinatione ſuâ, vt mali eſſent, vel in malis perſeuerarent, coëgit. Et hæc eſt apud illum æquitas, vt qui volentes perſtiterunt in malis, nolentes puniantur in ſuppliciis. Seipſum ergò homo mutet, ſeipſum, dum tempus eſt, corrigat, & emendet, quia omnipotentem atque æternam præſcientiam, & prædeſtinationem mutare, vel deſtruere non valet. Si quis enim neget eſſe apud Deum præſcientiam, & prædeſtinationem manifeſtè infidelis eſt: ſi quis dicit, quòd præſcientia, & prædeſtinatio eius aliquem compellat, vt malus ſit, & aliud eſſe non poſſit, horribiliter blaſphemat. Qui autem fideliter confitetur & præſcientiam, & prędeſtinationem æternam eſſe apud Deum, nec tamen aliquem per hæc ad malum cogi, ſed tantummodò qualis quiſque futurus ſit præſciri, & pro vt geſſerit iudicari, iſte prorsùs Catholicè ſentit.

Diuina pręſcientia & prędeſtinatio neminē compellūt ad peccatū.

Notent Caluiniſtę.

Symbol. ſācti Athanaſij.

» Certè in profeſſione fidei Catholicæ, quam niſi quiſque integram inuiolatámque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit: Et quam niſi quiſque fideliter, firmitérque crediderit, ſaluus eſſe non poterit, omnes vno ore confitemur, quòd in aduentu vnigeniti filij Dei de cœlo omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem: *Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: Qui verò mala in ignem æternum.*] Manifeſtè ergò, quod de vtraque parte tam electorum, quàm reproborum hic confitemur, vtrumque eſt verum, vtrumque iuſtum: vtrumque in æterno, & iuſto Dei iudicio prædeſtinatum. Nam ſi non eſt prædeſtinatum, quomodo hoc tam firmiter credimus, tam indubitanter confitemur futurum? Se igitur (vt iam dictum eſt) vnuſquiſque dum facultas datur, Deo auxiliante mutet in melius: Hoc enim proculdubiò vult, qui quotidiè clamat & ammonet, dicens: *Declina à malo, & fac bonum.* Et iterùm: *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.* Nam in illo, *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*, & qui per Prophetam dicit: *Ego enim Dominus & non mutor*, quod ſuum eſt plenè, & perfectè confiteri debemus, quia eius plenitudini, & perfectioni nihil poſſumus addere, vel auferre. Et ideò plenam & perfectam prædeſtinationem

Pſa. 36. v. 27. Zach. 1. v. 3. Iac. 1. v. 17. Malac. 3. v. 6.

Digitized by Google

iuſti iudicij Dei tam in parte electorum, quàm in parte reprobo- De 1. Capitulo.
rum, ſicut omninò vera eſt, veraciter confiteamur: Nemini miſericordiam Dei negantes, nemini conuerſionis gratiam derogantes, nemini aditum indulgentiæ claudentes: ſed omnibus in iniquitate permanere volentibus vtilem, & ſalubrem terrorem incutientes.

Hanc enim vtriuſque partis certiſſimam, & immobilem præ-
Heb. 6. deſtinationem Dei declarat nobis Apoſtolus, dicens: *Abrahæ*
v. 13. *namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iura-*
v. 14. *ret maiorem, iurauit per ſemetipſum dicens: Niſi benedicens bene-*
dicam tibi, & multiplicans multiplicabo te, vbi & poſt paululum
Ibid. ſubiungit: *Homines per maiorem ſe iurant, & omnis controuerſiæ*
v. 16. *eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum. In quo abundantiùs*
v. 17. *volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem*
v. 18. *conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam nobis ſpem.* Ecce in parte electorũ, qui promiſſi ſunt, vt eſſent Abrahæ filij, & hæredes noui & æterni teſtamenti, omnipotens *Deus, quia neminem habet maiorem, iurat per ſemetipſum.* Et quid intelligendum ſit per hoc iuſiurandum, docet nos Apoſtolus, videlicet, quòd hoc modo *voluerit Deus hæredibus pollicitationis ſuæ abundantiùs oſtendere immobilitatem conſilij ſui: vt per duas res*, id eſt, pollicitationis & iurationis ſuæ, *quibus impoſſibile eſt mentiri Deum*, ſiue promittentem, ſiue promiſſa ſua iurantem, *fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam nobis ſpem.*

CAPVT VI.

Cap. 6.

ERgò hæc diuina Iuratio non eſt aliud, niſi immobilis conſilij
Dei æterna, & incommutabilis prædeſtinatio: De quo im-
Pſal. 32. mobili conſilio Dei dicit Pſalmiſta: *Conſilium autem Domini in*
v. 11. *æternum manet:* Cogitationes cordis eius in generatione & gene-
Iſa. 46. ratione. Et ipſe Dominus per Iſaiam teſtatur: *Conſilium meum*
v. 10. *ſtabit, & omnis voluntas mea fiet:* Si ergò hîc per Dei iurationem
Heb. 6. ad Abraham factam docente Apoſtolo *immobilitatem conſilij*, id
v. 17. *eſt*, prędeſtinationis eius intelligimus: Ita & ibi intelligere debemus, vbi de æterno Chriſti Sacerdotio Deus iuraſſe introducitur:
Pſ. 109. dicente Pſalmiſta, *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum tu es Sa-*
v. 4. *cerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech:* Et vbi iterùm
Pſa. 131. in Pſalmo de promiſſione Dei ad beatum Dauid facta dicitur:
v. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabit eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Si ergò in his omnibus im-

Digitized by Google

De I. Capitulo. mobilitas conſilij, & prædeſtinationis Dei per ipſius iurationem intelligitur in ſaluatione electorum, ita è contrario intelligendum eſt in damnatione reproborum: vbi de eis ipſe omnipotens Deus dicit; *Ipſi verò non cognouerunt vias, quibus iuraui in ira mea, ſi intrabunt in requiem meam.* Nempè & hic iuriſiurandi immobilitas interponitur, vt nullus eorum de quibus tam terribiliter iuratum eſt, in requiem Dei intraturus credatur. Nec tamen iniuſtè: quia in impietate *ſecundùm duritiam ſuam & cor impœnitens* perdurare voluerunt, præmittente ipſo Domino: *Ipſi verò non cognouerunt vias meas*, & deinde ſubiungente: *Quibus iuraui in ira mea ſi intrabunt in requiem meam.* Pſa. 94 v. 11. d. v. 11.

Huic iurationi ſimile eſt illud, quod de contemptoribus conuiuij ſui ipſa veritas in Euangelio comminatur, dicens: *Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati ſunt guſtabit cœnam meam.* Veritatis enim dixiſſe proculdubiò iuraſſe eſt. Talis eſt & illa Dei iuratio apud Iſaïam Prophetam, vbi poſt onus Babylonis, & Regni Aſſyriorum, qui erant ſæuiſsimi hoſtes populi Dei, per quos ſicut beatus Ioãnes Apoſtolus in Apocalypſi oſtendit, ſignificatur tota ciuitas diaboli, id eſt, omnis multitudo reproborum, interponit Deus iuſiurandum de certiſsima talium perditione, dicente Propheta; *Iurauit Dominus exercituum dicens, ſi non, vt putaui ita erit: Et quomodo mente tractaui, ſic eueniet, vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: hoc conſilium, quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes: Dominus enim Deus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eſt extenta, & quis auertet eã.* In quibus verbis mirabiliter, & granditer oſtenditur, & immobilitas prędeſtinationis Dei, & ipſius prædeſtinationis effectus. Cùm tanta & tam grauia mala pereũtibus cõminatus ſub iureiurãdo dicit, *ſi non vt putaui ita erit, & quomodo mente tractaui ſic eueniet*, id eſt, ſicut cogitaui, & mẽte tractaui in æterni cõſilij prędeſtinatione, *ita erit, & ſic eueniet* in ipſarum rerũ adimpletione. Quod etiam ſequentia Prophetæ verba magnificè, & clariſſimè oſtendunt dicentis ex perſona Dei: *Hoc conſiliũ quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes.* Et mox ex ſua perſona addentis: *Dominus enim Deus exercituum decreuit, quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam?* Profectò enim in his verbis *per conſilium*, quod cogitauit Deus ſuper omnem terram, æterna eius prædeſtinatio; & *per manum* extentam eiuſdem conſilij intelligẽda eſt adimpletio. Luc. 14 v. 24. Iſa. 14. v. 24. v. 25. v. 27. v. 28. d. v. 24. d. v. 27. d. v. 28.

Et vt cognoſcamus nullum conſilio & effectui prædeſtinationis eius poſſe reſiſtere, dicitur: *Dominus enim Deus exercituum decreuit*: Vtique in æterno conſilio prædeſtinando, *& quis poterit* d. v. 28.

Digitized by Google

infirmare, vt intelligatur nullus: *Et manus eius extenta*, vtique ad ea, quæ prædeſtinauit efficienda: *Et quis auertet eam?* Intelligitur ſimiliter nullus. Cùm enim dicitur, *Dominus enim Deus exercituum decreuit*, quid eſt aliud *decreuit*, niſi prædeſtinauit, præfiniuit, ſtatuit, præfixit, pręordinauit? Ex quo manifeſtè intelligimus quid ſit prædeſtinatum, videlicet & pręfinitum, ſtatutum, pręfixum, præordinatum. Hic namque ſermo, id eſt, decreuit, etiam in Actibus Apoſtolorũ in ſimili re atque eodem ſenſu ponitur: vbi multitudo fidelium vnanimiter leuantes vocem in oratione dixerunt ad Deum. *Conuenerunt enim in hac ciuitate aduerſùm ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti Herodes, & Pontius Pilatus cùm gentibus, & populis Iudæorum facere, quæ manus tua, & conſilium decreuerunt fieri:* Vbi enim Latinus interpres ad ſenſum transferens numero plurali poſuit *decreuerunt*: in Græco ſingulari numero legitur: *Quæ manus tua & conſilium prædeſtinauit fieri.* Sicut etiam hoc ipſum teſtimonium in libro de prædeſtinatione Sanctorum B. AVGVSTINVS poſuiſſe inuenitur. Idipſum enim verbum hoc loco Græcè legitur quod & in Epiſtol. ad Romanos, vbi ſcriptum eſt: *Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit*: vbi enim nos Latinè, dicimus *prædeſtinauit*, ibi & in illa Epiſtola, & in hac ſententia de Actibus Apoſtolorum Gręcè poſitum eſt προώρισεν, quod (vt iam dictum eſt) alij propriè tranſtulerunt *prædeſtinauit*, alij *definiuit*, vel *præfiniuit*, alij *decreuit*, vel plurali numero *decreuerunt*; vbi & illud eſt valdè mirùm: quia ſicut in Propheta legitur, & *conſilium Dei*, & *manus extenta*: Ita & hîc ponitur *facere quæ manus tua*, & *conſilium decreuit*, ſiue *decreuerunt fieri*: Quod idcircò tam diligenter dicendum putauimus, vt *prædeſtinauit*, & *decreuit*, & *definiuit*, vel *præfiniuit*, idipſum ſignificare intelligatur: *Conuenerunt* ergò *aduerſùs ſanctum puerum Ieſum, quem vnxit Deus, Herodes & Pontius Pilatus facere, quæ manus & conſilium Dei prædeſtinauit, decreuit, & præfiniuit fieri:* Sed quæcunque omnipotens Deus pater vnigeniti filij ſui paſſione prædeſtinauit fieri, illi fecerunt malitiâ & impietate. Ille prædeſtinauit miſericordiâ & benignitate, illi vt nomen Chriſti delerent, ille vt eius Sanguine peccata mundi ablueret. Prædeſtinata ſunt illa omnia, vt in eius paſsione fierent, prædeſtinatum eſt, & per quos fierent: quia videlicet & iuſto iudicio Dei merito præcedentium peccatorum digni iudicati ſunt, qui ita excæcarentur, vt per eos talia complerentur. Sicut & *Iudas* ideò prædeſtinatus eſt, vt eundem Dominum Chriſtum traderet, quia dignum ſe prębuit, qui tale facinus expleret.

Marginal notes: De 1. Capitulo. — Quid prædeſtinatio importat. — d. v. 28. — Act. 4. v. 27. v. 28. — AVGVST. de præd. Sáct. cap. 16. — Rom. 8 v. 30. — Iſa. 14. v. 27. — Act. 4. v. 28. — Act. 4. v. 27. v. 28.

eum qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducet illum in ſortem impiorum, manifeſtè ſcilicet reproborum. De 1. Capitulo.

Sed & in aliis Scripturæ ſanctæ locis *ſors* pro iuſti retributione iudicij, in parte reproborum poſita inuenitur, ſicut in Iſaïa ad
Iſa. 57. plebem reprobam Deus dicit; *Hæc eſt pars tua, ſórſque menſuræ*
v. 6. *tuæ*. Et de inimicis populi Dei idem Propheta ait, *hæc eſt pars*
Iſa. 17. *eorum, qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.* Venit ergò
v. 14. *vtraque ſors*, id eſt, & populi Dei, & eorum qui alieni iudicantur à populo Dei *in ſtatutum*: videlicet, vt quemadmodum ſtatutum eſt in occulto iudicio Dei de vtriſque ſortibus, id eſt Ciuitatis Dei & ciuitatis Diaboli, ipſis rebus expleretur ex illo iam tempore, quo ab exordio mundi vſque ad finem ſæculi, hæ duæ ciuitates mixtæ corpore, mente diuiſæ temporaliter currunt, donec ad debitos fines perueniant, vel vitæ æternæ, vel mortis perpetuæ: hoc autem totum *venit in ſtatutum* coram Deo, qui ſolus nouit quàm iuſtè iſta diſpoſuerit, quàm veraciter atque efficaciter vſque ad finem ſæculi compleantur.

Hanc diſtinctionem diuini iudicij, & prædeſtinationis *duorum* videlicet *funiculorum & duarum ſortium*, quarum vna eſt populi electi, & altera omnium impiorum ita æternaliter eſſe diſpoſitam prædictus liber Eccleſiaſticus mirabiliter oſtendit di-
Eccl.16 cens: *In iudicio Dei opera ipſius ab initio, & ab inſtitutione ipſo-*
v. 26. *rum diſtinxit partes illorum:* Et alibi dicit, *Dominus homines om-*
Eccl. 33 *nes de ſolo, & ex terra, vnde creatus eſt Adam, in multitudine di-*
v. 10. *ſciplinæ Domini ſeparauit eos, & immutauit vias eorum: Ex ipſis*
v. 11. *benedixit & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applica-*
v. 12. *uit: Et ex ipſis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos à ſepa-*
v. 13. *ratione ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius plaſmare illud*
v. 14. *& diſponere. Omnes viæ eius ſecundùm diſpoſitionem eius.* Huic
ſententiæ ſimile eſt illud quod beata Iudith in oratione ſua ad
Iud. 9. Deum dicit: *Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti, & hoc*
v. 4. *factum eſt quod ipſe voluiſti, & tua iudicia in tua prouidentia po-*
v. 5. *ſuiſti.*

Quàm verò æterna ſint eius præſcientia & prouidentia, & prædeſtinationis iudicia, idem liber alibi oſtendit, dicens: *Domino* De æterna præſciētia, prouidentia, & prædeſtinatione Dei,
Eccl. 23 *enim Deo antequam crearentur, omnia fuerunt agnita: ſic & poſt*
v. 29. *perfectum reſpicit omnia. Opera omnis carnis coram illo, & non eſt*
Eccl. 39 v. 24. *quicquam abſconditum ab oculis eius: A ſæculo & vſque in ſæculum*
v. 25. *reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt dicere quid*
v. 26. *eſt hoc, aut quid eſt illud. Omnia enim in tempore ſuo quærentur.*
Eccl. 42 *Non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus*
v. 20. *ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit, quæ eſt ante ſæculum, &*
v. 21. v. 22. *vſque in ſæculum, neque abiectum eſt, neque minuitur, & non eget*

Dei. Capitulo. *alicuius conſilio. Via illorum coram ipſo ſunt ſemper ; non ſunt abſconſſa ab oculis ipſius ; & omnia opera illorum velut Sol in conſpectu Dei : Et oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis ipſorum.* Certè ipſa æterna, & incommutabilis veritas Dominus noſter IESVS-CHRISTVS de Lege & Prophetis firmiſſimè inculcat, dicens : *Dico enim vobis, quia donec tranſeat Cœlum & terra Iota vnum, aut vnus apex non præteribit ex Lege, donec omnia fiant.* Et iterùm : *Faciliùs eſt cœlum & terram tranſire, quàm de lege vnum apicem cadere.* Et de verbis noui Teſtamenti, in quibus vtique non ſola illa, quæ ore proprio locutus eſt, ſed etiam omnia, quæ & per ſanctos Apoſtolos, & Euangeliſtas dixit intelligere debemus, ita affirmat, dicens : *Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc donec omnia fiant : Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* Quicunque ergò verba vtriuſque Teſtamenti, ſiue de parte electorum, ſeu de parte reproborum dicta ſint, fideliter legit vel audit, ita ea debet accipere & tenere, tanquam verè æternaliter apud Deum preſcita, & præordinata, ac præfinita, vt omninò aliter eſſe non poſſit. v. 13. v. 16. Math. 5 v. 18. Luc. 16 v. 17. Marc. 13. v. 30 v. 31.

Quid verò illuſtrius, & magnificentius de vtriuſque partis, & reproborum ſcilicet, & electorum, & infidelium & fidelium; quorum alij, ne myſterium dominici aduentus, & priuſquam manifeſtaretur in carne, & poſteà vſque ad finem ſæculi agnoſcere poſſent, merito ſuperbiæ excæcari & repelli, alij per gratiam & pietatem fidei inluminari meruerunt, vel iuſtâ reiectione, vel gratuitâ electione, dici aut commendari potuit, quàm quod ipſe Dominus *magni conſilij Angelus*, id eſt, paternæ ac ſuæ æternæ voluntatis fidelis teſtis, ac nuntius in Euangelio Deum Patrem glorificans, eique ſuper iuſtis iudiciis ſuis gratias agens, declarat atque annunciat, dicens : *Confiteor tibi Pater Domine cœli & terra, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis :* Et mox vtrumque & excæcationem videlicet ſuperborum, & inluminationem humilium ad æternum, & incommutabile patris conſilium, atque iudicium cum ſumma laude & exultatione referens ſubiungit, dicens : *Ita Pater : quoniam ſic fuit placitum ante te :* Et ne ſe ab huius æterni conſilii, atque iudicii conſortio ſeparaſſe putaretur, poſt quam ſolitâ pietate ad Patrem, tanquam ad verum ſuæ generationis auctorem omnia retulit, ſubiunxit etiam de ſe, & ait. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo,* id eſt, & illa, de quibus dictum eſt, *abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus*, & illa de quibus adiunctum, *& reuelaſti ea paruulis :* Vt etiam meo ſcilicet, quod vtique & Patris eſt, conſilio atque iudicio, vel diſcernantur, vel damnentur, vel liberentur. Mat. 11 v. 25. v. 26. v. 27.

Digitized by Google

Ioan. 5. v. 22. v. 23. *Neque enim pater iudicat quemquam, ſed iudicium*, inquit, *omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant Patrem.* Hoc eſt admirabile, & ineffabile myſterium æterni Iudicij, tam in parte electorum, quàm etiam reproborum. — De 1. Capitulo.

Quod etiam beatiſſimus Iſaac Patriarcha repentè ſibi pleniùs ac profundiùs in duobus ſuis geminis reuelatum, velut cum Apoſtolo mente excedens, *& incomprehenſibilia Dei iudicia atque inueſtigabiles vias* contemplatus *expauit*; (vt ſcriptum eſt) *ſtupore vehementi, & vltra quam credi poteſt, admiratus eſt.* Neque enim hoc tantoperè ſtupuiſſe ac miratus eſſe credendus eſt: ſi cæcus & pius pater, aut veri ſimilitudine, aut propriâ affectione in diſcernendis filiis vel falli potuit, vel errare, ſed ſubito reuelationis ictu cor eius iluminatum, ad memoriam reduxit, quid adhuc eiſdem *geminis* in vtero matris poſitis, *cùm* (iuxta Apoſtolum) *nihil egiſſent bonum aut malum*, & tamen ambo vnâ & pari originalis reatus damnatione tenerentur adſtricti, ſolâ diuini iudicij diſcretione dictum fuerit, *quia maior ſeruiet minori*, quod poſteà manifeſtiùs per Prophetam Deus inculcat, dicens: *Iacob dilexi, Eſaü autem odio habui.* Hæc itaque ſubitâ ſpiritus inluſtratione ſanctus Patriarcha recolens, & intelligens, vidit in duobus vno concubitu ſatis, pari primæ præuaricationis conditione damnatis, necdum natis, necdum proprio actu quicquam boni, vel mali promeritis, mirabile & terribile iudicium Dei, videlicet, vt vnum gratìs diligeret & eligeret, alterum iuſtè odiſſet, ac reprobaret: *Et velut figulus poteſtatem habens ex eadem maſſa faceret aliud quidem vas in honorem, & aliud in contumeliam.* Vidit certè in illis duobus incommutabile conſilium Dei, cùm nec volente & ſatagente ac deſiderante patre potuiſſet vllatenùs quod prædictum & prædeſtinatum fuerat mutari: ſed diuinitùs diſpoſito ac præfinito rei ordine, etiam per neſcientem ille præferretur, ille benediceretur, qui adhuc in vtero conſtitutus, arcano Dei iudicio, & dilectus fuerat, & prælatus.

Marginalia: Gen. 27. v. 33. — Diſcretio electorum & reproborum in Iacob & Eſaü figurata. — Rom. 9. v. 11. — Gen. 25. v. 23. — Mal. 1. v. 2. — Rom. 9. v. 21.

Vidit hoc in illis duobus tam grande & profundum myſterium conſilij Dei: & quod in illis vidit ipſo reuelationis inſtinctu, etiam in totius humani generis diſcretione ab initio vſque ad finem ſæculi fieri cognouit, ſiue in duobus populis circuncifionis, & præputij, ſiue in omni generaliter plenitudine electorum, ſeu reproborum, videlicet quòd omnes *ex vna maſſa* iuſtè damnata deſcendant. Quòd omnipotens *figulus* æterno & incommutabili conſilio iudicij ſui *ex eadem maſſa* alios faciat per iuſtitiam *vaſa iræ*, alios per gratiam *vaſa miſericordiæ*: & ita Dei conſilium atque iudicium ratum ſit, atque immobile; vt tamen nemo niſi iuſtè

Der. Capitulo. damnetur, nemo niſi miſericorditer liberetur. Vidit hoc impenetrabile profundum iudiciorum Dei ſanctiſſimus Patriarcha *in duobus geminis* deſignari, in vniuerſitate humani generis expleri, Habac. & tanquam cum Propheta exclamans: *Domine audiui auditum* 3. v. 2. *tuum & timui, conſideraui opera tua, & expaui: Stupuit ſtupore ve-* Gen. *hementi, & vltra quam credi poteſt, admiratione perculſus eſt.* Sicut & Pſalmiſta ſuper eadem profunditate admiratus, atque ob- 27. v. 33. Pſal. 91. ſtupefactus clamat: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.* Nec fruſtrà Apoſtolus ad v. 6. Rom. Electio gratuita. Reprobatio iuſta. Romanos ſcribens, & de altitudine præſcientiæ & prædeſtinationis diuinæ attentiſſimè diſputans, vt quicunque ſaluantur non 8. v. 28. &c. ſuis meritis aut viribus, ſed omninò ſolâ Dei gratiâ ſaluari intelligantur, iuxta ſempiternum propoſitum voluntatis ſuæ, quos voluit, præſcientis, prædeſtinantis, vocantis, iuſtificantis, & glorificantis; non fruſtrà, inquam, de talibus diſputans & vehementer inculcans, cùm pleraque poſteà & alia poſuiſſet, iſtud velut præcipuum & maximum elegit teſtimonium vel exemplum de præfatis videlicet geminis, quod primo loco poneret ad tam profundum myſterium probandum & cõmendandum. Totum nam- Rom. que in eo breuiter comprehenditur cùm ait; *Vt ſecundùm electio-* 9. v. 11. *nem propoſitum Dei maneret; non ex operibus, ſed ex vocante dictum* &c. *eſt, quia maior ſeruiet minori.* Ibi enim eſt electio Dei gratuita, id Gen. 25. eſt abſque operibus in Iacob, ibi propoſitum æternæ voluntatis v. 23. eius, quod vtique ſine præſcientia & prædeſtinatione eſſe non Mal. 1. poteſt: ibi vocatio quia *non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt,* v. 2. & *maior ſeruiet minori.* Et ſicut electio gratuita eſt in Iacob, de quo 3. dictum eſt *Iacob dilexi:* Ita iuſta damnatio in Eſaü, de quo adiungitur: *Eſaü autem odio habui.*

Hoc diuinorum iudiciorum in vtramque partem profundũ myſterium ex auctoritatibus Propheticis, & Apoſtolicis firmiſſimè tenet Eccleſia; quia nimirum præcipuè pertinet ad commendan- 1. Cor. dam, & declarandam gratiam Chriſti, *vt qui gloriatur, in Domi-* 1. v. 31. *no glorietur.* Abſconditum quidem à ſæculis in Deo, ſed inter ſcripturas Prophetarum Eccleſiæ eius inter cætera, quæ ad myſterium ſaluatoris pertinent, prædicatione patefactum Apoſtolicâ, Rom. dicente eodem Apoſtolo in fine præfatæ Epiſtolæ ad Romanos: 16. v. *Ei autem qui potens eſt vos confirmare ſecundùm Euangelium* 25. *meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundùm reuelationem my-* v. 26. *ſterij æternis temporibus taciti, quod nunc patefactum eſt per ſcri-* Eph. 3. *pturas Prophetarum, &c.* Et alio loco; *Prout poteſtis legentes in-* v. 4. *telligere prudentiam meam in myſterio Chriſti, quod alijs genera-* v. 5. *tionibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc manifeſtatum eſt*

Digitized by Google

ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in ſpiritu, &c. Et iterum: *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo qui omnia creauit.* Licet enim totum quod de Domini noſtri diuinitate, atque incarnatione per Apoſtolos annunciatur, generaliter *magnæ pietatis myſterium* ſit *temporibus æternis tacitum, nec aliis generationibus filiis hominum agnitum, & à ſæculis in Deo, qui omnia creauit, abſconditum; nunc autem per ſcripturas Prophetarum & prædicationem Apoſtolorum manifeſtatum*: Tamen etiam ſpecialiter iſtud de inſcrutabilibus diuinis iudiciis, & diſpoſitionibus, ſiue in excæcatione infidelium, ſiue in illuminatione fidelium apertè, & præcipuè myſterium appellatur: dicente Apoſtolo. *Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vo-* De I. Capitulo.

Rom. 11. v. 25. *biſmetipſis ſapientes: Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec*

v. 26. *plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.*

Cap. 8.

CAPVT VIII.

De prædeſtinat. reproborum ad interitum.

HAnc ſcripturæ Dei veritatem, atque auctoritatem ſecutus beatiſſimus Pater, & egregius Doctor *Auguſtinus*, & de prædeſtinatione Sanctorum librum luculentiſſimum ſcripſit, & de prædeſtinatione etiam reproborum iuſto iudicio Dei ad interitum, & ibi, & in aliis opuſculis ſuis ſæpiùs memorauit. Sicut in « libro de perfectione iuſtitiæ hominis maniſeſtiſſimè oſtendit, di- « cens: Quomodo ergò dictum eſt, *non eſt qui faciat bonum, non* « *eſt vſque ad vnum*, niſi quia populum quemdam Pſalmus ille cul- « pat, in quo nec vnus erat, qui faceret bonum, dum volunt rema- « nere filij hominum, & non eſſe filij Dei, cuius gratiâ homo fit « bonus, vt faciat bonum:] & poſt paululum: Hoc ergo, inquit, « bonum, quod eſt requirere Deum, *non erat qui faceret, non erat vſque ad vnum.* Sed in eo genere hominum, quod prædeſtinatum « eſt ad interitum. Superbos enim reſpexit Dei præſcientia, protu- « lítque ſententiam.] Item, de ciuitate Dei, libro decimo quin- « to. Ira, inquit, Dei non perturbatio animi eius eſt, ſed iudicium, « quo inrogatur pœna peccato: Cogitatio verò eius, & recogita- « tio mutandarum rerum eſt immutabilis ratio. Neque enim ſicut hominem, ita Deum cuiuſquam facti ſui pœnitet: Cuius eſt de omnibus omninò rebus tam fixa ſententia, quàm certa præſcien- « tia.] In tractatibus quoque quos in expoſitionem Ioannis Euan- « geliſtæ ad populum loquitur, de hac re ita dicit. Quod verò ſe- « quitur, *propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis*: Eis dictum «

Augvstin. De perfect. iuſtit. c. 13.

Pſa. 13. v. 1.

Ibidem.

De ciuit. Dei lib. 15. cap. 25.

Avgvst. in Ioannem tract. 42.

Ioan. 8. v. 47.

Digitized by Google

De I. Capitulo. » eſt, qui non ſolùm peccato vitioſi erant: Nam hoc malum commune erat omnibus, ſed etiam præcogniti, qui non fuerant credituri. Quapropter præſciebat illos, quibus talia dicebat, in eo permanſuros, quod ex diabolo erant, id eſt, in ſuis peccatis atque impietate morituros, nec venturos ad regenerationem, in qua eſſent filij Dei, ſecundùm hanc prædeſtinationem locutus eſt Dominus, &c.] Item ibi: Iſti autem indignantes, mortui, & morti ſempiternę prędeſtinati reſpondebant conuitioſè & dicebant: *Modò cognouimus, quia dæmonium habes.*] Item alio loco, exponens verba Domini quibus ait de ouibus ſuis, *& non rapiet quiſquam eas de manu mea.* Quid poteſt, inquit, *lupus*, quid poteſt fur & latro? Non perdunt niſi ad interitum prædeſtinatos.] Item alio loco: Qui enim, inquit, certis & immutabilibus cauſis omnia futura prædeſtinauit, quicquid facturus eſt fecit. Nam & per Prophetam de illo dictum eſt, *qui fecit quæ futura ſunt.* Et alibi: *filius*, (inquit) *perditionis* dictus eſt traditor Chriſti perditioni prędeſtinatus, ſecundùm ſcripturam, quâ de illo in Pſalmo centeſimo octauo maximè Prophetatur.

Ibid. tract. 43. Ibid. tract. 48. Ibid. tract. 107. Iſa. 45. v. 11. Ioan. 17. v. 12. Pſ. 108. v. 8.

» De diuina quoque præſcientia, quâ omnia futura vel bona vel mala immutabiliter nouit: Nec tamen eâ aliquem ad peccandum compellit, in eiſdem tractatibus ita loquitur: Non enim propterea Deus quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Fecerunt ergo peccatum Iudęi, quod eos facere non compulit, cui peccatum non placet, ſed facturos eſſe prædixit, quem nihil latet. Et ideo ſi non malum, ſed bonum facere voluiſſent, non prohiberentur, & hoc facturi pręuiderentur ab eo, qui nouit quid ſit quiſque facturus, & quid eis ſit pro eius opere redditurus.] Hanc diuinæ prędeſtinationis veritatem per ſcripturas multipliciter declaratam, & à ſanctiſſimo doctore fideliter commendatam etiam antiquiſſimus & beatiſſimus doctor, & magiſter *Cyprianus* clariſſimè docet, dicens: Qui omne iudicium à patre ſolus accepit, & qui venturus eſt iudicaturus, iam iudicij & cognitionis futuræ ſententiam protulit, prænuncians, & conteſtans *confeſſurum ſe coram patre ſuo confitentes, & negaturum negantes.*] Item cum de his, qui in perſecutione comprehenſi pro Chriſto vſque ad mortem dimicant, & de his, qui infirmitatis ſuę conſcij cautè ſecedunt, diſputaret, ſic ait: Illic fortitudo promptior, hic ſollicitudo ſecurior. Ille appropinquante horâ ſuâ iam maturus inuentus eſt, hic fortaſsè dilatus eſt, qui patrimonio derelicto idcirco ſeceſſit, quia non erat negaturus: Confiteretur vtique & ipſe ſi fuiſſet detentus.] Item alibi cùm tempore mortalitatis conſolaretur eum, qui ſe dole-

Præſcientia Dei nullum ad peccandum compellit. Ibid. tract. 53. S. Cypr. Math. 10. v. 32. Idem. Idem.

bat morte præueniri, ne ſe offerre poſſet ad paſſionem marty- De 1. Ca-
rii, ita dicit. Primo in loco non eſt in tua poteſtate, ſed in Dei " pitulo.
dignatione martyrium: Nec potes te dicere perdidiſſe, quod "
neſcis an merearis accipere, &c.] Item alio loco: Neque enim "
Mat.15. (inquit) poteſt perire, niſi quem conſtat eſſe periturum: Cùm "
v.13. Dominus in Euangelio ſuo dicat: *Omnis plantatio, quam non* "
plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur.] Item alibi dicit: Do- "
minus in perſecutione ſecedere & fugere mandauit, atque vt id "
fieret & docuit & fecit. Nam cùm corona de Dei dignatione "
deſcendat, nec poſſit accipi, niſi fuerit hora ſumendi, quiſquis "
in Chriſto manens interim cedit, non fidem negat, ſed tempus "
expectat. Qui autem cùm non ſecederet, cecidit, negaturus re- "
manſit.] "

Hanc præſcientiæ & prædeſtinationis diuinæ immobilem fir-
mitatem beatus quoque *Hilarius*, ita docet dicens: Deo nam- " S. Hila-
que complectenti in ſe omnia, futura pro factis ſunt. Cuius tam " rivs.
fidelis præſcientia eſt, vt quæ nondum geſta ſunt, tamen iam "
ab eo & pro præteritis habeantur, & geſtis.] Et iterum: Dignum " Idem.
eſt enim, inquit, vt miſerabilem populi caſum, & impietati "
eius debitam pœnam, & poſt longæ ſeruitutis ſufficientem pec- "
catis grauibus ſatisfactionem, & miſericordem in eos Dei (in- "
dulto reditu) voluntatem, ſecundùm prouidentem ſcientiam "
Prophetiæ ſpiritus loquatur.] Item cùm illud de Pſalmo expo- "
Pſal. neret, *Et ſurrexi & adhuc tecum ſum: Surrexi*, inquit, ad reſur- " Idem in
138.v. rectionis gloriam ſpectat: ſed ſecundùm præſcientiam Dei, id " Pſal. 138.
18. quod futurum eſt, tanquam præteritum loquitur: Quia Deo " v.18.
ob ſcientiam, & virtutem quæ futura ſunt, facta ſunt: vt etiam "
noſmetipſi facta eſſe exiſtimamus, quæ futura eſſe confidimus.] " Idem ibid.
d.v.18. Item cum exponeret illum locum Pſalmi vbi dicitur, *Dinume-* "
rabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur, de certo & prædeſti- "
nato electorum numero ſic ait; Nunquid numerus incertus eſt, "
qui in libro Dei ſcribuntur? Ergo nulla eſt difficultas in nume- "
ro, quorum veritas manet in ſcripto.] "

Hanc diuini iudicij in vtramque partem tam bonitatem, quàm " S. Ambro-
ſeueritatem etiam beatiſſimus *Ambroſius* ex verbis Epiſtolæ " sivs in Pſa.
ad Romanos in expoſitione Pſalmi centeſimi decimi octaui, ita " 118.
Rom. breuiter confirmat dicens: *Ergo cuius vult miſeretur, & quem* "
9.v.18. *vult indurat:* Hunc, inquit, miſeratus hortatur: Illum non re- "
uocat execratus.] Item alibi: Deus, inquit, omnipotens pater "
in Moyſi facie *excæcauit populum Iudæorum* non duritiâ, ſed "
præſcientiâ, nec malitiâ, ſed æquitate atque iuſtitiâ. Ipſi enim " Idem.
ſibi poſuere velamen, qui legem intelligere noluerunt.] Item "

Digitized by Google

De 1. Capitulo. » in libris de fide ad Gratianum de eadem re hic dicit: Hæc con-
» ſuetudo eſt Prophetiæ, vt quæ futura ſunt, vel quaſi præ-
» ſentia, vel quaſi futura dicantur: Deo enim, quæ ſunt futu-
» ra, præſentia ſunt: Et ei, cui præcognita ſunt omnia, ven-
» tura pro factis ſunt; ſicut Scriptum eſt, *Qui fecit quæ futura* LXX.
» *ſunt.* Iſa. 45. v. 11.

S. Hieronymvs. Beatus etiam *Hieronymus* de eadem re diſputans in expoſitio-
ne Epiſtolæ ad Epheſios: ita clariſſimè dicit: conſiderandum
» quòd & hìc προορισμὸς; & πρόθεσις, id eſt prædeſtinatio, & pro-
» poſitum ſimul poſita ſunt, iuxta quæ operatur omnia Deus ſe-
» cundùm conſilium voluntatis ſuæ; Non quo omnia quæ in mun-
» do fiant, Dei voluntate & conſilio peragantur: alioquin & mala Eph. 1. v. 11.
» Deo poterunt imputari. Sed quo vniuerſa quæ faciat cum conſi-
» lio faciat & voluntate, quæ ſcilicet ratione plena ſit & poteſta-
» te facientis: Nos homines pleraque volumus facere conſilio, ſed
» nequaquam voluntatem ſequitur effectus: illi autem nullus re-
» ſiſtere poteſt, quin omnia quæ voluerit faciat. Vult autem ea,
» quæ ſunt plena rationis atque conſilij.] Item alibi in eiuſdem E-
Idem ibid. » piſtolæ commentariis. Quod autem, inquit, *electos nos, vt eſſe-* Eph. 1. v. 4.
» *mus ſancti & immaculati coram ipſo*, hoc eſt, coram Deo ante fa-
» bricam mundi teſtatus eſt, ad præſcientiam Dei pertinet, cui
» omnia futura iam facta ſunt, & antequam fiant, vniuerſa ſunt
» nota: ſicut & *Paulus* ipſe prædeſtinatur in vtero matris ſuæ: Gal. 1. v. 15.
» & *Hieremias* in vulua matris ſuæ ſanctificatur, eligitur, ro-
» boratur, & in typo Chriſti Propheta Gentibus mittitur.] Et Hier. 1. v. 5.
» poſt aliqua: Non ait Paulus, inquit, *elegit nos ante conſtitutio-*
» *nem mundi, cùm eſſemus ſancti & immaculati*, hoc eſt, quia Eph. 1. v. 4.
» ſancti & immaculati antè non fuimus, vt poſteà eſſemus conſti-
» tuit. Non enim eliguntur Paulus, & qui ei ſimiles ſunt, quia
» erant ſancti & immaculati, ſed *eliguntur* & prædeſtinantur, *vt* in
» conſequenti vita per opera atque virtutes ſancti & immaculati
» fiant.

B. Leo. » Sed & *Beatus Leo* de vtriuſque prædeſtinationis æterno apud
» Deum conſilio, in ſermonibus ſuis ad populum ita euidenter do-
» cet, dicens: In ſaluandis enim omnibus per crucem Chriſti com-
» munis erat voluntas Patris & Filij: Commune conſilium, nec
» vllâ poterat ratione turbari, quod ante æterna ſęcula, & mi-
» ſericorditer erat diſpoſitum, & incommutabiliter præfinitum.]
» Item alio loco: Cùm ergo omnia, quæ in Domino maieſta-
» tis Iudaïca admiſit impietas, tantò ante prædicta ſint, vt non
» tam de futuris, quàm de præteritis Propheticus ſit ſermo con-
» textus, quid aliud nobis, quàm ſempiternarum diſpoſitionum

Dei

Dei incommutabilis ordo reſeratur: apud quem diſcernenda iam « Dei. Capitulo.
iudicata, & futura iam facta ſunt. Cùm enim & qualitates actio- «
num noſtrarum, & effectus omnium voluntatum ſcientia diuina «
præueniat, quantò magis nota ſunt Deo opera ſua? & rectè pla- «
cuit quaſi facta recoli, quæ non poterant omninò non fieri.] «

Beatus qnoque Antiſtes & glorioſus confeſſor *Fulgentius*: De hac iudicij in vtramque partem præſcientia, & prædeſtinatione egregium librum ſcribit; Qui, ſicut & cætera eius admiranda & veneranda ſcripta, ſemper ab Eccleſia fideliter receptus, & inter ſcriptores Eccleſiaſticos laudabiliter annumeratus eſt. Et nunc neſcimus quâ ratione, immò infidelitate & contentione ſimul cum Beato *Augustino* abijcitur. Et ab eis qui Catholici videri volunt, tales, ac tanti viri Dei iniquiſſimè injuriati, & ſpreti, velut quiſquiliæ & purgamenta viliſſima conculcantur. Et eſt nimis mirabile, immò horribile, quomodo, vt ſuis adinuentionibus & ineptiis credatur, exigant, cùm ipſi beatiſſimos Patres, & inluſtriſſimos Doctores Eccleſiæ abiecerint: Ac per hoc niſi ſe citiùs corrigere ſtudeant *veriſſimè hæretici* Iudicari poſſunt; Qui fidei, & charitati, & ſinceriſſimæ Patrum doctrinæ non communicant: ſed inſuper cum ipſis etiam Scripturæ Sanctæ cœleſtem authoritatem contemnunt. Nam ſi illum fideliſſimum copioſiſſimum & florentiſſimum librum *Beati Fulgentij* cum pietate & obedientia legere & intelligere ſtuduiſſent, profectò in hac *obſcuriſſima quæſtione* de præſcientia & prædeſtinatione diuina (Deo aſpirante atque inluminante) nulla erroris caligo in eorum cordibus remanſiſſet. Ait namque præfatus doctor inter cætera in libro iam dicto:

Laus Fulgentii.

Nota.

Fulgentius.

Quod «
ergò ante gehennam mali pereunt, non eſt diuini operis, ſed hu- «
mani: quod autem in gehenna perituri ſunt, hoc facit Dei æqui- «
tas., cui nulla placet peccantis iniquitas] Et iterùm. Prædeſtina- «
tionis, inquit, nomine non aliqua voluntatis humanæ coactitia ne- «
ceſſitas exprimitur, ſed miſericors & iuſta futuri operis diuini ſem- «
Pſ. 100. v. 1. piterna diſpoſitio prædicatur. *Deo*, namque, *miſericordiam, & iu- «
dicium cantat Eccleſia.*] «

Itē ibi: Proinde, inquit, potuit ſicut voluit prædeſtinare quoſdam « Idem.
ad gloriam, quoſdam ad pœnā: Sed quos prædeſtinauit ad gloriam «
prædeſtinauit ad iuſtitiam: Quos autē prædeſtinauit ad pœnam, «
non prædeſtinauit ad culpā. In illis ergò opera ſua glorificat; in iſtis «
autem opera non ſua condemnat. Hoc itaque prædeſtinauit Deus, «
quod erat ipſe facturus, aut quod fuerat largiturus; illud verò «
nullatenùs prædeſtinauit, quod ſiue per gratiam, ſiue per iuſti- «
tiam facturus ipſe non fuit.] Item ibi: Mala quippè voluntas non « Idem.
pertinet ad optimum creatorem: Iuſta verò iniuſti Angeli, homi- «
niſque damnatio pertinet ad æquiſſimum cognitorem. Ad volun- «

Digitized by Google

De I. Capitulo.

» tatem igitur malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia ho-
» mini eam daturus ipſe non fuit.] Et iterùm. Neque enim eſt alia
» eius prædeſtinatio niſi futurororum operum eius æterna præpara-
» tio, in qua nulla cauſa mali vllatenùs poterit inueniri: quia ex vo-
» luntate Dei nunquam proceſſit origo peccati. *Miſericors* enim Pſ.114. v.5.
» *Dominus & iuſtus*: De quo alio loco Scriptum eſt: *Miſericordiam*
» *& veritatem diligit Dominus Deus.* In omnibus ergò operibus Pſal.24 v.12.
» eius aut iuſta veritas cuſtoditur, aut pia miſericordia prærroga-
» tur.] Item ibi: Dei enim prædeſtinatione aut peccatorum præpa-
» rata eſt pia remiſſio, aut peccatorum iuſta punitio. Nunquam
» igitur Deus hominem ad hoc potuit prædeſtinare, quod ipſe diſ-
» poſuerat & præcepto prohibere, & miſericordiâ diligere, & iuſti-
» tiâ punire.] Itémque ibi: Deus itaque omnia hominum opera ſiue
» bona, ſiue mala præſciuit, quia eum latere nihil potuit: ſed ſola
» bona prædeſtinauit, quæ ſe in filiis gratiæ facturum eſſe præſci-
» uit: mala verò futura opera illorum, quos non prædeſtinauit ad
» regnum, ſed ad interitum, præſciuit potentiſſimâ deitate, ordi-
» nauit & prouidâ bonitate.] Et iterùm: Præſciuit enim voluntates
» hominum bonas & malas: prædeſtinauit non malas, ſed ſolas bo-
» nas: Et licet in eius prædeſtinatione non fuerit, vt malitiam vo-
» luntati humanæ dediſſet, fuit tamen in eius prædeſtinatione,
quid humanæ voluntatis malitiæ reddidiſſet.

Cap. IX.

CAPVT IX.

HÆc præfatus venerabils Doctor in libro, quem ſuprà memorauimus, iuxta Scripturæ Sanctæ veritatem, & præcedentium Patrum reuerendam auctoritatem, & multa alia, quę ad præſentem quæſtionem ſufficiunt, claro ſermone diſſeruit: Quem nos fideliter diſputantem, & majorum veſtigia piè ſequentem obedienter, & ſinceriter ſequi debemus: quia & hoc ad fidei noſtræ integritatem pertinet, vt ſicut in cæteris, quæ de Deo credimus, ita & in hac parte nihil indignum diuinâ majeſtate, nihil falſum de diuinis iudiciis ſentiamus. Præſertim cùm huius prædeſtinationis veritas, & fidei in nobis ædificet ſinceritatem, & nulli præbeat deſperationis offenſionem, & cunctis, qui in ſuis vitiis pernicioſè, & pertinaciter viuere delectantur, ſaluberrimum timorem ingerat. Nam de contemptu, & abjectione beatiſſimorum atque illuſtriſſimorum Patrum, qui à multis nimis inſolenter, atque inreligioſè conculcantur, quid nobis aliud ſentiendum, niſi vt contrà hæc magis audiamus, & obſeruemus quid Scriptura de eiſdem Sanctis Patribus præcipit dicens: *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi*: Nè incurramus in illud quod per Salomonem dicitur: *Malum eſt homini dejerare ſanctos, & poſt*

Patribus antiquis adhærendum.

Deut. 32.v.7. Prou. 20.v.5.

Digitized by Google

vota retractare: Simúlque parentibus ſpiritualibus (quorum fide, doctrinâ in Chriſto generati ac regenerati ſumus) inobedientes,& contemptores Scripturæ, quę dicit: *Audi fili mi diſciplinam patris tui*, id eſt omnipotentis Dei, *& ne dimittas legem matris tuæ*, id eſt ſanctę Eccleſię dogmata & ſtatuta fidelia, quę non tantùm vt legitima, ſed verè, vt legem obſeruare debemus: quia per Spiritum Sanctum edita, minimè dubitamus.

Dei. Capitulo.

Prou. 1. v. 8.

Denique *de Beati Auguſtini libris* & ſcriptis in quibus ex neceſſitate nouæ, id eſt Pelagianæ hęreſis deſtruendę, & fidei Catholicę defendendæ inſtantiſſimâ intentione de natura & gratia, de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia, de prædeſtinatione Sanctorũ & bono perſeuerantiæ, ac baptiſmo paruulorum, iuxta profunditatem Scripturæ ſanctæ, & Euangelicæ atque Apoſtolicæ doctrinæ regulam multipliciter diſputauit, adhuc ipſo viuente ſicut Proſper & Hilarius ad eundem ſcribunt: & multò magis poſt obitum eius propter obſcuritatem rerum, & tarditatem minus intelligentium, multiplex querela, maximè intrà Gallias exorta eſt: ſed continuò per diuinæ miſericordiæ prouidentiam, & Conciliis ac ſtatutis beatiſſimorum Patrum, & decretis atque auctoritate Apoſtolicę ſedis Pontificum ſolertiſſimè ſedata, atque ſanata: ita vt ſtultis & indiſciplinatis quæſtionibus ſilentium imponeretur, & ſanctiſſimi ac ſinceriſſimi Doctoris auctoritas in omnibus Eccleſiis, atque in ipſa ſede Apoſtolica confirmaretur. Denique beatiſſimus Papa *Cæleſtinus*, cuius auctoritate & induſtria Neſtoriana hæreſis ſurgens, cum ſuo auctore oppreſſa eſt, contra tanti viri reprehenſores, vel potiùs calumniatores, ſicut in libris canonum inter decreta Pontificum Romanorum continetur, ſcripſit ad Epiſcopos Galliarum, tantâ reuerentiâ & laude illum commendans, vt eiuſdem Scripturę iſte ſit titulus: De ſancto « Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio: & huic titulo ſubjun- « gantur verba præfati Pontificis, quę ita ſe habent: Auguſtinum « ſanctæ recordationis virum pro vitâ ſuâ, atque meritis in noſtra « communione ſemper habuimus: Nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpi- « cionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe me- « minimus, vt inter magiſtros optimos etiam à meis ſemper deceſ- « ſoribus haberetur. Benè ergò de eo omnes in commune ſenſerunt, « vtpotè qui vbiquè cunctis, & amori fuerit, & honori: vnde reſi- « ſtatur talibus, quos malè creſcere videmus. Nefas eſt hæc pati re- « ligioſas animas, quarum afflictatione, quia membra noſtra ſunt, « nos quoque conuenit macerari. Quamuis maneat hos beatitudo « promiſſa, quicunque probantur perſecutionem propter iuſtitiam « ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum ſequens « ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolorum. Vniuerſalis «

Auctoritas S. Auguſtini per totam Eccleſiam confirmata.

Coelestinus Epiſtolâ ad Epiſcopos Gallorum.

Mat. 5. v. 10.

Digitized by Google

De 1. Capitulo. » Eccleſia quâcunque nouitate pulſatur, intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere: Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio de tali re in poſterum querela ceſſabit.]

Hunc igitur beatiſſimum & fideliſſimum Patrem ſemper in communione ſedis Apoſtolicæ habitum, & ab eius etiam Pontificibus inter magiſtros fidei doctrinæ venerabiliter receptum, & ab ipſis tam clarè, & honorificè contra obtrectantes & obloquentes defenſum, ita vt impoſito improbis ſilentio, omnem de eo muſſitationem comprimendam, ac repellendam decernerent, etiam nos totâ fidei deuotione honoremus, toto ſtudio & intentione pietatis ſequamur: Et in quibus propter obſcuritatem rerum, & ſubtilitatem diſputationum minùs eum intelligere poſſumus, vel à Domino intelligentiam poſtulemus, vel ab eis, quos ipſe ſuo dono illuminare dignatus eſt, humiliter nos doceri patiamur ac deprecemur.

Nam quod eſt magìs dolendum, & amore diuinæ veritatis penitùs deteſtandum circumferunt quidam libellum velut ipſius nomine titulatum, quem Græco vocabulo ὑπομνηστικὸν appellant, quem neque ille ſanctus Epiſcopus, qui vtique vitam ipſius ſcripſit, & indicem omnium librorum ſiue Epiſtolarum eius diligentiſſimè in fine eiuſdem ſcripturę ſubjunxit, qui vtique omnia eius ſcripta optimè nouerat, vtpotè ab ipſo nutritus, & cum eo multis curriculis annorum conuerſatus inter cęteros libros eius memorat. Neque vllus ferè Eccleſiaſticus ſcriptor eius mentionem facere inuenitur, & ideò falsâ ſuperſcriptione titulatum minimè dubium eſt. Hunc ergò iſti relictis eius authenticis & clariſſimis libris, quos vniuerſa Eccleſia ſequitur, confingunt ſuo errore atque mendacio, velut poſt omnes libros ſuos præfatum Pontificem vltimum conſcripſiſſe: & aſſerunt, quòd quicquid in prçcedentibus libris ſuis de gratia & libero arbitrio, de prædeſtinatione & præſcientia Dei perperàm dixerat, in iſto correxit. Quod omninò abſit à nobis, vt tam nefarium commentum ſuſcipere patiamur: vt propter iſtiuſmodi librum (qui neque in catalogo librorum eius, neque in libris Retractationum eius, neque in ſcriptis alicuius viri Eccleſiaſtici fortè memoratus reperitur, & manifeſtiſſimè prędicti doctoris ſenſibus, imnò Catholicę ſinceritati probatur aduerſus; Nec ipſo ſtylo vllatenùs cum eius eloquio conſonat) abijciamus clariſſima veritatis dogmata, quæ in veriſſimis & probatiſſimis libris eius, non ſolùm in cæteris mundi partibus, ſed etiam in ipſa ſede Apoſtolica, omnis Catholica ſuſcipit, & ſeruat Eccleſia. Quę omnia idcircò tam diligenter replicanda credidimus, vt tantum malum de contemptu & abjectione ſanctiſſimorum Patrum, tantum

Possidius Liber hypognoſticon non eſt Auguſtini.

Nota.

mendacium de libris fideliſſimi & ſinceriſſimi Doctoris, per quod clariſſimam veritatem reſpuendam, & fallaciarum vmbras ac nebulas ſequendas iſti perſuadent, penitus à noſtris animis repellamus. Quia ſi iſtiuſmodi fallaciam incautè ſuſcipimus, intrat putredo de veneno ſerpentis, & nihil integrum remanebit. Dei. Capitulo.

Proferunt & alium libellum, velut ſub *nomine ſancti Hieronymi de libero arbitrio conſcriptum*, quem vtique clariùs debent oſtendere, vt probetur, ſi verè ipſius eſſe credendus ſit. Nos enim ſcimus eundem Sanctum Hieronymum in quodã opere de libero ſcripſiſſe arbitrio, & poſuiſſe duas quorumdam opiniones, quarum vnam ſequitur, alteram omninò reſpuit Eccleſia. Caueamus itaque (inquantùm Deo auxiliante poſſumus) mendacia aduersùs fidem & veritatem ſurgentia: Et maximè hoc tempore, quando terribili Dei iudicio, & ignorantia maior in hominibus cœpit ſuccreſcere, & multiplex error liberiùs pullulare. Sed & ſi quis in ratione fidei vel errat, vel errare putatur, vtique non mendacio vincendus eſt, ſed veritate, ſicut & *Beatus Auguſtinus* ad quendam ſcriptorem improuidum Vincentium victorem dicit: Nos te ita volumus eſſe « victorem, vt veritas vincat errorem, non error errorem, &, quod « eſt peius, maior minorem.] De libro de induratione Pharaonis. Nota.

Hæc de primo capitulo definitionum neceſſariò dicta ſint, vt & ſi quid ſurgente obſcurâ, & perplexâ quæſtione de præſcientia & prædeſtinatione diuina inconſideratiùs, atque inconuenientiùs dictum eſt, non contentiosè defendatur, nec Synodali etiam auctoritate fulciendum putetur: ſed potius agnitâ diuinâ veritate, & receptâ humiliter paternâ auctoritate velociùs, & attentiùs corrigatur.

CAPVT X. Cap. 10.

SEQVITVR ſecundum earundem definitionum capitulum, cuius verba hæc ſunt.

SECVNDVM CAPITVLVM. 2. Capitulum.

Libertatem arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recipimus, & habemus liberum arbitrium ad bonum, præuentum, & adiutum gratiâ: Et habemus liberum arbitrium ad malum, deſertum gratiâ. Liberum autem habemus arbitrium, quia gratiâ liberatum, & gratiâ de corrupto ſanatum.]

CENSVRA.

Mirum eſt igitur, cur hoc tam confusè & obtusè, ac decurtatè de libero arbitrio definitum ſit, cùm Domino largiente abundent in Eccleſia eius ſanctorum atque orthodoxorum Patrum de hac re pleniſſimæ & clariſſimæ definitiones: in quibus nec addendum aliquid fuerat, nec ſubtrahendum, quia & quod fidei Catholicæ neceſſarium eſt, pleniſſimè continent: & ſi qui inde ſubtrahatur,

Digitized by Google

De vera Chriſti gratia & libero arbitrio.

veritatis integritas violatur. Et quibus paternis & Eccleſiaſticis definitionibus, exempli gratiâ, hæc pauca proponimus.

I. Ex Epiſtola Cœleſtini Pap. cap. 4. — I. In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe: & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerantis erexerit.

II. Ibid. cap. 7. — II. Qvod nemo niſi per Chriſtum libero benè vtatur arbitrio.

III. Cap. 8. — III. Qvod omnia ſtudia & omnia opera ac merita ſanctorum ad Dei gloriam laudémque referenda ſint, quia nemo aliundè ei placeat, niſi ex eo quod ipſe donauerit.

IV. Cap. 9. — IV. Qvod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium omníſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit: quia per illum aliquid boni poſſumus ſine quo nihil poſſumus.

V. Cap. 12. — V. Omnivm ſtudiorum omniúmque virtutum, quibus ab initio fidei ad Dominum tenditur, Deum profitemur auctorem; Et non dubitamus ab ipſius gratia omnia hominis merita præueniri per quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere: Quo vtique auxilio & miſericordia Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur: vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum; de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona: Et pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippè in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus.

VI. Ex Avgvstini Epiſtola 107. — VI. Fatemvr gratiam Dei & adjutorium etiam ad ſingulos actus dari; Eámque non dari ſecundùm merita noſtra, vt vera ſit gratia, id eſt gratìs data, per eius miſericordiam, qui dixit; *Miſerebor cui miſertus ero:* Et *Miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero.* Rom. 9 v. 15. Exod. 33. v. 19.

VII. — VII. Fatemvr eſſe liberũ arbitriũ etiãſi diuino indiget adjutorio.

VIII. Ex Conc. Arauſic. Can. 13. — VIII. Arbitrivm voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam Baptiſmi non poteſt reparari.

IX. — IX. Arbitrivm voluntatis tunc eſt verè liberũ, cũ vitiis peccatíſque non ſeruit. Tale datum eſt à Deo, vtique homini primo: quod amiſſum, niſi à quo potuit dari, non potuit reddi. Vnde veritas dicit: *Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.* Ioan. 8 v. 36.

Ecce ſanctiſſimi Patres non negant liberum arbitrium eſſe in hominibus, ſed docent in præuaricatione Adæ naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe.

Non negant liberum humani generis arbitrium: ſed docent quod nemo niſi per Chriſtum libero benè vtatur arbitrio; non negant liberum arbitrium: ſed docent quod ita Deus in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omníſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit.

Non negant liberum arbitrium: ſed docent, quòd auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur; vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. De II. Capitulo.

Non negant liberum arbitrium, ſed docent quòd in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi non poteſt reparari.

Non negant liberum arbitrium, ſed docent tunc eſſe verè liberum, cùm vitiis peccatíſque non ſeruit; docent tale datum eſſe à Deo: Docent quòd amiſſum, niſi à quo potuit dari, non potuit

Ioan. 8 v.36. reddi. Vnde veritas dicit, *Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.*

Cùm hæc ita ſint, & liberum arbitrium omnibus ineſſe hominibus negari nullatenùs debeat, nè tantam multitudinem hominum infidelium, quæ extitit ab initio ſæculi vſque ad aduentum Chriſti, & nunc adhuc exiſtit, & exiſtet vſque ad conſumationem mundi, excuſatos faciamus, quòd videlicet non habuerint vel habeant arbitrij libertatem, quam in Adam perdiderint, & ideo nec iuſtè culpentur in malis, quæ agunt, nec pro eiſdem malis iuſtè in diuino iudicio condemnandi ſunt. Contra hunc namque errorem & vanam excuſationem *B. Auguſtinus* veritatem fidei defendens, ita dicit: Primo enim Dominus Ieſus, ſicut Scriptum eſt in Avgvst.

Ioan. 3 v.17. Euangelio Ioannis Apoſtoli; *Non venit vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluaretur mundus per ipſum.* Poſteà verò, ſicut ſcribit Apoſtolus "

Rom. 3 v.6. Paulus, *Iudicabit Deus mundum quando venturus eſt*, ſicut tota Ec- "
cleſia in Symbolo confitetur *Iudicare viuos & mortuos.* Si ergò non "
eſt Dei gratia, quomodo ſaluat mundum? & ſi non eſt liberum ar- "
bitrium, quomodo iudicat mundum.] "

Cùm ergò liberum arbitrium habeat totus mundus, & ideò Deus iuſtè iudicet mundum, quomodo in hac noua definitione dictum eſt, *Quòd libertatem arbitrij in primo homine perdidimus.* Sancti Patres dicunt liberum arbitrium in præuaricatione Adæ infirmatum, dicunt naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe. Dicunt quod eo id eſt libero arbitrio nemo benè vtatur ſine Chriſto. Dicunt liberum eſſe arbitrium, etiamſi diuino indigeat adjutorio.

Habent itaque omnes homines, etiam qui alieni ſunt à Chriſto liberum arbitrium; ſed tale quale iſti Patres oſtendunt, id eſt in præuaricatione Adæ infirmatum, naturali poſſibilitate, & innocentiâ ſpoliatum: ſine Chriſto nulli bono vſui aptum. Habent omnes homines naturaliter mentem rationalem & intellectualem, quâ poſſint diſcernere ac dijudicare, cùm ad rationales annos venerint, inter bona & mala, inter iuſta & injuſta. Habent etiam naturaliter inſitum arbitrium voluntatis, vt eodem arbitrio poſſint velle mala, poſſint velle etiam quædam bona: ſed humanâ affectione ad humanam ſocietatem atque honeſtatem per- Cap. 11. Quid poſſit liberum arbitrium per ſe.

Digitized by Google

De 2. Capitulo.

tinentia: Quæ eadem humanâ affectione, vel propter aliqua temporalia commoda appetuntur, vel propter ipſam ſolummodò vitæ honeſtatem. Sed huiuſmodi humana bona, quæ humanâ affectione poteſt velle, poteſt etiam nonnunquam agere humana natura; cùm propter temporalia bona appetuntur, ſine dubio cupiditates ſunt: Cùm propter ſolam vitæ honeſtatem, ſine dubio inflata & elata ſunt: Tamen poteſt ea diſcernere, poteſt etiam velle, poteſt etiam habere, inquantum naturali bono adiuuatur, & Dei diſpoſitione permittitur humana natura. Talia namque bona & in cæteris videri ſolent hominibus, & maximè in multis Philoſophis Gentium, & in magnis viris, qui in republica præclari extiterunt, etiam mirabiliter commendat, & laudat hiſtoria.

Avgvst. tract. 40. in Ioan.

De qua vita humana iuxta humanam affectionem & conſuetudinem, velut bonâ & laudabili *Beatus Auguſtinus* in tractatibus Euangelij ſecundùm Ioannem ſic apertè commemorat, dicens: Multi enim ſunt, qui ſecundùm quandam vitæ huius conſuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonæ fœminæ, innocentes, & quaſi obſeruantes ea, quæ in lege præcepta ſunt, deferentes honorem parentibus ſuis, non mœchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes; non falſum aduersùs quemquam teſtimonium perhibentes: Et cætera, quæ in lege mandata ſunt, velut obſeruant, & Chriſtiani non ſunt. Quia ergò iſta omnia quæ faciunt, neſciunt ad quem finem referant, inaniter faciunt. Dicant ergò Pagani, benè viuimus: Si per oſtium non intrant, quid ei prodeſt vnde gloriantur. Ad hoc debet enim cuique prodeſſe benè viuere, vt detur illi ſemper viuere. Nam cui non datur ſemper viuere, quid prodeſt benè viuere. Quia nec benè viuere dicendi ſunt, qui finem benè viuendi, vel cæcitate neſciunt, vel inflatione contemnunt. Non eſt autem cuiquam ſpes vera, & certa ſemper viuendi, *Niſi agnoſcat vitam, quod eſt Chriſtus, & per ianuam intret in ouile*: Fuerunt quidam *Philoſophi* de virtutibus & vitiis ſubtilia multa tractantes, diuidentes, definientes, qui etiam dicere auderent hominibus: Nos ſequimini, ſectam noſtram tenete, ſi vultis beatè viuere: *Sed non intrarant per oſtium, perdere volebant, &c.*]

Quod non poſſit liberum arbitrium ſine gratia.

In talibus igitur bonis & viget, & excellit humanæ voluntatis arbitrium, in quantum, vt dictum eſt, naturali bono adjuuatur. Sed vt ipſum voluntatis arbitrium diuinâ affectione, diuina bona amet, intelligat, recipiat, exerceat, & perſeueranter teneat, non propter aliqua temporalia commoda, ſed propter præmia æterna; nec propter ſolam vitæ præſentis honeſtatem, ſed propter ſolam vitæ æternę beatitudinem: vt hæc (inquam) arbitrium voluntatis humanæ poſſit velle, poſſit agnoſcere, poſſit actia

cipere, poſſit habere, nullatenùs valet, niſi diuinæ inſpirationis gratiâ incitetur, inluminetur & adiuuetur, ac velut ex mortuis ad vitam reſſuſcitetur: quia & reuerà illa humana vita humanâ affectione acta, hominibus videri poteſt quaſi vita, ſed Deo mortua eſt: Hâc ratione & bonũ liberi arbitrij in hominibus agnoſcitur, & Dei gratia omnimodis neceſſaria declaratur, per quã humana natura merito antiquæ præuaricationis infirmata, per fidem Chriſti regenerata atque innouata, & ad honorem ſui reformata principij, recipiat poſſibilitatem & innocentiam, quam in Adam perdidit, & per Chriſtum libero benè vti incipiat arbitrio: vt eius gratiâ poſſit in eo eſſe ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis, ſicque efficiatur humanæ voluntatis arbitrium non ablatum ſed liberatum; Et de tenebroſo lucidum, de prauo rectum de languido ſanum, de imprudente prouidum. Quod tantò magis per Chriſtum in nobis fit liberum, quantò minùs vitiis peccatiſque ſeruierit. Tunc autem erit verè & plenè liberum, quandò iam perfectè liberatum, in vitæ æternæ beatitudine nullis ſeruiet vitiis & peccatis: Sicque illa Domini benigna promiſſio, quâ ait, *Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis*, hîc inchoatur in innouatione fidelium, ibi perficietur in incorruptione regnantium. *(De 11. Capitulo.)* *(Ioan. 8 v. 36.)*

Si ergò propterea dictum eſt in hac definitione; *Libertatem arbitrij in primo homine perdidimus*,] quaſi poſt illius hominis tranſgreſſionem, nullum in hominibus remanſerit liberum arbitrium, apparet quòd non ſit conſonum veritati: quia ſi nullum eſt humani generis liberum arbitrium, *Quomodo iudicabit Deus mundum?* Si autem propterea dictum eſt, quia naturalem poſſibilitatem & virtutem liberi arbitrij, qualis in illo primo homine condita eſt, merito illius præuaricationis amiſimus, cauendum eſt omninò, ne hoc quod de amiſſa eiuſdem arbitrij libertate ſubiungitur, *Quam per Chriſtum Dominũ noſtrum recepimus*,] ita ſit dictum, quaſi ex quo in Chriſto regenerati ſumus, talem ſtatũ, & virtutem liberi arbitrij receperimus: vt exinde in præſenti vita tales eſſe poſſimus, qualis ille homo erat ante peccatum: vt ſicut ipſe viuebat in paradiſo abſque vllo peccato, ita & fideles regenerati in Chriſto abſque peccato viuant in mundo: quod manifeſtè non pertinet ad ſtatum præſentis vitæ, ſed ad fœlicitatem vitæ æternæ. Nam in hac *Vita ſi dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt:* Et ſicut alia Scriptura ait: *Non eſt homo iuſtus ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet.* Vnde & Pſalmiſta ad Dominum dicit: *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens:* Et quotidiè in Dominica oratione dicere iubemur, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* *(Rom. 3 v. 6.)* *(Nemo in hac vita viuit ſine peccato.)* *(Ioan. 1. v. 8.)* *(Eccl. 7. v. 2.)* *(Pſa. 142 v. 2.)* *(Mat. 6. v. 12.)*

Cauendum eſt igitur, vt iam diximus, ne ſub tali prædicatione

De II. Capitulo.

gratiæ Chriſti,quâ eam,quam in Adam perdidimus, iam recepiſſe dicimur libertatem arbitrij, impietas ſubrepat erroris Pelagiani,vt ſicut ille aſſeruit,ſolâ virtute liberi arbitrij credatur homo eſſe poſſe abſque peccato: maximè cùm & in primo capitulo iſtarum definitionum,ita in primo illo homine liberum arbitrium definiatur,vt omninò Dei gratia taceatur. Quod ſi ſimpliciter tantummodò dictum eſt,vt propter inchoationem gratiæ, quam in regeneratione percipimus, iam libertatem arbitrij, quam in Adam perdidiſſe dicimur,recepiſſe videamur, cùm tamen eius plenitudo atque perfectio in futura vita fideliter expectanda credatur: quid neceſſe fuit tantâ ambiguitate,& confuſione verborum clariſſimam obſcurare veritatem: cùm poſſent ex præfatorum Patrum definitionibus, vel vnum, vel aliqua capitula aſſumi & poni, quibus & arbitrij libertas,& Dei gratia pleniùs ac manifeſtiùs commendarentur.

Cap. XII

CAPVT XII.

IAM quanta abſurditas eſt in eo, quod ſequitur,vt poſtquam dictum eſt, *Libertatem arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum Dominum noſtrum recepimus*,ſtatim ſubjungeretur: *Et habemus liberum arbitrium ad bonum,præuentum & adjutum gratiâ; Et habemus liberum arbitrium ad malum deſertum gratiâ:*] Quaſi poſtquam per gratiam Chriſti Domini regenerati ſumus,tunc cœperimus habere, ſicut liberum arbitrium ad bonum, ita & liberum arbitrium ad malum:quaſi ex illa regeneratione cùm gratiâ præuenimur & adiuuamur,habeamus liberum arbitriũ ad bonum,& cùm eâdem deſerimur gratiâ, habeamus liberum arbitrium ad malum. Quæ hîc ratio & conſequẽtia ſenſus inueniri poteſt? Nunquid ante illam regenerationem nullũ omninò liberũ habebamus arbitrium, nec ad bonum,nec ad malum? Nunquid illius regenerationis gratia hoc egit in nobis, vt exinde acciperemus ſicut ad bonum, ita etiam ad malum liberum arbitrium? Iam illud quod in eadem definitione ponitur, *Liberum arbitrium ad bonum,præuentum & adjutum gratiâ,& liberum arbitrium ad malum,deſertum gratiâ:*] Quomodo intelligi poteſt? ſi enim quando regenerati ſumus in baptiſmo, tunc libertatem arbitrij in Adam perditam, in Chriſto recepimus,nunquid tunc tantùm præuenit, & adjuuit nos Dei gratia:aut eadem Dei gratia, ſicut ſemel nos adjuuit, vt efficeremur liberi ad bonum,ita ſemel nos deſerit, vt efficiamur liberi ad malum? Quæ eſt iſta, tam obſcura & ambigua,ac penè nulla gratiæ prædicatio? Nonnè melius erat,vt præfatorum Patrum ſententiæ quæ de hac re pleniſſimè & clariſſimè definiunt, aſſumerentur, vel eorum verbis iſta definitio contexeretur; Et apertè ibi eſſet poſitum, qualiter

Digitized by Google

nos præueniat & adjuuet hæc Dei gratia, id eſt, vtrum ſemel nobis De II. Capitulo.
in baptiſmate tanta tribuatur, quę ad totum tempus vitę noſtrę ſuf-
ficiat, an quotidiè imploranda & accipienda ſit: & vtrum eâ ad ali-
qua bona, an ad omnia indigeamus? Certè nihil horum in hac defi-
nitione apparet; & ideo melius fuerat tacere, quàm de re tanta tam
ineptè & inutiliter loqui.

Indigemus namque gratiâ Dei, non ſolùm ad opus bonum ſicut Ad fidem & alios bonos actus gratia eſt neceſſaria.
in hoc capitulo definitur, ſed etiam ad ipſum initium fidei, ſine qua
non poſſumus accedere ad regenerationis ſacramentum; ſicut Apo-
1. Cor ſtolus dicit de ſeipſo: *Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem.*
7.v.25. Et fidelibus loquitur: *Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm*
Phil. 1. *vt in eum credatis*, &c. Et alibi ait: *Aſpicientes in auctorem fidei, &*
v.29. Heb.12 *conſummatorem Ieſum*, indigemus gratiâ Dei in ipſo *regenerationis*
v.2. *lauacro*: quia ſine illa nec indulgentiam peccatorum conſequi, nec
Tit.3. Filij Dei fieri valemus; dicente eodem Apoſtolo: *Non ex operibus*
v.3. *iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos*
fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Indi-
gemus gratiâ Dei ad omnia & ſingula bona per ſingulos dies, di-
Pſ.101. cente Pſalmiſta: *In quacumque die inuocauero te exaudi me.* Et ite-
v.3. rùm: *In quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.* Quam
ibid. gratiam quotidianam & aſſiduam Dominus noſter Eccleſiæ ſuæ
Mat 28 promittere dignatus eſt, dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus die-*
v.20. *bus vſque ad conſummationem ſæculi*: Indigemus eâ ad excitandam
2. Cor. in nobis bonam voluntatem, ſicut Apoſtolus dicit: *Gratias autem*
8 v.16. *Deo, qui dedit eandem ſollicitudinem in corde Titi.* Et Beatus Dauid
1. Par. orat pro populo, quem deuotè & alacriter Deo dona offerentem
29.v.18 videbat, vt eandem bonam voluntatem, quam dederat in eis Deus,
conſeruaret, dicens: *Dominus Deus Abraham & Iſaac & Iſrael pa-*
tris noſtri, cuſtodi in ſempiternum hanc voluntatem cordis eorum, &
ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat: Indigemus gratiâ
Dei ad bona & ſalubria loquenda, ſicut ipſe Dominus in Euange-
Mat.10 lio dicit: *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri*
v 20 *qui loquitur in vobis.* Qui etiam alibi promittit: *Aperi os tuum, &*
Pſal.80 *ego adimplebo illud*: Indigemus Dei gratiâ ad omnes vias operum
v.11.
2. Cor. bonorum: Paulus Apoſtolus optare ſe dicit, vbi ait: *Nam & qui*
5.v.4. *ſumus in tabernaculo ingemiſcimus grauati in eo, quod nolumus expo-*
liari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod eſt mortale à vita.

Hic plurima deſunt, ſcilicet magna pars Cenſuræ huius II. Capi-
tuli, & maxima pars Cenſuræ III. Cap. quod ſequitur.

Digitized by Google

TERTIVM CAPITVLVM.

Hic plurima deſunt.

DEVS *omnipotens* omnes homines *ſine exceptione* vult ſaluos fieri, licet *non omnes ſaluentur. Quod autem quidam ſaluantur, ſaluantis eſt donum; Quòd autem quidam pereunt, pereuntium eſt meritum.* CENSVRÆ CONCLVSIO.

* Scilicet *libello de Tribus Epiſtolis.*

***Cùm ergò hæ duæ opiniones in* præfato libello de hac re propoſitæ & expoſitæ fuiſſent, ſubjunctum eſt protinus valde vtiliter, & dictum: *Quolibet quis acquieſcat modo, non eſt hæreticum niſi contentione hæreticum fiat:*] Similem quoque ſententiam B. Papa *Cœleſtinus* de quibuſdam profundioribus quæſtionibus in Decretis ,, ſuis poſuit, dicens de eis: Quæ ſicut non audemus contemnere, ita ,, non neceſſe habemus aſtruere.] Sit ergò inter nos etiam de hac re iſtiuſmodi pia cautela & moderatio, quatinus & ſanctis Patribus debitus ſeruetur honor, & quolibet quis adquieſcat modo ex illis ſenſibus, qui de hac ſententia ab eis poſiti ſunt, non iudicemus eſſe hæreticum: ſed potiùs vitemus contentionis malum, per quod etiam de pacificis, & Eccleſiaſticis ſenſibus poteſt qui contentioſus eſſe voluerit, hæreticum efficere quod ſentit. Itaque in rebus talibus cohibeamus nos ipſos ſalubri moderatione, vt nec contemnere audeamus, nec quaſi neceſſariò affirmare conemur, memores ſemper illius Apoſtolicæ ſententiæ: *Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Legamus ergò pacificè, & quantùm Dominus donat intelligamus dogmata Eccleſiaſticorum virorum, nec pro aliis Doctoribus aduersùs alios litigemus: quia & ipſi inter ſe pacifici *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundauerunt*, alius quidem ſic, alius verò ſic, expectantes fideliter atque humiliter quod Apoſtolus promittit, dicens: *Et ſi quid aliter ſapitis hoc quoque vobis Deus reuelabit.* Nam qui non tranquillè & pacificè moderatur quod ſentit, ſed ſtatim paratus eſt ad contentiones, diſſentiones, & ſcandala, etiam ſi non habeat hæreticum ſenſum, certiſſimè habet hæreticum animum.

Cœleſtinus Epiſtolâ ad Epiſcopos Gall.

Vitandum contentionis malũ.

* Via Pacis.

1. Cor 11. v. 16.

Ro. 14. v. 5.

1. Cor. 7. v. 7.

Phil. 3. v. 15.

Quam pietatis moderationẽ ſi etiam iſti boni viri, qui hanc nouã definitionem ſtatuerunt, ſeruare voluiſſent, meliùs hanc rem ſilentio præteriiſſent, & vnicuique de ea ſecundùm fidẽ ſuam & auctoritatem, cui magìs acquieſcendũ putaret, ſentiendum permitterẽt, finitóq; inter eos tam longæ, & pernicioſe contentionis iurgio, pax & vnitas Chriſti Eccleſiæ reformaretur. Ecce enim aliquis ſentiat & dicat, ſicut etiam antiquitùs, & ſenſum eſt, & dictum: Non dixit Apoſtolus vniuerſaliter & generaliter, &, vt iſti addiderunt ſine exceptione, *Qui vult omnes homines ſaluos fieri:* ſed ſpecialiter

Qui vult omnes homines ſaluos fieri.

1. Tim. 2. v. 4.

De III. Capitulo.

ibid.v.2 ad eos retulit, de quibus ſuprà dixerat, *pro omnibus hominibus, pro*
regibus, & his qui in ſublimitate ſunt: vt quod dixit *omnes*, omnia
genera hominum intelligi voluerit, omnium ſcilicet gentium, ſe-
xuum, conditionum, ordinum, dignitatum. Quid habet hæc in-
telligentia inconſequens aut contrarium veritati? Item alius dicat
& ſentiat, ſicut etiam à quibuſdam maioribus dictum, & ſen-
ſum reperitur. Apoſtolus *cùm* ſuperiùs *orari iuſſiſſet pro omnibus*
1. Tim. *hominibus, pro regibus, & his qui in ſublimitate ſunt*, poſt illa
2. v. 2. omnia generaliter de vniuerſo genere humano ſubjunxit, *Qui*
v. 4. *vult omnes homines ſaluos fieri.* Quid habet mali aut periculi etiam
iſta intelligentia? Neque enim qui ita ſentit putat voluntati Dei
quâ *vult omnes homines ſaluos fieri*, aliquem reſiſtere & contra-
d.v.4. ire, vt non poſſit implere quod velit; Et ambo ſibi & iſte videli-
cet & ille, licet diuerſa ſentientes, fideliter atque vnanimiter con-
cordant. Quòd quolibet modo dixerit Apoſtolus de Deo, *Qui*
d.v.4. *vult omnes homines ſaluos fieri*, tamen nullus hominum, niſi gra-
tuitâ eius miſericordiâ ſaluetur, nullus niſi iuſto eius iudicio pe-
rire permittatur. Certè illud in hac quæſtione manifeſtum eſt,
quòd etiamſi generaliter, & indifferenter *Omnes homines Deus*
d.v.4. *vult ſaluos fieri*; in aliorum tamen cordibus benignitate miſeri-
cordiæ ſuæ ipſe operatur eandem bonam voluntatem ſuam, vt &
ipſi ſaluari velint, atque ſaluentur: qualibus & Apoſtolus dicit,
Phil. 2. *Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: Deus*
v. 12. *eſt enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona volun-*
v. 13. *tate.* In aliorum autem cordibus ſeueritate iuſti, & occulti iudi-
cij ſui non operatur hanc ſalutarem voluntatem, ſed dimittit eos
ſuo arbitrio: vt quia noluerunt credere, iuſtâ vltione damnen-
tur. Et hoc quidem de illis dici poteſt, qui verbum Euangelij au-
dierunt, ſed duritiâ incredulitatis ſuæ recipere noluerunt.

Quid verò dicendum eſt de tanta multitudine impiorum, qui
fuerunt ab exordio mundi, vſque ad aduentum Chriſti; Et ad-
huc non negandi ſunt eſſe in extremis partibus orbis terræ, ad
quos nullus vnquam prædicator acceſſit, nullum vnquam ver-
bum fidei audierunt, qui vtique nullatenus potuerunt *Credere*
Ro. 10. *ei, quem non audierunt, neque audire ſine prædicante* Ne prædi-
v. 14. & catorem recipere, qui nullus ad eos miſſus eſt; Nunquid & ta-
15. les propterea damnabuntur, quia non crediderunt, quod nun-
quam audire potuerunt? Et tamen omninò damnabuntur pro
aliis peccatis ſuis, & principaliter pro illo primo & originali
Rom. 5 peccato, *In quo omnes peccauerunt*: quia non fruſtrà Scriptum
1. 12. eſt; *Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt; Et in re-*
2 Theſſ. *gna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.* Et Apoſtolus dicit, *Dan-*
1, v. 8. *tis vindictam in flammam ignis his, qui non nouerunt Dominum.*

Infideles qui nihil de Euangelio audire potuerūt, non dānabuntur propter incredulitatem, ſed propter alia peccata, & propter originale.

De iv. Capitulo. Si quis de talibus interroget, quid in eis egerit voluntas Dei, *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, quid reſpondebitur? Nonnè homo cautus & pius magìs eliget tacere, aut certè cum Propheta & Apoſtolo exclamare: *Iudicia tua abyſſus multa*: Et, *O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Quàm incomprehenſibilia ſunt indicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* De hoc ergò capitulo iſte ſit finis.

1. Tim. 2. v. 4. Pſal. 35. v. 7. Ro. 11. v. 33.

CAPVT XIII.

SEQVITVR DEFINITIO QVARTA quæ & vltima eſt, ita ſe habens.

Cap. 13.

CHRISTVS *Ieſus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit, vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit, ita nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit, licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur. Quòd autem non omnes paſſionis eius myſterio redimantur, non reſpicit ad magnitudinem, & pretij copioſitatem, ſed ad infidelium, & ad non credentium* eâ fide quæ per dilectionem operatur, *reſpicit partem: quia poculum humanæ ſalutis, quod confectum eſt infirmitate noſtra & virtute diuinâ, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.* Gal. 5. v. 6.

CENSVRA.

ET in hac noua, & inuſitata definitione tres nobis quæſtiones proponuntur.

Prima, quòd dicitur, *Quia nullus homo eſt, fuit, vel erit, cuius natura in Chriſto aſſumpta non fuerit.*]

Secunda, quòd affirmatur *Quòd nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo Chriſtus paſſus non fuerit, licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur.*]

Tertia, quod adjungitur, *Quia eiuſdem paſſionis eius myſterio non redimantur*, Non ſolùm infideles, ſed neque ipſi fideles, *Niſi illi ſoli, qui eam fidem habent*, quæ per dilectionem operatur.] Gal. 5. v. 6.

Chriſtus non ex neceſſitate incarnatus.

De prima ergo quæſtione hoc nobis credendum, & tenendum videtur: quia ſuſceptio illa naturæ humanæ in Chriſto non fuit ex neceſſitate originis, ſed ex poteſtate, & gratia, & miſericordia, & dignatione ſuſcipientis. Cæteri namque homines, non ex ſua voluntate & poteſtate, ſed ex Dei iudicio & diſpoſitione, originali neceſſitate & conditione naſcuntur: *Dominus* autem *Ieſus Chriſtus qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine*, non neceſſitate & conditione humanæ originis, ſed poteſtate & miſeri-

Digitized by Google

cordiâ ſuæ voluntatis *Homo factus eſt*. Vnde & B. Euangeliſta De iv. Capitulo.
Math. 1 Matthæus, cùm ſeriem genealogiæ eius *ab Abraham vſque ad Da-*
v. 17. *uid, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babyloniæ, & à tranſ-*
migratione Babyloniæ vſque ad ipſius Natiuitatem deſcriberet,
cæteras omnes generationes naturali curſu & conditione huma-
ibid. v. 2 næ procurationis, ac propagationis digeſſit, dicens: *Abraham*
genuit Iſaac, Iſaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam & fratres
eius: & cætera ſimiliter. Cùm veniſſet autem ad vnicam, & ſin-
gularem natiuitatem Chriſti, diſcreuit eam mirabiliter à cæteris
v. 17. omnibus, & ait: *Chriſti autem generatio ſic erat*, hoc eſt, non ſicut
priores generationes naturali curſu, & conditione currentes, ac ſibi
inuicem ſuccedentes, ſed ſingulari poteſtate & virtute, & gratiâ
excellens: Et ſtatim eiuſdem generationis ſpecialem modum qua-
v. 18. liter ſit facta ſubjunxit dicens; *Cùm eſſet deſponſata mater eius Ma-*
ria Ioſeph antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu
ſancto. Quod & Angelus poſteà ad Ioſeph loquens, commendat, &
v. 20. dicit: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*: Et adhibito
Prophetico teſtimonio docens eum cuius poteſtatis & virtutis eſ-
v. 22. & ſet, qui naſcebatur, videlicet; quod verus Emmanuel Deus in
23. homine adueniret, ait: *Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod*
Iſa. 7. *dictum eſt*, per Iſaïam Prophetam: *Ecce Virgo in vtero habebit, &*
v. 14. *pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpre-*
tatum nobiſcum Deus.

Quia ergò iſta tam diuina, & tam ſingularis generatio ho-
minis Chriſti non aliquâ naturali neceſſitate, ſed ſolâ eius po-
teſtate, & gratiâ, & miſericordiâ facta eſt, ſic per omnes illas gene-
rationes veraciter caro eius deſcendit, ſic ex eis veraciter natus ve-
rus homo factus eſt, vt quod ei placuit, miſerando & ſanando, ac
redimendo inde aſſumeret; quod autem non placuit, reprobaret.
Sicut admirabili potentiâ & veritatem naturæ humanæ aſſumpſit, Electos ſuſcepit, reprobos reliquit.
& eiuſdem naturæ vitium non aſſumpſit: vt illam ſuſcipiendo ſalua-
ret, & illud non ſuſcipiendo damnaret: Ita in illo ineffabili Incarna-
tionis ſuæ myſterio electos ſuos, propter quos redimendos & iu-
ſtificandos ac ſaluandos aduenerat, miſericorditer ſuſcepit: Quos
autem indignos illâ miſericordiâ & redemptione iudicauit, a-
lienos ab illa mirabili ſuſceptione dereliquit. Denique in illis
generationibus, vndè caro eius exorta eſt, & *Abraham* & *Da-*
uid ponuntur; Et *Achaz* & *Manaſſes* pariter annumerantur:
Gen. 22. Et tamen ſpeciali gratiâ *ſemen Abrahæ* dicitur; Domino ei
v. 18. promittente; *Quia in ſemine tuo benedicentur omnes Gentes ter-*
Rom. 1 *ræ*. Similiter & *ſemen Dauid*, dicente Apoſtolo; *Qui factus*
v. 3. *eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem*. Dicitur etiam *Filius Dauid*
Math. 1 *& Filius Abraham* teſtante Euangeliſta: *Liber generationis Ie-*
v. 1.

Digitized by Google

De iv. Capitulo. ſu Chriſti Filij Dauid, Filij Abraham. Aliquorum autem impiorum, & in ſuâ impietate perditorum filius nequaquam legitur; Licet caro eius non ſolùm ex iuſtis, ſed etiam ex peccatoribus veraciter fuerit aſſumpta. De quo Apoſtolus dicit, *Quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* 1. Tim. 1. v. 15.

Manifeſtè ergò conſtat, quia ſuſceptio illa redemptio fuit, vt qui ſuſcepti ſunt, ſint & redempti, & qui redempti ipſi ſuſcepti. Vndè & fideles in Chriſto ſunt, & Chriſtus in illis. Infideles non ſunt in Chriſto, nec in eis Chriſtus, Solis fidelibus dicit, quos ſibi per Sacramentum verę Incarnationis, & gratiam redemptionis vniuit: *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre à ſe fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis.* Ioan. 15 v. 4. *Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* v. 5. Item de ſolis fidelibus dicit: *Qui manducat carnem meam, & bibit Sanguinem meum in me manet, & ego in eo.* Ioan. 6 v. 57. Apoſtolus quoque de Chriſto & fidelibus, de eo qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, & de verę Incarnationis eius myſterio, quàm ex Adam veraciter traxit, & per quam credentibus naturaliter vniri dignatus eſt, dicit: *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes.* Hebr. 2 v. 11. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.* Psal. 21. v. 23. Quos ergo ſuſcepit, ipſos & *ſanctificauit*, ipſos & *fratres* ſuos fecit, *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8 v. 29. Nam ſi diligenter conſideretur, neſcimus, ſi etiam de quolibet homine conuenienter dici poſſit, quòd omnium hominum naturam naſcendo aſſumpſerit. Cùm enim natus eſt, aſſumpſit vtique naturam parentum, de quibus eſt genitus. Aſſumpſit naturam progenitorum, de quorum ſtirpe eſt propagatus. Aſſumpſit naturam primi hominis, vndè totius humani generis origo proceſſit.

Secundùm hoc ergò vtcumque dici poteſt, quilibet homo naſcens, omnium hominum ſuſcepiſſe naturam, quia ex illo originem trahit, ex quo omnium natura principium ſumpſit. De quo primo homine Adam etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus veriſſimè carnis ſubſtantiã traxit. Vndè & ab Apoſtolo *ſecundus Adam* dicitur, 1. Cor. 15. v. 45 Et ſeipſum *filium Adam*, hoc eſt *filium hominis* aſſiduè commendat. v. 47. Et Lucas Euangeliſta per ſeptuaginta & ſeptem generationes ab ipſo Chriſto vſque Adam aſcendens, veram ex illo incarnationem eius fideliter demonſtrat. Luc. 3. v. 23. &c. Quia ergò myſterij & redemptionis, & pietatis fuit illa in Chriſto naturæ humanæ ſuſceptio, idcircò in illo ſacratiſſimo die natalis eius ex Virgine inter ipſa ſacræ oblationis myſteria orat Eccleſia dicẽs: *Vt tuâ gratiâ largiente per hæc ſacroſancta commercia in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia.* Et præcedenti die, cùm ſacræ vigilię celebrantur

Orationes Eccleſiæ.

celebrantur, ita incipit oratio. *Deus qui nos redemptionis noſtræ annuâ expectatione lætificas.* Itémque ipſo Dominicæ Natiuitatis die; *Concede quæſumus omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.* Et ſuper oblationem. *Oblata Domine munera nouâ vnigeniti tui natiuitate ſanctifica, nóſque à peccatorum noſtrorum maculis emunda.* Et in concluſione Miſſarum. *Huius nos Domine Sacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret, cuius natiuitas ſingularis humanam depulit vetuſtatem.* De 4. Capitulo.

Hanc gratiam Dominicæ Incarnationis, quod eſt verè myſterium noſtræ redemptionis, B. GREGORIVS piè commendans ait quodam loco in expoſitione libri beati Iob: Interpellat autem pro nobis Dominus, non voce, ſed miſeratione: Quia quod damnari in electis noluit, ſuſcipiendo ſeruauit.] Similiter & B. HILARIVS exponens illa verba Domini quibus ait: *Qui manducat meam carnem, & bibit Sanguinem meũ in me manet, & ego in eo:* Idipſum diligenter commendat, dicens: Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit; eius tantùm in ſe aſſumptam habens carnem qui ſuam ſumpſerit. Sed & B. LEO mirabiliter hoc myſterium exponit atque commendat, ita dicens: Naſcens itaque Dominus Ieſus Chriſtus homo verus, qui nunquam eſſe deſtitit Deus verus, nouæ creaturæ in ſe fecit exordium: & in ortus ſui forma dedit humano generi ſpeciale principium; & ita ſe nobis, nóſque inſerüit ſibi, vt Dei ad humana deſcenſio, fieret hominis ad diuina prouectio.] Et alibi: Terra enim carnis humanæ, quæ in primo fuerat præuaricatore maledicta, in hoc ſolo B. Virginis partu germen edidit benedictum, & à vitio ſuæ ſtirpis alienum, cuius ſpecialem originem in regeneratione conſequimur. *Et omni* homini renaſcenti *aqua baptiſmatis inſtar eſt vteri virginalis*, eodem ſancto Spiritu replente fontem, qui repleuit & virginem: vt peccatum, quod ibi vacuauit ſacra conceptio, hîc myſtica tollat ablutio.]

S. GREGORIVS. B. HILARIVS. Ioan. 6 v. 57. B. LEO.

Item alio loco: Renouat nobis hodierna feſtiuitas nati IESV ex MARIA virgine ſacra primordia, & dum Saluatoris noſtri adoramus ortum, inuenimus nos noſtrum celebrare principium. Generatio enim Chriſti origo eſt populi Chriſtiani; & natalis capitis, natalis eſt corporis: habeant licet ſinguli quique vocatorum ordinem ſuum: Et omnes Eccleſiæ filij temporum ſucceſſione diſtincti, vniuerſa tamen ſumma fidelium, fonte orta baptiſmatis, ſicut cum Chriſto in paſſione Crucifixi, in Reſurrectione ſuſcitati, in Aſcenſione ad Patris dexteram collocati: Nam cum ipſo ſumus in hac Natiuitate congeniti. Quicquid enim hominum in quacunque mundi parte credentium regenera-

Digitized by Google

» tur in Chriſto, interciſo originalis tramite vetuſtatis, tranſit in » nouum hominem renaſcendo. Nec iam in propagine habetur car- » nalis patris, ſed in germine Saluatoris: Qui ideò filius hominis » eſt factus, vt nos filii Dei eſſe poſſimus: vt ſuſceptus à Chriſto, » Chriſtúmque ſuſcipiens, non idem ſit poſt lauacrum, qui ante » baptiſmum fuit, ſed corpus regenerati, corpus fiat Crucifici. » *Hæc commutatio dexteræ eſt excelſi.*] Et alio loco: Non enim (Pſa.76. v.11.) » aliud agit participatio Corporis & Sanguinis Chriſti, quàm, vt » in id quod ſumimus, tranſeamus: Et in quo commortui & con- » ſepulti & conreſuſcitati ſumus, ipſum per omnia, & ſpiritu, & » carne geſtemus.] Item alibi: Nihil enim redemptor noſter non » ad noſtram ſalutem, aut egit aut pertulit: vt virtus, quæ inerat » capiti, ineſſet & corpori. Nam primùm ipſa illa ſubſtantiæ no- » ſtræ in deitate ſuſceptio, quâ *Verbum caro factum eſt, & habitauit* (Ioan.1. v.14.) » *in nobis*, quem hominum miſericordiæ ſuæ, niſi infidelem, reli- » quit exſortem? Et qui non communis natura cum Chriſto eſt, ſi » aſſumentem recipit, & eo ſpiritu eſt regeneratus, quo ille primo- genitus.]

Solus infidelis exors miſericordiæ Chriſti.

Audiamus hæc verba fideliſſimorum, & beatiſſimorum Patrum, & adiuuante Domino diligenter intelligamus atque teneamus; agnoſcentes veraciter, quòd illa humanæ naturæ in in Chriſto ſuſceptio infideles huius miſericordiæ reliquit exſortes. Et eis ſolis præſtitit, vt habeant cõmunem naturam cum Chriſto, qui aſſumentem recipiunt, & eo ſpiritu ſunt regenerati, quo eſt ille progenitus. Ceſſétque iſta ſuperuacuitas, quâ dicitur & definitur, *quòd nullus hominum fuit, eſt, vel erit, cuius naturam ille non ſuſceperit.*] Quia ſicut Apoſtolus docet, *magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt* (1. Tim. 3.v.16.) *in Spiritu*, &c. vſque *aſſumptum eſt in gloria.* Hæc de prima quæſtione dicta ſint.

Cap. 14.

CAPVT XIV.

An Chriſtus paſſus ſit pro omnibus qui antè eius aduentum mortui ſunt.

2. De ſecunda verò, quâ in illis capitulis definitum eſt: *Quòd nullus hominum fuit, eſt, vel erit, pro quo Chriſtus paſſus non fuerit.*] Quid aliud reſpondere poſſumus, niſi vt primùm ipſos, qui hoc definierunt, ſedulò interrogemus, & admoneamus, vt vigilanter & fideliter penſare ſtudeant, nè fortè minùs conſiderando quod dicendum erat, contra fidem, & conſcientiam ſuam talia dixerint, & ſcripſerint. Nam vt taceamus de his, qui nunc ſunt, vel adhuc vſque ad finem ſæculi futuri ſunt, in quibus vtique & Antichriſtus erit, certè de illa innumerabili multitudine impiorum, qui fuerunt ab initio mundi vſque ad aduentum Chriſti, & in ſua impietate mortui, in æternis pœnis ſunt con-

Digitized by Google

demnati; Nec ipſos, qui hęc dixerunt, credere putamus, quòd pro eis in ſua impietate mortuis, & ęterno iam iudicio condemnatis Dominus paſſus eſſe credendus ſit. Si enim pro eis paſſus eſſe creditur; Cur non etiam pro diabolo, & Angelis eius ſimiliter paſſus eſſe credatur? Quia ſicut de eiſdem refugis & immundis ſpiritibus ſcriptum eſt, *quòd Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferi detractos ſub caligine tradidit in iudicium cruciandos reſeruari.* Et idcircò veriſſimè creduntur inreuocabili diuino iudicio ad pœnas, & interitum perpetuum prædeſtinati. Ita & illi homines impij in ſua impietate mortui, eodem inreuocabili diuino iudicio iam erant pœnis perpetuis condemnati.

De 4. Capitulo.

2.Pet.2. v. 4.

Sicut ergò pro illis impiis, & damnatis Angelis nullatenùs Dominus Ieſus Chriſtus dicendus eſt paſſus: Ita pro iſtis impiis & damnatis hominibus abſit omninò, vt paſſus eſſe credatur: Quia hoc nimis eſt contrarium diuinæ veritati, nimis aduerſùm Catholicæ fidei, quæ indubitanter credit, & docet, quòd Dominus noſter ſuam paſſionem & mortem, atque ad inferos deſcenſionem illis ſolis iam defunctis, & quamuis apud inferos, tamen in locis tranquillitatis & lucis conſtitutis exhibuit, qui in fide futuri aduentus eius ac redemptionis, & in hoc ſæculo vix erant, & illuc per mortem tranſierant, vbi etiam tempus implendæ, ac perficiendæ eiuſdem redemptionis ſuæ per paſſionem & deſcenſionem ad eos Domini pio deſiderio expectabat. De quibus & B. Ioannes Baptiſta imminente iam ſuà paſſione & morte, quia & ipſe vnus erat ex talibus, ſollicitè eundem Dominum interrogabat per Diſcipulos, dicens: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* De talibus namque piis & beatis defunctis, quales fuerunt ab initio mundi vſque ad aduentum Domini ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, & cæteri antiqui iuſti, qui ita crediderunt & prænuntiauerunt venturum, & humanum genus ſuo ſanguine redempturum, ſicut nunc eum omnis Eccleſia iam veniſſe credit & confitetur, etiam in libro Eccleſiaſtico ipſa Dei ſapientia, qui eſt vtique Dominus noſter Ieſus Chriſtus promittit, dicens: *Penetrabo in inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & inluminabo omnes ſperantes in Deo:* Itémque alio loco de eiuſdem deſcenſione ad inferos, & eorum liberatione à quibus expectabatur illic, Scriptura dicit: *Recordatus eſt Dominus ſanctus Iſraël mortuorum ſuorum olim dormientium in puluere terræ: Et deſcendam ad eos oſtendere illis ſalutare ſuum.* Vnde & per Oſeæ Prophetiam ipſi morti & inferno ita minabatur, dicens: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: Ero mors tua, ô mors! morſus tuus ero inferne!*

Mat.11. v. 3.

De Chriſti deſcenſu ad inferos.

Eccl.24 v. 45.

Oſeæ 13. v. 14.

De 4. Capitulo. Quod totum quomodo fideliter & Catholicè intelligendum
„ ſit, exponit mirificè B. GREGORIVS, ita dicens: Quod ante
B GREGORIVS. „ paſſionem dixit, in reſurrectione ſua Dominus impleuit. *Si exal-*
„ *tatus fuero à terra, omnia traham ad me. Omnia* enim traxit, qui Ioa. 12. v. 32.
„ de electis ſuis apud inferos nullum reliquit. *Omnia* abſtulit vti-
„ que electa. Neque etenim infideles quoſque & pro ſuis crimini-
„ bus æternis ſuppliciis deditos, ad veniam Dominus reſurgendo
„ reparauit: ſed illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide &
„ actibus recognouit. Vnde rectè etiam per Oſeam dicit: *Ero mors*
„ *tua, ô mors: Ero morſus tuus inferne.* Id namque quod occidimus, d. v. 14.
„ agimus vt penitùs non ſit. Ex eo enim quod mordemus partem
„ abſtrahimus, partémque relinquimus. Quia ergò in electis ſuis
„ funditùs occidit mortem, mors mortis extitit: Quia verò ex in-
„ ferno partem abſtulit, & partem reliquit, non occidit funditùs,
„ ſed momordit infernum. Ait ergò; *Ero mors tua, ô mors*: Ac ſi a- d. v. 14.
„ pertè dicat, quia in electis meis te funditùs perimo. *Ero morſus*
„ *tuus inferne*, quia ſublatis eis te ex parte transfigo.] Hæc fideliſ-
ſimus doctor iuxta fidei Catholicæ regulam firmiſſimè tenenda,
& ſequenda propoſuit. Vnde ceſſet hęc noua & inaudita defini-
tio, imò noua & inaudita præſumptio, vt nullus hominum, etiam
impiorum, & apud inferos inreuocabiliter damnatorum fuerit,
pro quo Chriſtus paſſus non ſit; cùm pro ſolis illis defunctis, vt
iam dictum eſt, paſſionem ſuſtinuerit, qui cum dum in corpore vi-
uerent, fideliter venturum, & mundum ſuâ paſſione redemptu-
rum crediderunt. Hoc itaque eſt Catholicum; Hoc fidei Ec-
cleſiæ ab initio commendatum; Hoc diuinâ & paternâ aucto-
ritate firmatum: Et ideò abijciatur procul fallax & inane com-
mentum.

Chriſtus paſſus pro omnibus baptizatis.

De cæteris verò hominibus, qui ab eius paſſione vſque nunc
fuerunt, aut ſunt, aut vſque in finem ſæculi futuri ſunt, *Catholica*
fides tenet, & Scripturę ſanctæ veritas docet, quòd pro omnibus
credentibus, & per gratiam baptiſmi ex aqua & ſancto Spiritu
regeneratis, & Eccleſiæ incorporatis verè Dominus & Saluator
noſter ſit paſſus: Neque enim verè aliter baptizari potuerunt,
niſi in morte eius: Nec verè à peccatis ſuis ablui, niſi in ſan-
guine eius, Docente beato Paulo Apoſtolo: *Quia quicunque in* Rom. 6 v. 3.
Chriſto baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus. Et at-
teſtante beato Ioanne in Apocalypſi: *Qui dilexit nos: & lauit nos* Apoc. 1. v. 5.
à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. De his etiam, id eſt fidelibus
ſuis in morte ſua baptizatis, & in ſanguine ſuo peccatorum ablu-
tionem conſecutis dicit ipſe Dominus & Saluator: *Sicut nouit* Ioa. 10. v. 15.
me pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam pono pro ouibus
meis. Pro iſtis dicit: *Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſer-* Ioan. 3. v. 14.

Digitized by Google

v. 15. *to; ita exaltari oportet filium hominis; vt omnis qui credit in eum* De 4. Capitulo.
non pereat, ſed habeat vitam. De iſtis dicit Apoſtolus: *Chriſtus*
Epheſ. *dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctifica-*
5. v. 25. & v. 26. *ret, mundans eam lauacro aquæ in verbo.* Et quia ſicut idem Apo-
2. Theſ. ſtolus teſtatur: *Non omnium eſt fides:* Et *non omnes obediunt Euan-*
3. v. 2. *gelio:* Dicit iterùm ipſe Dominus, *filius hominis non venit mini-*
Mat. 20 *ſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro*
v. 28. *multis.* Vnde etiam cùm Sacramentum Corporis & Sanguinis ſui
Mat. 26 Diſcipulis traderet, ait; *Accipite & comedite: Hoc eſt enim cor-*
v. 26. *pus meum, quod pro vobis traditur.* Et iterùm: *Hic eſt Sanguis*
v. 28. *meus noui Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur in re-*
miſſionem peccatorum.

1. Tim. Hos *multos* Apoſtolus dicit, *omnes*, vbi ait: *Vnus enim Deus,*
2. v. 5. *vnus & Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit*
ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Et hos *omnes* iterùm dicit
multos, vbi ait: *Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel*
Heb. 9. v. 27. & *mori, poſt hoc autem iudicium, ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad*
v. 28. *multorum exhaurienda peccata*, &c. Iuxta quem locutionis mo-
Rom. 5 dum etiam in Epiſtola ad Romanos dicit: *Igitur ſicut per vnius*
v. 18. *hominis delictum in omnes homines in condemnationem: Sic per*
vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ: Sicut
v. 19. *enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt*
multi: ita & per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituentur
multi. Manifeſtè enim quos in priori ſententia dixit *omnes* & *om-*
nes, hos in ſequenti *multos*, & *multos*. Sed in condemnatione,
quæ per vnum hominem ingreſſa eſt in omne genus humanum,
ita rectè intelliguntur *multi*, vt verè accipiantur *omnes*: quia ne-
mo hominum ab illa alienus eſt, niſi per Chriſti gratiam libere-
tur: in iuſtificatione autem vitæ ita rectè accipiuntur *omnes*, vt
ipſi *omnes, multi* intelligantur: Quia per obedientiam Chriſti, quâ
Phil. 2. *factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*, Non
v. 8. *omnes* vtique indifferenter, ſed *multi* iuſtificantur. Hanc itaque
iuſtificationem per obedientiam mortis Chriſti, & effuſionem
pretioſi ſanguinis eius, etiam illi adipiſcuntur, cùm ad lauacrum
regenerationis veniunt, quia eam poſteà ſuo vitio *in ſe irritam*
faciunt; Teſtante Apoſtolo ac dicente: *Quantò magis putatis de-*
Heb. 10 *teriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſangui-*
v. 29. *nem Teſtamenti, in quo ſanctificatus eſt, pollutum duxerit, & ſpi-*
ritui gratiæ contumeliam fecerit. Et iterùm: *Impoſſibile eſt enim*
Heb 6. *eos, qui ſemel ſunt illuminati; guſtauerunt etiam donum cœleſte, &*
v. 4. *participes ſunt facti Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominùs bonum*
v. 5. *Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, renouari*
v. 6. *rurſus ad pœnitentiam.*

De 4. Capitulo.

Chriſtus paſſus pro omnibus regeneratis.

Quapropter de omnibus credentibus in Chriſtum, & in Chriſto regeneratis, rectè & veraciter creditur, quòd pro eis Dominus Chriſtus ſit paſſus. Hoc namque tota ſeries Scripturæ ſanctæ veteris, ac noui Teſtamenti, ſi diligenter inſpiciatur, & fideliter conſideretur, manifeſtè atque indubitanter atteſtatur. Quod etiam magnificè & nimis granditer vniuerſalis & celeberrima ab ipſo Domino, & Apoſtolis traditæ Eccleſiæ commendat auctoritas: Quæ *oblationem Corporis & Sanguinis Chriſti*, id eſt, Myſterium paſſionis & mortis eius, tantummodò pro Eccleſia Catholica toto orbe diffuſa, videlicet, pro omnium fidelium ſocietate atque vnitate; & pro illis ſolis defunctis, *qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis* fideliter offert, vnde & confidenter ac veraciter in ipſa myſteriorum frequentatione pro fidelibus ſupplicans ad Deum dicit; *Reſpice Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum.* Et hunc ritum Dominicæ oblationis tantæ pietatis, & religionis attentione cuſtodit, vt cùm illa myſteria offeruntur, nullum omninò infidelem, nullum etiam Cathecumenum, nullum niſi gratiâ baptiſmatis regeneratum intereſſe patiatur, tanquam verè oſtendēs atq; conteſtans pro illis Dominum in ara crucis oblatum, paſſum ac mortuum, & pretioſum eius ſanguinem fuſum, pro quibus in altari Eccleſiæ illa ſacroſancta, & cœleſtis oblatio in myſterio paſſionis eius, ac mortis offertur. Vnde & quoſdam, qui illam ſacratiſſimam oblationem vel pro Cathecumenis, vel quibuſque innocentibus paruulis viuentibus, ſiue defunctis faciendam dixerunt, velut hæreticos Eccleſia deteſtata eſt.

Sacrificiū Miſſæ contra hæreticos oblatū pro defunctis.

Verùm pro Cathecumenis, ſiue viuentibus, ſiue defunctis nec nō paruulis nō baptizaris offerebatur ſacrificiū.

B. Avgvst. de origine Animæ l. 3. cap. 12.

Sicut B. AVGVSTINVS in libro quem ad Vincentium victorem ſcripſit, manifeſtiſſimè oſtendit, dicens: Noli credere, nec dicere, nec docere ſacrificium Chriſtianorum pro his, qui non baptizati de corpore exierint, offerendum, ſi vis eſſe Catholicus: quia nec illud quod de Machabæorum libris commemoraſti ſacrificium Iudæorum, pro his qui non circuncìſi de corpore exierant, oſtendit oblatum. In qua tua ſententia tam noua, & contra Eccleſiæ totius auctoritatem diſciplinámq; prolata verbo etiam inſolentiſſimo vſus es, dicens: Pro his itaque oblationes aſſiduas, & offerenda iugiter Sanctorum ſacrificia Sacerdotum cenſeo.] In libro quoque quem ſcribit ad Petrum Presbyterum contra ſcripta eiuſdem Vincentij Victoris, ita eum redarguit: Tantùm enim ſalutis, & fœlicitatis non baptizatis paruulis tribuit, quantùm nec Pelagiana hæreſis potuit.] Et poſt paululum de eiſdem non beptizatis paruulis: Ne quiſquam, inquit, pro eis obtulit, vel oblaturus eſt ſacrificium, quod iſte etiam pro non baptizatis

Idem ibid. lib. 2. cap. 15.

cenſuit offerendum.] Et poſt pauca, de eodem Vincentio: Aut « De 4. Capitulo.
omninò, inquit, hærebit, aut ſimul pro omnibus paruulis, qui to- «
to orbe terrarum ſine Chriſti baptiſmo moriuntur, etiam eo- «
rum nominibus tacitis, quoniam neſciuntur, in Eccleſia Chriſti «
non incorporatis, corpus Chriſti offerendo, corpus Chriſti eſſe «
cenſebit.] Poſt hæc ſubiungit ad iam dictum Petrum Presbyte- « Idem ibid. c.16.
rum loquens: Abſit à te frater, vt hæc tibi placeant. Abſit vt iſta «
vel didiciſſe te gaudeas, vel docere præſumas.] «

Ex his verbis ſancti Doctoris manifeſtiſſimè docemur, vt pro his tantùm, qui baptiſmo Chriſti regenerati incorporantur Eccleſiæ, quæ eſt Corpus Chriſti, Corpus Chriſti debeat offerri. Et quiſquis pro eis qui minimè ſunt regenerati, nec Corpus Chriſti effecti, dicit illud ſacrificium offerendum, cenſet eos eſſe Corpus Chriſti, qui nunquam incorporati ſunt membris Chriſti. Vnde piè hoc obſeruat ſancta mater Eccleſia, quæ pro Cathecumenis, ſiue paruulis, ſiue maioris ætatis, niſi poſtquam fuerint regenerati in Chriſto, non offert ſacrificium Chriſti, & tunc primùm cùm regenerantur in oblatione Dominica, etiam ſpecialiter eorum memoriam frequentare incipit, dicens: *Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, quæſumus Domine, vt placatus accipias*, &c. Gratia namque redemptionis Chriſti, & ante baptiſmum nullatenùs accipitur, neque his, qui ſine baptiſmo de corpore exeunt, vllatenùs dari poteſt. Sicut & tota obſeruat Eccleſia. Et beatus Gregorius ad conſulta Auguſtini reſpondens, breuiter oſtendit, dicens: Sancti myſterii gratia, ſicut viuentibus atque diſcernenti- « B. Gregorius Regiſtri lib. 12.
bus cum magna diſcretione prouidenda eſt: Ita his quibus mors «
imminet ſine vlla dilatione offerenda, nedum adhuc tempus ad «
præbendum redemptionis myſterium quæritur, interueniente «
paululùm mora inueniri non valeat, qui redimatur.] «

Pro illis tamen omnibus qui ex aqua & ſpiritu regenerati, ac per hoc Eccleſiæ incorporati, cum pietate dormitionem acceperunt, ſolemniter & generaliter vniuerſalis ſeruat & prorsùs ſeruare debet Eccleſia, vt inter illa ſacroſanctæ immolationis myſteria ſuo loco atque ordine ſiue nominatìm, ſiue tacitis nominibus fideliter commemorentur: Verè namque ad plenitudinem, & vnitatem Eccleſiæ pertinent, nec ab illa vel morte ſeparari poſſunt. De quibus in Domino mortuis, & cum Domino viuentibus beatus Ioannes in Apocalypſi ſcribit: *Beati*
Apoc. 14. v.13 *mortui qui in Domino moriuntur: Amodò dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: Opera enim ipſorum ſequuntur illos.*

Digitized by Google

De 4. Capitulo.

Et Beatus Paulus Apoſtolus ſub nomine *Vigilantium* viuentes, ſub nomine autem *dormientium* defunctos fideles volens intelligi, ad Theſſalonicenſes dicit: *Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in adquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum, qui* 1. Theſ. 5. v. 9.
mortuus eſt pro nobis: Vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus ſimul v. 10.
cum illo viuamus. Et iterum alibi: *Nemo enim noſtrum ſibi vi-* Ro. 14.
uit, & nemo ſibi moritur: ſiue enim viuimus, Domino viuimus: v. 7.
ſiue morimur, Domino morimur: ſiue ergò viuimus, ſiue mori- v. 8.
mur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſur- v. 9.
rexit, vt & mortuorum, & viuorum dominetur. Hinc eſt quòd in illa beati actione myſterij, ex auctoritate vtique diuina, & traditione Apoſtolica à ſanctis Patribus oratio pro defunctis fidelibus ſpecialiter poſita eſt, quæ ita ſe habet: *Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis*, &c.

Oratio pro defunctis fidelibus.

Quod totum ita ab initio in Eccleſia, & ab Eccleſia vniformiter ac legitimè obſeruatum eſſe commendat diligentiſ-
„ ſimè Beatiſſimus Pater AVGVSTINVS in libro de cura pro
„ mortuis gerenda, ita dicens: Non ſunt prætermittendæ ſup-
„ plicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro om-
„ nibus in Chriſtiana, & Catholica ſocietate defunctis, etiam ta-
„ citis nominibus eorum, ſub generali commemoratione ſuſce-
„ pit Eccleſia; vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut
„ quicunque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre
„ communi.]

AVGVST. de cura pro mortuis.

„ Et poſt aliqua: Quæ cùm ita ſint, inquit, non exiſtimemus ad
„ mortuos pro quibus curam gerimus peruenire, niſi quod pro eis
„ ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificij ſolem-
„ niter ſupplicamus: Quamuis non pro quibus fiunt omnibus pro-
„ ſint: ſed eis tantùm, pro quibus dum viuunt comparatur vt pro-
„ ſint. Sed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regenera-
„ tis omnibus facere: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc
„ beneficia poſſint & debeant peruenire. Meliùs enim ſupererunt
„ iſta eis, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt quibus
proſunt.]

Ex his igitur omnibus diligenter ac fideliter conſideratis certiſſimè & clariſſimè oſtenditur pro omnibus fidelibus Chriſti, qui fuerunt, aut ſunt, vel erunt, factā eſſe paſſionem Chriſti. Pro fidelibus Chriſti offerri ſacrificium Chriſti, pro Corpore Chriſti immolari Corpus Chriſti. De his verò, qui adhuc in infidelitate atq; impietate detinentur, manifeſtum eſt ex hac regula fidei, quòd quicunq; ex ipſis per Dei gratiam fuerint ad fidem conuerſi, & in

Digitized by Google

Chriſto regenerati, etiam pro ipſis confitendum ſit factum eſſe, quod pro omnibus fidelibus factum conſtat. De cæteris verò, qui in ipſa infidelitate atque impietate ſua perſeuerantes ſunt perituri, ſi de Scripturæ ſanctæ auctoritate, quod etiam pro talibus Dominus paſſus ſit, certiſſimis & clariſſimis teſtimoniis nobis demonſtrare potuerint boni viri, qui talia definierunt, dignum omninò eſt, vt credamus & nos. Si verò non potuerint, ceſſent contendere pro eo, quod non legunt. Pudeat eos definire, quod *neſciunt:* Timeant ſtatuere quod nullum ſanctorum Patrum concilium, nullum Apoſtolicæ ſedis Pontificum, nullum Eccleſiaſticorum dogmatum decretum hactenus inueniant ſtatuiſſe. Quod & ſi quid à Sanctis & venerabilibus Eccleſiæ doctoribus vel ſcriptum, vel dictum vnde huiuſcemodi ſenſus occaſio ſumi poſſe videatur, inueniunt: ſaluâ eorum debitâ reuerentiâ, cohibeant ſe potiùs, & ſubmittant ſe humiliter diuinæ auctoritati; Et rem tam obſcuram, tamque inuſitatam diuinæ referuent humiliter maieſtati. Hoc namque & *Paſchalis agni* ſacra illa epulatio myſticè nobis commendat cum dicitur; *Si quid reſiduum fuerit, igni comburetis*, ſicut Beatus *Gregorius* exponit dicens: Quod ex agno remanet igni comburimus, quando hoc quod de myſterio Incarnationis eius intelligere, vel penetrare non poſſumus, poteſtati Spiritus ſancti humiliter reſeruamus, vt non ſuperbè quis audeat vel contemnere, vel denuntiare quod intelligit, ſed hoc igni tradat, cùm ſancto Spiritui reſeruat.

De IV. Capitulo.

Nota.

Exod. 12. v. 10.

S. Greg.

CAPVT XV.

Cap. 15.

De quæſt. 3.

Gal. 5. v. 6.

IAm de tertia quæſtione, quâ definitum eſt; *Quia ſicut infideles non redimuntur myſterio ſanguinis Chriſti: Ita nec fideles redempti ſunt, qui non habuerint eam fidem* quæ per dilectionem operatur.] Quid neceſſe eſt aliquid dicere? Cum ex his, quæ ſuprà iam dicta ſunt, manifeſtiſſimè oſtendatur, & omnibus infidelibus nullam eſſe redemptionem in Chriſto, & omnes fideles, qui fideliter accedunt ad fidem, & gratiam regenerationis, ibi accipiant veram redemptionem, vbi accipiunt veram regenerationem. Quia nec verè poſſunt regenerari, niſi eos, & à poteſtate diaboli, & à ſeruitute peccati verè conſtet redimi. Nec verè poſſunt redimi, niſi lauacro indulgentiæ expiati, & à reatu delicti, & à dominatu principis mundi efficiantur abſoluti. Niſi, quod hoc in iſta definitione abſurdiſſimum eſt, *quod Dominus Ieſus Chriſtus etiam pro impiis in ſua impietate pereuntibus dicatur paſſus:* Et *fidelis quiſque fideliter baptiſmo eius regeneratus myſterio paſſionis eius affirmetur non eſſe redemptus.*]

De iv. Capitulo.

Nec illud aliquis contra hanc veritatem Euangelicam & Apoſtolicam objiciendum putet, quod inter cæteras maledictiones populi Iudaici, in Deüteronomio continetur ad eundem incredulum populum dictum: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ.* Vel illud quod in Iſaia de eodem infideli populo, ex perſona ipſius Domini Ieſu Chriſti de paſſione & cruce eius dictum ſolet intelligi. *Expandi manus meas totâ die ad populum non credentem, & contradicentem: Qui ambulat viâ non bonâ, poſt cogitationes ſuas:* Vt quaſi ita quis velit accipere, quod illi *incredulo populo* dictum eſt; *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ.* Tanquam ipſi *incredulo & infideli populo* in ſua incredulitate, & infidelitate permanenti, Dominus Ieſus Chriſtus, qui ante eorum oculos in cruce pependit, dicatur vita; cùm vtique eis non dederit vitam: Et dicantur i ſi non credituri vitæ ſuę: quaſi Dominus etiam eorum, qui non credunt, nec vnquam eius fide viuificantur, poſſit dici vita. Et illud de Eſaïa teſtimonium ſic conetur intelligere vt dicat, quòd Dominus propterea dixerit: *Expandi manus meas totâ die ad populum non credentem & contradicentem:* Quaſi propter eundem populum in ſua incredulitate & contradictione perdurantem, & eius causâ crucis ſuſtinuerit paſſionem. Vt quaſi ex hoc affirmare videatur, quòd Dominus etiam pro impiis in ſua impietate pereuntibus in Scripturis paſſus eſſe dicatur: Quia diuinæ Scripturæ nullatenùs poſſunt inter ſe eſſe contrariæ: ſed quod in earum planioribus locis manifeſtiùs declaratur, hoc etiam in obſcurioribus occultatur, vt ex his, quæ in illis clara ſunt inluminentur obſcura, non ex his, quæ obſcura ſunt, clara obſcurentur.

Deut. 28. v. 66. — Iſa. 65. v. 2. — d. v. 66 — d. v. 2.

Itaque iuxta manifeſtam, quam ſuperiùs oſtendimus de paſſione, & redemptione Chriſti Euangelicam, & Apoſtolicam veritatem, etiam illud, quod in Deüteronomio inter cætera maledicta illi populo infideli dictum eſt: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ*, ita fideliter accipiamus dictum, vt agnoſcamus maximum maledictum fuiſſe illius populi, vt merito malitiæ ſuæ excæcati, venientem ad ſe Dominum Chriſtum tantis ſignis & miraculis cognoſcere non potuerint. Sicut de eorum tanta cæcitate antè fuerat Prophetatum. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c.* Et hanc cæcitatem iuſto iudicio Dei permanſiſſe in illis vſquedum Dominum comprehenderent, condemnarent, & morti adiudicatum crucifigerent: ſed poſtea illo reſurgente, & ad cœlos aſcendente, miſſo Spiritu ſancto, & prædicantibus Apoſtolis per inſpirationem diuinæ gratiæ, ſubitò ad eorum prædicationem

Deut. 28. v. 66. — Iſa. 6. v. 10.

Digitized by Google

Act. 2. v. 37. compunctos dixiſſe: *Viri fratres quid faciemus.* Et continuò ac- cepto ſalutis conſilio baptizatos, ac vitæ ſuæ, quam in cruce ante oculos ſuos poſitam agnoſcere non potuerant, nec crediderant, reconciliatos. Et ideò mirabiliter per beatum Moyſeni vtrumque Prophetatum, vtrumque ſignificatum eſt, vt & in paſſione Domini haberent *vitam ante oculos*, ſed nec crederent, nec agnoſcerent. Et hæc tamen vita eſſet etiam ipſorum tam infidelium, & tam excæcatorum: quia eos poſteà fide ſuâ viuificauit: ſicut ſcriptum eſt: *Iuſtus autem ex fide viuit.* Ita in paſſione ſua Dominus & vita erat ipſorum, & non erat vita ipſorum. Vita namque erat ipſorum, quia erat eos viuificaturus. Non erat vita ipſorum, quia necdum eos viuificabat, quando mortui vitam crucifigebant. Vnde vt iſta cæcitas ab illis auferretur, & fidei illuminatio eis donaretur, in ipſa crucis paſſione patrem precabatur dicens: *Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Similiter & illud quod in Eſaïa ex ipſius Domini perſona intelligitur dictum: *Expandi manus meas totâ die ad populum non credentem, & contradicentem*; Eodem ſenſu accipiendum eſt: quòd perpeſſus ſit ac ſuſtinuerit illũ populum ſemper ſibi non credentem & contradicentẽ: ita vt clamaret *Crucifige, crucifige eum:* Et dicente Pilato *Regem veſtrũ crucifigam, reſponderunt: non habemus regem, niſi Cæſarem:* Donec in cruce exaltatus expanderet manus, tanquam virtute paſſionis ſuæ omnia tracturus ad ſe, etiam ipſum *populum non credentem, & contradicentem: in reliquiis* videlicet, *quæ ex illo per electionem gratiæ ſalua factæ ſunt.* Hoc ita futurum ipſe prędixerat, quando ad eos ante paſſionem ſuam, tanquam *ad populum non credentem & contradicentem* dicebat: *Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Non credendo namque, & contradicendo ad hoc peruenerunt, vt exaltarent filium hominis in ligno crucis: Et tunc virtute paſſionis, & gratiâ orationis eius illuminati cognouerunt eum, quem anteà non cognoſcentes crucifixerant: *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

Margin notes: Deut. Capitulo. — Habac. 2. v. 4. — Rom. 1. v. 17. — Luc. 23. v. 34. — Iſa. 65. v. 2. — Ioan. 19. v. 15. — Rom. 11. v. 5. — Ioan. 8. v. 28. — 1. Cor. 2. v. 8.

Hunc nobis verum & Catholicum ſenſum beatiſſimus martyr *Cyprianus* in libro, quòd idola dij non ſint, diligenter inſinuat, dicens de eiſdem Iudęis. Non intelligendo primum Chriſti ad- « uentum, qui in paſſione præceſſit occultus, vnum tantùm cre- « dunt, qui erit in poteſtate manifeſtus. Quòd autem hoc Iudæo- « rum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. Sic « erant ſapientię & intelligentię cæcitate multati: vt qui vitâ indi- « gni eſſent, haberent vitam ante oculos, nec viderent.] Similiter « & Beatus *Auguſtinus* in explanationibus Ioannis Euangeliſtę do- « cet dicens: Ecce Dominus Ieſus Chriſtus venit prędicauit; ſed «

Margin notes: B. Cypr. — B. Avgvst. in Ioann. tract. 45.

Digitized by Google

De IV. Capitulo.

» quid putamus? *Nunquid qui audierunt oues erant?* Ecce audi-
» uit *Iudas*, & lupus erat: *ſequebatur*, ſed pelle ouinâ tectus paſto-
» ri inſidiabatur. *Aliqui vero* eorum qui Chriſtum crucifixerunt
» non audiebant *& oues erant*: Ipſos enim videbat in turba quan-
» do dicebat: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia* Ioan. 8.
» *ego ſum*. Quomodo ergo iſta ſoluitur *quæſtio*? *Audiunt non oues,* v. 28.
» *& non audiunt oues, ſequuntur vocem* paſtoris quidam lupi, & eis
» quędam contradicunt oues: Poſtremo paſtorem occidunt oues.
» Sed quando non audiebant, oues nondum erant, vox audita eos
» mutauit, & ex lupis oues fecit.]

Libet in fine Sanctorum Patrum pauca verba ſubiungere, quàm mirabiliter & dulciter prædicent de myſterio redemptionis Chriſti: De ſalute etiam illorum iuſtorum, qui fuerunt ante aduentum Chriſti, & deinceps omnium fidelium qui eius gratiâ cotidiè redimuntur atq; ſaluantur. Beatus *Ambr.* de ipſo Domino Ieſu Chriſto, qui eſt *Agnus Dei, & tollit peccatũ mundi*: Quomodo à certo & prędeſtinato numero qui poſſint ad eius eſum

S. Ambrosius. — Ioan. 1. v. 29.

» ſufficere, comedatur, ita dicit: Sanguis Chriſti, cuius ad gratiam
» nihil minuitur, nihil adiungitur. Et ſi parum ſumas, & ſi pluri-
» mum haurias, eadem perfecta eſt omnibus menſura redemptio-
» nis. Paſcha quoque Domini, hoc eſt Agnum, ita Patres epulari
» iubentur, vt ſecundùm numerum animarum epulentur ſuarum,
» neque plures, neque pauciores: Neque alijs plus dari, alijs mi-
» nus ſecundùm animas ſingulorum: Ne aut fortiores amplius ſu-
» mant, aut infirmiores minus. Gratia enim æqualis ſingulis di-
» uiditur, redemptio diuiditur, donum diuiditur. Neque plures
» oportet eſſe, ne quis vacuus ſpei & redemptionis recedat. Plures
» ſunt quando aliqui extra numerum ſunt: *Sancti* autem *numerati* Math.
» *ſunt omnes, & capilli eorum. Cognouit enim Dominus qui ſunt ip-* 10. v.
» *ſius*. Neque pauciores, ne quis magnitudine gratiæ ſit ad reci- 30. 2. Tim.
» piendum infirmior. Et ideo omnes æqualitatem deuotionis & fi- 2. v. 19.
» dei deferre præcepit in Paſcha.]

S. Leo.

» De hac re id eſt redemptione ſanguinis Chriſti etiam beatus
» Leo ita docet: Effuſio enim pro iniuſtis ſanguinis iuſti tam po-
» tens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas
» captiuorum in redemptorem ſuum crederet, nullum tyrannica
» vincula retinerent.] Et iterùm: Ita Dominus Ieſus Chriſtus
» humano generi ſuâ morte conſuluit, vt Sacramentum ſalutis
» etiam ipſis perſecutoribus non negaret. Qui enim venerat vni-
» uerſis credentibus omnia peccata dimittere, à generali indul-
» gentia nec Iudaicum voluit crimen excludere. Et iterùm: Quid
» enim aliud egit crux Chriſti, quàm vt deſtructis inimicitiis re-
» concilietur mundus Deo, & per ſacrificium immaculati agni in

Digitized by Google

veram pacem cuncta reuocentur.] Itémque alibi: Offerebatur « De IV. Capitulo.
enim à Domino pro ſalute mundi hoſtia ſingularis, & occiſio ve- «
ri agni per tot ſæcula prædicata promiſſionis filios in libertatem «
fidei transferebat. Confirmabatur quoque teſtamentum nouum, «
& Chriſti ſanguine æterni regni ſcribebantur hæredes. Ingredie- «
batur ſummus Pontifex ſancta Sanctorum, & ad exorandum Do- «
minum immaculatus ſacerdos per velum ſuæ carnis intrabat.] Et «
alio loco: Incarnatio quippe verbi, & occiſio ac reſurrectio «
Chriſti vniuerſorum fidelium ſalus facta eſt: Et ſanguis vnius «
iuſti, quod nobis donauit, qui eum pro reconciliatione mundi «
credimus fuſum, hoc contulit patribus, qui ſimiliter crediderunt «
fundendum.] «

Beatus etiam *Hieronymus* in expoſitione Epiſtolæ ad Galatas, « B. HIERONYMVS.
cùm de eiſdem Sanctis loqueretur antiquis: Nemo, inquit, illo- «
rum de maledicto quempiam liberauit abſque ſolo Domino «
Ieſu Chriſto, qui pretioſo ſanguine ſuo, & nos omnes, & ipſos «
Moyſem dico & Aaron, Prophetáſque cunctos & Patriarchas «
de maledicto legis redemit. Nec hoc meo ſenſu dictum pute- «
2. Cor. 5. v. 15. tis, ſcriptura teſtis eſt, quia *Chriſtus gratia Dei pro omnibus* «
mortuus eſt, ſi autem *pro omnibus*, & pro Moyſe, & pro vniuerſis «
Col. 2. v. 14. Prophetis: E quibus nullus potuit delere *Chyrographum vetus*, «
quod aduerſum nos ſcriptum erat, & affigere illud cruci. Omnes enim «
Rom. 3. v. 23. *peccauerunt, & egent gloria Dei.*] Item idem doctor exponens «
Eſa. 52. v. 15. illud quod per Prophetam de Domino dictum eſt: *Iſte aſperget* « Idem in Mathæi cap. 20. v. 28.
gentes multas, mundans, inquit, eas ſanguine ſuo, & in baptiſ- «
Math. 20. v. 28. mate Dei conſecrans ſeruituti:] Item in Commentariis Euange- «
lij ſecundùm Matthæum cùm verba Domini exponeret dicentis, «
Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare «
animam ſuam redemptionem pro multis. Non dixit, inquit, dare «
animam ſuam redemptionem pro omnibus, ſed pro multis, id «
eſt pro his qui credere voluerint.] «

Item beatus *Auguſtinus* in libro de natura & gratia. Ea inquit « B. AVGVST.
1. Tim. 2. v. 5. fides iuſtos ſanauit antiquos, quæ ſanat & nos, id eſt *mediatoris* «
Dei, & hominum hominis Chriſti Ieſu. Fides ſanguinis eius, fi- «
des crucis eius, fides mortis & reſurrectionis eius. *Habentes er-* «
go eum ſpiritum fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur.] «
Item in tractatibus in Ioannem Euangeliſtam: *Eſtote*, inquit, «
2. Cor. 4. v. 13. *oues: Oues* credendo ſunt *oues*, paſtorem ſequendo ſunt *oues:* Re- «
demptorem non contemnendo ſunt *oues*, per oſtium intrando ſunt «
oues, Exeundo, & paſcua inueniendo ſunt *oues*. Quomodo er- «
Ioan. 10. v. 26. go iſtis dixit, *non eſtis ex ouibus meis?* Quia videbat eos ad ſem- «
piternum interitum prædeſtinatos, non ad vitam æternam ſui «
ſanguinis pretio cōparatos.] Item ibi: Tota illa eius paſſio, noſtra «

Digitized by Google

De IV. Capitulo. » purgatio eſt, paſſurus igitur exitia, præmiſit obſequia, non ſo-
» lùm eis, pro quibus erat ſubiturus mortem, ſed etiam illi, qui
De Iuda. » cum fuerat traditurus ad mortem.] Et alio loco: *Quod facis*, in- Ioan. 13. v. 27.
» quit, *fac citiùs*, non præcepit facinus, ſed prædixit *Iudæ* malum,
» nobis bonum. Quid enim Iudæ peius, & quid nobis melius quàm
» traditus Chriſtus, ab illo contra illum, pro nobis præter il-
» lum.] Et alio loco: quantùm ſibi (inquit) aſſumpſerat Petrus
» intuenda quid vellet, ignorando quid poſſet: Quantùm ſibi aſ-
» ſumpſerat, vt cùm *Dominus veniſſet animam ſuam ponere pro ami-* Ioan. 13. v. 37.
» *cis ſuis*, ac per hoc & pro ipſo, ille hoc Domino offerre confide-
» ret, & non pro ſe poſitâ animâ Chriſti, animam ſuam pollicere-
» tur poſiturum pro Chriſto.] Et alibi: *Chriſtus ſaluator*, quod eſt
» nomen eius, fidelibus eius: Eſt quippè impijs & damnator, qui
» dignatur fidelibus eſſe ſaluator.]

S. Cypr. » Beatus antiſtes & martyr *Cyprianus* in libro de laude martyrij
» & martyrum, oſtendens à mundi initio prædeſtinatos qui Chriſti
» ſanguine aſpergerentur & mundarentur: O beati, inquit, quos à
» primordio mundi Domini ſanguis infecit, & quos merito ſplen-
» dor iſte niuei amictus induerit; & candor ſtolæ ambientis orna-
» rit.] Item in libro ad Demetrianum: Hanc (inquit) gratiam
» Chriſtus impertit, hoc munus miſericordiæ ſuæ tribuit, ſubi-
» gendo mortem trophæo crucis, redimendo credentem pretio
» ſui ſanguinis, reconciliando hominem Deo Patri, viuificando
» mortalem regeneratione cœleſti. Hunc, ſi fieri poteſt, ſequa-
» mur omnes, huius Sacramento, & ſigno cenſeamur. Hic no-
» bis viam vitæ aperit: hic ad paradiſum reduces facit: hic ad cœ-
» lorum regna perducit. Cùm ipſo ſemper viuemus facti per ip-
» ſum filij Dei: Cum ipſo exultabimus ſemper ipſius cruore repa-
» rati.] Amen.

Digitized by Google

CONCILIVM

VALENTINVM III.

Lotharij Imp. iuſſu in cauſa Valentini Epiſcopi celebratum, VI. Idus Ianuarias indict. III. Anno Chriſti DCCCLV. Leonis IV. Papæ Anno VIII. Lotharij eiuſdem Imp. & Karoli Calui Regis XV.

PREFATIO.

REGNANTE Domino noſtro Ieſu Chriſto Anno DCCCLV. ab incarnatione eius, glorioſiſſimo Lothario imperante XV, indictione III. Menſe Ianuario, VI. Idus eiuſdem menſis, apud Vrbem Valentinam, in domo Baſilicæ S. Ioannis adiacente. Cùm propter cauſam Epiſcopi ciuitatis ipſius criminibus diffamati, ex iuſſione præfati pij principis, Reuerentiſſimi trium Prouinciarum Epiſcopi in vnum collecti reſediſſent, id eſt Lugdunenſium, Viennenſium, & Arelatenſium, numero XIV, quibus præfuerunt auctore Domino Epiſcopi Metropolitani, videlicet Remigius Lugdunenſis, Agilmarus Viennenſis, Rodlandus Arelatenſis, Conlaborante eis quàm maximè venerabili Ebbone Gratianopolitano Epiſcopo: Adiuncto etiam venerabili cœtu Presbyterorum, deuotiſſimis quoque Diaconis adſtantibus, Euangeliis in medio poſitis, poſt obiectiones Epiſcopo factas, diſcuſſas & finitas, placuit omnibus in ſancta ſynodo conſtitutis, ne fratrum conuentus abſque ædificatione diſcederet, hæc pauca in Chriſti nomine, quæ ſubter annexa ſunt, ad commonitionem ſui, cæterorúmque fidelium, deuotâ & ſollicitâ pietate adnotare.

CANONES.

I. *Quòd nouitates vocum omni ſtudio vitandæ ſint.*

QVIA Doctorem gentium in fide & veritate fideliter commonentem, obedientérque audimus: *O Timothee depoſitum cuſtodi, deuitans Prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt:* Et

1. Tim. 6. v. 20.

iterùm: *Profana autē & inaniloquia deuita: Multùm enim proficiūt* 2. Tim.
ad impietatem, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit: Et iterùm: *Stul-* 2. v. 16.
tas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita ſciens, quia generant v. 23.
lites: Seruum autem Domini non oportet litigare: Etiterum: *Ni-* Phil. 2.
hil per contentionem, neque per inanem gloriam. Paci, quantum v. 3.
Deus dederit, & charitati ſtudere cupientes, attendentes pium
eiuſdem Apoſtoli conſilium: *Sollicitì ſeruare vnitatem Spiritus* Eph. 4.
in vinculo pacis: Nouitates vocum, & præſumptiuas garruli- v. 3.
tates, vnde potius inter fratres contentionum & ſcandalorum fo-
mes excitari poteſt, quàm ædificatio vlla timoris Dei ſuccreſce-
rere, cum ſtudio omni deuitamus. Indubitanter autem Docto-
ribus piè & rectè tractantibus verbum veritatis, ipſiſque ſacræ
ſcripturæ lucidiſſimis expoſitoribus, id eſt Cypriano, Hilario,
Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, cæteriſque in Catholica
pietate quieſcentibus, reuerenter auditum, & obtemperanter
intellectum ſubmittimus, & pro viribus, quæ ad ſalutem no-
ſtram ſcripſerunt, amplectimur. Nam de præſcientia Dei, & de
prædeſtinatione, & de quæſtionibus aliis, in quibus fratrum ani-
mi non parùm ſcandalizati probantur, illud tantùm firmiſſimè
tenendum eſſe credimus, quod ex maternis Eccleſiæ viſceribus
nos hauſiſſe gaudemus.

II. *De æterna Dei præſcientia bonorum & malorum.*

DEVM præſcire & præſciſſe æternaliter, & bona quæ boni
erant facturi, & mala quæ mali ſunt geſturi, quia vocem ſcri-
pturæ dicentis habemus: *Deus æterne, qui abſconditorum es co-* Dan. 13.
gnitor, qui noſti omnia antequam fiant, fideliter tenemus & pla- v. 42.
cet tenere, bonos præſciſſe omninò per gratiam ſuam bonos fu-
turos, & per eandem gratiam æterna præmia accepturos: Ma-
los præſciſſe per propriam malitiam malos futuros, & per ſuam
iuſtitiam æternâ vltione damnandos: Vt ſecundùm Pſalmiſtam,
Quia poteſtas Dei eſt, & Domini miſericordia reddat vnicuique Pſ. 61. v.
ſecundum opera ſua: Et ſicut Apoſtolica doctrina ſe habet, *His* 12.
quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam & hono-
rem, & incorruptionem quærunt, Vitam æternam: His autem Rom.
qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt au- 2. v. 7.
tem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem
animam hominis operantis malum. In eodem ſenſu idem alibi: 2. Theſ.
In reuelatione, inquit, *Domini Ieſu Chriſti de cælo cum Ange-* 1. v. 7.
lis virtutis eius, in igne flammæ dantis vindictam his qui non no-
uerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas, cùm venerit glori-
ficari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui credide-
runt.

Digitized by Google

runt. Nec prorſus vlli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſet, ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate, ille ſicuti Deus, *qui nouit omnia antequam fiant*, præſciit ex ſua omnipotenti & incommutabili maieſtate. Nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis credimus condemnari. Nec ipſos malos ideò perire, quia boni eſſe nõ potuerunt, ſed quia boni eſſe noluerũt, ſuóque vitio in maſſa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanſerunt.

III. *De prædeſtinatione Dei, electorum ad vitam, & impiorum ad mortem.*

Rom. 9. v. 21. Sed & de prædeſtinatione Dei placuit, & fideliter placet iuxta auctoritatem Apoſtolicam, quæ dicit: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Vbi & ſtatim ſubiungit: *Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata ſiue præparata in interitum, vt oſtenderet diuitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam.* Fidenter fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem: In electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum; In damnatione autem periturorum meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium. Prædeſtinatione autem Deum ea tantùm ſtatuiſſe, quæ ipſe vel gratuitâ miſericordiâ, vel iuſto iudicio facturus erat, ſecundùm Scripturam dicentem: *Qui fecit quæ futura ſunt:* In malis verò ipſorum malitiam præſciſſe, quia ex ipſis eſt, non prædeſtinaſſe, quia ex illo non eſt. Pœnam ſanè malum meritum eorum ſequentem, vti Deum, qui omnia proſpicit, præſciuiſſe & prædeſtinaſſe, quia iuſtus eſt: *Apud quem eſt* (vt Sanctus Auguſtinus ait) *De omnibus omninò rebus tam fixa ſententia, quàm certa præſcientia.*] Ad hoc ſiquidem facit ſapientis dictum. *Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* De hac immobilitate præſcientiæ & prædeſtinationis Dei, per quam apud eum futura iam facta ſunt, etiam apud Eccleſiaſtem benè intelligitur dictum: *Cognoui quòd omnia opera quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum.* Non poſſumus his addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. Verùm aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe diuinâ poteſtate, videlicet vt quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt, qui tantùm mali credere velint, cum omni deteſtatione, ſicut Arauſica ſynodus, illis Anathema dicimus.

[Margin notes: Iſa. 45. v. 11. — Prou. 19. v. 29. — Eccleſ. 3. v. 14. — Arauſic. Synd. cap. 25.]

IV. *De redemptione ſanguinis Chriſti, & de quatuor, & nouemdecim capitulis.*

ITEM de redemptione ſanguinis Chriſti, propter nimium er-

Digitized by Google

rorem, qui de hac cauſa exortus eſt, ita vt quidam ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impiis, qui à mundi exordio vſque ad paſſionem Domini in ſua impietate mortui, æternâ damnatione puniti ſunt, effuſum eum definiant, contra illud Propheticum: *Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne:* Illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum, ac docendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quòd pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam: Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam:* Et Apoſtolus: *Chriſtus* (inquit) *ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* PORRO CAPITVLA quatuor, quæ à Concilio fratrum noſtrorum minùs proſpectè ſuſcepta ſunt, propter inutilitatem vel etiam noxietatem, & errorem contrarium veritati: Sed & alia XIX, ſyllogiſmis ineptiſſimè concluſa, & licet iactetur nullâ ſæculari literaturâ nitentia, in quibus commentum diaboli potiùs, quàm argumentum aliquod fidei deprehenditur, à pio auditu fidelium penitùs explodimus, & vt talia & ſimilia caueantur per omnia auctoritate Spiritus ſancti interdicimus. Nouarum etiam rerum introductores, nè diſtrictiùs feriantur, caſtigandos eſſe cenſemus.

Oſee 13. v. 14. Ioan. 3. v. 14. Heb. 9. v. 28.

V. *Quòd omnes regenerati à peccatis abluti ſint: non tamen omnes ſalui fiant.*

ITEM firmiſſimè tenendum credimus, quòd omnis multitudo fidelium *ex aqua & Spiritu ſancto regenerata*, ac per hoc veraciter Eccleſiæ incorporata, & iuxta doctrinam Apoſtolicam *in morte Chriſti baptizata*, in eius ſanguine ſit à peccatis ſuis abluta: Quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio, niſi fieret & vera redemptio: Cùm in Eccleſiæ ſacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium, ſed prorſus totum verum, & ipſâ ſui veritate, ac ſynceritate ſubnixum: Ex ipſa tamen multitudine fidelium & redemptorum, alios ſaluari æternâ ſalute; quia per gratiam Dei in redemptione ſua fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit:* Alios, quia noluerunt permanere in ſalute fidei, quam initio acceperunt, Redemptioniſque gratiam potiùs irritam facere prauâ doctrinâ, vel vitâ, quàm ſeruare elegerunt, ad plenitudinem ſalutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo peruenire. In vtroque ſiquidem doctrinam pij Doctoris habemus. *Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus;* Et *omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis:* Et iterùm: *Accedamus cum vero corde in*

Rom. 6. v. 3. Math. 10. v. 22. & 24. v. 13. Rom. 6. v. 3. Gal. 3. v. 27. Heb. 10. v. 22.

Digitized by Google

plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus
v. 26. *aquâ mundâ, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem:* Et
iterùm: *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veri-*
v. 28. *tatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia:* Et iterùm: *Irritam quis faciens legem Moyſis, ſine vlla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutū duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit.*

VI. *De gratia & libero arbitrio*

Item De gratia per quam ſaluantur credentes, & ſine qua rationalis creatura nunquam beatè vixit, & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, ſed per gratiam Domini *IESV* fidelibus eius redintegrato, & ſanato, id ipſum conſtantiſſimè & fide plenâ fatemur, quod ſanctiſſimi Patres auctoritate ſacrarum Scripturarum nobis tenendum reliquerunt, quod Africana, quod Arauſica ſynodus profeſſa eſt, quod beatiſſimi Pontifices Apoſtolicæ ſedis Catholicâ fide tenuerunt. Sed & de natura & gratia in aliam partem nullomodo declinare præſumentes. Ineptas autem quæſtiunculas, & aniles penè fabulas, Scotorúmque pultes puritati fidei nauſeam inferentes, quæ periculoſiſſimis & grauiſsimis temporibus, ad cumulum laborum noſtrorum, vſque ad ſciſsionem charitatis miſerabiliter & lachrymabiliter ſuccreuerunt, ne mentes Chriſtianæ indè corrumpantur, & excidant à ſimplicitate & caſtitate fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, penitùs reſpuimus, & vt fraterna charitas cauendo à talibus auditum caſtiget, Domini Chriſti amore monemus. Recordetur fraternitas malis mundi grauiſsimis ſe vrgeri, meſſe nimiâ iniquorum, & paleis leuium hominum ſe duriſsimè ſuffocari. Hæc vincere ferueat, hæc corrigere laboret, & ſuperfluis cœtum piè dolentium & gementium non oneret; Sed potiùs certâ & verâ fide, quod à ſanctis Patribus de his & ſimilibus ſufficienter proſecutum eſt, amplectatur.

Reliqui Canones numero 17. quia nihil ad rem, hîc prætermiſſi.

VI. DECRETA, SEV CANONES SYNODI Ligonenſis in Synodo apud Saponarias relecti

HÆc Decretra Synodica obtulerunt eidem Conuentui (*Tullenſi ſcilicet 12. Prouinciarum apud Saponarias*) & Regibus Ex Tom. 3. Conc. Ant. Gall. Iac. Sirmondi, pag. 153.
adſidentibus Remigivs, Agilmarvs: Ebbo, & cœteri Coëpiſcopi eorùm qui ante quindecim dies in Andematunno Lingonum, cum Rege ſuo Karolo congregati confirmauerunt.

Tunc primùm edita (à R. P. Iac. Sirmondo) ex Codice Bibliothecæ Vaticanæ.

CANONES.

I. Quòd Nouitates vocum omni ſtudio vitandæ ſint.

Quia Doctorem Gentium in fide & veritate fideliter commonentem, obedienterq; audimus, &c. *Vt in Synodo Valentina, Can. I.*

II. De æterna Dei præſcientia bonorum & malorum.

Deum præſcire, & præſciſſe æternaliter, & bona, quæ boni erant facturi, & mala quæ mali ſunt geſturi, &c. *Vt in Synodo Valentina, Can. 2.*

III. De prædeſtinatione Dei electorū ad vitā, & impiorū ad mortē.

Sed & de prædeſtinatione Dei placuit, & fideliter placet, iuxta auctoritatem Apoſtolicam quæ dicit, &c. *Vt in Synodo Valentina, Can. 3.*

IV. De Redemptione Sanguinis Chriſti, & de XIX. Capitulis cuiuſdam Scoti.

Item, de Redemptione Sanguinis Chriſti propter nimium errorem qui de hac cauſa exortus eſt. Ira vt quidam, &c. vſque *ad multorum exhaurienda peccata.* Porrò capitula numero XIX. ſyllogiſmis ineptiſſimè ac mendaciſſimè à quodam Scoto concluſa, vbi non argumentum fidei, ſed potiùs commentum perfidiæ paret, nullâ omninò Philoſophiæ arte, vt arroganter à quibuſdam iactatur, conſtructum, ſed inani fallaciâ, & deceptione imperitiſſimè confuſum, à pio auditu fidelium penitùs explodimus, &c. *Vt in Synodo Valentina, Can. 4.*

V. Quòd omnes regenerati à peccatis abluti ſint, non tamen omnes ſalui fiant.

Item, firmiſſimè tenendum credimus, quòd omnis multitudo fideliū ex aqua & Spiritu ſancto regenerata, &c. *Vt in Synodo Val. Can. 5.*

VI. De gratia & libero arbitrio.

Item, de gratia per quam ſaluantur credentes, & ſine qua rationalis creatura nunquam beatè vixit, &c. *Vt in Synodo Valentina, Can. 6.*

DECRETVM EIVSDEM CONCILII TVLLENSIS APVD SAPONARIAS, CAN. X.

De Capitulis quibuſdam (ſcilicet ſuprà ſcriptis Concilij Lingonenſis) *in Synodo relectis, de quibus inter Epiſcopos erat controuerſia.*

RELECTA ſunt denique in eadem Synodo quædam Capitula, ſuper quibus quorumdam fratrum ſenſus diſſentire probantur. Vnde conuenit inter Epiſcopos, vt Deo fauente, pace ac tranquillitate recuperatâ ſimul conueniant, & prolatis ſanctarum Scripturarum atque Catholicorum Doctorum ſententiis, quæ ſaniora ſunt, concordi vnanimitate ſequantur.

Digitized by Google

HINCMARI
REMENSIS ARCHIEPISCOPI,
EPISTOLA XXIV.
AD EGILONEM ARCHIEPISCOPVM SENONENSEM ANNO 866. ROMAM DELEGATVM.

DE GOTTESCHALCO EIVSQVE ASSERtionibus, & de PRVDENTIO Epiſcopo, vt Suggerat Pontifici.

CHARISSIMO ET FIDELISSIMO MIHI plurimam in Chriſto ſalutem.

IN aliȷs literis ideò tanta vobis ſcripſi, vt haberetis rei ordinem & plenitudinem, ac veritatem de his quę fuerunt geſta in Synodo: Quia Domnus Apoſtolicus, ſicut in vobis directa legetis epiſtola, cuncta quæ ibi geſta fuerunt, plenâ fidelique narratione ad ſe referri præcepit, & animus veſter ad iter ſubitaneum & difficile occupatus, intendere fortè ad cuncta non potuit, licet indè in epiſtola Synodi ſufficienter ſit poſitum, & etiam de aliis quæ ſcribo mihi verbis vobiſcum conferre non licuit, *quæ peto (ſed & iſta quæ ſequuntur) vt in talium manus non veniant, unde ſcandalũ poſſit oriri.* Nota.

Poſt illas autem ſcriptas, nuntiatum eſt mihi de Cella noſtra, quæ vocatur Altum Villare, Monachum noſtrum nomine GVNTBERTVM aufugiſſe cùm libris, & Veſtimẽtis & Caballis, & aliis etiam quæ furari potuit. Qui ſæpè pro ſuis negligentiȷs regulariter correptus fuit. Et quia ſæpè GOTTESCHALCO furtim ſe coniunxerat, & literas ei dederat, & ab eo acceperat, ſecundùm regulam in grauioribus culpis miſſus fuit, & dicitur illius peruerſâ doctrinâ deprauatus. Et ſicut mihi dictum eſt, *quaſi ipſius Gotteſchalci Reclamationem vult perferre ad Domnum Apoſtolicum*, Videns qualiter illa aduerſum me, quæ de iſtis partibus ad illum veniunt, ſuum curſùm accipiunt.

GOTTESCHALCI Reclamatio ad Sedem Apoſtol.

Et audiens quòd Domnus Apoſtolicus domno Rege Karolo de me ſcripſit. *Quia ſemper me tegere non debet à talibus, nec valet, vt prouiderem, nè pro eis tandem aliquando incurram, quæ non opto*: Et ipſe frater, & aliȷ licenter quæ vo-

Nota in Hincmarum.

Digitized by Google

ſunt, aut moliuntur, aut faciunt. Nam ego neſcio in quibus Domnus Apoſtolicus tam ſæpè ſe texiſſe me dicat: Si enim de Rothado dicit, non ſingulariter mea auctoritas, ſed Epiſcoporum Regni domni noſtri Karoli, ad quos contra me prouocauit, eum dejecit, ſicut ſubſcriptiones eorum demonſtrant. Si de iſtis ordinatis dicit, ſicut modò comprobatum vidiſtis, & audiſtis, ego eos non iudicaui, neque dejeci, neque cum iudicibus eorũ ſubſcripſi. Si de Gotteſchalco dicit, de quo, ſed & de præfatis ordinatis, ab Arſenio ſcripto interrogatus ſcriptis rationem reddidi, eundem Gotteſchalcum à duabus Synodis damnatum iubentibus Epiſcopis, poſtquam iudicatus fuit, cuſtodiendum accepi, ne aliis ſuâ peruerſâ doctrinâ noceret, qui ſibi prodeſſe nolebat. De quo etiã literis domno Apoſtolico ſuggeſſi, qualis eius ſit doctrina, & vtrùm vellet vt ei licentiam ad eum eundi darem, an alteri eum per ſuam iuſſionem commendarem, ne ſine auctoritate duarum Synodorum diffinitionem diſſoluerem. Si illi placet per ſeipſum audire mandet, & ego illum dimittam, vt ad eum vadat: Quia ſi Rex illum non miſerit, Ego non habeo tantos cuſtodes qui eum deducant. Si etiam illi placet, vt alius eum recipiat, & ſuam doctrinam ſiue Synodus, ſiue quilibet Epiſcopus audiat, & ſi bona eſt ſequatur; ſi praua eſt, ab eis qui eum audierint, refellatur: Et illi quibus hoc commendauerit, facient de illo, quod ſacris regulis viderint conuenire, ſicut illi de eo fecerunt, qui ſe ſacras regulas intellexiſſe putarunt, nihil meâ intereſt. Tamen ſi aliquis vos interrogauerit de ſua doctrina, hanc eſſe illi reſpondere poteſtis, ſicut & verba & ſcripta illius demonſtrant.

Errores Gotteſchalci iuxta Hincmarum.

1. I. Dicit enim Deïtatem ſanctæ Trinitatis Trinam eſſe, ſicut ſunt tres ſanctæ Trinitatis perſonæ.

2. II. Dicit ita geminam eſſe Dei prędeſtinationem, vt ſicut Deus quoſdam ad vitam æternam, ita quoſdam prædeſtinauerit ad mortem æternam.

3. III. Dicit quòd non vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſed tantùm eos qui ſaluantur: Omnes autem ſaluari quoſcunque ipſe ſaluare voluerit: Ac per hoc quicunque non ſaluantur, penitùs non eſſe voluntatis illius vt ſaluentur.

4. IV. Dicit quòd non pro totius mundi redemptione, id eſt, pro omnium hominum ſalute, & redemptione Dominus & Saluator noſter IESVS CHRISTVS ſit Crucifixus & mortuus, ſed tantùm pro his qui ſaluantur.

5. V. Dicit exponens ſententiam Apoſtoli Petri; *Eum qui emit eos Dominum negantes*: Baptiſmi (inquit) ſacramento eos emit, non tamen pro eis crucem ſubijt, neq; mortem pertulit, neque ſanguinem fudit. Vnde latiùs dicta in ſuis ſcriptis inueniũtur, quæ in al- 2. Pet. 2. v. 1.

tera ſchedula vobis mitto, vt ſi fuerit vobis viſum domno Apoſtolico eam monſtretis à me vobis directam, non ad illi ex mea parte oſtendendam, ſed ad vobis habendam. Sunt & alia quæ dicit, quæ mihi videntur eſſe perniciosa, & fidei Catholicæ contraria, quæ, ſi ad hoc venerit, probabunt ſapientes atque Catholici. Mihi de tantis ac talibus taliter impetito ſufficit ſedere in angulo domatis, & non conſerere contentionum manus cum muliere litigioſa in domo cõmuni: Et ſufficit, vt ſit mihi anima mea pro ſpolio. Nam idem Gotteſchalcus, vel quia iam tempus eſt, vt veniat quod Paulus prædixit Apoſtolus de vltimis temporibus, vel inuidiâ mei, quaſi me tangat, quòd iuſſu Epiſcoporum illum cuſtodio, dicitur multos habere fautores: Sicut habuit Domnum Prudentium, ſicut ſcripta ipſius teſtantur, quę à pluribus qui illa habent poſſunt proferri, qui etiam videlicet Domnus PRVDENTIVS, *In Annali geſtorum noſtrorum Regum*, quæ compoſuit, ad confirmandam ſuã ſententiã, geſtis anni Dominicæ Incarnationis DCCCLIX. indidit, dicens. « NICOLAVS PONTIFEX ROMANVS DE « GRATIA DEI, ET LIBERO ARBITRIO, DE VERITATE « GEMINÆ PRÆDESTINATIONIS, ET DE SANGVINE « CHRISTI, VT PRO CREDENTIBVS OMNIBVS FVSVS « SIT, FIDELITER CONFIRMAT, ET CATHOLICE DECERNIT.] Iudicium Nicolai Papæ.

Quod per aliũ non audiuimus, nec alibi legimus. Vnde quoniam ipſa geſta, quibus hæc conſcripta ſunt, iam in plurimorum manus deuenerunt, *Neceſſe eſt, vt taliter de hoc Domno Apoſtolico ſuggeratis, nè ſcandalũ inde in Eccleſia veniat, quaſi ipſe, quod abſit, talia, ſicut Gotteſchalcus ſẽtiat.* Et precor, vt de mea parte nihil ei dicatur, quia commotum dicitur habere ſuum animum erga me, multis ad eum contra me ſcribentibus, & mihi derogantibus, *Ne ſcandalũ in me inde retorqueat, vnde culpam non habeo.* Ipſum autem Annale quod dico Rex habet, & ipſe eſt ille liber, quem coram vobis in Eccleſia, vbi vos nobis commendauit, coram vobis ab illo mihi præſtitum ei reddidi. Plura denique vobis *de ipſo Gotteſchalco* ſcribere poteram, quàm pernicioſus ſit, & multò magìs noxius erit multis, ſi ab ipſa cuſtodia fuerit abſolutus: Quia pro certo talia dicit & talia facit, in quibus euidenter cognoſcitur, *aut dæmoniacus eſſe, aut maniaticus*, & ſcitis quoniam mania eſſe non ſolet abſque dæmone. Et ſi aliquis vos interrogauerit de ipſius cuſtodia, talem eſſe veraciter illi reſpondere poteſtis: Quicquid fratres in cibo & potu habent, hoc ei quotidiè ſine vlla negligentia miniſtratur. Veſtimenta illi ad ſufficientiã offeruntur, ſi vult ille accipere, ligna ad focum faciendum illi ſufficienter dantur, in manſione in qua degit caminatum habet, & neceſſarium. Lauacra illi non denegantur; ſed poſtquam in eandem manſionem intrauit, non ſo-

Nota.

De Gotteſchalco.

lũm corpus lauare noluit, verum nec manus, nec faciē. Anteà enim ſicut illi teſtantur, inter quos conuerſatus erat, turpiſſimus & adhuc quantũm poteſt in ſua turpitudine manet; *Et ſciatis quia maxima Nauſea in iſta Eccleſia commouebitur, ſi ad Synodum venire iuſſus fuerit, aut de ipſa cuſtodia abſolutus extiterit.* Quę non pro me dico, quia nulla mihi inde eſt cura niſi pro aliis, ſed vos probabitis me verum dicere! Tales enim ſurgent qui adhuc latent.

Nota.

ANNALES REGVM FRANCORVM BERTINIANI,

AB ANNO 741. AD ANNVM 882.

EX CODICE VETVSTISSIMO MONASTERII ſancti Bertini, cuius exemplar cura R. P. Heriberti RoſuVeidi Societatis Ieſu deſcriptum eſt.

Annal. Bertin. Ann. 859.

TOMO III. HISTORIÆ FRANCORVM Franc. du Cheſne, pag. 150. & ſeqq.

AD ANNVM CHRISTI DCCCLIX.

NICOLAVS PONTIFEX ROMANVS DE GRATIA DEI, ET LIBERO ARBITRIO, DE VERITATE GEMINÆ PRÆDESTINATIONIS, ET SANGVINE CHRISTI, UT PRO CREDENTIBVS OMNIBVS FVSVS SIT, FIDELITER CONFIRMAT, ET CATHOLICE DECERNIT.

Eccleſiaſtici cap. 8. verſ. 11. & 12.

Non te prætereat narratio ſeniorum; ipſi enim didicerunt à patribus ſuis:

Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.

Digitized by Google

INDEX,

Præcipuarum rerum & verborum, quæ in hac parte continentur.

A.

ABEL gratiâ prædeſtinatus, electus cuius ſurſum, &c. quantum ad ipſum ex eadem maſſa damnata. p. 82

ABRAHAM *Potens eſt Deus ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ.* 28

ADAM qualis creatus, & in paradiſo poſitus. 15

Vt agnoſceret ſubiectionem, ligno ſcientiæ prohibitus. 15

Eius & Euæ tentatio deſcribitur. ib.

Adam ſic conditus vt poſſet non peccare nec mori. 16

Liberum Arbitrium habuit ad bonum & ad malum. 16

Iuſtiſſimè in illo hæſit quod ſponte elegit, 16

Interiùs tumuit priùs quam exterius pomum acceperit. 17

Rectus conditus & in eo originaliter omnes recti creati. 37

In illo & cũ illo omnes periimus. 37

Abſque vlla neceſſitate peccauit. 45. 184

Sicut Angeli liberi arbitrij à Deo conditus. 183

Quandiu gratiâ Dei protectus fuit bene vixit, donec ſuperbiit. 183

Qualis fuerit gratia illi conceſſa. 184

Ab illo propriâ culpâ amiſſa, 184. & 185

ADIVTORIVM impoſſibilitate vt hoſte acerrimo confunditur, donec ad diuinum recurramus auxilium. 21

Si præter Liberum Arbitrium gratiæ non indigemus auxilio, fruſtra orationes. 22

Vt Rami à matrice præciſi areſcunt, ita hominum fortitudo ſi à Dei auxilio deſeratur. 55

Auxilium Dei etiam renatis ſemper implorandum quo ad finem peruenire, vel in bono poſſint opere perdurare. 106

AGERE Agit in nobis Deus vt quod vult & velimus & agamus. 106. 206

Totum à Deo agitur ac peragitur in nobis, quia non qui ſuo ſed quicumque Spiritu Dei aguntur hi Filii ſunt Dei. 132

AMALARIVS: eius libri mendaciis & erroribus referti. 135

De eo Du-Vallius. 179

ANGELVS. Angelica natura bona condita partim ſtetit, partim corruit. 14

Angeli qui perſtiterunt in fœlicitate firmati. 14

Angeli nomine lucis vbi dictum fiat lux, creati. 182

Gratia illuminati, & in æternum ſolidati. 182

De Gratia Sanctis Angelis diuinitùs

collata. 184.185
Anima hominis ad Dei ſimilitudinem quia rationis & intellectus particeps. 14
Deus vita Animæ noſtræ, vt anima corporis. 16
Anima cum moritur naturam ſuam non perdit, & ſic aliquo modo ſemper viuit, ſed verè moritur amiſſione vitæ ſuæ quod illi Deus eſt. 104.130
Animæ noſtræ vita, dilectio Dei & proximi. 131
Annales S. Prudentij in quibus Nicolai PP. iudicium. 239
In Annalibus Bertinianis idem iudicium. 240
S. Avgvstinvs. Catholici Doctoris fructuoſiſſimis affectionibus innitendum. 4
Eius Auctoritas pleniſſimè adſtruitur à S. Prudentio. 6
Nullus tãta veritatis proprietate inuenit quid ſentiendum ſit de libero arbitrio. 23
Eius elogium Auctoritate Cœleſtini Papæ firmatum. 30. & 31. 42
Beatiſſimus Pater Auguſtinus ab omni ſemper Eccleſia venerabiliter receptus, & vſque in finem ſæculi recipiendus. 108
Sanctiſſimus & veraciſſimus Doctor. 124
Auguſtinus vberius & multipliciùs quia contra Pelagianos &c. 156
Beatiſſimorum Patrum præcipuéque S. Auguſtini reuerenda, & in omni Eccleſia Catholica receptiſſima auctoritas, &c. 181
Beatiſſimus Pater, & egregius Doctor Auguſtinus. 197
Contra S. Auguſtini, & S. Fulgentij contemptores. 201
Auguſtini Auctoritas Sanctiſſimi & ſinceriſſimi Doctoris in omnibus Eccleſiis atque in ipſa Sede Apoſtolica confirmata. 203. 104
Libris retractationum cenſoria ſeueritate eo vſque profecit, vt ſtudioſus ſingularem eius doctrinam ſecurus haurire debeat, malitioſus non inueniat in ea quod iuſtè reprehendat. 30
Libri Hypognoſticon nõ ſunt S. Auguſtini 123. V. Hypognoſticon.

B.

Baptismvs. Per baptiſmum remittuntur peccata omnia præterita. 139
Nec reprobis redeunt. Sed ratione ingratitudinis cumulatur pœna 139
Baptizati reprobi verè fuerunt à maſſa perditionis per baptiſmum damnati. 141
Per Baptiſmi Sacramentum ſoluimurà vinculis Diaboli. 155
Accipit per Baptiſmum nouus mundus exordium &c. 155
Exorciſmis & exſufflationibus Clericorum Spiritus immundus à baptizatis abigitur. 156
Homini renaſcenti aqua Baptiſmatis inſtar eſt vteri Virginalis, eodem Sancto Spiritu replente fontẽ qui repleuit & Virginem. 217
Omnes regenerati à peccatis ſunt abluti, non tamen omnes fiunt ſalui. 234
Bonvm etiam de benè geſtis timendum eſt. 19
Sine me nihil poteſtis facere ſcilicet boni & ſaluti conducibile. 20. 39
Deo bonum opus & ipſius premium adſcribendum. 27
Ad hoc bonum nemo malus niſi diſceſſurus acceſſit, nemo bonus niſi

Digitized by Google

tractus peruenit. 27
A Deo opera omnia bona fidelibus ſuis. 52. 53. 206
Opera Bona principaliter & veraciter diuinitùs inſpirata & geſta ideo prædeſtinata. 74. 28
Bonũ quod agimus & Dei eſt & noſtrum, Dei per pręuenientem gratiam, noſtrum per obſequentem liberam voluntatem. 129
Bonum omne Deo tribuendum cùm noſtrum nihil ſit. 132
Bona omnia ſtudia, cogitationes, & actiones quibus ab initio fidei ad Deum tendimus à Deo ſunt. 206
Poteſt homo per liberum arbitrium facere quędam bona ad humanam ſocietatẽ affectione humana. 207

C.

CARISIACVM Pſeudo-Synodi Cariſiacæ Capitula quatuor. 173
Furtim & præcipitanter à paucis ad id ſelectis edita. 174
In eis certiſſima SS. Scripturarum veritas, & SS. Authoritas auſu temerario impugnata. 181
Minus proſpectè ſuſcepta propter noxietatem & errorem contrariũ veritati exploſa. 234
CASSIANVS. Gennadius infœlicis Caſſiani perniciosũm nimis dogma ſecutus reiiciendus. 4
CAVSA. Deus non eſt cauſa perditionis. 18
Cauſa omnium rerum voluntas Dei eſt, eiuſque facere velle eſt. 144
CERTAMEN. niſi Deus adſit nemo eſt idoneus certare cum vitiis, ne ſine certamine pertrahatur ab eis. 54
In hoc agone Deus nos magis voluit Orationibus certare, quam viribus. 54
CHARITAS. Dum per bonum affectum in Deo mens noſtra velut in arce tutiſſima requieſcit, etiam ſalutaria præcepta fiducialiter operatur, quandoquidem ea ipſe qui præcepit exercet. 21
Generatio Chriſti, origo eſt populi Chriſtiani, &c. 217
CHRISTVS. nouo naſcendi priuilegio homo factus eſt Dei Filius, vt aliorum peccata aboleret. 19
In vanum laboraſſe Chriſtus queritur de paſſione agens, ſcilicet in perſona membrorum quaſi deſperantium. 95. 168
Chriſtus in paſſione non pro ſingulis ſed pro populo, ſcilicet pro credentibus ſeu crediturus orauit. 98. 99. contra Du-Vall. 169.
Chriſtus ſuo Sanguine deleuit Chirographum noſtrum. 152
Mortuus tãtùm Chriſtus vt eos quibus caput eſt, ad capeſcendum regnum cœlorum viuificaret. 161
Chriſtus non ex neceſſitate humanę originis, ſed poteſtate & miſericordiâ ſuæ volũtatis homo factus. 214
Electos ſolos ſuſcepit. 215
Quos Chriſtus ſuo ſanguine redimere venit, eos irretractabiliter ſaluari tantum vult. 4 & 5
Electorum tantum gratuitus eſt reparator & refector. 5
Pro omnibus Chriſtũ guſtaſſe mortem accipi poſſe, pro his qui ſaluantur. 34. 35. 69
Probabiliter Chriſtus mortuus dicitur pro fidelibus omnibus, etiam non perſeueraturis. 35
Verè pro fidelibus omnibus etiam non perſeueraturis mortuus. 57. 93
Derogari redemptori quidam putãt

niſi omnes homines generaliter redemerit. 35. Sic Chryſoſt. 36. 40. 59. Pius ſenſus. iij.
In medio cauſa relinquenda. 35
Non dixit dare animam ſuam pro omnibus ſed pro multis, id eſt pro his qui credere voluerint, Hieronymus. Et ſic pro omnibus fidelibus. 40. 59. 100. & 108
In his non acquieſcendum Fauſto erranti. 40 & 59
Chriſtus animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. 91
Poſuit animam ſuam redemptionem pro multis. 91
Vt omnis qui credit in ipſum non pereat. 92
Pro mundo quem Deus dilexit non inimico. 92
Mortuus pro omnibus fidelibus 93
Pro vnoquoque tunc moritur Chriſtus cum credit in occiſum. 94
S. Leo & Gregorius pro fidelibus & electis. ibid. & 94.
Vbi aliter S. Leo videtur ſenſiſſe de populo, non de ſingulis intellexit & de generali redemptione. 98. 99. 155 100. 218.
Qui dedit ſe Redemptionem pro omnibus intelligendum fidelibus, quorùm mediator & aduocatus. 95. 99
Non mortuus Chriſtus pro damnatis eius aduentum. 20. 97. 219. 220
Fideliter & indubitanter ex Scripturis & Patribus mortuus Chriſtus pro ſolis fidelibus ideoque *pro multis* dictum 100. 101. 108. 177. 2`4.
Nullus fuit vel erit pro quo paſſus non ſit Chriſtus. Cariſ. 174
Timeant boni viri definire quod nullum Concilium, &c. 225
Nihil temerè definiendum. 102 108. 111. 225.
Oblatio Corporis & Sanguinis pro ſolis fidelibus tam viuis quam defunctis. 112
Nihil aliud agit participatio Corporis Chriſti, quam vt in id quod ſumimus tranſeamus. 218
Ipſa ſubſtantiæ noſtræ in Deitate ſuſceptio quem hominum miſericordiæ ſuæ reliquit exortem. 218
COGITATIO. *Senſus & cogitatio ad malum prona ab adoleſcentia.* 20
Cogitationes bonæ à Deo inſpirantur. 21
Vt Sancta cogitatio pium conſilium, &c. ex Deo ſit. 266
Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, &c. 21. & 39
CONATVS. Dum Conatur quis nec ſufficit quæ iubentur implere, fatigatione humiliatus ad Deum recurrat. 20
Conari poſſumus, ſed fruſtra ſine Dei gratia. 56
CONCILII Valent. III. Can. VI. 231
Concilii Lingonenſis Can. VI. 236
Conc. Tullenſis apud Saponarias Can. 236
CONCVPISCENTIA vltricem comitémque peccati concupiſcentiam ſenſit Adam. 16
Lex in membris, quam continentes Chriſto adiuuante repellunt, ſed nunquam reuerſuram excludere nequeunt. 20. 54
Reatus peccati in baptiſmate ſoluitur, ſed conflictus eius ad exercendam fidem ſeruatur, ita vt adiutorio Dei ſemper egeamus. 54
Concupiſcentia litigans &c. conflictus eius ad agonem. 54
Vt fidei exerceatur examen, labor remanet ad certamen. 54

Digitized by Google

Perfectio boni eſt vt nec ipſa concupiſcentia peccati ſit in homine, cui quando bene viuitur con conſentit voluntas. 55

Contentio. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. 33

Quod inter magnos diuerſo modo ſed non diuersâ pietate ſentientes ambiguum remanſit, reuerenter honorandum. 90

Nulla contentione pro aliis aduerſus alios litigetur, non vna ſententia pro alia damnetur. 102

Quolibet quis acquieſcat modo non ſit hæreticum niſi contentione hæreticũ fiat: an mortuus Chriſtus pro omnibus. 102

Nulla diſſentio & contentio exoriretur, ſi remoto præſumptionis & animoſitatis ſtuſtio veritas inquireretur. 133

Depoſita omni contentionis animoſitate, & nouitatum præſumptione agnoſcamus diuinam veritatem ſequamur paternam auctoritatem. 148.

Conversio noſtra Dei eſt, & eadem noſtra quia diuinitùs iubetur: *Conuertimini*, &c. 24

Cor. non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum, & noſtræ cogitationes. 21

Inclinatio cordis noſtri ad præcepta Dei, & ipſius Dei eſt quem precamur *inclina, &c.* Et noſtra quia volentibus nobis, &c. *inclinaui* cor meum. 24

Operatur Deus in mentibus bonorum adiuuando, & malorum deſerendo. 26

Deus humanum cor deſtruit cum relinquit, ædificandum replet. 49

Cor mundum crea in me Deus. Vt ſimus in Deo noua creatura. 53.106

Deus naturali lege quotidie in cordibus infidelium clamat, quod tibi fieri non vis &c. 105

Lux lucet in tenebris, in cordibus infidelium vt diſcernat iuſta ab iniuſtis &c. vt ſint inexcuſabiles. 112

Agit Deus in cordibus hominũ, vel adiuuando, vel iudicando vt etiam per eos impleatur quod Deus prędeſtinauit 128

Ita Deus in cordibus hominum & in ipſo libero operatur arbitrio, vt Sancta cogitatio, pium conſilium omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit. 56. 106

Diabolus miſit in cor Iudæ, &c. clandeſtinis auaritiæ facibus miſerum accendendo. 17

Sic etiam in Cor Adæ. ibid.

Corona. non eſt in tua poteſtate ſed in Dei dignatione Martyrii corona. 199

Correctio. adhibe Domine correctionem iudicii qua ſanas infirmos, non correptionẽ furoris qua damnas ſuperbos. 21

Creatvra. Efficimur benè liberi cùm Deus nos fingit, id eſt format & creat. Vt ſimus in Chriſto noua creatura. 53

D.

David. Quiſque vt ad pœnitentiæ portum confugiat proponat ſibi Dauid regem &c. 30

Desperatio abſit vt ſe aliquis de numero perditorum credat, ſe ſaluari poſſe diffidat. 29

Qui ſe redemptum Chriſti ſanguine meminit, initiatus baptiſmate, poenitentiæ aditum patere non dubitet. ibid.

Cur ſe regreſſum habere dum viuit deſperat, cum potiùs de bonitate Dei præſumere debeat, quod ideo viuat, vt ſe corrigat. 29

DEVS. V. voluntas DIVINA.

Rerum omnium Deus opifex immutabilis. 14

Deus vita animæ noſtræ, vt anima Corporis. 16

Deus verbo quo ſaluamur miſericors. 17

Deus nulli cauſa perditionis. 18

Deus operatur in mentibus piorum adiuuando vt ſalutaria velint, & in eis proficiant. 26.38.56.206

Operatur in mētibus impiorum deſerendo ne niſi noxia velint, & in peiora labantur. 26.38

Deo omnia præſto ſunt, nec ſcientiæ eius quid accedit vel decedit. 38.80

Omnia vno cernit intuitu. 70

Deus ab æterno omnia præſciuit & prædeſtinauit incommutabiliter. 70. 153

Suâ Præſcientiâ ſeù Prædeſtinatione nemini neceſſitatem impoſuit, vt malus eſſet, aliter eſſet auctor mali. 75

Immo omnes quotidie ad poenitentiam vocat. ibid.

Deus nulli ruinæ & interitus cauſa, ſed ſalutis. 137

Cauſa rerum omnium voluntas Dei eſt, eiuſque facere velle eſt. 144

Quod iudicij æquitate decernit, ſæpe miſericordiæ poteſtate indulget: nec in eius voluntate mobilitas, ſed ſimul ab æterno vtrumque præfixum & prædeſtinatum. 153

Diuina iudicia æterna & incommutabilia, tam in parte reproborum quam electorum ſortis, & funiculi nomine deſignata. 192

Deo quæ ſunt futura præſentia ſunt, *qui fecit quæ futura ſunt.* 200

Sempiternarum diſpoſitionum ordo per Prophetas reſeratur, apud quē diſcernenda, iam iudicata: & futura, iam facta ſunt. 206

Deus auctor omnium bonorum quibus ad eum tendimus. 206

Cur Deus creet & regeneret quos damnet. 46. 47

Deus in cordibus hominum & in ipſo libero operatur arbitrio. 56

Omnium ſtudiorum, omniumque virtutum quibus ad eum tēdimus auctor eſt. 206

Tu artifex magnus ex officina Pelagiana profers meliorem Deum qui nullum vas fecit in contumeliam. 46

DIABOLVS hominem niſi acquieſcentem & conſentientem deiicere non poteſt. 15

Quomodo intrinſecus Adam tentauerit, qui in cor iudicemus, &c. 17

Deus etiam nolentis DIABOLI benè vtitur famulatu. 18

Diabolus hominibus per peccatum venditis vt captiuis dominatur donec ſoluantur per Chriſtum. 152

Per Baptiſmi Sacramentū ſoluimur à poteſtate DIABOLI. 155

DISCRETIO dici non poteſt Baptizatos paruulos libero arbitrio ab aliis diſcerni. 47.157

Gratìs iuſtificatus largiſſima Dei miſericordia diſcernitur à damnato. 48. 157

Totius humani generis diſcretio ſolâ gratuitâ gratiâ in Iacob & Eſau figurata. 195

DOCTOR, Cauendum ne amore DOctorum amplecti iudicemur errores eorum, quod in ſe cauendum

Digitized by Google

docuit Auguſtinus. 31
Eccleſiæ Catholicæ inuictiſſimi defenſores & præcipuè Auguſtinus, per quos profeci & proficio Doctores. 40. & 42
Nulla erroris caligo in aduerſantium cordibus remanſiſſet, ſi Sanctorũ Doctorum Auguſtini & Fulgentij ſcripta, cum pietate & obedientia legere & intelligere ſtuduiſſent aſpirante gratiâ. 201
Doctrinæ variæ & peregrinæ, in quibus non eſt vnitas veritatis, ſignificantur lege Moyſi per varia genera leprarum. 179
Donvm. Omne bonum ſeù bona cogitatio initium & perfectio fidei ipſa voluntas bona, & in bono perſeuerantia &c. verum eſt Dei donum. 21
Nemo aliunde Deo placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. 56
Magnum beneficium rapi antequam malitia mutet intellectum. 45

E.

Electio. Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem, non quia eramus aut futuri eramus Sancti &c. Alioquin. 26.17
Eligendo præſtitit vt eſſemus ſancti &c. ibid. & 200
Qui dicunt Deum propterea elegiſſe quod præſcierit eos ſibi deuotos futuros, non ſunt penitus audiendi. 26
Præfixit Deus numerum electorum cui nullus poſſit augeri, nullus detrahi 28.32.50
Ex electis perire nullus poteſt. 50. 78.79 85.117
Electis perſeueraturis dicitur *tene quod tenes, &c.* quia metus eſt illis neceſſarius. 28
Electi Deo debent totũ quod ſunt, & quod habent. 38
Exemplo proximorum Loth probatur electis addi vel detrahi nullum poſſe. 50
Prædeſtinatio Dei facit vt nullus electorum poſſit perire. 137
Tot erunt Electi quot in coelis remanſere Angeli. 147
Etiam electi in maſſa damnati fuere iræ Filij, inde Dei indebita miſericordia diſcreti. 150
Electorum Prædeſtinatio non ex Præſcientia ſeù præuiſis meritis, ſed gratuitâ miſericordiâ Dei vt in Iacob. 186.187. 195.196

F.

Facere. Mens noſtra velut in arce tutiſſima requieſcit, & diuina opera fiducialiter operatur, quia ea ipſe qui præcepit exercet. 21
Qui cœpit in vobis agere quod præcepit, vſque in finem operatur. ib.
Spiritus poſtulat pro nobis: id eſt poſtulare nos facit. 25
Favstvs ne acquieueris Fauſto erranti, eius ſcripta à Gelaſio Papa in Conc. 70. Epiſcoporum exauthorata, &c. 40.50
Fides ipſæ cogitationes bonæ, etiã initium ac perfectio fidei non à nobis procedunt, ſed à Deo inſpirantur. 21
De fidei perfectione quod ſit à Deo, &c. 21
Cur credere noluit? Quia *non omniũ eſt fides*: At cur non ſit fides omnium certus eſt limes, quem niſi impius excedere nullus audeat, quia illis non eſt datum. 32
Fides eſt Donum Dei. 1. Cor.7.v.25. 52

Fɪᴅᴇʟɪꜱ non quia fidelis fui *miſericordiam conſecutus ſum*, ſed *vt fidelis eſſem*. 1.Tim. 1. v. 13. 21
Fɪᴅᴠᴄɪᴀ *Benedictus vir qui confidit in Domino*. 22
Solus interdum confidentis affectus præmium iam benedictione aſſequitur. ibid.
S. Fᴠʟɢᴇɴᴛɪᴠꜱ Sancti Fulgentii & S. Auguſtini Encomium, & de illorum ſcriptis. 201

G.

Gᴇɴɴᴀᴅɪᴠꜱ: Non erroneis opinionibus Gennadij inſiſtendum, qui pleriſque in locis perniciosum dogma infoelicis Caſſiani ſecutus &c. 4
Gᴇɴᴛɪʟᴇꜱ. Infidelium opera etiam quæ bona videntur, ipſa impietate infidelitatis, ita immunda & inquinata ſunt, vt apud Deum non virtutes, ſed vitia iudicentur. 105. V. Du-Vall. 169
Vere mortua ſunt omnia Infidelium opera etiam quando quaſdam virtutes exercere videntur. ibid. V. Infideles.
Poteſt homo quilibet quædam bona velle, & agere, ſed humana affectione, qualia in Philoſophis apparent. 207. 208
Secundum quandam vitæ conſuetudinem obſeruant quæ in lege præcepta ſunt, ſed inaniter agunt 208
Ipſa illa ſubſtantiæ noſtræ in Deitate ſuſceptio, quem hominum miſericordiæ ſuæ, niſi infidelem reliquit exortem. 218
Gʟᴏʀɪᴀ manifeſtatum gratuitæ gratiæ Dei in Electos myſterium, vt *qui gloriatur in Domino glorietur*; & ne ſimus in nobiſmetipſis ſapientes. 196
Vanæ gloriæ ſtudium penitus abiiciendum. 40. 42
Gᴏᴛᴛᴇꜱᴄʜᴀʟᴄᴠꜱ. Eius libelli ad Rabanum fragmenta. 5
Qui errores Gotteſchalci iuxta Hincmarum. 68 238
Perhibetur Infidelibus prædicaſſe prædeſtinationem abſque poenitentia. 68
Quod incredibile iudicatum. 69
Condemnatio Gotteſchalci in Epiſcoporum Concilio. 107
Eius ſententia in omnibus præter vltimum articulum illi falsò adſcriptum à S. Remigio, & Eccleſia Lugdunenſi comprobata. 108 109
Flagris & cædibus trucidatus donec &c. 109
De eius ſeuera in ergaſtulum damnatione. 110
Gotteſchalci reclamatio ad Sedem Apoſtolicam. 237
Quam pernicioſus futurus ſi cuſtodia ſoluatur. 239
Gʀᴀᴛɪᴀ omnium bonorum noſtrorum Dei gratia auctor & cauſa. 24
Vt innoteſcat quod latebat; & ſuaue fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei eſt, quæ hominum adiuuat voluntates, qua vt non adiuuentur, in ipſis cauſa eſt. 44
Nemo niſi per Chriſtum libero benè vtitur arbitrio. 55
Quæ manifeſtior res gratiæ, quam quod creatis in Chriſto in operibus bonis ita vt nulla habeamus à nobis. 78
Abel gratia prędeſtinatus, gratiâ electus, quantum ad ipſum ex eadem maſſa damnata, ſed tanquam figulus Deus, &c. 82

Digitized by Google

Gratia Gratuita. Deus malos reformat in bonos, quod firmiſſimè tenendum gratuitâ bonitate. 17.
Gratiam Dei non ſecundum merita noſtra dari. 22
Fatemur gratiam Dei, & adiutorium etiã ad ſingulos actus dari, eámque non dari ſecundum merita noſtra, vt vera ſit gratia, id eſt gratìs data. 206
Gratia Præveniens. Dei gratia nos præuenit propter quod ſcriptum eſt *Deus meus, miſericordia eius præueniet me*, vt bona velimus & inchoemus. 39
Ipſe aſpirando nos præuenit vt velimus, qui adiuuando ſubſequitur, ne fruſtra velimus. ibid.
Præueniens Gratia Liberum Petri Apoſt. Arbitrium fecerat in bono, quo gratiam ſubſecutus eſt in opere. 56. 57
Nõ eſt dubium ab ipſius gratia omnia hominis merita præueniri, per quam fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. 106. 206
Gratiâ præuenimur, vt bene velimus. 129
Gratiæ necessitas. Niſi Deus adſit nemo eſt idoneus certare cũ vitiis, ideo nos magis voluit certare orationibus quam viribus, quia & ipſas vires rogãtibus ſubminiſtrat. 54
Etſi velit quiſpiam ad Chriſtum pergere, niſi Pater trahat fruſtra nititur. 55
Neminem poſſe conſurgere, niſi eum gratia miſerentis Dei erexerit. 55. 106. 160
Qui dicit ad facilius Anathema. 56
Conari poſſumus; ſed implere, niſi qui iubet adiuuet non poſſumus. 56
Deus nouit quibus per fidem gratiam eſſet largiturus ſine qua nemo poteſt, nec potuit à peccato ſolui. 80
Nemo ſine Chriſti gratia libero bene vti poteſt arbitrio. 102. 206
Libertas amiſſa ad bonum niſi per Chriſti gratiam reſtitui non poteſt. 104. 106
Etiam in ſanitate naturæ ſine gratia primus homo permanere non poterat, quomodo ergo, &c. 106. 184. & 185
Ita nobis per Chriſtum redditum liberum arbitrium, vt ſine eius gratia nihil boni aut cogitare aut velle, aut operare poſſimus. 177
Sine gratia nulla rationalis creatura vnquam potuit in iuſtitia & ſanctitate eſſe, manere & perſiſtere. 182
Arbitrium infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi non poteſt reparari. 206
Gratia ad singulos actus. Adiutorio Dei ſemper, & comprimendis vitiis & obtinendis virtutibus egemus. 39. 55
Homo ſeruus peccati factus quotidie neceſſarium habet quærentem atque ſaluantem. 103
Voluntas per Chriſti gratiam liberata renouatur de die in diem donec per eandem gratiam ad æternam vitam perducatur. 104
Deus naturali lege quotidie in cordibus Infidelium quod tibi fieri non vis. 105
Fideles inſtaurata & quotidie inſtauranda libertate operantur bona eâdem gratiâ ſemper coope-

rante & auxiliante. 105
Dei auxilium ſemper etiam renatis implorandum, vt in bono poſſint opere perdurare. 106
Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio. 134. 177
Fatemur gratiam Dei & adiutorium ad ſingulos actus. 206
Indigemus gratia Dei ad omnia & ſingula bona per ſingulos dies, quam gratiam quotidianam & aſſiduam Dominus Eccleſiæ ſuæ pollicitus eſt. 27
NON OMNIBVS DATVR. Cur iſtos non illos ſaluet Deus iam hoc ſupra hominem eſt cuius vult miſeretur. 24
Vobis datum eſt, &c. Eos quibus datum eſt miſericordiâ colligit, quibus non eſt datum iudicio repellit, hoc eſt non adiuuando relinquit. 32
Cur credere noluit. Quia *non omnium eſt fides*. At cur non omnium certus limes quem niſi impius excedere nullus audeat, quia illis non eſt datum. 32
Ex maſſa quoſdam elegit, quos à debita pœna per gratiam liberaret, aliis non hanc gratiam impendit. 38
Cur gratia non detur non in Deo, ſed in nobis cauſa eſt ſuperbia 44
Vidit pſalmiſta quod alius miſericorditer vocatur, alius iuſtitia exigente repellatur, expauit quòd penetrare non potuit. 50
Paruulis quibus vult, & maioribus etiã quos præuidit miraculis ſuis credituros, quibus non vult ſubuenire non ſubuenit. 128
Duorum geminorum quorum vnus aſſumitur alter relinquitur diſpar eſt exitus, merita communia. 128
GRATIA EFFICAX. Sicut nemo obſiſtit largitati Dei vocantis, ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis. 84
Totum Dei eſt dum totum ab eo inchoatur, agitur ac peragitur in nobis. 132
Quando non audiebant oues non erant, vox audita eſt mutauit eos, & ex lupis oues fecit. 228
Doctrina qua venitur ad gratiam ſaluantis valde remota eſt à ſenſibus corporis, non auribus apprehenditur ſonantibus, ſed mentibus Creatoris inſtinctu, & etiam in eis abſque ſtrepitu quod placuerit operantis. 26
GRATIA CVM LIBRO ARBITRIO. Operatur planè in mentibus piorum adiuuando vt ſalutaria velint & in eis proficiant. 26
Agit in nobis Deus, vt quod vult & velimus & agamus, nec otioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei. 106
Solum hominem preſtantius quàm Deo cooperante poſſe aliquid agere vel ſomniare non tam ſuperbientis eſt hominis quam currentis. 20
Nec inde meritum minuitur. ibid.
Gratia præuenimur. Vt bene velimus, per Liberum Arbitrium gratiam ſubſequimur. Vt bene agamus, &c. Hincm. 130
Hæc diuiſio improbatur licet gratiæ adiũctione non plenitudine temperetur. Cum verè totum Dei

fit. 131
Immo & totum Dei donando, totum noſtrum fit accipiendo. ibid.
Gratia pro gratia. Pro gratia quam impendit laborioſæ bonitatis, gratiam rependit beatæ retributionis. 20
Gratiarum actio. Agamus ſempergratias largitori, ſciamuſque nos nihil eſſe, niſi quod donauit, in nobis eſſe ſeruauerit. 23
Prædeſtinationis fides præſtat omnibus electis, vt ſint agentes ſemper gratias Deo & Patri qui dignos eos fecit, &c. 147
Cum timore & tremore, &c. Cauſa eſt tremendi ne ipſis operibus pietatis elati deſerantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ. 106

H.

Hæresis. Nihil temerè definiatur, vt quolibet quis acquieſcat modo non ſit hæreticum, niſi contentione hæreticum fiat, de Morte Chriſti an generaliter pro omnibus. 102
Origo hæreſeon ex contemptu Scripturæ Sacræ, & Sanctorum Patrum. 178
Vitemus contentionis malum per quod etiam de pacificis & Eccleſiaſticis ſenſibus poteſt, qui contentioſus eſſe voluerit, hæreticum efficere quod ſentit. 212
Hæreticus. Ad tantum malum hæc pertinacia contentionis (de Prædeſt. Reproborum) perducta eſt, vt iam apud illos qui prauè ſentiunt, orthodoxi & qui orthodoxè ſapiunt hæretici deputentur. 116
S. Hieronymus. De libello, de induratione cordis Pharaonis, qui Hieronymo tribuitur. 113. 114
De Profeſſione Pelagij ad Innoc. PP. nomine Hieronymi publicata. ibid.
Hilarii Pictauienſis Epiſcopi Laus. 112
Hincmarus. Eius & Parduli fraudulentum conſilium. 62
De eorum Epiſtolis cum Rabani Epiſtola ad Eccleſiam Lugdunenſem. 64. 65
Hincmari Epiſtola ad Eccleſiã Lugdun. 68
Hincmari Epiſtola ad Egilonem. 237
Humilitas. Dum conatur quis nec ſufficit quæ iubentur implere humiliatus ad Deum petiendo recurrat, &c. 20
Hypognosticon. Liber Hypognoſticon tribuitur Auguſtino. 4. & 123. 133. 136
Hincmarus hinc erroris ſui contra Prædeſtinationem Reproborum ſumpſit fundamentum. 123. 124
Ad Rabani imitationem. 135
Probatur non eſſe Sancti Auguſtini. 124. 125
Dictus Auguſtini quod iuxta formam diſputationum eius digeſtus fuerit quaſi memoratorium Sancti Auguſtini. 126
Rurſus contra librum illum. 204

I.

Iacob. Dilectio Dei in Iacob cum eodem damnationis merito teneretur quo Eſaü, ex ſola gratuita miſericordia extitit. 185
Totius humani generis diſcretio ex ſola gratuita Deo gratia non ex præuiſis meritis in Iacob & Eſaü

figurata. 195. 196

Indvratio Indurat Deus non ad peccatum impellendo, ſed in peccato deſerendo. 24

Indurat quos per gratiam non emollit. 34. 49

Humanum cor deſtruit cum relinquit, ædificat dum replet. 49

Deus in Moyſis facie excæcauit populum Iudæorum non duritia ſed præſcientia, nec malitiâ ſed æquitate & iuſtitia. 199

Infans. Magnum beneficium rapi antequam malitia mutet intellectum. 45

Non poteſt dici quod paruuli baptizati ab aliis libero diſcernuntur arbitrio. 158

Infantes ob peccatum originale iuſtè damnati. 78

Infantes ſine baptiſmo decedentes erunt in damnatione omnium mitiſſima. 160

Niſi manducauerint carnem filij hominis non habebunt vitam. 160.

Infideles. Verè mortua ſunt omnia opera Infidelium etiam dum quaſdam virtutes exercere videntur 105. V. Gentilis.

Lux lucet in tenebris, in infidelium cordibus vt diſcernant iuſta ab iniuſtis &c. Vt ſint inexcuſabiles. 112

Intellectvs *Si opertum eſt Euangelium, in his qui pereunt opertum eſt, quibus Deus ſeculi excæcauit mentes.* 79

Ioannes Scotvs ab Hincmaro & Pardulo ſcribere coactus. 132.

De ſcriptis eius & qualia ſint. 132

Ioannis Scoti capitula xix. in quibus commentum Diaboli deprehenditur, exploſa & damnata. 234.

Scotorum pultes puritati fidei nauſeam inferentes &c. reſpuimus. 235.

S. Ioannes Chrisost. Ex eius ſententia Chriſtus mortuus pro omnibus generaliter. 36. 40. 59. V. Chriſtus.

Ira. Oſtendit Deus iram ſuam, non vtique animi perturbationem ſicut eſt ira hominis, ſed fixam iuſtam vindictam. 47

Ivdæi. Quod Iudæorum populus Chriſtum cognoſcere non potuit maximum maledictum fuit, vt malitia ſua excæcati ſint. 166. 167.

Virtute paſſionis & gratia orationis Chriſti illuminati cognouerunt eum, qui crediderunt, quem non cognoſcentes crucifixerunt. 227

Ivdas. Ad indulgentiam traditor Iudas peruenire non potuit, fortè potuiſſet niſi feſtinaſſet ad laqueum. 99. 100

Iudæ proditori maledictum *in memoriam redeat iniquitas Patrum:* quomodo intelligendum. 139

Iudas ideo prædeſtinatus eſt vt Chriſtum traderet, quia dignum ſe præbuit, qui tale facinus expleret. 180

Audiuit Iudas & lupus erat, ſequebatur ſed pelle ouinâ tectus Paſtori inſidiabatur. 228. 230

Ivdicivm Dei. Cur illos non iſtos ſaluet Deus occultum iudicium. 24

Ineffabile myſterium æterni Iudicij tam in parte electorum, quam in parte reproborum ſub figura duo-

rum ſimiculorum, & duplicis fortis. 192
Quam æterna & immutabilia diuinæ prædeſtinationis iudicia. 193
Myſteria illa ſapientibus abſcondita & paruulis reuelata, illis propter ſuperbiam, his propter humilitatem. 194
Mirabile & terribile Dei iudicium in diſcretione Iacob & Eſaû profundum in totius humani generis diſcretione myſterium exprimit. 195. & 196.
IVSTITIA. Etiam de bene factis timendum iuſtitia noſtra licet interdum coram hominibus ſplendeat opere & ſermone, in conſpectu Dei ſordeſcit praua cogitatione. 19.

L.

LATRO. Quiſque vt pœniteat ſaltem latronem aſpiciat, qui ſupplium crucis haud dubiè ſceleratis actibus meruit, & per ſolam fidem qua ſubito confeſſionem peperit, atque ſpem in media morte vitam inuenit. 30
LEX. Non gratis mortuus Chriſtus vt & lex per eum impleretur, qui dixit *non veni ſoluere legem*. 106
LIBER. Multi libri quibuſdam falsò adſcripti fuere. 125
LIBERTAS Adam priùs interiùs tumuit ad obtinendam propriam libertatem, quam pomo capiendo acquieuit. 17
Quæ poteſt ſerui addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat, liberanter enim ſeruit, qui ſui Domini voluntatem libenter facit. 52.
Ipſa vera libertas, cum à peccati ſeruitute redemptus eſt, propter recte facti licentiam. 52
Efficimur benè liberi cùm Deus nos fingit, id eſt format & creat vt ſimus in Chriſto noua creatura. 53
Perdidit homo per primum peccatum veram arbitrij libertatem qua antea liberum erat ad bonum. Nec valet recipere niſi per Chriſtum. 104
Libertatem arbitrij in primo homine perdidimus. 205
Expenditur & impugnatur. 209
Sancti Patres dicunt Liberum Arbitrium infirmatum naturalem poſſibilitatem perditam, ſed Liberum Arbitrium eſſe etſi indigeat Dei gratia. 207
LIBERVM ARBITRIVM. De Libero Arbitrio cum Auguſtino non cum Gennadio ſentiendum Gotteſch. 4
Vbi ſunt qui dicunt hominem proprio regi arbitrio. 23
Sic eum munerans Arbitrio vt regeret imperio. 163
De Libero Arbitrio & gratia Dei optimè Auguſtinus. 23
Liberum Arbitrium congenitum & omnino inaniis ſibile illud eſt quo beati eſſe volumus. 23. 53
Non poteſt dici quod paruuli ab aliis libero diſcernuntur Arbitrio. 47
Libero Arbitrio malè vtens homo & ſe perdidit & ipſum. 52
Liberum Arbitrium ideſt ipſa humanæ mentis bona & recta voluntas. 104
Auxilio Dei non aufertur Liberum Arbitrium ſed liberatur, fit lucidum rectum ſanum & prouidum. 106. 206

Liberum Arbitrium in primo homine non emortuum, ſed vitiatum Orige. 129. V. du Vall. 170.
Quid eſt verè Liberum Arbitrium niſi libera animæ voluntas, niſi charitas & ſic peccato cum anima emortuum Liberum Arbitrium. 130
Liberi Arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur. 134
Libertatem Arbitrij in primo homine perdidimus, quam per Chriſtum recepimus Cariſiac. 173
Liberum Arbitrium in Adam merito inobedientiæ amiſſum ita nobis per Chriſtum redditum interim in ſpe poſtmodum in re, Prudent. 177
De Libero Arbitrio in Adam per peccatum infirmato, ſed per gratiam Chriſti redintegrato & ſanato. Id fatemur quod Sancti Patres &c. Conc. Valent. 235
Adam habuit Liberum Arbitrium ad bonum & ad malum, ſed ad bonum diuino munere adiuuandum. 106
Eſt & nobis Liberum Arbitrium ad malum, ſed ab bene operandum non eſt Liberum niſi fuerit Dei gratia liberatum. 16. 19. 20. 38.
Quaſi in foueam lapſi niſi adiuuemur. 17
Quaſi qui ſe perimit non ſe poteſt viuificare. 38
Non inferri in tentationem non eſt in viribus Liberi Arbitrij quales nunc ſunt. 55
Homo non perdidit naturam in qua habet inſitam Liberi Arbitrij voluntatem, ſed bonum naturæ. Non perdidit velle ſed perdidit bonum velle. 103
In infidelibus ad opera mortua liberum eſſe poteſt ad vitia non poteſt. 104
Habent Libertatis Arbitrium vt poſſint velle mala, poſſint velle etiam quædam bona ſed humana affectione ad humanam ſocietatem. 207
Non habere hominem ad bonum Liberum Arbitrium. 20
Si nobis temerè Libertatem Arbitrij arrogamus fruſtra diù multa conati, ſic impoſſibilitate vt hoſte acerrimo confundimur donec ad diuinum recurramus auxilium. 21
Egere nos in bonum Arbitrio liberando. 22
Quomodo quiſquam gloriatur opere de Libero Arbitrio, qui nondum eſt liber ad operandum benè. 52
In bono liber eſſe nullus poteſt niſi fuerit gratia liberatus. 53
Nemo niſi per Chriſtum libero benè vtitur Arbitrio. 55. 102. 206
Adſcriptum Gotteſchalco quod nemo ad bene agendum libero poſſit vti Arbitrio 69. incredibile eſt 102. error inauditus. 102. 108.
Liberum Arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens à terrenis deſideriis gratia aſpirante ſuſpenditur. Hinc. 129
Habemus Liberum Arbitrium ad bonum præuentum & adiutum gratia. Carif. 173
Ita per Chriſtum redditum in ſpe, poſtmodum in re, vt ſemper ad

omne opus bonum Dei gratia indigeamus. Prud. 177
Loth. Exemplo Loth à cura ſalutis noſtræ & proximorum non ceſſandum licet electis addi vel detrahi nullus poſſit, nec enim inanis merces. 50. & 81
Lvpvs de vtroque Lupo Seruato Moguntinenſi Presbytero & Abbate Ferrariæ eorumque ſcriptis libellis de III. quæſtionibus. 10.
Lupus Ferrariæ calumniam paſſus quaſi de III. quæſtionibus non piè & fideliter ſentiret. 37
Lvx *qui illuminat omnem hominem &c.* Eos ſcilicet qui illuminantur. 25
Lucis nomine cùm dictum *fiat lux* myſticè de Angelis. 182
Lux in tenebris lucet in infidelium cordibus majeſtas creditoris operatur vt diſcernant iuſta ab iniuſtis, & ſint inexcuſabiles. 112

M.

Malvs. Malorum etiam nolentium Deus benè vtitur famulatu. 18
Ad iram Dei pertinet iuſtam quicquid indomitâ concupiſcentiâ faciunt libenter mali, vel patiuntur inuiti. 163
Malvm Deus maluit ex malis bonos vel bona facere, quàm mala nulla eſſe permittere. 18. 164
Mali Deus author non eſt ſed vltor. 75. 76
Nec quemquam ad malum impellit. ibid.
Malitia Deus etiam reproborum malitiam accommodat ad exercendos & admonendos bonos. 47
Mandatvm cur velut poſſibile præcipitur, quod poſtea impoſſibile demonſtratur diliges &c. Vt conatus humilietur ad Deum orando &c. 29
Per bonum affectum mens noſtra in Deo requieſcit, & ſalutaria præcepta fiducialiter operatur, quandoquidem ea ipſe qui præcepit exercet. 21
Qui cœpit in vobis agere quod præcepit, tamdiu operabitur donec reddat quod promiſit. 21
Martyrivm. Non eſt in tua poteſtate ſed in Dei dignatione martyrium, & corona de Dei dignatione deſcendit. 199
Massa. Ex eadem maſſa merito damnata alij vaſa in honorem &c. 45. & 157
De maſſa damnata maſſa perditioni deſtinata. 115. 117
Reprobi baptizati verè fuerunt à maſſa perditionis diſcreti licet aliter quantum ad præſcientiam Dei de qua intelligendi ſunt ex patribus nonnulli. 142
Tota maſſa verè merito præuaricationis iuſto Dei iudicio damnationi tradita, ſed ex ea Dei miſericordia electi liberati, quod vtrumque ab æterno prædeſtinatum. 149
Merito videretur iniuſtum quod fiunt vaſa iræ ad perditionem, ſi non eſſet ipſa vniuerſa ex Adam maſſa damnata. 157
Si omnibus redderetur iuſtitia nemo reprehenderet, quod aliqui liberantur agendæ gratiæ. 158. 164.
Mendacivm. Si quis in ratione fidei vel errat vel errare putatur

non mendacio vincendus eſt ſed veritate. 205

MENS. Per bonum affectum mens noſtra in Deo velut in arce tutiſſima requieſcit &c. 21

MERITUM Prædeſtinatio ſeu electio Dei gratuita & ſine præuiſis vllis meritis. 26. 28. V. electio.

Præueniente gratia, & bona voluntate ſubſequente, quod eſt Dei donum fit meritum noſtrum. 57

Tanta eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona. 106. 206

Totius humani generis diſcretio ex ſola gratuita Dei miſericordia non ex præuiſis meritis ſingulariter in Iacob & Eſaü figuratur. 195. 196.

Noſque cum reprobis paria merentes miremur potuiſſe ſaluari. 17. 48.

Nec ſe mereri aliud quam ſupplicium credat homo, & cui etiam de bene geſtis formidandum. 19

Nec meritum minus credat homo quia Dei indiget auxilio. 20

Non ſecundùm debitum dum & paruulis ſubuenit, quorum nulla merita, & majores præuenit vt habere merita poſſint. 48

Pro meritis diuerſitas præmiorum & pœnarum. 30

MERCES. Licet nullus addi vel ſubtrahi electis poſſit, ſemper noſtræ & proximi curæ inſeruiendum, nec ideo inanis erit merces noſtra exemplo Loth. 50. 81.

MISERICORDIA. Verbum Scripturarum quo colligimur & ſaluamur Deus miſericors. 17

Dei miſericordia ſemper imploranda & laudanda. ibid.

Cum formantur electi exuberat Dei miſericordia, & ſolâ eius gratiâ corrupta ſanatur natura. 45

MORS. De morte Chriſti V. Chriſtus.

De regno mortis quod ſolâ Chriſti gratiâ deſtruitur. 159

MUNDUS *te non cognouit*, damnationi prædeſtinatus, ſed quem per Chriſtum reconciliauit ſibi, gratiâ cognouit. 44

Chriſtus mortuus pro mundo dilecto non pro mundo inimico. 92.

Totus mundus in ſalute, & totus in incredulitate. ibid.

N.

NATURA. Ab Apoſtolo dicitur, quæ habeat peccatum *naturâ filij iræ*, cum verè natura dicatur incorrupta, in qua Adam eſt conditus. 27

Ad malum prona ab adoleſcentia, ad virtutem trahitur reluctans & inuita. ibid.

Chriſtus non omnium hominum naturam aſſumpſit, ſed fidelium quos vt ſuſcepit redemit. Nec quis dicitur niſi progenitorum naturam ſumpſiſſe. 215. & ſeqq.

NECESSITAS. Primum hominem nulla neceſſitas iuuitabat. 15. 45.

Reprobos non dubitauit B. Auguſtinus dicere prædeſtinatos ad pœnam non intelligens fatalem periturorum neceſſitatem ſed immutabilem relictorum deſertionem. 38. 83. 118

Qui contrarium putant, docendi. 82

Nec vt paruulis magnum beneficium conferat fatali neceſſitate prohibetur. 45

Liberi

Liberi Arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem nec ad vitia neceſſitate trahimur, alioquin vbi neceſſitas nec corona eſt. 134
Nullum vinculum eſt neceſſitatis vbi eſt libertas charitatis. 135
Ex vitijs naturæ eſt quædam peccandi neceſſitas, quæ per Chriſtum remouetur. 135
Impij non Dei neceſſitate ſed propria iniquitate coguntur perire. 138.
Nemini Deus imponit neceſſitatem pereundi nec male agendi. ibid.
NICOLAVS PP. Eius Iudicium in controuerſis illis quæſtionibus. 239. 240
NOSTRVM. In nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit. 22. 132.
Bona opera ſunt Dei dona, ſed & noſtra ſunt, quia nobis ab illo eſſe credantur. 23. & 24
Idemque opus Dei eſt qui operatur in nobis & noſtrum eſt quia voluntate facimus. ibid.
Bonum noſtrum totum Dei eſt quia totum ex Deo eſt, nihil noſtrum quia nihil ex nobis eſt immo totum Deo eſt donando & totum noſtrum fit accipiendo. 132
Inclinatio cordis noſtri ad præcepta Dei eius eſt, & noſtra quia volentibus nobis. 24
Hæc principaliter Dei ſunt, & conſequenter noſtra quia voluntate à nobis fiunt. 39
Præueniente gratia & bona voluntate ſubſequente, quod Dei donum eſt fit meritum noſtrum. 57.
NOVITATES Vocum omni ſtudio vitandæ ſunt, quia generant lites &c. 231
NVMERVS nullus electis addi vel minui poteſt. 50
Nouit fides fidelium tantos electos homines quot Angeli remanſere in Cœlis. 147

O.

OMNES & omnes debere intelligi qui ſaluantur. 425.34
Omnes non ſemper generaliter vniuerſitatem ſignificant. 25.34. 35
Omnes pro multis. 101.111.221
In ſaluandis omnibus per crucem Chriſti communi erat Patris & Filij voluntate incommutabiliter præfinitum. 200
Si exaltatus fuero omnia traham ad me: Omnia traxit qui de electis ſuis apud inferos nullum reliquit, omnia abſtulit vtique electa. 210.
OPERA operis boni meritum non minuitur eo quod cooperante Deo indigemus 20. V. bonum.
Bona opera multum proſunt, & verè hominem ſaluant. 144
Bona opera ſecundum huius vitæ conſuetudinem. 208
Infidelium opera etiam quæ bona videntur ipſa impietatis infidelitate & inflatione inquinata ſunt, vt apud Deum vitia habeantur. 105. mandata velut obſeruant &c. 208. V. Gentiles.
ORATIO obſeruantia mandatorum & precibus aſſiduis flectamus indulgentiam Dei vt ſaluemur. 17
Vt dum conatus implere quæ iubentur non ſufficit, humiliatus ad Deum petendo &c. recurrat. 20.

Si non vltra Dei indigemus auxilio, ne liberum frangatur Arbitrium ergo neque vltro orare debemus, nec illius clementiam precibus flectere. 22
Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis &c. Poſtulare nos facit. 25. 88
Si ſciret Eccleſia qui prædeſtinati ſint in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret quam pro ipſo. 43
Orat pro omnibus in hac vita conſtitutis, quia de nullo certa eſt, nec tamen pro omnibus exauditur. 43
Pro defunctis fidelibus orat, & pro quibus exaudiatur. 44
In hoc agone magis nos Deus voluit orationibus certare quam viribus, quæ & ipſas vires ipſe ſubminiſtrat rogantibus. 54
Probet ſe ipſum homo oretque fideliter & perſeuueranter quantum poteſt, quia ita perennis prædeſtinatio diſpoſita. 79
Auxilium diuinum ſemper implorandum quo in bono poſſimus opere perdurare & ad finem peruenire. 106
Orationes pro fidelibus defunctis non prætermittendæ. 224
OVES. Paſtorem occidunt oues; ſed quando non audiebant, oues nondum erant; vox audita eos mutauit, & ex Lupis oues fecit. 228.
Oues paſtorem ſequendo ſunt oues &c. 229

P.

PATIENTIA malorum Deus benè vtitur famulatu ad Sanctorum patientiam. 18
PATRES origo hæreſeon ex contemptu Scripturæ ſacræ, & Sanctorum Patrum. 178
In ſcripturis ſacris & SS. Patrum ſcriptis multiplex theſaurus. 179
Ab eorum doctrina non recedendum. 181
Contra contemptores SS. Patrum. 201. 202.
Doctoribus piè & rectè tractantibus verbum veritatis ipſiſque Sacræ Scripturæ luciddiſſimis expoſitoribus &c. reuerenter auditum, & obtemperanter intellectum ſubmittimus. 232
PAVLVS Paulo Apoſtolo à cœleſti medico relictum infirmitatis antidotum timor ſcilicet &c. 28
PECCATVM ORIGINALE omnes in Adam peccando cecidimus, & communi merito iuſtiſſima pœna damnati. 16. 17
Paruuli ob peccatum Originale iuſtè damnantur. 78. 164
Peccatum Originale per Baptiſmum remiſſum reprobis non redit ſed in ſua iniquitate moriuntur. 139. 140. 170
PECCATA ſemel remiſſa reprobis non imputantur ad pœnam niſi ratione ingratitudinis. 139. 140. 141. & 170.
Iniquitas eſt vna acerba & immatura, quæ agentem quaſi comedentem nulla vera ſuauitate reficit, ſed virtutem & robur animæ velut dentes ita debilitat & lædit, vt cibum vitæ percipere non poſſit. 140
Peccata verè in baptiſmo remittuntur nec amplius manent. 142
Delens quod aduerſus nos erat Chyrographum, quod noſtris peccatis tanquam propriis manibus dia-

bolo feceramus venditi ſub peccato. 152
Soluti in baptiſmo Chriſti ſanguine à vinculis diaboli, ſi in peccatum relabimur vehementius illigabimur. 155
Nemo in hac vita viuit ſine peccato. 209
PELAGIANI. Solam electorum Prædeſtinationem vt veram gratiam deſtruerent impugnabant. 126.
Ex prædicatione gratuitæ prædeſtinationis deſtruitur totum Pelagianorum fallax dogma. 127
Quales primæ Pelagianorum reliquiæ. 126
Noua Pelagianorum inſurrexit calumnia poſt Sancti Auguſtini obitum quaſi ex reproborum Prædeſtinatione inſurgeret malè agendi neceſſitas. 127
Pelagianum eſt aſſerere Deum expectare voluntatem noſtram. 90
Ob neceſſitatem Pelagianæ hæreſis defendendæ & fidei Catholicæ defendendæ ſcripti libri de corrept. & grat. de Prædeſt. Sanct. & Don. perſeu. 203
PERFECTIO. Boni eſt vt nec ipſa concupiſcentia ſit in homine, cui quando benè viuitur non conſentit voluntas, verùm non perficit bonum. 55
PERSEVERANTIA. In bonis actibus Dei donum. 21
Nemo contra Diabolum & concupiſcentiam idoneus, niſi per quotidianum Dei adiutorium perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit. 55
Qui perſeuerauerit vſque in finem (in fide & bonis operibus) *hic ſaluus erit*, & ad electorum numerum pertinebit. 144
PETRVS Apoſtolus à Chriſto reſpectus, ideſt in affectum pœnitentiæ excitatus negationis ſuæ maculam lachrymis deleuit. 30
Quantum ſibi aſſumpſerit Petrus intuendo quid vellet, ignorando quid poſſet, vt animam ſuam pro Chriſto ponere conſideret. 230
PHILOSOPHIA Hieronymus quidam velut parens cum Auguſtino Eccleſiaſticæ Philoſophiæ, quæ humanam nec multum appetit, nec in omnibus contemnit. 22
De bonis operibus Philoſophorum. 202. V. Gentiles.
POENA. Peccatum pœna conſequitur, & quicquid non conſumit remittendo præſens miſericordia, rependit vlciſcendo quandoque repræſentata iuſtitia. 18
Bonum eſt malos non conuerſos puniri, vt comprimatur ſuperborum elatio, creſcat humilium deuotio. 18
Si quis ſe ſciret damnatum à vitiis temperare deberet, quo mitiori pœna plecteretur. 30
POENITENTIA. Abſit vt Chriſtianus de ſalute ſua deſperet, qui ſe redemptum Chriſti ſanguine nouit, pœnitentiæ aditum tantum ſuæ ſalutis argumentum patere non dubitet. 29
Suo quiſque iudicio damnatus, fugiat à Deo ad Deum, ab irato dum peccat ad placatum dum pœnitet. ibid.
Feſtinus quiſque ad pœnitentiæ portum confugiat exemplo Dauid Petri Apoſtoli ibid. Et ipſius

latronis. 30
Deus non omnes ad pœnitentiam adducit. 44
POTESTAS. Non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum & noſtræ cogitationes. 22
Non eſt in tua poteſtate, ſed in Dei dignatione martyrium. 199
POSSIBILITAS POSSE. In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe. 206. V. 171.
Sine me nihil poteſtis facere nihil boni ſaluti conducibile. 20
Cur velut poſſibile præcipitur quod poſteà impoſſibile demonſtratur *diliges &c.* Vt conatus &c. ad Deum humiliatus recurras. 20
Nec quenquam eorum quos Deus non prædeſtinauit ad vitam vlla poſſe ratione ſaluari. 50
Nemo poteſt venire ad me frangit ſuperbientem Arbitrij libertatem quod etiamſi velit ad Christum pergere niſi fiat illud quod ſequitur, nequaquam cupiat & fruſtrà nitatur. 55
Electorum perire nullus poteſt, nec reproborum ſaluari. 68. 78. 81. 84. 85. 108. 117.
Prædeſtinatio ad vitam facit vt electorum nullus poſſit incidere in mortem, ſed non è contra de reprobis. 137
Impius mala ſua corrigendo & diuinam miſericordiam implorando recuperare ſe poteſt ad vitam. 137.
Ita per Chriſtum nobis redditum Liberum Arbitrium vt ſine Chriſti gratia nihil boni nos poſſe vllatenus aut cogitare aut velle aut operari ſciamus. 177
Per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. 206
Poteſt homo ſine gratia bona quædam velle & agere ſed humana affectione ad humanam ſocietatem vel propter temporalia bona, vel ad ſolam vitæ honeſtatem in quantum naturali bono adiuuatur, 207. & 208. V. Gentiles.
Nullomodo poteſt ſine gratia diuina bona amare, intelligere, recipere, exercere, nec perſeueranter tenere. 208
Nec poteſt ſine gratia in eo eſſe ſancta cogitatio, pium conſilium, vel motus aliquis bonæ voluntatis. 209
Quod Iudaïcus populus Dominum cum tot miraculis cognoſcere non potuit, excœcatio & delictorum meritum fuit. 226. 227
PRÆDESTINATIO. Prædeſtinatum, prædefinitum, ſtatutum, præfixum & præordinatum idem ſunt. 181
Cuncta quæ futura erant tunc Deus prædeſtinauit, quando cuncta quæ futura erant fecit. 28
In ſua quæ falli mutarique non poteſt præſcientia opera ſua diſponere, ideſt prædeſtinare. 44
VII. Diuinæ præſentiæ & prædeſtinationis certiſſimæ regulæ. 70
I. Deus nihil ex tempore præſciuit vel prædeſtinauit, quia æternus & immutabilis. 70
II. Nihil eſſe vel futurum in operibus Dei quod immobiliter æterna eius præſcientia & prædeſtinatione non fuerit ordinatum. 73.

Digitized by Google

III. In operibus Dei omne præſcitum eſt prædeſtinatum. 74
IV. Bona opera quia principaliter à Deo ſunt vt diuinitùs inſpirata & geſta præſcita & prædeſtinata ſunt: Mala quia ſunt ſolius creaturæ, præſcita non prædeſtinata. 74.78
V. Præſcientiâ & Prædeſtinatione ſuâ Deus nulli neceſſitatem impoſuit vt malus eſſet & aliud eſſe non poſſet. 75
VI. Ex re ſine verbis in ſcripturis intelligenda præſcientia & prædeſtinatio Dei. 77
VII. Electorum nullus perire poteſt nec reproborum vllus ſaluari, quia hi nolunt mutari, illi ex Dei gratia. 78. V.50.68.81.85. 106.117.
Licet obtineri non poſſint niſi quæ prædeſtinata ſunt orandum tamen fideliter & perſeueranter, quia petennis prædeſtinatio ita diſpoſita eſt &c. 79
Propterea prædeſtinat quia quale futurum eſt præſcit ex Hypogn. Rabanus. 143
Prædeſtinatio quippè præueniendo vel præordinando futurum dicitur. Rab. 142
Ideo Deus omne prædeſtinat quia quale futurum ſit, præſcit. Raban. 143
Prædeſtinatio nihil niſi vitæ donatio. Raban. 144
Tota maſſa damnata licet electi poſtea liberati ſed vtrumque ſimul ab æterno Prædeſtinatum. 149
Nullum conſilio & effectui diuinæ Prædeſtinationis poſſe reſiſtere. 180.
Quæ Deus in Chriſti paſſione miſericordiâ & benignitate prædeſtinauit fieri Iudæi malitiâ & impietate fecerunt. 181
Prædeſtinationis electorum & reproborum myſterium geminæ ſortis & funiculi figura deſignatum. 192
In Iacob & Eſaü declaratum. ibid.
PRÆDESTINATIO ELECTORVM. Sine præuiſis vllis meritis. 26
Prædeſtinatio in bòno poſita gratiæ eſt præparatio. 27
Hanc Prædeſtinationem, quâ Deus euoluens gratiam facit ſanctos non inuenit perficit & coronat ex ſcripturis fideles quique paſſim ſuſcipiunt conſtanter defendunt. 28.
Pelagianorum reliquiæ inſiſtentes contra gratuitæ prędeſtinationis prędicationem ab Auguſtino neceſſitatem eius acceperunt. 126.
Per eam totum Pelagianorum falſum & fallax dogma deſtruitur ideóque hanc impugnarunt. 126. 127.
Prædeſtinatio Sanctorum eſt præſcientia & præparatio beneficiorum Dei quibus certiſſimè liberantur quicunque liberantur. 129.
Certiſſima veritas quod bonitas & gratia diuinæ prædeſtinationis faciat, vt ex his qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, nemo poſſit incidere in mortem æternam. 137
Prædeſtinationis fides præſtat omnibus electis vt ſint agentes ſemper gratias Deo qui dignos eos fecit &c. 147

Quoſdam gratuita miſericordia prædeſtinatos ad vitam. 177
Elegit ſecundùm præſcientiam ſuam, quos per gratiam prædeſtinauit ad vitam. Cariſ. 173. 180. 186
Prędeſtinatio electorum non eſt ex præſcientia ſeu præuiſis meritis, ſed ex ſola gratuita miſericordia Dei. 186
Fidenter fatemur Prædeſtinationem electorum ad vitam & Prædeſtinationem impiorum ad mortem: in electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum Conc. Val. 233
Quos prędeſtinauit ad gloriam prędeſtinauit ad iuſtitiam, quos prędeſtinauit ad pœnam non prædeſtinauit ad culpam, in illis opera ſua glorificat, in iſtis opera non ſua condemnat. 201
Vtilis eſt diuinæ huius Prædeſtinationis prædicatio. 200
PRÆDESTINATIO REPROBORVM. Galli Prædeſtinationem perditorum non reprehenderunt. 7
Pelagiani ſolam electorum Prædeſtinationem vt gratiam deſtruerent impugnarunt. 126. 127
Sic reprobos prædeſtinauit Deus ad ſupplicium. 3. 68. 108
De reprobis Prædeſtinationem Dei horrent plerique atque refugiunt in quibus & quædam præclara Præſulum lumina &c. 28
Ne credatur Deus libidine puniendi aliquos condidiſſe &c. ibid.
Qualis ſit reproborum prædeſtinatio exponitur, ita vt qui attendat nullam patiatur caliginem. 29.
Malorum Prædeſtinationem inſinuat Auguſtinus. 31. &c. 197
Sic S. Gregorius. S. Fulgentius. Iſidorus &c. 31. 38
Sic Paulus Apoſtolus ſic Ieſus ipſe. 32.
Reprobos 6. Auguſtinus non dubitat dicere prędeſtinatos ad pœnam non intelligens fatalem periturorum neceſſitatem ſed immutabilem relictorum deſertionem. 38
Teſtimonia de gemina prædeſtinatione ex Auguſtino. 43. & ſeqq.
Ex Hieronymo, Gregorio, Fulgentio, Iſidoro, Beda &c. 49. & ſeqq.
Prædeſtinati ad interitum ſupplicij non delicti. 51. 82
Iſidorus non malè aſſeruit geminam Prædeſtinationem licet enim in Deo ſit ſimplex, duplex eſt eius effectus. 51
Qui ſcandalizantur quaſi hoc verbo neceſſitas malè agendi impoſita videatur, inſtruendi ac docendi ſunt. 82
Nulla ratio non admittere prædeſtinatos ad pœnas, cum admittant pœnas impijs prædeſtinatis. 117
Noua poſt mortem S. Auguſtini inſurrexit Pelagianorum calumnia, quaſi ex Prædeſtinatione reproborum ad interitum, malè agendi imponeretur neceſſitas. 127
Nullus moderno tempore inuenitur dixiſſe Deum aliquos prædeſtinaſſe ad impietatem. 136
Et hæc eſt immanis blaſphemia. ibid.
Prædeſtinatio impiorum non impoſuit neceſſitatem malè agendi. 137.

Nec eſt præiudiciaria nec violenta. 187. 188.
Quod reprobi non ſint ad pœnam prædeſtinati, ſed pœna illis : Cariſ. 173.
Quoſdam inſcrutabili iuſtitia prædeſtinatos ad pœnam Prud. 177. Rem. 192. & ſeqq.
Fidenter fatemur Prædeſtinationem electorum ad vitam, & Prędeſtinationem impiorum ad mortem &c. Conc. Valent. 233
Aliquos ad malum eſſe prædeſtinatos diuina poteſtate, vt quaſi aliud eſſe non poſſint non ſolum non credimus &c. ibid.
Nunquam potuit Deus hominem ad hoc prædeſtinare quod ipſe diſpoſuerat & præcepto prohibere, & diuina miſericordia diluere & iuſtitia punire. 202
PRÆSCIENTIA. Futurorum nobis duntaxat (nam Deo ſimul præſto ſunt omnia) prænotionem inſinuat. 27
Præſcit Deus quæcunque aut facturus eſt aut permiſſurus vtraque nulla neceſſitate, altera commu nione iniuſtitiæ nulla. ibid.
Non ideo peccauit Adam quia præſciuit Deus ſed pręſciuit quod erat ille propria voluntate facturus. 55
De diuina præſcientia qua omnia futura immutabiliter Deus nouit ſine vlla ad peccandum compulſione. 198. & ſeqq.
De æterna Dei pręſcientia bonorum & malorum Conc. Valent. 232.
Nulli malo pręſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem &c. ibid. & 233.
S. PRVDENTIVS. Eius Epiſtolę ad Hincmarum & Pard. Pręfatio. 6
Eius tractorię contra Pſeudoſynodi. Cariſiacę capit. 175
De eius Annalibus, in quibus de Nicolai PP. Iudicio. 239

R.

RABANVS. De eius Epiſtolâ ad Notingum. 135
Aſſumpſit, non neceſſariam nec ad rem pertinentem diſputationem. 135.
Primus in quæſtione de Prædeſtinatione reproborum ſcripſit & vſus eſt libello Hypognoſticon quare eſſet Auguſtini & ex illo reliqui in eundem errorem. 136
REGIMEN. Deus primum hominem potentiâ fecerat, clementiâ gubernabat. 17
Vbi ſunt qui dicunt proprio hominem regi Arbitrio. 23
Deus humanum cor deſtruit cum relinquit, ædificat cum replet &c. 49
Sic hominem munerans Arbitrio vt regeret imperio. 163
S. REMIGIVS. De Sancto Remigio eiuſque libris. 15. 62
Sanctitatis eius plurima teſtimonia. 64
REPROBI. Ad electorum numerum aſpirare non poſſunt, quia vt ſaluentur non eſt eis datum. 32. 50. 85.
Si quis emundauerit ſe ab iſtis erit vas in honorem : Malè hinc colligebat Hincmarus reprobum ſaluari poſſe ſed hoc de manifeſtatione dicitur. 120. 121
Impius mala ſua corrigendo & diuinam miſericordiam imploran-

do recuperare ſe poteſt ad vitam. 137.

Reprobi non Dei Prædeſtinatione ſed ſua iniquitate coguntur in interitum ire. 138

Vt electio gratuita ſic reprobatio iuſta, in Iacob & Eſaü vtrumque optimè figuratum. 196

S.

SACRIFICIVM. Corporis & ſanguinis Chriſti pro ſolis fidelibus viuis & defunctis in Eccleſia ſemper oblatum, ita vt Cathecumeni arcerentur. 222

Nec pro Cathecumenis vel paruulis defunctis ante baptiſmum oblatum. 222

SALVS. Quicunque ſaluantur non ſuis meritis aut viribus ſed ſola Dei gratia ſaluantur iuxta Dei propoſitum figuratum in Iacob & Eſaü. 196. V. Meritum.

In ſaluandis omnibus per Crucem Chriſti Dei voluntate incommutabiliter præfinitum. 200

SANGVIS CHRISTI. *Sanguis eius ſuper nos &c.* Hoc ſibi Iudaïcus hoc optat populus Chriſtianus, pari verbo diſpari voto, hunc protegit, illum premit &c. 112

Illos ſibi adiungit quos tegit, quos grauat non tangit. ibid.

Effuſio ſanguinis Chriſti pro multis tam potens ad priuilegium, tam diues fuit ad pretium, vt ſi omnes in eum crederent, nullum tyrannica vincula retinerent. 112

SCIENTIA. Omnia ſcientiæ diuinæ incommutabiliter notiſſima. 80. 84

SOL. Super illos quos ad pœnitentiam adducit facit oriri ſolem ſuum. 44

SORS. Fidelium & Infidelium, electorum & reproborum diuina diſpoſitio figura geminæ ſortis deſignata. 192

SPES. Erudimur ne ſpem in nobis collocemus opinione grauiùs delinquentes, ſed totius ſpei noſtræ plenitudinem transferamus in Deum. 21

Maledictus homo qui ſpem ponit in homine. ibid.

Amant immundi ſpiritus hominum ſpem in ſe transferre &c. ibid.

Non poteſt miſericordiam Dei conſequi, qui in illo ſperare non poteſt, *ſperantem in Domino miſericordia circundabit.* ibid.

Spes ſibi quiſque ô vtinam dixiſſet cuique Deus verus ſpes & crediſſet &c. 22

Deus etiam eorum ſaluti benignè proſpexit, quibus perfectè in ſe ſperare donauit. 59

SVPERBIA. Antequam oriretur ſuperbiæ morbus, quàm efficax eſt remedium procuratum, *Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem &c.* 26

Cur gratia adiuuans non detur, ſuperbiæ iniquitas ſemper in cauſa eſt, ſiue propter ipſam prædeſtinati damnandi ſint, ſiue contra ipſam iudicandi & erudiendi. 44

Timendum ne ipſis operibus pietatis elati deſerantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ. 106

Ne myſterium crucis Chriſti agnoſcere poſſent vel poſſint Infideles multi merito ſuperbiæ excæcari, alij per gratiam illuminari meruerunt. 194

TENTATIO

T.

TENTATIO. Primorum parentum deſcribitur. 15
Nouit Deus pios de tentatione eripere. Altâ & ſecretâ diſpoſitione in periculis laborantes, ſua gratiâ & protectione eripere. 118
TESTAMENTVM. Si opertum eſt Euangelium noſtrum in his animæ pereunt opertum, in quibus excœcatæ mentes &c. 79
TIMOR. Etiam de benè geſtis timendum eſt &c. 19
Timor eſt neceſſarius, ideóque electis quædam dicuntur, quaſi incertum ſit an ſint perſeueraturi. 28.
Timeamus Dei occulta iudicia, ne dum exteriùs mens noſtra fuſa à ſua ſe voluptate non reuocat, intùs contra eam iudex diſponat. 50.
Timor iuſti iudicij Dei ijs qui corriguntur ſalubris. 76
Cum timore & tremore &c. Cauſa tremendi ne ipſis operibus pietatis elati deferantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ.
TOTVM Deo, nihil nobis penitùs tribuendum. 21
Quia totum ex illo eſt non ex nobis, cùm totum & ab illo inchoatur, ac ab illo agitur, ac peragitur in nobis &c. 132. V. Noſtrum.
TRAHERE. Etſi quis velit ad Chriſtum pergere, niſi pater traxerit eum, nequicquam cupiat, & fruſtrà nitatur. 55
Et aduertendum quod qui trahitur non ſponte currit, ſed aut retractans, & tardus, aut inuitus ducitur &c. ibid.

V.

VASA. Tu artifex magnus ex officina Pelagiana profers meliorem Deum, qui nullum vas fecit in contumeliam. 46
Meritò videretur iniuſtum quod fiunt vaſa iræ ad perditionem, ſi non eſſet ipſa vniuerſa maſſa ex Adam damnata. 47.157
De vaſis iræ & miſericordiæ, illis merito ſuo, his ſolâ Dei miſericordiâ præparatis. 120
De exhortatione, ſi quis ſe emundauerit ab iſtis. 120
VERBA. Cum res in tuto ſit, ponamus verborum controuerſias. 33.
Ne puerili animoſitate contra inuicem pro inani victoriæ iactantia litigantes corripiamur ab Apoſtolo dicente, *Noli verbis contendere &c.* ibid.
VERITAS. Si illius miſerabilis Monachi improbatur leuitas &c. Non ideo diuina neganda eſt veritas. 83
Non debemus poſſe aliquid aduerſus veritatem ſed pro veritate. ibid.
Si quis in ratione fidei vel errat vel errare putatur, vtique non mendacio vincendus eſt ſed veritate &c. 205
Nos te ita volumus eſſe victorem vt veritas vincat errorem. ibid.
VACVVM. *In vacuum Dei gratiam recipientes*, poſt acceptum baptiſmum maluntſerui eſſe peccati &c. 51
In vacuum in paſſione laboraſſe dicitur Chriſtus in perſona membrorum deſperantium. 95
VITA. *Quod factum eſt in ipſo vita* 11

erat: Quod factum eſt temporaliter, æternaliter in Verbo vita erat. 73
VOCATIO. Sicut nemo obſiſtit largitati Dei vocantis, ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis. 84
VOLVNTAS DIVINA. Omnes quos vult Deus ſaluos fieri, ſine dubitatione ſaluantur. 4
Nec poſſunt ſaluari niſi quos Deus vult ſaluos fieri. 4. 25. 117
Deus quorundam liberator eſt, qui ſi voluiſſet, eſſe potuiſſet & omnium *Omnia quæcunque voluit fecit.* 24
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. 1. Tim. 2. V. 4.
Qui ſaluantur. 25. 69
Quia nullus niſi per eum. 87
Ex omni genere hominum. 25. 86
Quia velle nos facit omnes ſaluari. 25. 88.
Quæſtio perplexa & multipliciter expoſita. 85
Credendum quod Apoſtolus teſtatur qui vult &c. Nec omnes ſaluari. 86
Quatuor modis expoſitum, tribus vt ſuprà. Quarto de omnibus quantum in ipſo eſt, bonitate Creatoris, ſed expectet vt hoc etiam ipſi velint. 88
Sed in hoc ſenſu quomodo Pelagianus error non habet victoriam. 89.
Poteſt dici quod Deus omnes ſaluos velit bonitate Creatoris, & quos indignos ſalute iudicauerit, iuſta ſeueritate iudicis non ſaluet. 89. 110. 111. 145
Pacis via, nihil contentiosè in his ventilandum. 90. 108. 111
Ita tamen vt alios ita velit ſaluos vt omnino ſaluet, alios autem vt perire permittat. 114
Etiam reprobos ſaluare poteſt Deus, ſed vult eos ad oſtendendum terrorem ſeueritatis ſuæ iuſtâ vltione damnare. 147
Exquiſita in omnes voluntates eius: Vt etiam per creaturæ voluntatem qua factum eſt quod Creator noluit, impleret ipſe quod voluit &c. 31. 82
Deus neminem vult perire bonitate Creatoris, ſed iudicis æquitate perſeuerantem in iniquitate punit. 89
Deus omnes homines ſine exceptione vult ſaluos fieri, Cariſ. 174
Siue generaliter ſiue ſingulariter eos qui ſaluantur Deus velit eſſe ſaluos, vitanda contentio dum nullus hominum niſi gratuitâ Dei miſericordiâ ſaluari credatur. 213.
Quid verò voluntas illa in illis egerit qui nullatenus potuerunt credere, penitus tacendum! ô altitudo &c. 214
VOLVNTAS HVMANA. Non de fide ſolùm ſed de ipſa bona voluntate *Deus eſt qui* operatur in vobis velle &c. 21. & 139
Inclinatio cordis noſtri ad præcepta Dei, & ipſius eſt, & noſtra, quia volentibus nobis eſt. 24
Omnes diſcernit voluntas vel miſericordiâ Dei adiuta, vel iudicio non adiuta. 27
Auctor Deus eſt bonæ voluntatis, ſed non malæ cuius eſt cenſor & iudex. ibid.
Bona *voluntas preparatur à Domino &c.* 39
Non volentis neque currentis &c.

Non quidem poteſt credere, ſperare, diligere niſi velit, & voluntate cucurrerit, ſed quia & ipſa *voluntas à Domino preparatur.* 53
Ita Deus in cordibus hominum, & in ipſo libero operatur Arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit. 56. 206
Quomodo Deus quantùm in ipſo eſt omnes ſaluari velit, ſed hominum expectet voluntates vt ipſi velint, cum ipſum velle fideliter ſaluum fieri, ſit per redemptionem Chriſti. 88
Quomodo in tali ſenſu Pelagianus error non habet victoriam. ibid.
Pelagianum eſt aſſerere Deum expectare voluntatem noſtram. 90.
Immo vt purgari velimus per Spiritum Sanctum infunditur. ibid.
Voluntas creata bona, per peccatum ſeruituti obnoxia, Chriſti gratiâ liberata, de die in diem renouatur in finem. 104
Dubium, non eſt hominem bona agentem ex Deo habere & effectum boni operis & initium voluntatis. 106
Agit in nobis Deus vt quod vult & velimus & agamus. 106. 206
Quid eſt Liberum Arbitrium animæ niſi libera voluntas, & hæc niſi charitas qua Deo voluntariè & perfectè adhæret. 130
Si in primo homine peccante voluntas bona non eſt mortua, quomodo nunc per viuificantem gratiam, & creatur & innouatur, & Deus eam operatur in homine. 131.
Quid eſt *Deum operari in nobis velle*, niſi inſpirare & largiri nobis bonum velle. 131
Indigemus gratiâ Dei ad excitandam in nobis bonam voluntatem, ad eam conſeruandam &c. 211.
VOLVPTAS. Timeamus occulta Dei conſilia, ne dum mens noſtra exteriùs fuſa à ſua ſe voluptate non reuocat, intùs contra eam iudex terribiliter aduerſa diſponat. 50
VOX. Quando non audiebant oues nondum erant, vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit. 228.
Alij ſaluantur, qui fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes, *qui perſeuerauerit &c.* 234

Laus Deo per Chriſtum.

Errata ſecundæ Partis.

Page 4. l. 7. *inculcatum* l. inculcatum, 6. l. 5. *mi* l. mei, 11. l. pen. Diuionenſi *Adde* Codices l. vlt. *viditur* l. videtur, 27. l. vlt. *alterâ comm.* l. altera comm. 31. l. 2 *fœlicius* l. fœlicius, 39. l. 33. *peceperunt* l. perceperunt, 45. l. 34. *credantur* l. creantur, 55. l. 29. *interfictus* l. inuitus, 56. l. 25. *poſ-quam* l. poſtquam, 58. l. 14. *qualibet forte* l. quibuſlibet, 64. l. 34 *in Martyr* l. qui in Marty, 67. l. 17. *drmnatus* l. damnatus, 68. l. 8. *Dominus* l. Dominus, 70. l 5 *aiernus* l. æternus, 76. l. 32. *terorre* l. terrore, 95. l. 2. *redemptionum* l. redemptionem, 102. marg *cap.* 22. l. 25. 106. l. 15. *liber* l. liberi 113. l. 1. dele *tertia*, 145. l. 16. *bonitate* l. bonitate, 157. l. 3. dele *vo*, 161. l. 4. poſt *propter* l. ſanos. ſed propter, marg *cap.* 29. l. cap. 26. 171. l. 30. *efficio* l. officio, 175. l. 22. *impugnaes* l. impugnari, 184 l. 20. *homini* l. hominis, l. 1. 39. *manſionis* l. manſionis, 195. l. 13. *intellectum* l. inluminatum, 201. l. 3. *duina* l. diuina, 204. l. 10. *etiam* l. etiam, 205. l. vlt. *qui* l. quid, 208. l. 25. *ei* l. eis, 227. l. 30. *Rege* l. Regi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E 92.

Digitized by Google

Digitized by Google